IVLII FERRETTI RAVENNATIS

I. V. D.

AEQVITIS, COMITISQVE LATERANENSIS PALATII,

DE RE ET DISCIPLINA MILITARI,

Aureus Tractatus;

AC CQELESTIS, SPIRITVALIS, LEGALIS, ARMATAE, INSTAVRATAE, ET ILLVSTRATAE MILITIAE PRAECEPTIS:

Antiquorum exemplis, nec non & recentium gestis munitus:

Ad communem omnium Principum, Iurisconsultorum, Militumq; vtilitatem nunc primùm in lucem æditus.

Cui accesserunt Summæ cum Repertorio locupletissimo, vt faciliùs quæ memoria digna sunt, Alphabetico ordine inueniantur.

CVM PRIVILEGIIS.



Venetiis, Apud Bologninum Zalterium.
M. D. LXXV.

PHILIPPO REGI
SERENISSIMO ET CATHOLICO,
EXVPERANTIVS FERRETTVS RAVENNAS.

SVMMAM iniuriam, Philippe Rex Inuictissime, Iulio Ferretto patri meo intulisse mihi uiderer, si tibi hasce illius lucubrationes, quas in vulgus effero, non dedicarem. Maximus enim, quoad uixit, CAROLI QVINTI *Cæsaris illius Maximi patris tui cultor fuit, & viuus seipsum, suaq; omnia, præsertim hos libros de Antiqua, Illustrata, & Instaurata militia, illi vt ex Epistola coniici potest, addixerat; & moriens mihi præcepit, nè vlli præterquàm* CAROLO *Cæsari eos darem. Quod cum facere cogitarem, ipsa tamen me rei familiaris angustia, & difficilia pleraq; negotia protraherent,* CAROLVS, *quem centum atquè amplius annos uiuere dignum fuerat (vixit tamen vltra mille, si res ab eo gestas numeremus) summo bonorum omnium dolore, è uita migrauit: Quid tum ipse facerem? Equidem fateor animo consternatum, libros omnes in arcam & tenebras coniecesse, quod ad te paternarum quidem virtutum, ac ditionum hæredem, sed cui patris mei virtus ac voluntas summaque obseruantia minus nota esset, nullum mihi aditum patere conspicerem. Itaque de illa cogitatione detractus, animo ad res alias appulso, hi libri multos annos latuere. Conscientia tandem deterritus, qui ingentes & honestos patris labores adeò paterer occultati, multitudine prodere eos decernens, id in tuo nomine Rex Inuictissime, facio; non dubitans, quin id tibi iure obueniat, qui omnium* CAROLI *patris bonorum hæres, iure ac meritò successens. Peto igitur atquè obsecro, ut hos non secus ac paternæ hæreditatis partem accipias, meque ipsum, quem Austriacæ domui natum atquè educatum semper Iulius pater voluit, in tuis minimis seruis numeres, benignaque ista, qua soles, fronte, humanissimisque oculis conspicias. Vale.*

IVLII FERRETTI
RAVENNATIS VITA.
PER HIERONYMVM RVBEVM RAVENNATEM.

FERRETORVM, qui Rauennæ ſunt, Familiam, ex Nerito, quæ urbs eſt in Salentinis Mediterraneis, ab Aletio haud procul, ex Quintauallorum gente duxiſſe originem ſatis conſtat: Inde enim Nicolaus Quintauallus bellorum ſtudio, quibus tum uniuerſa ardebat Italia, cum Ioanne & Ferretto filiis, centum iam & quinquaginta annis, egreſſus, Rauẽnam poſt uarios rerum euentus profectus eſt ibidemque deuexa iam ætate, diem obiit: cadauer Neritum eſt allatũ. Ferrettus Piſis ducta uxore, haùd ita multo poſt, cum Piſanorum Imperatorem gereret, moriẽs, ibidem ſepultus eſt, æneamque ſtatuam ob egregia in Piſanos beneficia, ſummamque uirtutem meruit. Ioannes Rauennæ Nicolaum et Acchillem ex bene concordi uxore procreauit: quorum Achilles Veronæ deceſſit abſque liberis. Nicolaus, Rauennæ Bonam Franchinam cum uxorem duxiſſet pluribus filiis eſt auctus, inter quos Ioãnes Petrus Lauellinatum Epiſcopus, uir doctiſſimus, Octauianus, Marci Groſſi Rauennatis, cohortis Venetæ Pręfecti, uexillifer, qui in Vicentino prælio Iuuenis pugnãs occubuit; Cæſar, & Iulius hic noſter enituere: ut autẽ cęteros omittã, ad Iulium ueniens, hic à patre diligenter humanioribus literis eruditus, multa adhuc adoleſcẽs & ſoluta oratione & carmine compoſuit. Nicolaus. n. pater græce latineque doctus, iuuentutem Venetiis atque in pluribus Italię, ac Galliæ Ciſalpinæ cæleberrimis ciuitatibus docuerat; ex cuius fonte uiri multi diſertiſſimi prodiere; multosque libros, commentarios præſertim in epiſtolas, ac plerasque orationes Ciceronis, & in Iuuenalis ſatyras, & Plauti comædias, ſcripſit. Iulius, ut ad eum reuertar, uel ab ipſa ineunte ætate non literarum minus ſtudioſus fuit, quàm religionis ac pietatis, cibi & potus parciſſimus; nullo unquàm capitis integumento utebatur, ſed geſtans illud in manibus, ſalutationis ſolùm cauſa uel exhibendę uel reddendę capiti imponere conſueuerat. Summa proſperitate ualetudinis uſus eſt; adeò patiens frigoris, ut uix ad ignem unquàm accederet: fuit hilari ac facili natura; iraſciq; perrarò ſolitus; quamobrem nemo eſt, qui eum de aliquo obloquentem, audierit; nam omni ſemper aut uerborũ aut facti iniuria abſtinuit. Quòd ſiquis illi iniuriam intulliſſet, eam cauſam ad Deum cognoſcendam deferebat, quem etiam obteſtabatur, ne uellet contumeliæ illos pœnam luere; ſcurras, ſonos, tripudia, choreas abhorruit ac deteſtatus eſt; neque diem intermiſit, quo ſacris ſumma religione ingeniculatus non adeſſet: ſingulis menſibus a confeſſionibus omni labe criminum expiatus ſacratiſſimæ Euchariſtiæ hoſtiam ſumebat: quo loco, patrem meum, (cui per id tempus pleriſque eius regionis opidis Præfecto cum Iulio ſumma familiaritas, conſuetudoque erat, ſæpe audiui, cum diceret, tot illum lacrymas emittere ſolitum, & tanta uti ueneratione, ſignificationeque pietatis, ac religionis, ut nemo adeſſet, à quo non eius lacrymæ, lacrymas elicerent; & pietas ac religio uenerationem ſummam excitarent: Adeò ſtudiis addictus ut plerũque inter ſcyphos libros teneret; ſeruorum opera uix unquàm ueſtimentis induendis exuendisuè utebatur. Patauii maximam ſtudiorum ſuorũ partem abſoluit, quorum ſocium Michaelem Maium habuit, uirum Hiſpanum, quem ob inſignem uirtutem CAROLVS Quintus Cæſar ſibi a ſecretiori cubiculo eſſe uoluit. Romæ ſummo conſenſu omnium Romani Collegii iuris conſultorum, inter Iureconſultos aſcitus eſt. Cum autem ſæpè ab Senatu ſuo Orator ad Prouinciæ primò Legatos ac Preſides, mox ad Clementem Sept. Pont. Max. miſſus fuiſſet, Clemens cognita uirtute hominis, abſoluta pro patria legatione, ſibi à cubiculo eum fecit, Equitemque & Comitem Palatinum, multis adiectis Priuilegiis ac prærogatiuis creauit. Quò cum Bononiã anno MDXXXII. profectus, Michaele Maio ſocio conſulente atquè hortante, Pontificequè annuente, ſe ad Cæſarem adiunxit; à quo equeſtri itidem ordini eſt aſcriptus. Indeque ad Petrum Toletanũ Neapolis pro Regem miſſus, præfectus eſt, Auditoris Regii titulo, Hirpinis, ea regione cuì Principatus ultra nomen eſt; ubi cum ab innumeris latronibus ſanguinariis ac perditis hominibus inter Atripallam ac Auellinũ plurimi quotidie ſpoliarentur ac trucidarentur, ipſe, (ſi laqueo in furca ſtrangulatos & diſcerptos & combuſtos, & ad triremes damnatos numerus) ſupra 4000. ex locis illis detraxit, unde & plurimum pecuniæ in ærarium Regium illatum eſt; & quatriennio Præfecturam illam, quæ biennio ad ſummum concedi conſueuerat, ob uitę integritatem atquè innocentiam obtinuit; Inde proficiſcens, eorum quæ egiſſet rationem redditurus cũ iuditio ſiſteni; qui conquereretur

inuentus

inuentus est nemo. Itaque ad Petrum Proregem profectus, ab eo, Commissarii Regii titulo, omnium Neapolitani Regni scelestorum atque impiorum Index creatur; in decernenda præsertim maxima controuersia, quę inter Alarconem, & Suessæ Ducem intercedebat; in qua cum Iudices superiores suspectos habuissent, nihil tale de Iulio, quæ illius erat integritatis apud omnes sa maueriti, ipso tandem decernente, controuersię finis impositus est. Quamobrem ab Toletano Pro rege Capitanatui Apuliæ, & Comitatui Molisij; quæ sunt In Apulia Daunia; eodem Auditoris Regij titulo, Præfectus, seuerè in latrones animaduertens nias purgauit, tutasque reddidit: & cum ibidem uitæ quòd supererat traducere decreuisset, ad Campibassum familiam omnem adduxit: ubi Prospero Attelio Iureconsulto Clarissimo, filiam in matrimonium collocauit. In eo munere ita se innocenter gesit, ut omnibus muneribus, extra poculenta atque esculenta, (quę lege Cæsaris permittuntur,) semper abstinens, nulliusque præterquàm aut scelerum, aut iustitiæ ratione habita, ingentem laudem promeruerit. Quis. n. illum summis laudibus non extollat, cum mille nummos aureos, quos iam Donatus Delicitus scriba numerare inceperat, ut Iulius latere quæstione de exulibus ab Regulo Neapolitano receptis habitam, ac scriptis traditam publicis, permitteret, non sine indignatione reiecit? Illud etiam nō prætermittendū, quod est eius bonitatis maximum exemplum, morti nūquàm ab illo damnatum neminem, quem non dupli ci morte dignum omnes existimarent: cui etiam certis precationibus ad Deum ex sacris libris cōceptis, quod poterat præsidium comparabat, ut cœlestem in patriam euolaret. Multi illum ut ri Principes ut Petrus Toletanus, Ferantes Gonzaga, Marchio Atripallæ, Alphonsus Castriota Marchioque Quaratæ & Marchionissa Portia Columna, atque Maria Cardona Padulæ Marchionissa, græcis & latinis litteris prædita, nobilissimæ fœminæ carissimum habuerunt, Constantia præsertim Francauillæ Princeps, & Incliti Alphonsi Dauolos Marchionis Vasti mater uirtutibus animi, ac ingenii dotibus nulli secunda; quemadmodum cognosci potest ex aliquibus literis, quarum exemplum adiecimus; Licèt autem perpetuis Magistratus negotiis impedito; uix ocii quicquàm suppeteret ad scribendum, habemus tamē illius uigiliarum fructus complures, libros ægregios, qui in doctorū uirorum bibliothecis facilè primas habent. Quis. n. hactenus, De Antiqua, Illustrata & Instaurata militia; Deque Re & Iure Nauali, & ipsius præceptis diligē tius conscripsit? De singulari certamine respon sa, ac libellos prætereo, quòd illos, omnium qui deinde hac de re scripserunt, testimonio, præclarisimos quisque intelligat. Nec non De electione officialium, iurisque Romani, & longobardorum uarietates, a liaq. huiusmodi multa. Defensorium etiam fidei Christianæ librum inscripsit, in quo nulli dubium est, quin nostri temporis hæreticos acriter conuellat, ac prosternat: sed dū scribendo, agendoque clarior in dies apud omnes haberetur, Annos natus Sexaginta, in sancto Seuero, quod est Opidum in Apulia Daunia, anno a partu Virginis MDXLVII. Octauo Idus Mart. decessit. Sepultus est ibidem honesta pompa funeris in Aede Trinitatis, hoc tumulo adiecto, quod ipse præscripserat.

Iulius est nomen, Rauenna patria.
Pontifici notus, & Imperio:
Iura poli, atque fori, belli, terræque marisque.
Descripsit, tandem conditur hoc tumulo.

Exuperantius Ferretus mærens patri Iuris utriusque Doctori, Equiti, & Comiti, Apuliæ Præfecti optimo, & benemerenti P.C. Vixit Annis sexaginta, obiit Octauo Idus Mart.

MAGNIFICO VIRO VTRIVSQVE IVRIS DOCTO.
D. IVLIO FERRETTO MILITI, ET COMITI DIGNISS.

Periucundæ fuerunt tuæ literæ Iuli Ferrette, quæ non modo elegantiam in dicendo præseferunt; uerum quòd optimum est, & nil præstantius, diuinis uerbis conscriptæ diuina suadēt, lætor, atque lætor æquor te benè tractasse nihilq; tibi displicuisse. At hoc non mihi, sed bonitati ac tuis uirtutibus (quarum est cun cta mulcere) attribuo: Nil mihi tale, sed tibi Iuli, Deo & mūdo, grato ob tantæ honestatis, & sanctæ uitæ qua indutus loqueris. Non opus est de munusculo mihi gratias agere, Nullum tale fuit ut gratiarum actiones mereretur: maiora enim honestæ ac sanctæ tuę partes expectāt; gaudeat certè Rauenna, quia cum elegisset Iulium Ferretium in ciuem, in dies nomen eius augescit: quod mihi imposuisti, gratiosè à te peto, ut orationes tuæ quiescant sibi meas associari: quia apud infinitā illam uirtutem, & potentiam erunt gratiores, illud habeo firmū undiq; tuas fore operationes apud summam Prouidentiam acceptas. Vale, & me tibi commendo. Datum in Regio Castello Ciuitatis Ischyæ Decimo nono Augusti. M. D. XXXIII.

Post hæc obsecro ut recordare cum responsa aduenerint de redimendo Colle corbino pro ut allocuta fui hic tibi, ac de cęteris negotiis tibi impositis.

In tuo honore promptissima, Constantia
Francauillæ Princeps.

MAGNIFICO VIRO IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI,
Domino Iulio Feretto, Militi & Comiti Digniss. Neapoli, in Sancta Maria de monte Carmelo.

Gratæ fuerunt mihi, Iuli, tuæ literæ, gratissimumq; opus illud aureum, quo summopere delector; & post debitas grates, beniuolentiæ tuę plurimùm me debere fateor; memor ero illud opus pluriēs legere, uerbisq; illis deuotissimè adimpleri; tum propter sui deuotionem, tum propter recordationem, quam in eo legendo de te præsentabit: quàmquàm minimè opus foret quando tua uirtus imaginē impressit, ut certè nunquàm Iulium Ferrettum obliuioni tradere possum. Non reliqui quin Marchioni Vasti meo filio te non incomendarem; & tibi se offert deditissimus. Mitto ad te triginta coturnicēs, easq; nomine meo comederis. Opto de cætero ut mihi significes quomodo æquoris iter te tractasset. Et si aliquid pro te possum me offero paratissimam. Ex Regio Castro Ischyæ xij. Cal. Septembris. M. D. XXXIII.

In tuo honore promptissima Constantia
Francauillæ Princeps.

MAGN. VIRO IVRIS VTRIVSQVE DOCT.
D. Iulio Ferretto Militi, & Comiti Dignisſ.

IVſtas hærcle cauſas attuliſti, Iuli, quin Antonio Catto reſpondere nequiui, cum uerè biremium id impedimenta uetarunt; & tractas frumenti expediri ab aliorum arbitrio pendet: reſpondeo illi modo, & tractarum pro quantitate posſibili his temporibus perbreuius reſolutionem expecto, nam magna eſt difficultas pro expediendis tractis, quas ſupradicto Antonio promiſeram: Quamobrem te rogo, ut ad me ipſum mittas: cui ad te referenti ea dicere posſim, & illicò ad te reuertetur. Datum Iſchyæ xviiij. Septembris. M. D. XXXIII.

In tuo honore promptisſima Conſtantia
Francauillæ Princeps.

MAGNIFICO VIRO VTRIVSQVE IVRIS DOCT. DOMINO
Iulio Ferreto Rauennati, Militi & Comiti Dignisſimo.

Ex omni parte, Iuli, gratę ſunt mihi tuæ literæ: ſonant enim undique diuinitatem, & nerba ea ſatis atque ſatis perlego; tantæ dulcedinis ex odore diuino ſumptam ſuauitatem apportant. carmina uidi, quibus interpretandis maxima cura cum diligenti attentione non defuit; & uelut posſibile extitit percepta & comprehenſa fuerunt; gratisſimum habui ea uidere, de quo grates refero nõnullas. De negotio tractarum quia interpoſita erat difficultas in eis habendis, & quid remedii pro nunc ſe offert Antonio qui ad te referat explanaui: literas quas pro vicerege expoſtulaſti his alligatis mitto; & ut iusſiſti, Dono Alphõſo Marchioni Vaſti filio meo dilecto uerbis tuis ſalutem dixi, qui te ob uirtutem tuam ſingularem ualdè diligit, & tibi deditisſimum ſe offert. Datũ. Ex Regio Caſtro, Iſchyæ 13. Septembris. M. D. XXXIII.

In tuo honore promptisſima. Conſtantia
Francauillæ Princeps.

MAGNIFICO VIRO IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI
Domino Iulio Ferretto Rauennati, Comiti, & Militi Dignisſ.

Amorem, quem ſuæ honeſtæ uirtutes expoſcunt nullatenus recordari non posſum: quamobrem mitto ad te coxam unam apri, et coturnices decem, & ſi eas Antonio Catto impartiri non dixerim, Scio ipſum abs te amari, & omnia uobis eſſe communia; literas quas nudius tertius expoſtulaſti per alium ſecuriorem nuntium ad te uenire faciam. Datum Iſchyæ vij. Septembris. M. D. XXXIII.

In tuo honore promptisſima Conſtantia.
Francauillæ Princeps.

AD LECTORES, LIBER.

En præcepta scatent Martis purissima Tandem,
Ferretti ingenio, quæ latuere diù.
Ista Duces teneant, Resipiscent dogmata belli
Et miles sæuus nouerit arma, Deum.

SIGISMVNDI LOFFREDI PARTHENOPAEI

Iureconsulti celeberrimi, Carmina, ad Iulium Ferrettum Rauennatem amicum.

Thespiadum cui sacra cohors, Cyllenius, es tu
Iulius, & Titan, Pallados vsque fauet.
Dogmata Romulidis, insulsi munere pandens
Cessaque sentinas cedit vterquè tibi.
Et toga cui primum didicit conferre triumphum;
Doricus & vates, musa Maronis, Atlas
Tranquilla melius, genuit te prisca Rauenna;
Romulidum vires, punica gesta canis
Munere militiæ, scriptis accendere Martem
Ipse studes, prauum, sicque premetur ais,
Celsa refers, Clio cecinit celebranda Quiritum;
Iulius, atquè hostis, debet & ipse tibi.
Vale precor, superi dignentur cedere menses,
Nestoreos, scandas Sydereumque polum.

C A R O L O Q V I N T O

C A E S A R I S E M P E R A V G V S T O

IMPERATORI INVICTISSIMO.

I V L I V S F E R R E T V S R A V E N N A S I. V. D.

Eques,& Comes Lateranensis Palatij,Maiestatisque suæ Deuotisſimus.

AGAPITVS Constantinopolitanæ Ecclesie Diaconus,qui annis ab hinc ultra mille floruit.Librum Græce ad Iustinianum Aug. Magnum illum Legislatorem scripsit: in quo omia quæ ad Christianum Imperatorem pertinent, instituta continentur; hunc ego latinitate donandum curaui per fratrem meum Ioannem Petrum Ferrettum Milensium Episcopum. Et quoniam nihil hoc uno Pijssimo Principe dignius ratus sum, ausus fui tibi C A R O L O Q V I N T O Imper. Religiosissimo Cœlestia hæc documenta consecrare, ut huiusmodi munusculo Augustissimæ Maiestati tuæ deuotionẽ meã profiterer.Quanquàm.n. C A E S A R Gloriosiss.nihil sit ferè quod uel à natura,uel à uirtute, uel à fortuna, uel à cœlo;sit expectandũ, quin cumulatissimè consecutus esse uidearis. Et iam pridem eas res gesseris artibus pacis & Belli:quæ nomen tuum æternitati commendare possint,erit tamen Agapitus noster diuinarum uirtutum tuarum Accensor. Nam cum omnia maiorum tuorum monumenta, ut per se maxima sunt,& immortali memoria digna,ita cœlestibus gestis, & incomparabili clementiæ tuæ comparata, multò reperiuntur esse minora quàm præseferunt; gesserunt quidem illi præclarè rem Romanam,Tu uerò ad gubernacula tantarum rerum(quod nihil addi potest)uni posteritati, & omnibus in futurum seculis prouidentissimè consuluisti, C H R I S T I Dei Opti. Maxi. fidem auxisti,dum Immanissimos Turcas à nostris ceruicibus,à nostris altaribus auertisti,& Clementi Sept. Pont. Max. Labentique Reipublicæ pacem reddidisti, Hæreses omnes sola uirtute ac fœlicitate tua exterminasti, Principes omnes concordibus uotis in unum reduxisti. Ergo Maiestatis tuæ nomen C A R O L E Q V I N T E, C A E S A R Inuictiss. apud omnes Orbis terrarum gentes,celeberrimum est, ut numine tuo, quicunquè ratione ducuntur, ex præscijs Arcanorum Oraculis fateantur,Potestati,Innocẽtiæ, pietati,fortitudini, fœlicitatiq; tuæ nationes omnes pro Re Christiana subiici debere:Hinc à remotissimis mundi recessibus, ex admiratione,ad te contuendum,& adorandum Venerabundi Reges à Sole nascente ad cadẽtem, proceres suos transmittunt, obedientiæ signa præstituros:ut quanta scilicet de te auribus hauserant,oculis etiam usurpent; Deum igitur Opt. Max. conditorem huius, & Seruatorem Imperii obtestor,ut quando totum terrarum orbem tua uirtute,sapientia temperantia, placabilitate, fragilitate, Religione,omniq; fœlicitate florentissimum esse uoluit,beneficio suo faueat, Pietatemq; suam,& uoluptatem conseruandi generis humani sanciat,& perpetuam esse iubeat: cuius me sacrosanctæ Maiestati, Sacratissimoq; homini,quanta maxima possum ueneratione,Religione,Deuotione,commẽdo. Rauennæ Calendis Martij. Anno Corporati Verbi.

M. D. X X X V I I I.

DIVO AC PIISSIMO IMPERATORI NOSTRO IVSTINIANO.

AGAPITVS MINIMVS DIACONVS.

I.

QVocunquè in terris honore dignitatem sustinens excelsiorem IMPER. Deum, qui te hoc culmine insignire dignatus est, super omnes colas, Quoniam tibi instar cœlesti regni terrenæ potentię sceptrum adiudicauit;ut homines institiæ frenum edoceres, Rabidumq; latratum eorum, qui aduersos ipsam descæuiunt,insectareris, cum in legibus ipsius obtemperandis, tum in subditis pro iure tibi regendis.

II.

Quemadmodum Gubernator assiduè inuigilat,Ita oculatissimus IMPERATORIS Intellectus æquitatis clauos secure continens, fortiterque iniquitatis fluctus propellens, uigilare debet.Nè Nauis totius Orbis Reipublicæ undis Iniustitiæ elidatur.

III.

Diuinum,primumq́ue Institutum nos omnes sequi edocemur,ut se ipsum quisquè cognoscat;qui enim se ipsum cognoscit, Deum cognoscet, qui Deum cognouerit similis Deo efficietur: similis uerò Deo efficietur qui dignus Deo factus fuerit:Dignus autē Deo fit qui nihil indignum Deo facit,sed,quæ eius sint excogitans tam loquitur quæ cogitat,quam facit,quæ loquitur.

IIII.

Nemo maiorum nobilitate glorietur etenim omnes generis terram pogenitricem habent;& tā qui purpura byssoq; inflantur,quàm qui paupertate,aduersaque ualetudine affligun tur:& tam qui Diademate decorantur, quàm qui per cubicula excubant. Quamobrem luculenta hac origine non iactemur,sed morum integritate exornemur.

V.

Scias Imperator diuinæ pietatis compositū Oraculum, quantò summis dignus beneficiis fuisti a Deo existimatus,tantò ipsi maiori retributione debitorem te esse.Redde igitur Benefactori tuo acceptanti debitum,ut gratiam & beneficio beneficium rependenti gratitudinis debitum: ipse etenim semper & benefitiis prior promeretur, & ut debitum beneficia repensat gratitudinem autem à nobis exigit, non in uerborum blandiloquentia, sed in piorum operum exhibitione.

VI.

Nihil adeo prorsus præclarum reddit hominem quàm posse quidem quæ uelit,efficere, sēper autem humanitati congrua & uelle & facere debet; ex quo igitur à Deo tibi gratificandi donata est uirtus,Quapropter nos vt bona uolū tas tua indigebat,cūcta sic ut uelis & agas,sicuti illi qui eam tibi contulit placere cognoscis.

VII.

Instabiles terrenarum opum diuitiæ fluentium cursum immittantur aquarum,Nam modicum affluentes possidere credentibus, mox refluentes ad alios transmigrant; Solus autem Beneficentiæ Thesaurus ipsum possidentibus immarcescibilis est, Merita nanquè bonarum actionum in Beneficos reuertuntur.

VIII.

Ob huius terreni Imperii celsitudinem hominibus extas inaccessibilis, ob supernæ uerò potentiæ Maiestatem in opibus ad adeūdum facilis, Audisque paupertate oppressos,ut Dei auditum apertum tibi reperias, Quales etenim in nostros fuerimus conseruos, talem circa nos Dominum reperiemus.

Diuersis

IX.

Diuersis curis sollicitam Imperatoris mentem, ad speculi similitudine abstergi oportet, ni diuinis semper splendoribus Illustretur, Rerumque iudicia inde addiscat. Nihil enim adeò facit, quæ peragenda sunt, intueri, quàm illam perpetuò immaculatam custodire.

X.

Sicuti inter nauigantes, si quis ex nautis periclitetur, modicum ex eo cæteris dispendium imminet, verùm ipso gubernatore naufragante, totius nauis pernicies infertur, sic & in ciuitatibus euenire solet; Nam si quis subditorum deliquerit; non tam Rempublicam, quàm se ipsum lædit: si uerò ipse Princeps uniuersæ infert Reipublicæ detrimentum, quo circa ingentes pœnas imponere, procuret, nè quid eorum quę facto opus sint, negligatur, & cum exquisita diligentia cuncta dicat, & exequatur.

XI.

In rebus humanis Rota quædam circumuoluitur, quæ modo huc, modo illuc ipsas exagitat ac circumfert, in hisque inæqualitas est, cú nihil ex præsentibus in eodem statu permaneat, Propterea ad te Inuictissime Imperator pertinet in hac rerum uersatili mutatione immutabilem pietatis habere constantiam.

XII.

Adulatorum fallaces sermones auertas tanquàm coruorum rapacium consuetudinem, hi namquè cadauerum effodiunt oculos, illi uerò animæ hebetant cogitatus, nè rerum ueritatem conspicari liceat, Aut. n. interdum laudibus excipiunt quæ detrectari merentur, aut plerumque omni laude maiora repræhendunt, ut duorum alterum ab ipsis committatur, uel in malis laudandis, uel in bonis uituperandis.

XIII.

Imperatoris animum ex omni parte æquilibrem esse decet; Transmutari etenim in rerum uicissitudinibus instabilis mentis argumentum est, Bonis uerò tenaciter inhærere, Imperium tuum piè conseruabitur. Sed neque uirorum fortium est in concussum animum securè gerere in arrogantiam extolli, neque in tristitiam deferri.

XIIII.

Si quis ab humanis fallaciis purgatum intellectum optinuerit, ac suæ ipsius naturæ uilitatē perspexerit, breui tamen quoque uitæ præsentis repentino fato obnoxiæ, intunctasque carni sordes animaduerterit, ad superbiæ nunquàm illabetur præcipitium, quamuis in excelso dignitatis fastigio emineat.

XV.

Super omnia celebratissima munera pietatis insula, cultusq; diuini Corona Regem exornat, Diuitiæ namq; euanescunt, & gloria præterit, Sola verò supernæ Reipublicæ, ac uitæ Deo placentis laus per immortalia sæcula simul extenditur, & possidentes ultra obliuionis tenebras collocat.

XVI.

Præposterum ualdè esse censeo Diuites, ac Pauperes ex disparibus rebus pari detrimento uexari: Illi namquè rerum Satietate disrumpútur, hi uerò inedia pereunt. Nec non illi iidem Orbis terrarum fines occupant, Inopes autem ubi pedum sistant uestigia non habent. Vt igitur utraque pars mentem saniorem indipiscat medendum est, his uidelicet auferendo, atq; his addendo quo inæqualitas ad æqualitatem trãs feratur.

XVII.

Quod antiquorum quidam futurum prædixit à uobis frugalitatis tempus suscipietur, cú aut Philosophi regnabunt, aut Reges philosophabuntur; náq; philosophãdo tú digni regno existimabuntur, tum uerò regnando à philosophia non desciscent. Si enim amare sapientiã, efficit philosophiam, Initium sapientiæ timor est Dei, quem iugiter in præcordiis uestris foueatis, manifestum est profectò, Quam uerum quod à me refertur.

XVIII.

Te uerè Imperatorem temperantiæ tiara redimitum, & iustitiæ purpura circundatum affirmamus, ut potè qui imperare ac dominari uoluptatibus ualeas. Enimuerò quælibet alia potestas mortis successionem sibi uendicat, huiuscemodi autem regnum stabilimentum sibi immortale conseruat, Illa dissoluitur in hoc sæculo, hoc ab æthernis suppliciis defenditur.

Meritò

XIX.

Si prę cęteris honore perfrui uelis, unicuiq; communis fias benefactor, nihil sic inquàm ad beneuolentiam attrahit, quàm ægestate laborã tibus beneficii præstita largitio. Illud namq; ob sequiũ quod metu impenditur fucata est adula tio fictiq; honoris titulo illos in quos extendi tur.

XX

Meritò Imperium uenerabile est, quoniam hostibus suæ potẽtiæ aculeos demonstrat, sub ditis uerò humanitatem exhibet, & cum illos armorum uirtute deuincat à suis inermi dile ctionis affectu superatur. Quantum etenim in ter clementiam, & feritatem differt, tantùm in ter utrunquè differri creditur.

XXI.

Corporea quidem substantia, IMPERA TOR, cuil ibet homini æqualis est, celsitudi ne uerò dignitatis ĩ omnibus Deo simillimus, non enim habet in terris se uno quenquàm sub limiorem, Necesse est igitur tanquàm immor talem non irasci, & tanquàm mortalem non ex tolli: nam & si diuina effigie ueneretur, terrena tamen fragilitate connexus est, qua æqualitatẽ in omnes seruare debere significatur.

XXII.

Viros ad te bonorum operum Consultores inducas, non autem eos qui demulcere frequen ter tibi satagunt, illi quidem ueritati commo da prospiciunt, Hi autem ea quæ Principibus placent, corporumq; umbras imitantes, eo rum dictis applaudunt.

XXIII.

Ministris tuis talem te exhibeas, qualem in te ex optas Deum esse, sicuti utiquè cæteros au diuerimus, audiemur; & sicuti uiderimus à Di uino Cunctaq; intuente aspectu respiciemur. Quòcirca præuenientes, misericordiæ miseri cordiam conferamus, ut pari par recipiamus.

XXIIII.

Quemadmodum diligens speculorum con templatio tales Imaginũ figuras effingit qua les ipse priores formæ fuerint, splendidas uti quẽ lætantium, tristes autem mœrentium: eodẽ modo iustum Dei iudicium nostris actionibus adsimile efficiatur, qualia nempè à nobis facta fuerint, talia nobis ex similibus retribuit.

XXV.

In peragendis negociis maturè consulto, stu diosè uerò quæ iudicaueris perficias; quando quidem periculosa est admodum inconsiderata in rebus temeritas: si quis. n. mala quæ ex in consulta mente proueniunt, excogitauerit, iuc rectè boni Consilii commoda comperiet, uelu ti Is qui sanitatis donum post aduersę ualetudi nis periculum experitur. Debes igitur Pruden tissime IMPERATOR tam consilio per spicaciore, quàm votis impensioribus diligen ter expedientia mundo disquirere.

XXVI.

Per quàm ægregiè præclara rerum guberna cula moderaberis si cuncta prospicere operã dederis, nec prorsus quicquàm negligendũ pas sus fueris; non. n. tuorum comparatione in te exiguum est, quòd modicum esse creditur: quo niam uel minimum IMPERATORIS uerbum prægrandem habet penès quosquè au ctoritatem.

XXVII.

Cum neminem in terris, qui te cogere possit habeas, tibi ipsi custodiendi leges necessitatẽ impositam esse persuades: sic etenim legum prę te feres cultum, si ante alios eas reuerius fueris, subditisquè manifestum apparebit, leges trans gredi periculosum esse.

XXVIII.

Idem putes peccare, & peccantes non cohi bere; si quis. n. iustè Rempublicam regens ini què uiuentes toleret, malorum consors apud Deum iudicatur, quòd si duplici laude proba ri uelis, Benefacientes honora, & mala perpe trantibus succenseas.

XXIX.

Malorum contubernia effugere, expedire admodum censeo: quis enim cum hominibus improbis frequẽter uersatur, aut eum pati, aut facinus aliquod discere necesse est: qui uerò cũ bonis conuersatur, uel res honestas imitari, uel uitiorum diminutionem addiscere eruditur.

XXX.

Credito tibi à Deo Orbis terrarum Impe rio, ad rerum administrationes nulla nequitio sorum consuetudine uraris. Is utiquè eorum omnium quæ illi perperam transfęgerint, Deo rationem reddet, Magna igitur indagatione Magistratuum sanctiones obseruandas decer nas, oportet.

Parem

XXXI.

Parem errorem esse puto, tam inimicorum flagitiis, excandescere, quàm amicorum adulationibus illaqueari, operæ prætium est itaq; utrisquè fortiter resistere, nec à uirtutis tramite ullatenus exorbitare, nè eorum uidelicet irrationabilem maleuolentiam ulciscamur; neq; simulatam horum beneuolentiam remuneremus.

XXXII.

Eos tibi uerisimos credas amicos qui omnia quæ locutus fueris non approbauerint, sed qui abs te integro iudicio cuncta fieri contendunt, Qui uè tecum in melioribus congaudent, in aduersis uerò tristantur: hæc utiq; ab omni fallacia haud fictæ amicitiæ insignia præseferunt.

XXXIII.

Terrestris moles potentiæ tui intellectus Magnanimitatem non transuehat sed tanquàm sato obnoxium principatum regens, mentem in uolubilibus inconcussam habeto: neque iocunditatibus extollaris, neq; mæroribus succũbas.

XXXIIII.

Sicuti aurum ab artifice crebrius transformatum, & in diuersas ornamentorum species transmutatum, id ipsum tamen quòd est permanet, sui mutationem aliquam non sustinens, Sic & tu Inclytisſimus IMPERATOR, licèt alium ex alio magistratum pertrãsiueris, dignitatemq; ipsam supremam attigeris, Idem tamẽ permanes, non in eisdem rebus immutabilem pro decoro continens æquanimitatem.

XXXV.

Existimes tunc tutò regnare cum populis uolentibus imperaueris. Nam qui inuitò subiiciũtur, nacta opportunitate seditionibus fluctuãt: qui uerò beneuolentiæ uinculis reguntur, inconcussã obseruant erga Principem obedientiam.

XXXVI.

Vt Imperii potẽtiã famigeratissimam cõsti tuas, quanta aduersum delinquentes subditos iracundia usus fueris, tanta te ipsum cum peccaueris dignum censeas. Nemo.n.potest tali potestate pollentem corripere, nisi sua ipsius errantis conscientia commotus fuerit.

XXXVII.

Qui summum rerum potitur emolumentũ, largitorem potentiæ pro uiribus imitetur, Si.n. in omnibus Dei imaginem refert, & per eum inter omnes dominatum optinet. In hoc potisſimum Deum imitabitur, si nihil honorabilius duxerit quàm misereri.

XXXVIII.

Super aurum, & lapidem prætiosum Beneficẽtiæ diuitias nobis thesaurum recondamus; hac nanquè spe futuræ gratiæ in præsenti uita lætificant, futuro quoq; Sæculo experimento speratæ fœlicitatis dulcedinem afferunt; quæ uerò nunc circa nos intuemur, tanquàm nihil ad nos facientia nè ad se alliciant, cauendum est.

XXXIX.

Des operam in eos spendidioribus demereri muneribus, qui cum beneuolentia quæcũq; à te mandata capescunt, hoc utiquè pacto & bonorum augebis affectum, & improbos uitia dediscere docebis. Eisdem enim dignos censeri, qui non eadem faciunt, ualdè nefarium est.

XL.

Super omnia Imperium honoratisſimum est, Tu uerò præsertim id esse censetur, tum Is qui tali potentia circundatus est, non ad sęuitiam propensus fuerit, sed ad clementiam declinauerit, in humanum quidem tanquàm efferũ auersſet, Mansuetudinem autem ueluti Deo simillimam preseferat.

XLI.

Tam amicos, quàm inimicos æquè; Iudices neq; beneuolis ob beneuolẽtiã idcircò gratiã impendas, neque maleuolis ob inimicitias resistas; eadem planè esse uidetur absurditas, & reũ insontem existimare, eò quod tibi amicus sit, ac iusto iniuriari, quod tecum in amicitia dissẽtiat, utrobique enim malum est simile, licèt in aduersis secus esse repertiatur.

XLII.

Rerum causas prudenter audire oportet, Difficilis est etenim ueritatis inuẽtio, facileq; effugere solet iudices nõ admodũ attẽdentes: Nã si omissa dicentiũ eloquentia, dictorũq; neglecta credulitate ad penitisſimã sensuũ profunditatẽ penetrauerint, Sic quæ quæsita ab ipsis fuerint, obliuiscentur.

obliuiſcentur,vt neque ipſi quòd iuſtum eſt aperiant,neque aliis vt id faciant permittent.

XLIII.

Perfecta licèt,ac paria numero ſideribus uirtutis opera nactus fueris,nunquàm tamen ob id Dei bonitatem ſuperabis, quotquot.n.quiſpiā Deo obtulerit,ex ſuis ſua ipſi offert,nam ſicuti nemini datur, propriam in Sole vmbram ſemper ſe præuenientem,nimiſvè properantem trāſilire,ita inſuperabilem Dei clementiam nullis vnquam beneficiis homines tranſgredientur.

XLIIII.

Beneficentiæ opes inconſumptibiles ſunt,diſtribuendo etenim acquiruntur, diſpergendo congregantur,has tuo inſitas animo, Munificētiſsime IMPERATOR retineas, opem à te implorantibus abundè elargiaris, multiplices inquàm à Deo remunerationes ſuſcipies,cū tempus retributionis operum aduenerit.

XLV.

Nā tu Dei regnum adeptus,bonis illum opibus imiteris,quia inter eos natus es, qui bene ficiis afficere poſſunt, non autem ex eorum numero,qui ubertate indigent,Promptę ſi quidem rerum copiæ nullum impedimentū eſſe poteſt, quo minus in pauperes beneficia expendantur.

XLVI.

Sicuti oculus corpori ingenitus eſt, ita mundo IMPERATOR conuenienter appoſitus, quem rerum Opifex pro conferentium adminiſtratione tribuit, Ad ipſum ergo ſpectat omnibus hominibus, quaſi propriis membris proſpicere, ut in bonis proficiant nè uè in malis collidantur.

XLVII.

Salutis tuæ cuſtodiam exiſtimes tutisſimam, nulla quenquàm ſubditorum tuorum iniuria laceſſere, qui enim nemini iniuriatur omni ſuſpitione caret;ſi ergo non iniuriari ſecuritatem cōciliat:longè magis beneficii collata largitio,cū & tranquilitatem generet, & dilectionem non amittat.

XLVIII.

Subditis eſto Piisſimus, IMPERATOR, non modo formidabilis ob poteſtatis excellentiam, uerùm etiam Deſiderabilis ob beneficiorum gratiam; neque idcircò tamē formidinem ob tui deſiderium deſpicias, neque etiam timore, tui deſiderium negligas, præteferas autem tam manſuetudinem tibi inaſpernabilē, quàm ſeueritatem contemptibilem.

XLIX.

Quas ſubditis uerbo leges impoſueris,has tu præueniens re ipſa præſtitiſſe demonſtrabis; ſi quibus dictis perſuades, integra quoq; uita ſocietur,ita pro fectò laudabile tuum Imperium Illuſtrabitur, ſi peragenda operatiocinaberis, & ratione ipſa perfeceris.

L.

Eos maiori dilectione Sereniſsime IMPERATOR proſequaris, qui à te promereri beneficia exquirunt, quam qui tibi munera offerre feſtinant: quoniam eiuſcemodi elargitione debitorem ſibi te faciūt, Illi uerò Deum tibi retributorem reddunt,aſſumentem erga ſupplices quæcunque contuleris,boniſq; retributionibus mentem tuam religioſam, & perhumanam remunerantem.

LI.

Solis eſt quidem opus Illuſtrare radiis orbem, Principis uerò uirtus ægenos miſeratione tutari, verumtamen Pius IMPERATOR illo præclarior eſt, Sol namq; noctium Continuationibus cedit, hic autem improborum rapacitati reſiſtens, ueritatis lumine iniuſtitiæ abdita redarguit.

LII.

ANTIQVOS IMPERATORES Principatus purpura decorauit, Tu uerò excellentiſſime Illuſtriorē eā reddidiſti, elemētia potētiæ molē temperans, bonitateque adeuntium re formidinem abſtergens: quo fit ut omnes miſericordia indigentes ad tuæ Serenitatis portū confluant,fluctibusq; paupertatis liberati, Iucundisſimis hymnis te proſequantur.

LIII.

Quantùm cæteros potentia ſuper excedis, tantùm quoque factis effulgere contendas; perſuaſisſimum .n. habeto eam abs te honeſtorum operationem poſtulari, quæ uirium magnitudini proportione reſpondeat: Iccirco ut à Deo poſt inuicti coronā Imperii præconio uictor iu diceris,Infulam quoq; ex promerendis pauperibus acquiras.

Antequàm

LIV.

Antequàm mandes quæ fieri uelis prius con sideres quæ fas sint, prudenter imperare, lubricum est enim linguæ organum, maximumque negligentibus periculum affert: quod si puram considerationem tanquàm musicam illi præfeceris, omnibus uirtutum numeris concinnata suauitas resonabit.

LV.

Regem in omnibus acutum esse oportet, tū, uel maximè circa difficilium rerum iudicia, In iracundiam autem tardissimè prorumpere: & quoniam irascibilem non esse prorsus aspernabile est decens fuerit, interdum modeste irasci, interdum ab ira desistere; uno quippè ut impro borum impetus compescat, altero in causis bonorum inuestigandis.

LVI.

In arcano cordis tui consilio diligenter mores eorum qui tecum uersantur prospicias quatenus examussim cognoscas: qui tibi in amore obsecuntur, uel qui fraudulenter assentari contendunt. Siquidem plerique beneuolentiam dissimulantes magno fiunt detrimento credētibus.

LVII.

Sermonem cum audiueris utilitatem afferen tem, non auribus hunc modò, uerùm opere excipias; sic utique IMPERATORIS fasti gium decoratur, quoties ex se eorum, quorum usus indiget expedientia considerat, uel ab alio quequàm inuenta nullatenus despicit, sed ultrò absque uerecundia percipit, percæpta incunctan ter perficit.

LVIII.

Arx inde populabilibus cincta muris, obsidē tes hostes despicit, venerabile uerò Imperium liberalitatis muro uallatum, & precum turribus corroboratum hostium telis imperuium immortalia ex ipsis erigens trophæa, persistit.

LIX.

Regno hoc terrestri, ut decet, utere, ut tibi ad superiorem claritatem aditus patefiat: qui.n.re ctè hic Imperium gubernant, post hanc uitam cœlesti digni iudicantur. Rectè autē hoc regūt qui subditis paternam dilectionem ostendunt. Hique Principi debitam à se obseruationem rependunt, Minis itaque uitia comprimenda sūt, pœnæ uerò inflictio in eos non extendenda.

LX.

Beneficentiæ toga uestiment m est immarce scibile, in pauperesque dilectio stola incorrupti bilis. Volentem igitur piè dominari talium indumentorum pulchritudine animam exornare oportet. Nam qui amoris purpura erga egenos amictus est, cœlestis quoque Regni compos efficitur.

LXI.

Cum sceptrum à Deo regale susceperis excogites, quibus nam modis huius tibi Datori placere queas, Nam sicuti omnibus hominibus ab illo prælatus es, ita præ aliis eum uenerari studeas. Præcipuus autem honor is esse creditur, si ab ipso creatos tanquàm te ipsum intueberis, & tanquàm debiti exolutionem in eos benefacien di munus impleueris.

LXII.

Ad diuinum præsidium quilibet salutis suæ cupidus festinare debet, Tum uerò præ cæteris IMPERATOR tanquàm de omnibus curam gereris: Cum.n.à Deo custodiatur, & hōstes generosè deuincit, & suos sedulò tutatur.

LXIII.

Nulla quidem re indiget Deus IMPERATOR, uero solo Deo, illum igitur cui nihil deest imiteris. Misericordiam implorantibus liberaliter elargiaris, Neq; inter domesticos tuos ad unguem unumquodque discutias, sed omniū petitionibus pro ægestate uitæ suæ satisfacias. Longè profectò fatuus est, bonorum gratia etiā indignis te misereri, quàm ob indignos bonos meritis exauctorare.

LXIV.

Si tibi peccata ignosci petis, Tu quoque ueniam in te delinquentibus indulgeas; quoniam remissio remissioni retribuitur, hacque in conseruos nostros recōciliatiōne, Dei necessitudo, & familiaritas uendicatur.

LXV.

Qui sine ulla repræhensione regnare studet, ab ignominiis quæ nos extrà inurunt cauere debet; seque præ aliis erubescere; & ut palàm alio rum gratia delinquere abstineat: & ut à se ipso cohibeatur nè hi priuata seorsum flagitia com mittant. si enim subditi peccantes pudore digni censentur multò magis IMPERATOR cum deliquerit dedecoratur.

L X V I.

Plebeium fanè uitium esse puto, improba animaduersioneq; digna perpetrare, Principis uerò culpam, bona, salutisquè hospitabilia nō operari: non enim malorum abstinentia domi nantem iustificat, sed rerum in bonos dispensatio eum dem coronat. Quapropter non solum à malis abstinendū, sed ut iustitiam adipiscamur elaborandum existimemus.

L X V I I.

Nullam mors in Dignitatum splendores reuerentiam habet, in quoscunq;.n.omni voraces dentes suos extendit, Nè igitur ante illius inclu ctabilem aduentum præueniamur, opum affluētiam in cœlum transferamus; nemo enim ex his quæ in mūdo congregat, illuc migraturus quicquàm secum abducit; sed omnibus in terra derelictis nudus peractæ uitæ rationem reddet.

L X V I I I.

Omnium quidem IMPERATOR est Dominus, cum omnibus uerò Dei seruus existit, Tum uerò potissimùm dominus nuncupabitur, cum sibi ipsi dominabitur; neque absurdis uoluptatibus inseruire passus fuerit, sed rationem sanctam, quæ irrationabilium perturbationum inuicta est Imperatrix, consortem sibi adscribens, indomitas amorum cupiditates tēperantiæ lorica contundet.

L X I X.

Sicuti umbræ corpora subsecuntur, ita peccata euidenti similitudine actus imitantia, animas comitantur: quo circa, in illo Diuini Iudicii examine perpetrata negare non poterimus, ipsa etenim uniuscuisquè operà testificabuntur, non uocem exprimentia, sed talia prorsus repræ sentantia, qualia à nobis commissa fuerint.

L X X.

Vitæ præsentis compendiosa cōditio, nauis mare trāseuntis cursum imitatur: cuius nos suo nauicularios alueo excipit sensimquè nauigationem attrahens, ad suum quemlibet transmittit portum. Hæc igitur, si ita se habent, prætereuntis mundi huius molestias transfigamus, ad eaquè festinemus quæ in æterna tempora præ sistunt.

L X X I.

Austerus homo, ac superbus non se tāquàm taurus alticornis erigat, sed carnis substantiam considerans, cordis arrogantiam comprimat. Nam & si Princeps in terra factus sit, terrena origine progenitus nō ignoret; ex terra ad thronum ascendisse, & in eandem breui post tempore discensurum.

L X X I I.

Nunquàm INVICTISSIME IMPERATOR desistas, sed eos qui scalas ascendere incipiunt, imiteris. Non prius inquàm ad superiora ferri sistunt, quàm ad summum gradum peruenerint; sic & tu bonorum operum ascensum appræhendas, quatenus superiori regni fructibus perfrui ualeas: quod Tibi CHRISTVS cū confidente, Rex Regum, qui sunt, & qui fuerūt, Sempiternitate retribuat.

F I N I S.

INDEX SINGVLARVM RVBRICARVM, QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

INDEX
IN IVLII FERRETTI
RAVENNATIS. I. V. D.
EQVITIS, ET COMITIS LATERANENSIS PALATII.

Tractatum de Re, Iureq; , & disciplina militari copiosissimus alphabetico ordine summa cum diligentia compositus nunc fœliciter incipit.

A

Aduoca-

Annibal

Animandus

B

castra

Cecilius

confugiens

D

E

Equi

H

Hæretici

I

Imperator

iustitia

locrensium

M

mandã

medicos

Miles

milites

N

O

P

periculum

principum

Q

Qui

R

Rescriptum

S

Statutum

Thebani

V

F I N I S.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS
I. V. D. EQVITIS, ET COMITIS LATERANENSIS PALATII.
AD CAROLVM V. IMPERAT.

De re, iureq́; & diſciplina militari, ipſiuſq́; præceptis cœleſtis, ſpiritualis, legalis, & armatæ inſtauratæ, & illuſtratæ militiæ.

SVMMARIVM.

1. *Commendatio præſentis operis.*
2. *Milites magis exẽplis quam iuribus mouentur. Ratio præfertur exemplis.*
3. *Bellicoſi caſus, iuribus, rationibus et hiſtorijs. antiquorum in toto hoc opere tractantur.*
4. *Excuſatio auctoris ſuper compoſitione huius libri aduerſus prauas linguas.*
5. *Et quoad modum loquendi. & hinc hiſtoria. Antigori græi poetæ refertur.*
6. *Deridere quemquam abſurdum eſt. Peruerſi nullam putant eſſe uirtutem in habitu humili, & pannis uilibus.*
7. *Verbum militare eſt generale, & quilibet dicitur militare in arte ſua.*
8. *Reges & arma fraternizant.*
9. *Doctor, & miles æquiparantur.*
10. *Virtus bellica legibus & ratione fundatur.*
11. *Arma ignorare minus pudet quàm iura fori.*
12. *Iura & arma uigilantibus proſunt.*
13. *Miles quis dicatur, & quid militia. Iura et arma, etiam in actu ſunt conſortia.*
14. *Doct. galli cantus, et Duces tubarũ ſonus ſuſcitat.*
15. *Doctores quamplurimi, qui Duces exercituum fuerunt, referuntur.*

PROHEMIVM.

NOBIS diù cogitantibus, Optime Cæſar Auguſte, aliquid ſcribere. ¶ Pro ſalute Chriſtianę Reipublicæ; viſum fuit vtile, neceſſariũ Deo propitio, exarare, de Re, iureq́;, & diſciplina militari: eiuſdemq́; pręceptis glorioſę militię cęleſtis ſpiritualiſq́; legalis, & armatæ, in theorica, & practica: vt tua glorioſiſsima, & potentiſsima Imperialis, & Regia Maieſtas, oĩumq́; Catholicorũ Principum, Regum, Ducũ, & Populorum veræ Chriſtianæ fidei ſub vexillo militantium Salutiferę Crucis Domini noſtri IESV CHRISTI, facilius contrà hoſtes viſibiles, & inuiſibiles; auxilio Dei, & pro ipſo Deo pugnantiũ peroptatam uictoriam conſequi valeat; & illã (ut decet) cũ omni laude, & gloria eidem attribuere omnipotẽti Deo: qui fecit cœlum, & terram, & à quo cuncta regna; & bona procedunt. ¶ Confiſi igitur in ipſum Deũ Opt. Max. hoc opus agredimur, quod eiuſdẽ gratia Dei finire ſperamus, nec vllus miretur: ſi in hoc militari lib. vltra iura ciuilia, & Canonica per rationes, & exempla fuerimus proceſſuri; ratio nos impulit quia milites magis exemplis q̃ iuribus mouentur, verum.n. docendi genus eſt exemplorum, & rationum expreſſio ut dicit tex. in c. ſi. diſt. 9. & ſana ratio pręfertur exemplis, ut ſcribit Seneca, plus mouere exempla quàm uerba:
& ſi qua reperiũtur pluries in hoc libro reperi-
ta exempla militaria, illa probè percunctando
non diſplicebunt pro memoria glorioſæ diſci-
3 plinę militaris. ¶ Bellicoſos igitur caſus exem
plificabimus, iuribus, rationibus, et hiſtorijs an
tiquorum quorundã in militia excellẽtiſsimo-
rum Imperatorum, Regũ, Principũ, Ducum, &
Militum exemplo: ut Inclyta militiæ diſciplina
omnibus pernoteſcat; cũ varijs feudorum caſi-
bus, & plurium quæſtionum iuris deciſionibus
4 per dies occurẽtibus. ¶ Et fortè quidam nos ta
xabunt, putãtes indocilem fore militiam, & me
iuris Doctorem talem prouintiam accepiſſe in
ſcribẽdo de tàm alta materia, vt dicit Vegetius
de re militari lib. 1. & in oſtendendo ipſam eſſe
docilem, dicimus ipſam fieri docilem cõtinuo
exercitio; quod ẽt per ſcripturã docebimus om
nipotẽtis Dei ſuffragio: & quippè id noſtrũ de
bile ingenium facere nõ poſſet, niſi cũ auxilio
ipſius Dei: cui laudẽ, & gloriam oẽm damus,
implorantes eius diuinum præſidium, vt nobis
animum tàm firmũ, & validũ cõcedere digne-
tur cõpillandi, & deſcribẽdi prępoſita milita-
ria iura, & cõmemorãdi perȩgregia geſta quo
rũdã Imperatorum, Regũq́;, & Ducum militię
Patrũ, & antiquorũ militũ digna memoratu in
varijs ſparſa libris alieno labore, cum nihil ſit
dictum, aut factũ, quin dictum, aut factũ fuerit
prius, vt inqt Comicus ille pœnus poeta Terẽ.
5 Eunucho. ¶ Et quidã fortaſſe me hiſtoricum

dicent,& de inculto meo crasso, & non elima-
to sermone ridebunt fortè immemores histo-
riæ Antigori grai Poetæ: qui dum patienter elli
xaret congruum opus suum, & ab Antigone Re
ge derideretur quòd ipse post æuum pro secun
do nominabitur Homerus, cui prudenter legi-
mus respondisse poetam Antigorum, Tu ipse
Antigone existimes Agamemnonem dum il-
las res præclaras gereret in castris contrà Tro-
6 ianos se congrue ellixaret? ¶ Et ità vt ipse re-
spondit respondemus illis, cum turpe sit, & im
prudenter quemquam deridere, quia peruersa
est de iure damnata derisio: nam peruersi nullã
putant esse uirtutem in habitu humili, & pan-
nis nilibus piè uiuentium cap. omnis. 21. quæs.
4. & quia Micol derisit Dauidem vt in uete-
ri testamento legitur, effecta fuit sterilis sen-
tentia Dei capit. sententia. 2. quæstione 7. ca-
pit. Opponitur. de pœnitent. distinctione 2.
7 ¶ Militare igitur est nomẽ generale; & quili-
bet in sua militat arte; & ut grammatici dicunt,
Catuli militant in siluis contrà aues, & anima-
lia fera l. Hac lege C. de priuilegijs scholarium
lib. 12. In legibus ius militare consistit, &
hoc negare potest nemo; propterea non timẽ-
mus morsus verbosorum, confabulantium, de-
tractorum; roborati autoritate legis sed an vl-
8 trò. ff. de negot. gestis. ¶ Nã leges, & Arma fra-
ternizãt ut Inclitus legũ lator, triumphator, &
semper Augustus attestatur Iustinianus Impe-
rator in prohemio Institutionum, & ibi gl. dat
quatuor proporcionalia, armorũ, & legũ, scili
cet arma, usus armorũ, uictoria, & triũphus; le
ges, usus legũ, calumniæ repulsio, & iuris reli-
gio; & per glo. in l. Miles. in prin. ff. de re iudica
9 ta. ¶ Et doctor, & miles æquiperantur, & alter
alterius indiget auxilio, vt in 2. constitu. Cod.
quæ nõ distinguit inter tẽpora pacis, aut belli:
cuius tẽpore etiã utimur legibus; vt ff. & C. de
re mil. & de capt. & postli. reuers. alijsq; simili
bus titulis, & iuribus dispersis in corpore iuris.
10 ¶ Et bellica uirtus legibus, & ratione fundat̃,
ideò me iuris utriusq; doctorẽ, legalisq;, & ar-
matę militię equitẽ, & comitẽ palatinũ (licèt in
dignũ) Lateranẽsis palatij, puderet nõ allegare
iura in qbus quotidiè versor; & si sine lege lo-
querer, meritò erubescerẽ, vt dicit iuris cõsul-
tus ff. de orig. iur. in §. Seruius aũt Sulpicius, à
Quinto Mutio obiurgatus, & in §. Considere
mus authẽ. de triẽ. & semisse, & l. 1. C. de cõstit.
11 pecunia. ¶ Nec minus puderet ignorare arma,
& militaria iura, q̃ magis necessario iure mili-
tes scire tenẽtur, quã iura fori l. scimus §. Arma
C. de iure deliberandi, & l. 1. C. de iur. & facti
ignorantia: & sicut iura uigilantibus succur-
rũt, pariter arma uigilãtibus prosunt, & subue-
niũt militibus; & sic pari passu ambulãt iura &
arma l. Pupillus. ff. quę in fraud. cred. cap. Vigi-
lãti studio. de pręscrip. cap. Quia diuersitatũ. de
12 cõcessione preben. cum simil. ¶ Et quis miles
dicatur, & quę militia secũdum vsum militum
habetur in glo. l. finalis. ff. ex quibus causis ma
13 iores. ¶ Nam iura, & arma in actu etiam sunt
consorcia; De nocte uigilant iuris Doctores
vt respondeant Consultoribus suis, & Duces fu
giunt somnum de nocte, & proponunt uigi-
lias, vt tutò permaneant cum exercitu castra-
mentati, & cum eo maturè perueniant ad per
optata loca, iuxtà illud, Nocti vocem, nocti
consilia, & nocti uictoriam dato, Nec decet
in tota sapientem stertere nocte; nam dormien
do quis ad excelsa peruenire non potest l. Qui
excubias, & l. Officium. ff. de re mil. & l. Si
14 quando. ff. de inoffic. testam. ¶ Doctores gal
li cantus, & Duces tubarum sonus suscitat; Do
ctores actiones præparant, & Duces acies in-
struunt; Doctores cauent, & curant nè sui clien
tes uincantur, & Duces nè exercitus suus insi-
dietur ab hostibus; Doctores curant non cir-
cumueniri iuribus dolo, & cautelis aduersa-
riorum aduocatorum, Duces nè cicumuenian-
tur, & superentur ab hostibus, & nè vrbes, &
castra sua inuadentur, & nè irruptione rumpã
tur, & capiantur, Doctores vt aquæ pluuiæ ar-
ceantur, & Ciuitates rectè gubernentur, Duces
vt tutò cum exercitu itinerentur; & castramen
tentur; Doctores vt aquæductus, & seruitutes
cõseruentur, Duces vt securè cum exercitu am
bulent, peraquent, uel pontibus transeant flu-
mina pedibus, aut æquis anxiè curant; Docto
res vt Ciuitates repleantur frugibus, & quòd
necessarijs non indigeant populi nituntur, Du
ces ut prouideatur exercitui suo de annona, &
vt hostibus illa tollatur percurant; Docto-
res vt pax, & Sanitas in populis seruetur per
optans, Duces nè fames, ignauia, pestis, discor
dia, & hostium copiæ sibi, & suis noceant, & ut
fines sui custodiantur anxiè curant, & hostibus
bellum inferũt, ut pax quęratur perpetua, ut in
titulo de pace iuramento firmanda, & de pace
tenẽda; & l. in bello. ff. de capt. & postli. reuers.
& latè dicã Dei suffragio in tractatu de ferijs
15 militaribus, treugauẽ, & pace. ¶ Legitur mul-
tos in legali, & armata militia peritissimos do
ctores fuisse Duces exercituum, & talẽ scientiã
sibi profuisse, & de legibus, & de re militari lau
dabiliter scripsisse; ut de Scipionibus, & Cato
nib. legit̃, De Cęsare, & Ciceronib. de Põpeo,
& l. Cornellio, Silla; De Lucullo, & Pio Mettel
lo, De Rege Pirro, & Annibale; De Gallo iure
cõsulto, & Marcello, de Sceuola, & Vlpiano, de
Paulo, Marciano, & Modestino ẽt iure cõsul-
tis, de Vegetio, & Sexto Iulio frõtino uiro Cõ
sulare Romano, & de quamplurib. alijs iurecõ
sultis, Principibus, & Regibus quorum nomen
nullo claudetur æuo.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS I. V. D. EQVITIS, ET COMITIS LATERANENSIS PALATII.

Titulus Primus.

In quo continetur, qualiter esse debeant Imperatores Orbis, & Illustris armatæ militiæ.

SVMMARIVM.

1 *Princeps, qui victoriam contra hostes consequi intendit, qua armatura primo indui debeat.*
Numa Pompilii Romanorum Ducis laudes.
2 *Princeps volens victoriam contra inimicos habere, quibus virtutibus ornari debeat. & 17. cum sequent.*
3 *Pacientia est maior virtus mortalium, quàm miracula facere.*
4 *Corinthii Timoleonis laudes.*
5 *Taciturnitas, ac patientia præsentis quando præiudicet.*
6 *Iudex quomodo teneatur Iudicare causas coram ipso vertentes. & 7.*
7 *Iustitia debet esse temperata, ac cum misericordia mixta.*
8 *Reges à regendo, & rectè dicti sunt.*
9 *Iniustitia non tolleranda, exemplum est.*
10 *De Catonis patientia.*
11 *Ac de Cæsaris patientia, & prudentia in bello cõtra Metellum, Catonem, & Aphranium, In quo bello ex Cæsareis militibus quinquaginta occisi fuere tantum, & n. 12.*
13 *Cato ne in manus Iulij Cæsaris perueniret, incubuit.*
14 *Cæsar ob dictam victoriam, tres peregit Triumphos.*
15 *Fortitudinis natura.*
16 *Circa quæ versetur fortitudo.*
17 *Et quæ sit.*
18 *Milites in bello, quomodo se habere debeãt.*
23 *De Pyrri Ephyrotarum Regis laudibus.*
24 *Et de quadam eius oris difformitate.*
25 *Imperatores exercituum, quomodo cum militibus loqui debeant.*
26 *Ex iracundia, odium oriri solet.*
27 *De Pauli Aemilij laudibus.*
28 *Paulus Aemilius bis consul fuit.*
29 *Et in maximis eius in armis gestis.*
30 *Imperatores, et Principes volentes bella gerere, quales personas penès se habere debeant.*
31 *Papa, Imperator, & Princeps, quorum consilio debeant negotia gerere.*
32 *Consilium licèt dicatur esse penès prudẽtes Principes, non tamen illi tantum prudentia sua niti habent.*
Consilium maiorum suorum, in quocunque negotio habendum est.
33 *Princeps est lex animata in terris, Ideo obtemperandus.*
34 *Principis tenentur fauere consiliarijs suis, neque eorum consilia spernere.*
35 *Præmium ex bello contra infideles.*
36 *Error Senatus Romani, qui contemnendo Deum in pharsalica expeditione consuluit Pompeium pugnare contra Cæsarem.*
37 *Parum est in bello vincere, & acquirere, at longè difficilius acquisitum conseruare.*
38 *De Scipionis Aphricani gesto præclaro.*
39 *Lacedemoniorum in armis laudes.*
40 *De Fabricy continentia in spernendis muneribus ei à Pirro Rege, ad quem orator ibat oblatis.*
41 *De quibusdam litteris inter istos scriptis, dum Fabritius in Castri, contra Pirrum esset.*
42 *Vtilitas quæ resultat Principi in capiendo consilio prudentum, dum tractatur de summa rerum.*
43 *Caroli Quinti Imperatoris laudes.*
44 *Successio Regni cui differatur vel patruo, vel nepoti.*
45 *Et an defferatur nepoti ex primogenito, vel secundo genito, nato ante illum nepotem.*
Ius primę geniturę, an sit transmissibile ad hędes.
46 *Distinctio in materia successionis in regno, an deferatur patruo, vel nepoti.*
47 *Quæ distinctio communiter comprobatur.*
48 *Deficientibus filijs Regis, an frater Regis in Regno succedat.*

49 *Inuestitus de feudo simpliciter, nec dictum fuit pro se & hæredibus, an intelligatur inuestitus ita, ut ipso deficiente feudum transeat in eius filios masculos tantum.*
Princeps quo animo debeat ad pugna ire cum suo exercitu.
Fortuna magis sæpe in bello operatur, q̃ uirtus.
50 *Quæ mors sit laudabilis Principi in bello.*

1 IMPERATORIA
venerāda Maiestas Om-
niumq; aliorum Princi-
pum Orbis, Regum, &
Ducum armatę militię,
si contrà hostes victoriā
consequi intendunt, pri-
mò induti armatura di-
uina esse debent, vt tutò stare, & pugnare va-
leant contrà malos spiritus, eorumq; insidias,
& hostiles astutias spirituales, & carnales; vt
dicit Apostolus in capit. 7. ad Romanos, In-
duite vos armatura Dei, vt stare possitis con-
trà insidias diaboli cap. Paratus, & cap. Ni-
si bella.cum simil. 23.questione 1.& dicit Pro
pheta, Si ambulauero in medio tribulatio-
num viuificabis me, & super iram inimico-
rum meorum extendisti manum tuam, & saluū
me fecit dextera tua, & tribulantes me inimici
mei ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. Et si con
sistant aduersus me castra, nō timebit cor meū.
Et si exurgat aduersus me prælium, in hunc ego
sperabo: & illæ diuinæ armaturæ sunt nempè
virtutes, vt bona opera quibus armantur ho-
mines cōtrà vitia cap. Qui resistit 11. quęstio.
3. exemplo Numæ Pompilij, post Romulum
Regem vrbis secundi: qui pace, & religione,
modestia, & iustitia per annos XLIII. dum vi
2 xit in Regno, Romam sine bello conseruauit,
clauso Iani vani Dei templo. ¶ Debentq; esse
scientes, fidi, graues, prudentes, benigni, diligē
tes, cauti, continentes, sobrij, docti, eloquētes,
sapiētes, caritatiui, placidi, iusti, constantes, &
paciētes, scientes quoq; ferre nōnullorum in-
iurias, etiam ex ijs quæ verbo Dei instituūtur.
3 ¶ Et maior est virtus inter mortales paciētia,
quàm facere miracula, vt doctor veritatis atte
statur beatus Gregorius, qui dicit homines pa
cientes facere miracula in mundo nescientes il
4 la peragere. ¶ Et prudens, & doctus, ac paciēs
in laboribus fuit Corinthius Timoleon, filius
Thimodimi optimus Dux, & fortunatus in mi
litia, q. parua manu in Sicilia pluries rupit, &
fugauit innumerabiles Carthaginensium exer
citus cum eorum ducibus Magone, Cigrone,
& Asdrubale, & Siciliam à Tyrānis liberauit
sua uirtute, & fratrem Thimosanum in bello
uulneratum tutatus egregie fuit, & illū post ty
rannum effectum, & malè uiuentem pluries ab
eo, & ab affinibus, & amicis primo monitum,
& ob audientem contempto fratre in tyranni-
de durius procedētem, mœstus amore patriæ,
& pro illius libertate, & iustitia vt Romulus
Remum de medio sustulit; omni via primo ten
tata, etiam cum lachrimis vt fratrem à tyranni
de reuocaret: & Icetum tyrannum Leontinorū
cum filio qui prodiderant Siracusanos tyranni
dem Siracusis exercentem, Contimiūq; & Ma-
merum tyrannos Siculos deleuit, & Insulam in
libertate posuit odens tyrannos amator liberta
tis, & iustitiæ; pro quibus nō pepercit proprio
5 sanguini. ¶ Quæritur modo de iuris pacientias
Quidam habens castrum in feudum, & valens
cōtradicere dum existeret in Regis præsentiā,
& impedire actum cuidam petenti à Rege di-
ctum castrum in feudum pro deuoluto ad ip-
sum Regem, & non contradixit, An taciturni-
tas ipsius, præsentiaq;, & paciencia sibi præiudi
cet? Conclusiuè respondemus quòd sic; quod
non procederet si actum non potuisset impe-
dire: quoniam tunc non sibi præiudicaret l.
Gaius & ibi gl. & Doct. ff. de pignor. actio. &
l. sæpe. §. 1. ff. de re iudicata, & per gloss. in l.
filiusfamilias. §. Inuitus. de procur. & per Bar.
& alios scribentes in l. Quæ dotis ff. solut. ma-
6 tri. ¶ Tenentur primò Reges causas probè &
ritè examinare, & causa cognita secundum le-
ges iuditium, & iustitiam facere: quia hoc eo-
7 rum requirit virtus, & officium. ¶ Habeantq;
iudicare vt Deus, ab ipsis semota personarum
exceptione, non faciendo alicui contrà ius in-
iuriam, neque iniustitiam capit. Iustum. distin-
ctione 9. capit. Regum 25. quęstione 5. capit.
Ret um, cum cap. Regum 23. quæstio. 5. ca-
pit. Disciplina 45. distinctione. vbi habetur
iustitiam esse debere temperatam, & mixtam
cum misericordia, sine qua iustitia Princeps, &
Rex perderent proprium nomen, & vetteren-
tur in tyrannū cap. Grandi. de suppl. negl. prælat.
8 in sexto. ¶ Et tenentur regere ratione qua Deo
similes sumus; nam Reges à regendo, & à recto
dicti sunt: quia rectè regere, & iustitiam debēt
rectam facere populis sibi à Deo commissis.
9 ¶ Et propter iniustitiam factam contrà bonos
per Athenienses, & Lacedemonios, & contrà
Focionem ducem sapientissimum virum, duce
electo Poliperconta; Focion iniustè damnatus
à vana populi voce, bibens animosè venenum,
inquit prudenter erga filium suum, Non debe-
re recordari de iniuria patri suo iniustè facta.
10 ¶ Et Cato patiens fuit, & portando caput dis-
coopertum in theatro, didicit ferre calorem, &
frigus; & partes alijs faciebat in victu, & illis da
bat optionem, & à militibus pro Duce peto-
ptabatur scientia sua maxima bellādi consilio
sano sapiens fuit & Seuerus secundus, Cato vi
censis sano consilio, tarò ridens, cum paruo si-
gno

gno risus;nepos hic fuit antiqui primi Portij Catonis;& tardè irascebatur,& iratus implacabilis erat;tardus fuit in discendo,& didicita retinebat memoria;animosus fuit in aqua & terra. ¶ Cæsar cum duris, & expertis militibus suis pacientissimus, post bellum pharsalicum audito Scipionem Metellum Socerum Pōpei, Catonem,& Aphranium in Aphrica congregasse exercitus plures, innumerosos, auxilio Regis Numidarum Iubæ,contrà ipsos accersitus fuit, accessit solsticius hiemalis tempore XIIII. Decembris:& Cæsarem adeò hostis intrinsecus inopia oppressit in terra Aphrica, ꝙ fuit coactus dare algam equis suis lauatam potabili aqua mixta cum alia herba;& passus extitit detrimenta Cæsar multa sua virtute, qua suos in fuga existentes retinuit, & fuit amplexus uexiliferum suum fugientem, inquiens, esto fortis, quia hic adsunt hostes,& illū & reliquos tunc fugientes firmauit; qui à Scipione Metello relicto Rege Iuba, & Aphranio in vallis suis fugati,& sparsi fuerant Cæsariani: quorum pars recepta fuit per Asinij Polionem in suo uallo apud Tessam urbem, & cum de hoc se exultaretur Scipio cum suis pro uictoria factis audatioribus,suprà lacum castrum munire cœpit,ut omnes in eo valeret Iubæ Regis,& Aphranij milites ob urgentem necessitatem recipere; quo uiso per Cæsarem suos acie illicò instruxit,& illorū partem iussit celeriter pertransire lacum, reliquis penès se retentis, & in medium posuit Scipionem occupatum in munimine castri,quem rupit, & sequendo victoriam uallum cœpit Aphranij, & Iubam repente fugauit,& uallum suum occupauit Numidarum:ità quòd uno die tres exercitus superanit Iulius Cæsar multis ex hostibus cæsis. ¶ Et legitur in uictoriosa expeditione prædicta Cæsaris fuisse tantùm quinquaginta ex Cæsarianis militibus occisos, & multi ex nobilibus Romanis qui cū Scipione,& Aphranio,& Iuba erant, capti fuerunt, & ad Cæsarem ducti: quorum nonnulli propria manu prè pudore, & animi constantia semetipsos occiderunt. ¶ Et Cato in Vtica, nunc Biserta dicta, urbe Aphricæ,nè in manus perueniret Iulij Cæsaris gladio pro libertate incubuit,quo audito indoluit Cæsar: quia illum probatissimum uirum in manibus suis habere cupiebat,& ut decebat clementer ipsum honorare,inquit, ò Cato ob mortem tibi inuideo, quoniam ob salutem tu mihi inuidiam habuisti; & clementer pepercit Cæsar Ciceroni,Bruto,& reliquis Romanis sibi hostibus accerimis. ¶ Et post ex Aphrica gloriosus uictor,& triumphator reddit ad vrbem,quam tributis maximis ditauit, & triūphos tres tunc peregit Alexandrinum videlicet,Ponticum,& Numidicum,seu Aphricanū pro Iuba deuicto Rege Numidarum in Aphrica:in quo triumpho Iuba Iunior filius Regis Iubæ senioris ductus fuit captiuus in urbem, ubi doctus euasit, & prudens literis,& armis.

15 ¶ Quæro de fortitudine, quæ est prudentia animi, & robur in bello, estq; moralis uirtus cū armis fundans bellū, & passiones cōtrariæ sunt timor,& audacia, & bonum corporis est finis fortitudinis in bello, & si quis bellat pro lucro non est fortis, immò auarus, & sic si sumatur fortitudo corporis non erit uirtus moralis,sed quando fuerit sumpta pro uirtute animi tunc uirtus moralis erit, & hęc est quæ bellum producit ad finem, secundum Ioan. de Lign. in lib. suo de bello in tit. de fortit. & eius
16 nat. ¶ Fortitudo in bello uersatur circa pericula bellica, sed pauci sunt qui uitam ducant in longum in periculis bellicis, & est apetitio rerum magnarum, & contemptio humilium, & perpensio laborum cum utilitatis ratione.
17 ¶ Debentque Principes Regnorum, & exercituum continentes,cauti,& uigilantes diuina recti ratione cap. uinolentum 35. distin. & l. 2.C.de pond. aur. illat. lib. 10. & l. prima. C. de thesauris lib.eodem,& l. 1.C.de Athlet.lib. 12. capitulo in Causis. de elect. capitulo si in laicis 38.distinct.& l. Neminem C. de suscep. & Archi.lib. 12.& l. 1.C.de re milit. eodem
18 libr. 12. ¶ Reique militaris experti, animo inuicti, fortunati, & fœlices, uirtute prędıti, & autoritate muniti animum suum assiduò tradentes ad magna;& quòd militauerint sub doctissimis Imperatoribus,qui ab expertissimis, & ualdè doctis magistris didicerint iura militiæ,habetur in titulis de cōsul. & de præfect. magist.milit. & de patric. & in l. 1. & in l. magistros. de profess. & med. C. & de ædif. priuat.l.si cuius,& de profess. qui in urb. con-
19 stant.l.1.¶ Et secundum oportunitatem temporum, locorum, & personarum,ac gestorum qualitatem munificentes, parci, & liberales l. 1.C.de pet. bon. subl. lib. 10. & C. de oblat.
20 uotorum l.1.lib. 12.¶ Pij, Caritatiui, affabiles, humani, placidi, modesti, clementes, constantes, in audientia faciles, benigni, graues,& seueri secundum iustitiam,& tempora,ætates,conditiones, & qualitates personarum prępondérantes,& cuncta in causis rimantes l.Quod si Ephasi.ff.de eo quòd certo loco, & l. ijs quidem §. monente C.de his qui milit.
21 non poss. & l. 1.C.de thesaur. ¶ Misericordes quoq;, & in se retinentes existimationem, ne suis fiant contemnibiles l. 1.C.de bon.nac.& l. vrcensium C.de decurio. & eorum fil. lib. 10.
22 ¶ In loquela tardi esse debent Principes, honorisq; cupidi,verecundiam timentes,ornatis utentes & ponderosis uerbis l. Nemini C. de cons. & l.Iubemus C.de prox. sacr.scrin.lib.

12. Ità quòd ab omnibus in maxima sint uenerationе tãquam uirtutis simulacrum ob eorum prudentiam, quę est calliditas, & rerum multarum memoria, & usus plurium negotiorum, Exemplo Camilli Romanorum Ducis egregij, & incliti Pauli Aemilij, & aliorum quàmplurimorum Romanorum Imperatorũ, qui docti fuerunt, & prompti consiliis, animo inuicti, industriosi, & laborum amici, & assidui exercitij corporum suorum, & sine timore audaces in periculis ut optimos decet Imperatores, in Dei religione deuotos, & expertos
23 in disciplina militari. ¶ Pirrus Rex Epyrotarum doctus fuit, & excellens in uita sua, & in disciplina militari placidus, & humanus, prõptus, & liberalis ad recognoscendum omnia beneficia: & dum contingisset mori Hypponem unum ex illis qui ipsum Pirrum fugit infantem ab ira, & odio paternorum hostium suorum, & illum duxit ad Glauciam Regem in Illyricum per turbidum Megare flumen transmiso insanie: & dum Pirro nunciata fuisset Hypponis amici mortẽ, inquit, prudenter Hypponem tollerasse res omnes sua uirtute quæ accidunt in mundo, sed quod ipse Pirrus maximum dolorem paciebatur, quoniam distulerat remunerare Hypponem donec uiuebat; & q̄ pecuniæ depositæ, & promissę alicui possunt satisfieri hęredibus creditorum, sed gratiæ sunt cõ-
24 ferendæ illis qui eas meruerunt. ¶ Et legitur Pyrrum habuisse os unum solidum in parte superiori oris, & dentiũ cũ signis, quibus uidebãtur esse dentes in eo diuisi per signa ibi orta à natura; & morigeratus, & uirtuosus fuit, & fe-
25 rocissimus armis. ¶ Nec palàm habent Reges uti uerbis iocosis, & inanibus nisi cum arte, & misterio exemplaribus ponderosis, & sapiẽtia plenis, & gestis arte prolatis sermonibus Alcibiadis exemplo Ducis fragrantissimi ingenij, optimiq́; consilij, & eloquentia singulari, & pręstantia corporis, & uirtutis eximiæ, nobilissimiq́; sanguinis, rei militaris experti, & fortunati: qui arte caudam optimi canis per ipsum empti septem millibus numis abscindit, & suia dicentibus hoc uile fuisse ministerium Incliti ducis, fieri prudenter respõdit, ut hostes nostri Athenienses hac de re loquentes, de nobis ni-
26 hil curiosius cogitent. ¶ Nec iracundi esse debent Imperatores, quoniam ex iracundia sępe solet odium oriri, & adeò inueterari, quòd ipsis posteà posset in futurum nocere. iuxtà illud, ira recens furor est, odium facit ira uetu-
27 sta. Præterit ira cito, uix iracũdia transit. ¶ Iracundiam fugit Paulus Aemilius prudentissimus, & ualdè morigeratus Imperator Romanorum, & optimus custos rei, & disciplinæ militaris, uir placidus, religiosissimus, humanus, iustus, & liberalis ab omnibus peramatus: qui dum foret prætor in Hybernia, bis ad bellum missus à patria, & bis hostes tunc superauit, ex illis occisis millibus trigiuta, & suos docuit uincere ratione locorum, & transitus fluminum: & subditione sua reductis & probe placatis ducentum, & quinquaginta ciuitatibus redit ad urbem manibus mundis; hic filium Scipionem Aemylianum habuit, qui deleuit Carthaginem natum ex Papyria vxore filia Maria Nasonis uiri cõsularis, & adoptiuus filius fuit Scipio prædictus alterius Scipionis maximi, scilicet Cornelij Scipionis qui uicit Anibalẽ, & Carthaginem cum tota Aphrica tributariã
28 fecit Romanis. ¶ Et bis fuit Paulus Aemylius Consul, & triumphator; & bello Lombardos, seu gallos transpadanos doctos in armis superauit, eorumq́; ciues sua sub ditione reduxit.
29 ¶ Et contrà Perseum Antigoni Regem Macedoniæ ex Philippi, & Alexãdri stirpe successoribus superauit, q contrà Romanos pluries bella intulerat, rupto Lucio Licinio ĩ Macedonia, mille & quingentum cæsis Romanis, & captis sexcentum cum uiginti nauibus Romanorum apud Orcum, & damna multa Romanis contulerat ipsorum captis oratoribus; & secũ iunxerat Illyricos Duce Gentio eorum Rege, & Dardanos ruperat, ex illis occisis millibus decem: & contrà galatas incolentes apud Istrũ bellum induxerat, contrà quem Paulus Aemylius sexagenarius Consul factus per Romanos missus fuit, & cum fortuna secunda apud litus, & ad pedem Olympi castrametatus, & per aspera iuga ibi accessus decimum bellum contrà Perseum nouiter intulit, & Regem auarum aliquãtulum iuxtà monticulos aggressus fuit, ibi castramẽtum cum suis Cretheñsibus, & phalangibus Macedonum probè instructis, & pertinaciter bellantibus Regem fugauit in ciuitatẽ experto Marte, in planitie coactus fuit Rex ab Aemilio duro marte apud Esonem, & Leucum flumina forti Macedonum bellante phalange; & illa rare facta obmonticula, illicò p Paulum cũ suis arte occupato spatio illo montano relicto per phalangem ob inequalitatem et fortitudinem loci, bellantium sui Ducis ser uãtium ordines Romana uirtus extitit uictrix,
30 et triumphatrix. ¶ Et tenẽtur Imperatores penès se tenere probos, iustos, catholicos, pios, morigeratos, pacientes, graues, cautos, secretos, fidos, antiquos, et prudentes in re & disciplina militari expertos uiros pro consilio, & cum ipsis sępe consulere cautè capitulo Regum 23. quest. 5. capitulo. Alienæ 3. quæst. 4. & cap. Pagani 2. q. 7. & l. contractus ff. de re milit. & l. expertos C. de decurion. & l. 3. C. de curs. publ. & in titulis de castren. minist. domest. & protect. & de appar. & C. ut dign. ordi. seru. & capitu. Episcopus 15. quæst.

quæstio. 7. & l.Consensu C.de repudijs, Alexander Magnus sanis consilijs Foctonis, & Antipatris libenter parebat, & aliorum suorum prudentum consiliariorum, propterea magna fecit immortalis nominis. ¶ Et Papa, Imperator, & Princeps omnis orbis tenentur ponderosa, & ardua negotia facere cum consilio sano suorum Reuerendiss. DD. Cardinaliũ, & Collateralium consiliariorum seniorum, & respectiuè procerum suorum prudentum cap. venerabilem. extrà qui filij sint legit. & Institu. de iur. nat. gent. & ciuil. §. sed quod Princip., & per Bal. ibi, & per Fely. in rub. de const. & cap. conuerso. Non debent Reuerendiss. DD. Cardinales, & Consiliarij Principum, uel aduocati consulere, & expedire de arduo dubio, nisi consulto Papa, aut Principe suo cap. fili de dilat. & per Barth. de Saliceto in l. filij. C. de pactis, & per Ias. in l. Placet C. de sacro sanct. ecclesi. ¶ Et licèt consilium dicatur esse penès prudentes Principes, non tamen habent illi tantum niti prudentia sua. cap. Nè Innitaris. extrà de cõst. & Iob. XX. in antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia ob præteritorum exempla; & sicut uoluit Octauianus Cęsar dictus Augustus, debent esse docere parati cap. Constantinopolitana 22. distinctio. vbi habetur Principes priuari dignitate sua non sequentes bona consilia suorum consiliariorum sibi data pro ueritate, cui fauet Deus cap. Deniq; 7. questio. 1. in statuam salis fuit conuersa Roboham vxor Loth, quia spreuerat consilium ut in ueteri legitur testamento, ad quæ facit tex. in l. Omnium, & per glo. ibi C. de testa. & D. And. de Iser. magnum feudistam in usibus feudorum in tit. hic finitur lex; deindè consuetudines incipiunt col. 4. vbi prudenter scribit pro stultis haberi Reges illos, & regia priuari dignitate non sequentes bona consilia suorum consiliariorum collateralium; & pro bono consilio reputari sapientes, & hac de causa plenos, & ordinatos legali philosophia haberi, & legem esse animatam in terris, & in ipsis extare prudentiam magnam ob sanum consilium prudentum suorum consiliariorum, vt in §. penultimo. authent. de consil. collate. 5. ¶ Et Princeps est obtemperandus ut lex Sancta, cum ipse sit lex animata; & est sacrilegium fallere Principem, & graue est delictum fraudare legem l. ij. ff. de legi. lex est seruanda quia in fide, & ueritate fundata est, & qui fraudat legem perdit illius priuilegium, quam ipse fraudauit capitu. Nullus 17. quæst. 4. & per gloss. in §. Neque authent. demand. Priu. & l. Auxilium. ff. de minor. in fine. ¶ Et tenentur Principes fauere consiliariis suis, nec eorum spernere consilia, neq; uires: & si Agamenon, & Menelaus Græcorum Reges prudenter con-
sulti, non paruissent consilio suorum pręclarium consiliariorum; non equidem lapso decẽnio Troianæ obsidionis uires hectoreas, & dar-
35 daneas superassent. ¶ Catholicorum Imperiũ
super te ut legitur ĩ Poeta de cęlo super Athlã-
tem Carolum Quintum Inuitissimum Impera-
torem, & semper Augustum iacet. Nam uirtu-
te Austriæ tuæ præclare domus, & consilio
sunt armis superandi infideles; quoniã in Deũ
omnia peragenda probè cum timore humili-
ter remisit, prosperè igitur & fortunatè pro te,
& Imperio tuo pro Deo gloriosè pugnabunt
Angeli, & diuina erit uictoria, cœlesti non &
36 terreno tribuenda Imperatori. ¶ Et si Senatus
Romanus contemnendo Deum in Pharsalica
expeditione superbè non consuluisset Pom-
peium pugnare debere contrà Cæsarem, qui
tunc necessitate opprimebatur, aliud non
peroptans nisi Bellum, ut cum honore libera-
retur ab inopia, uita, aut morte: & prudenter
Pompeius & Cato dissentiebant uelle pugnare
cum desperatis oppressis ab hoste intrinseco fa-
me, & proptereà bellum differebat Põpeius se-
cundum regulas disciplinæ militaris, deside-
rans se habere Catonem cum classe ad latus
sui exercitus, & locum mutare mandabat ma-
gnus Pompeius, laniãdo hostes necessitatibus
quibus indigebant; & desiderabat prius pla-
care Deum sacrificio, memor, quòd cum su-
perbia exiuerat vrbem, non primo placato
Deo, solito humili uoto placari: quæ si fe-
cisset G. Pompeus turpiter uictus nõ fortè per-
37 mansisset. ¶ Et prudentia est magna uincere,
& uictoriam & Regna Marte quæsita conser-
uare; Anibal pœnus, & Epyrota Pyrrus scie-
bãt uincere, & querere regna; sed inscij posteà
erant uictorias, & regna quæsita conseruare:
Romana quippè antiqua uirtus utriusq; scien-
tiam habuit uincẽdi, & Imperio quęsita, & ui-
38 ctorias conseruandi. ¶ Nam Aphricanus ma-
ximus ille Scipio, uictis Asdrubale, Cigrone,
Rege Siphace, & Anibale barcha in Aphrica
Carthaginem tributariam fecit Romanis, sub
quorum ditione Aphricam totã repente subæ-
39 git cum triumpho. ¶ Lacedemones ob leges,
& mores sanctos sui Ligurgi, & ob eorum uir-
tutem bellandi, militiæq; disciplinam opti-
mi Duces adeò fuerunt, quòd à pluribus popu-
lis pro ducibus suis petiti, egregia facta bello
perægerunt prudentia sua: à Siculis autem pro
Duce petitus fuit Lysippus; & Brasides à Cal-
cedonensibus; & Lisander ab Asiaticis; & Agi-
silaus Rex à Calicatrida ob eorum militarem
scientiam, liberalitatem, continentiam, mode-
stiam, iustitiam, & bellandi uirtutem sapienti-
bus comprobatam Aristotele, Platone, Dioge-
40 ne, & Agenone. ¶ Et dum foret Fabritius pro
Oratore missus ad uirtuosum Regem Pirrum

pro

pro redimendis captiuis intellecta per Pirrum à Cynea suo legato de optima Fabritij conditione,& uirtute munera plura illi misit, ipsum perorando ut eius amore illa acceptare dignaretur,quæ spreuit bonus Fabritius continentissimus Imperator: quem postea Pirrus uolens eius uirtutem experiri, perterrere procurauit posito magno Elephante in eius thalamo post linteamen lecti ubi sedebat Fabritius; & indè amoto linteamine Elephas extendit nares, & os suum supra caput Fabritij maximo mugitu,& intrepidus Fabritius risit sine timore, quo uiso,fuit Rex Pirrus ualdè miratus de tanta constantia,uirtute,& prudentia uiri , illum rogando,ut secum stare uelet,& quòd ipsum in patrem habebit; & dum uaria foret disputatio cum Cynea circà opiniones Epycuri, ponendo finem suum in uoluptatibus, ocio, & lasciuia fugiendo curas publicas,& priuatas,laudādo damnatas opiniones epycureas,& subridēdo respōdit prudenter Fabritius, ò vtinam Pirrus,& Samnites talem opinionem secum haberent donec bella gerunt cum Romanis; & Pirrus mirabatur ualdè ualdè de prudentia tanti uiri,& peroptabat pacem cum Romanis,& illa facta secum habere Fabritium desiderabat,& illum omnibus alijs suis præferre honore, consilio,& ueneratione:cui submissa uoce respondit Fabritius,quòd hoc ipsi Regi utile non foret,quia populi & milites Pirri magis Fabritiū amarent,& illi parerent quàm Regi suo ; facta de Fabritio experiētia & Pirrus inquit, videte amici mei quanta sit in Fabritio magnanimitas,cui soli confidimus captiuos omnes Romanos,& si nobiscum Senatus Romanus noluerit pacem factis saturnalibus ludis , captiuos remittat,& ità factum fuit , quòd factis ludis saturnalibus negligēte Senatu habere pacem cū Pirro,captiuos ad ipsum remisit Senatus Romanus.

41 ¶ Post facto Consule Fabritio, & eo accesso in castris contrà Pirrum, allatæ fuerunt sibi literæ medici Pirri, quibus se offerebat, ꝙ si Fabritius præmio ipsum recognosceret liberali Regem Pirrum veneno necaret; & Fabritius unà cum collega suo Q. Aemylio,hoc nūciato primò Senatui , literas ad Pirrū huius tenoris destinauit cum collega Aemylio.C. Fabritius, & Q. Aemylius Consules Pirro Regi Epyrotarum salutem.Videtur te non bene considerasse amicos tuos, & minus hostes ; his lectis repentè cognosces quòd bellum geris contra iustos,& probos uiros; & quòd confidis de iniquissimis, & iniustis : & quod tibi nuntiamus non facimus propter te , sed nè mors tua daret nobis infamiam, tanquàm si te non potuissemus superare uirtute, sed cū proditione: post Pirrus puniuit medicum suum uiolenta morte:& in remunerationem accepti beneficii remisit consulibus omnes captiuos Romanos absque alio præmio ; & alia uice Consulibus, & Senatui Romano pro habēda pace ab ipsis, misit Pirrum Cyneam legatum suum,& nolentes Consules Romani se ob hoc esse obnoxios Pirro Regi pro restitutione sibi facta captiuorum suorum,sine prēmio eidem remiserunt totidem ex Pirri confœderatis captiuos Tarentinos,& samnites pro recompensatione suorum captiuorum ab eo liberatorum,& pacem cum eo noluerunt , donec ipse Pirrus discederet ab Italia unà cum nauibus,& exercitu suo;&quòd posteà de pacis conditione tractabitur.

42 ¶Optimum est nempè consilium,quòd Imperatores quando de summis rerum tractatur ad sint negotijs suis, quia melius uident illi qui sunt in facto suo præsentes, quàm absentes : & milites uirtute, & præ pudore corā suo Imperatore fiunt Leones in pugna,vt Persę Regi dicebant Macedones coram Alexandro Magno præ gloria, uirtute, & pudore : pugnauerunt Thessali,& Græci impigrè & pertinaciter contrà Darium,& meritò fuerunt cogniti liberaliter ab ipso Alexandro ; qui spolia, & prædas multas hostium illis donauit , & multa Marte fecit magnus Alexander Macedonum Princeps:& Rex Agesilaus Lacedemonius in præ-

43 sentia suorum aucta illis audatia.¶Te,Carolū quintum Imperatorem suum legitimum expectat Imperium argolicum Catholicorum , cū te iustior alter, ut inquit Poeta , Nec pietate fuit,nec bello maior & armis ; & tecum est nē dum Cæsaris fortuna,Scipionis prudentia: Ingenium,consilium , & fortitudo Pompei magni;& Augusti Cæsaris beniuolentia : sed Dei prouidentia & potentia,cum humilitatis & pacientiæ uirtute,quæ Dei gratia scandit cœlos,

44 & opprimit superbos.¶Et quia sub diuino Imperij principatu sæpe contingit decidere qualiter ordo Regiæ successionis primę geniture ꝓcedat,& qualiter fiat successio secundum ordinem genituræ circa Regna ; & an filius Regis in Regni successione excludat patruū suū Regis fratrem ; & an ordo genituræ consideretur in tali successione vt in cap.licet.de uoto,& uoti contin.& de hoc casu benè consuluit Oldradus Laudensis doctor insignis pro nepote contrà patruum in consil. 94. incipiente eleganter &c. circa negotium , & in consil. 224. Incipiente iste sunt allegationes ; & quòd filius Regis excludat patruum tenet etiam Petr. de Anch. Doctor maximę authoritatis in dicto cap.licet.de uoto.&c.& in c.Grandi.de suppl. negl.prælat. lib.sexto,& ibi per Ant.Corsetū, & And.Barb.Siculos:& certè pro ueritate cōsuluit Oldradus, & rectè tenuerūt ꝓdicti D D. doctores in præallegatis locis: cuius nepos minoris ætatis retineat locū sui Patris Regis defuncti,

functi, cum pater huius nepotis iam fuerat ade
ptus regnum, & Rex fuerit mortuus in Regni
possessione. ¶ Quæritur modo de alio casu re
giæ successionis in regno, si pater Rex decesse
rit, & nepotem reliquerit ex filio primogeni-
to præmortuo, & alium filium natum antea-
quam esset ille nepos natus, quis prædictorum
succedat in regno ordine genituræ, an nepos
posterior natus ex primogenito ortus iam de-
functo, an patruus alter Regis filius secũdo ge
nitus? Conclusiuè tenuit Oldra. in dictis suis
consilijs, filium primi geniti esse præferendum
patruo pluribus rationibus, & iuribus tàm di
uinis, quàm naturalibus, & scriptis. Nam iure
diuino primò genitus regulariter succedit in
regno, & ius primæ genituræ in hoc sibi uendi
cat locum, & est alienabile ut fecit Esau, qui
uendidit ius suum primæ geniturę fratri suo
Iacob; & sic patet quòd iura primę genituræ
sunt transmissibilia ad hæredem: & per conse-
quens cum filius habeat ius primæ genituræ,
ipse, & non secundo genitus debet succedere,
ut in Euangelio dicitur per seruos occidamus
filium qui patri est successurus in hæreditate,
& pro domino reputabant esse filium uiuente
patre: de iure naturali etiam probatur quòd pa
ter & filius censentur una & eadem persona c.
Hac autoritate 35. questione 3. & l. fin. C. de
Impub. & alijs subst. & pater in filio repræsen-
tatur, & perpetuatur per filium l. Liberorum.
ff. de uerb. signif. & per Hyppol. de Mars. in sin-
gularibus suis clx. & ccccxlviij. De iure autem
positiuo filij præmortui patris tenent locũ sui
patris, & in stirpem succedũt vnà cum patruis,
& non per capita. ut in §. filius. insti. de hæred.
quæ ab intest. defer. & in authen. eod. §. 1. Et
ius primæ genituræ ut dicit Abb. in dicto cap.
licet. de uoto. & c. transmittitur in posteriores,
etiam uiuente patre: & in multis de iure diui-
no consistebat ius primæ geniturę, habetur in
gloss. cap. quã periculosum. 7. quest. j. & in fi-
ne. primo genitus habebat paternam benedi-
ctionem ut dicitur de Esau, & in Genesi 27.
cap. & communis est omnium opinio, quòd
filius primigeniti, & respectiuè nepos in re-
gno excludebat patruum in successione, firmat
& Ioan. And. in addit. ad Specul. iuris super
Rubr. de feud. & doctor. in dicto cap. licet. de
uoto &c. & in dicto ca. Grandi. de suppl. negl.
prel. in gl. Prælati. lib. sexto, & per Bal. in l. Cũ
antiquioribus C. de iur. delib. à qua opinione
communi, & in iudicando, & consulendo non
est recedendum, licèt quidam ut Riccar. Malũ-
bra consuluerint pro secundo genito, & con-
trà nepotem, moti per text. in l. 3. C. de bon.
mater. & ita tenuerunt ibi in authen. post fra
tres. de leg. hæred. firmãtes de iuris rigore præ-
ferri secundum genitum nepoti per tex. Instit.
de legit. agnat. succes. circà principium, cum
prior in gradu præferatur; sed de æquitate nepos
præfertur patruo in successione ascenden-
tium, & collateralium in filiis fratrum ut in §.
cum filij. insti. de hæred. quæ ab intest. defer.
ut in d. authen. post fratres, & dicit Ioann. de
Imol. in d. cap. Grandi. de suppl. negl. præl. quod
æquitas illa intelligitur, quãdo agitur ut æqua
liter succedatur cum patruo, non ut ei præfera
tur: & quòd talis non uiget æquitas quando al
ter prædictorum intendit alterum præferri, &
quòd potius in hoc casu præfereretur prior in
gradu uidelicet patruus magis quàm nepos l.
3. C. de bonis quæ liber. & quòd ex regni con
suetudine disponitur de primogenito, & quòd
primogenitus est patruus arg. ca. Nam & ego.
de uerb. signif. & quòd de iure communi non
potest uenire nisi æqualiter, & quòd regnum
est indiuisibile, & non capit duos, ut in dicto c.
licet. de uoto &c. & non reperitur æquitas scri
pta quòd assumat personam patris ad exclusio
nem patrui; sed distinguendum uidetur in præ
dictis casibus pro ipsorum declaratione, & ad
tolendum omnium doctorum disputationes,
& opiniones, secũdum quòd distinguit Marti-
nus. Laudensis in tract. suo primæ genituræ,
cui distinctioni accedunt not. per Fel. in c. Pru
46 dentiam. de offi. deleg. ¶ Aut constat de con-
suetudine quòd nepos excludat patruum, aut
non constat; si constat standum est consuetudi
ni l. Minime. ff. de leg. & si non constat de ali
qua consuetudine, tunc est respicienda mens
concedentis, & standum est concessionis priui
legio, menti, & uerbis concedentis: & uidebi-
tur si nepos excludit patruum, uel patruus ne
potem per priuilegium, uerba, & mentem cõ-
cedentis. cap. si Papa de Priuile. lib. sexto. & fa
cilè cognoscetur de mente concedentis ut dice
bat Cyn. in l. uoluntas. C. de fideicom. & in l. si
seruus plurium. in §. fin. ff. de leg. & si constare
non potuerit de mente concedentis, pondera-
buntur uerba consuetudinis, uel regni constitu
tionis si loquuntur in potiori gradu, uidelicet
quòd solus succedat in regno potior in gradu;
& tunc patruus qui est potior in gradu succe
dat l. iuris consultus. ff. de grad. iuncta dicta au
then. post fratres. C. de legit. hæred. & per Bal.
in l. vt testato. C. de suis & legit. aut uerba con
suetudinis, uel constitutionis loquuntur de iu
re primæ genituræ, & tunc si prior fuerit na
tus patruus quàm nepos, tunc patruus exclu
det nepotẽ; si uerò nepos natus fuerit ante pa
truum, tunc nepos excludit patruum, & ratio
est, quia tũc est primogenitus secũdum natu
ram, & ordinem primæ genituræ cap. Ioseph.
de uerb. signifi. & hoc est de mente Baldi in di
cta l. ut intestato. C. de suis & legit. & si non cõ
stat quis eorum fuerit prior natus patruus, uel
nepos;

nepos; & tunc putat Mart. de laude. utrunque succedere per notata per Bal. in authen. ex testamento. in vlt. coll. C. de coll. vbi dicit quòd quando sunt eiusdem ætatis, & alter decedat, quòd super viuens per ius nô defferendi habet totum secundum ipsum Bald. etiam in l. 1. in vltim. coll. C. quando non peten. partes, & prædicta firmat esse vera, nisi Regnum esset iã deuolutum ad patrem nepotis, quia tunc succederet nepos patri suo Regi, excluso patruo per tex. ad hoc notabilem, & singularem in cap. licet. de uoto. &c.

47 ¶ Et sic reducuntur ad concordiam opiniones cõtrariæ, & itá tenet. D. Abb. in cons. lxxxvij. & Paul. de Cast. in cõs. cxlviij. & D. Petr. de Anchar. in cons. lxxxi. incipiente dicta facti narratione iam prolixa, & confusa exposita. &c. Addo prædictis notata per Fely. in cap. Ad audientiam. de præscrip. qui multa cumulauit ad materiam præsentem, quæ breuitatis causa non refero.

48 ¶ Demum quæro an deficientibus filijs Regis, frater Regis succedat in Regno? respondendum puto esse attenda priuilegia, consuetudinem, & verba constitutionis regni secundum prædictam distinctionem: in successione quippè feudorum sunt attendenda Priuilegia, & concessiones; & secundum pacta eorum regulantur &c. & in his, & in alijs successionibus feudalibus faciũt notata per D. Andr. de Iser. in usib. feud. de const. feud. Domini Lotharij Imperatoris ad Eugeninm Papam in cap. Si quis miles cũ sequen. cap. Vbi rectè distinguit; & in constit. Regni Siciliæ incipiente Comitibus. in titu. de adiutor. pro militia fratris libr. iij. & de succes. in cap. Considerantes, vbi ponit de prima genitura, & de vterinis fratribus, & qualiter succedaut; nepotes autem ex filijs succedunt loco patris sui, & nepotes filij fratrum succedunt cum patruis in stirpes, & non in capita, tam in rebus feudalibus, quàm in allodialibus cap. primo. & ibi per D. Andr. de Iser. & Bal. in vsib. feud. in tit. de succes. feud. cum similib. &c.

49 ¶ Inuestitus fuit demũ quidam de feudo, & non aliter dixit pro se, & filijs suis recepisse illud, an intelligatur pro se & filijs suis masculis tantum? habetur per glos. in cap. 1. & ibi per Andr. de Iser. & Bald. quib. mod. feud. const. potest, & per Hypp. Mars. in singulari clx. Regulas quippè in se multas habere debent Principes in re militari, & bene præponderare quæ futura sint prætoritorum exemplo, & id quòd nocet hosti sibi prodest; & quòd prodest hosti sæpe sibi nocet 1 & qualiter vigilantia, & liberalitas, virtusq;, & scientia rei, & disciplinæ militaris uictoriam præbent in bello; & virtuosior hoste suo cęteris paribus reportat proculdubio palmam; Cauendo se ab erroribus, quia error omnis in bello factus est irreparabilis: & vt aiebat. G. Scipio Aphricanus, pudor est maximus posteà dicere non putaram, secuta ruina exercitus, cum perditione regni, honoris, & vitæ. Et si exercitum habuerint magis expertum, obediẽntem, & expeditum quàm hostes sui: nam si exercitus benè instructus fuerit, & animosus sine timore, in minora pericula incidet; nec est permittendum per Duces exercitum suum ire ad pugnam quando est in timore, nisi primò atte cognouerint omnem metum ab eo fuisse fugatũ; nec facere de ipso experientiam vllam contrà hostes, nisi quando certam, & firmam victoriã putant habere à suis omni arte, primò excluso timore militia ficta experti Ducis ingenio: & melius est hostes fame oppressos vincere sine sanguine, quàm illos ferro delere: quia sępe in bello operatur magis fortuna quàm virtus, & ferrum. Et id quod est incognitum hosti, non est propalãdum antequàm fuerit per ipsos executum, cognoscentes occasiones, pericula, loca, tempora, commoditates, necessitates & quę sint consilia capienda in bello. Natura facit, & industria fortes uiros, & magis disciplina prudentum prodest in re militari, quàm furor, qui

50 arma quandoq; ministrat in bello. ¶ Nõ mors lapidea laudatur Egei Imperatoris Athenarum patris magni Thesei sibi spõtè data; Sed magis commmendatur fortis filij saxeus finis; Brutus probè scripsit libellum contrà Catonem quia sibi mortem ense consciuerat, Sed ictus post fortunæ ipsius Bruti prudentiam sustulit; quia ab Octauiano Augusto, & ab Antonio uictus, gladio vltore pro libertate propria manu impulso occubuit

SVMMARIVM.

1 Consilia sapientum data Principi, in bello, quomodo sint exequenda.
2 De Ferdinandi de Austria Romanorum Regis laudibus.
3 Nitia Imp. athicus reprehendit Demostenẽ collegam suum in spernendis eius consilijs.
4 Imprudentum est proprium præcipitare.
5 Vnio omni modo exercitus debet præ oculis principum esse.
6 Stultitia est principium, militare ex capite suo tantum, absq; prudentum consilio.
7 Princeps omnia consultò agere debet, absq; ambitione, ac superbia.
8 Quod, per exemplum Papirij Marij declaratur.
9 Consiliarij Principum, an gaudeant militaribus priuilegijs.
Quantæ efficatiæ sint prudentum consilia & 14.
10 Officium Ducum, & Præfectorum exercituum, quale sit in militia.
11 Milites quę priuilegia habeant & nu. 12.
12 Imperator concurrit in iurisdictione, cum quocunq;

De

DE CONSILIARIIS *Imperatorum.*

VIRTVS est sapientia maxima
Imperatorum penès se habere
prudentes consiliarios: quorum
maturo & sano consilio salus, &
uictoria habetur, & ritè populi,
1 & exercitus regūtur. ¶ In peragēdis aūt rebus
magnis, sana, & matura esse debēt cōsilia; quia
ex ipsis benè, & maturè ponderatis, digestis, &
ruminatis resultat prudentia: & tardè & sa-
pienter consultata melius procedunt, vt dicit
Philosophus Ethycorum sexto, ad officium
pertinere uirtutis tarde consiliari, & inde consi
liata velociter exequi. Nec vllā rem putamus
magis esse nociuam, & inimicam consilijs q̄
ipsa celeritas, q̄ in bellicis rebus plus prodest
q̄ uirtus: quia in ipsis omnis mora est odiosa;
exemplo Iulij Cæsaris docentis in re militari
prodesse si citò benè & tardè fuerit processū.
2 ¶ Et ità pluries consuluit in regio consilio In
clitus D. Ferdinādus de Austria Romanorum
Rex Inuictissimus, alter magnus Alexander, &
Pirrus in armis; & uirtus huius Austriç domus
Deo duce Romanum auxit, & augebit Impe-
rium, prudenter docens consilia, & iuditia non
esse præcipitanda, sed maturè & probè consilia
ta repente fore postmodum exequenda: cuius
sententia comprobatur iuribus, & ità est intelli
gendum Cçsaris iuditium cap. Ponderet 50.
distinct. & l. Et quia. ff. de inter actio. & l. Tu-
tor qui repertorium. §. si tutor. ff. de admin. tut.
& cap. illa. 11. q. 3. ubi habetur ratione domi
nari debere, & à parte esse reiciendum furorem
cap. Sumopere, & cap. Apud. 11. quçst. 4. ¶ Ni
3 tia prudens Imperator Athicus reprēhēdit De
mosthenem collegā suum, quia noluit accepta
re eius consilium quod erat uti celeritate in pu
gna, quæ sæpe est nociua exercitibus quādo est
usa & exequuta sine cōsilio prius bene digesto,
& indè celeriter executo. ¶ Proprium. n. est ini
4 quitatis & imprudētum præcipitare calnterdū
de pçniten. distin. 3. nec fortitudo sine iustitia
est virtus censenda, sed magis est uitium ut in
§. t. authen. ut omnes parea. iudic. prouin. &
sententia sine iustitia nuncupatur caliditas &
iniquitas, quæ omni iure damnatur ut ambi-
tus crimen, quod est detestabile in militari exer
citio; & sunt puniendi ambitiosi milites l. Con
5 trà. C. de re mil. ¶ Et in hoc habēt probè aduer
tere Reges, & consiliarii sui, vt amor exerci-
tuum, & populorum suorum consetuetur in
6 vnione. ¶ Imperiosa est nimis quorūdam Prin
cipum auctoritas, qui in ea tantum consisi iudi
cant, militant, & expediunt sine legis imperio,
& prudentum suorum consilio; propterea se-
metipsos persæpe tneicatos, & inuolutos in la
7 berintum reddunt. ¶ Et virtus est maxima om-
nia consulio agere pro honore & gloria princi
patus in republica, & de bene gestis non super-
bire, quia Deus deponit superbos, & exaltat hu
8 miles. ¶ Senex Papirius Marius capta vrbe per
gallos non passus fuit pro honore sibi tangi pla
cidè barbam à milite gallo, qui & inconsultè
superbia eleuatus, fuste quem manu tenebat
percussit in capite Breni Regis gallorum ami-
cum, qui ensem posteà non retinuit ultorem
patrum occisione secuta seniorum tunc in vr-
be degentium, reliquis in Capitolio saluis; &
causa fuit necis illorum senum permissione fa-
9 tali. ¶ Consultus aliàs fuit Bononiæ à quibus
dam curiosis bellatoribus tempore quo Septi-
mus Clemens Pontifex Maximus, & Imperialis
maiestas aderāt ibi de anno 1532. An gaudeant
priuilegio militari Cōsiliarij Principum quan
tumcumque debiles, & senes, & fortè carentes
uiribus; tā quòd pugnare non possunt vt stre-
nuissimi æquites, & milites faciunt, & gaudēt
primi ordinis in bello, & in castris degentes;
Consului consiliarios huiusmodi quantum-
cumque Senes, & impotentes viribus maiori
prærogatiua; & honore de iure militari iuuari
cap. Ex multa. extrà de uoto & uoti cont. & per
Abb. ibi qui dicit quòd non est inutilis ille qui
pollet consilio, nec dicitur inhabilis ad pugnā-
dum, quia consilio quoque pugnatur, & salus
quæritur, & victoria paratur consilio sano; &
q̄ per solum cōsiliū comisso homicidio incur
rit quis in irregularitatē. c. Siquis viduam. 50
dist. & magna gerūtur cons. l. tā Collatores. C.
de re mil. Iuxtà illud Ouidij Poetæ Sulmonēsis
in Methamorph. lib. 14. de Vlysse consiliario
Agamenonis contrà Ayacem fortissimum ui-
rum disputante.

Quippè manu fortes, nec sunt tibi morte secundi,
Consilijs cessare meis tibi dextera bello.
Vtile ingenium est quod eget moderamine nostro,
Tu uires sine mente geris, mihi cura futuri est;
Tu pugnare potes pugnandi tempora mecum,
Elegit Attrides, tantum corpore prodes:
Nos animo quantoq; ratem, qui temperat anteit:
Remigis officium quanto Dux milite maior,
Tantum ego te supero, nec non in corpore nostro:
Pectora sunt potiora manu vigor omnis illis.

10 ¶ Officium aūt est Ducū, & Præfectorū exer-
cituū in dando, & exercendo militarē discipli
nā, habetur in l. Officiū. ff. de re mil. & in l. Tri
buni. C. eccl. tit. & C. de cōsul. li. 12. & in cap.
vt pridē, & in cap. Omni timore, & in cap. Su-
ma 23. q. 8. ¶ Et uariis enim priuilegiis sūt de
corati milites vt in tit. C. de his qui in pal. mil.
cum similibus lib. 12 & in l. penul. & per glo.
ibi ff. ex quib. causis maio. & per scribētes ibi-
dem,

dem,& in l. 1. C. de iur. & facti ignor. Et à iure. sunt cõcessa his militib. priuilegia 22. spãlia de quib. plenè habetur per Bar. de Saxoferrato ciuẽ Perusinũ. in l. neq;. n. ff. de test. mil. videlicet nouem priuilegia concernentia solennitatẽ testandi;& tria concernentia personá militis testantis; & tria alia in fauorẽ militis instituti, vel legatarii relicti;& septẽ concernentia substantiam testamenti: quæ locũ non habent in militib. nostri tẽporis, quib. solum acingitur ensis,& calcarib. ornantur cũ monile,& iurant sibi cõmissa fideliter gerere qui gaudent tantum militarib. priuilegiis his videlicet, ꝙ præferunt ĩ nuptiis, officiis, pcessionib. & funeralib. mortuorũ,& in electionibus magnarũ ciuitatũ, habetur per Saly. l. pen. C. de mil. testam. & per gl. in §. fi. auth. de mád. Princ. coll. 3. ubi ponit sex requisita pro forma militie ad hoc ut gaudeat priuilegiis militarib. videlicet libertas, examen, sacramentũ, ensis, stigma,& descriptio in aliorũ numero militũ. ¶ Et ata quandoq; priuilegia declinandi forũ pbent occasionem delinquẽdi. l. hac lege. C. de priuil. schol. & in §. quod autẽ. auth. vt iud. sin. quoq; suffr. & anth. omn. par. iud. prouin. in prin. Iniquũ est malos relinqre ĩpunitos, & incurata vulnera dimittere; ut quidá Barones faciũt in regno Siciliæ erga suos uassallos ob auri cupiditatẽ, & auaritiá, aut ĩpietatẽ nè iustitia cognoscat;& sub velamine priuilegiorũ suorũ seruát facinorosos uassallos, & nolũt eos puniri p regios officiales prouinciarũ asserẽdo ipsos nõ hẽre iurisdõnẽ in primis,& secũdis cãtũ instátiis, & ẽt ĩ tertijs suorum uassallorũ delinquẽtiũ:& illos sibi remitti pcessádos flagitát, pmittẽtes punire illos iustitia, suos ĩpunitos postea dimittũt eorũ dũtaxat punita crumena. Et dũ ego forẽ Regius Cõsiliarius, & Auditor generalis in Regno Siciliæ citrà farũ principatus ultra serras Montorij,& ĩ prouincia Capitanatæ Apuliæ,& Comitatus Molisij p Cæsarea,& regia catholica Maiestate, delinquentes uassallos Principũ, Ducũ, Marchionũ, Comitũ, Baronũ illorũ, q iustitiá nõ faciebát cõtra suos uassallos delinquẽtes, illis cãs remittere nõ curabá, eorũ non obstátib. priuilegijs; sed ipsos delinquentes, ut iuris erat condẽnabá,& puniri mádabá, q eorũ domini erát negligẽtes in faciẽdo iustitiá,& suis uassallis delinquẽtib. ualdè fauebát, ut nè punirẽtur, procurabát pro illis hẽre tales remissiones, eorũ priuilegijs abutẽtes: sed Dei gratia Regia Pragmatica fuit puisum, ꝙ pp negligẽtiá baronũ non faciendo iustitiá uassallis suis delinquẽtib. Regia audientia prouideret de iustitia; nè delicta remanerẽt ĩpunita priuilegiis Baronũ ex dicta cá negligentię nõ obstátib. Motus ẽt fui, quia Princeps in cõcedendo alicui iurisdõnẽ in uassallos, ob hoc non uidetur totaliter exemisse iurisdõnẽ à se, quin & ipse possit similiter de causis hmõi cognoscere, nam illá cumulatiuè & non priuatiuè concessit,& nõ concedit. c. dudum. de pbẽn. in vj. Ná principi domino semper remanet maior potestas, quòd in alium transferat, habetur per Fely. in c. pastoralis. de offi. ord.

13 Et Imperator autem concurrit in iurisdõne cum quocunque subdito suo. firmat Bald. in usib. feud. in c. 1. in tit. quis dicatur Dux, Comes, uel Marchio, & in c. 1. qui feud. dar. pos. iurisdõnes ab ipso dependent, & eas põt ad suũ libit: reuocare,& tollere quando uult, ut in pmisso casu, & in casu abusionis priuilegiorũ,& etiá ex cõminata regia nouella pragmatica. l. meminisse. ff. de offi. procons. & leg. & uot. Bal. in l. rescripta. C. de pcib. imp. offer. & in l. 1. C. und. libe. & Ang. ĩ l. 1. ff. de offi. eius cui mád. est iurisd. & per Abb. in c. nouit de iud. & per Inno. in c. quæ in eccle-

14 sia. de const. ¶ Et prohibentur de iure, militares uiri suscipere ciuiles curas reipublicæ, aliàs cingulo, & dignitate priuantur. l. milites. C. de re milit. Magnifaciendi sunt quippè consiliarij rei bellicæ, exemplo Antiochi magni Persarum Regis, q uictis p Romanos Carthaginensib. penès se pro consilio tenebat Annibalẽ barchá, Amilcaris filiũ olim pœnorũ Ducẽ, quem ualdè peramabat uirtute sua, & crebris colloquijs contrà Romanos,& cum ipso consulebatur;& sibi pergratæ erát ipsius consultationes ob einsdẽ bellándi astutiá, scientiá, & instructionem militarẽ: & narias caliditates tanti Ducis; quẽ Romanorum Legati in odiũ dicti Regis ponere nõ ualuerunt; qđ facere arte sua oratoria pluries conati fuere de bellis futuris dubitantes ipsius consilio; sed ipsum Rex Antiochus peramabat ualdè ob eius sanũ consiliũ,& caliditatẽ bellandi: cognoscens illos qui carent bonis cõsiliis perire de facili cõsueuerunt. Heraclitus herculeus, & Rex Agesilaus Lacedemonius pro consilio tenebat Lysandrũ in militia doctum, qui plures hoĩes arte, & cõsilio occidit, quàm fecerunt oẽs gretiæ Duces suĩ tpis: qui tandem, ut legimus glorioso Marte perit Thebanorum armis inter suos Lacedemones apud urbẽ Aliarcũ:& bonum est pro Regib. plures hẽre consiliarios probos, quia ibi est salus, ubi multa sunt consilia sana Prouerb. 11. & bonũ consiliũ nalet,& prodest in opera positũ

15 sententia Ligurgi Regis Lacedemoniorũ. ¶ Bonũ est quandoq; hẽre hostes, qui populos infestent nè fortissimos uiros otium,& ignauia corrodat; exẽplo Carthaginis q̃ dũ hostis stetit Romanis, Romanũ uiguit Imperium, & ea euersa Scipionis Nasicæ spreta p Senatũ snĩa, q̃ sancta p republica fuerat nè destrueretur, sed accepto p ipm magis Catonis Cẽsorij cõsilio, & Romanũ posteà corruit Imperiũ otio quo urbes beatę pdunt, iuxtà illud docti Catulli Veronẽ. Poetæ.

Otium Catulle tibi molestum est.
Otio exultas nimiumq; gaudes,
Otium beatas pendidit urbes.

¶In cunctis est utenda prudentia, nec tantū est
indulgendum irę, & odio ut ratio subuertatur,
qua semota homo inter feras meritò computari
potest, Nam ira ut inquit Cato.

Impedit animum, nè possit cernere uerum.

Et Horatius lib.j.Ep.ij.ad Lellium,

Qui non moderabitur irę
Infectum uolet esse, dolor quod suaserit, et mens
Dum pœnas odio per uim festinet in ulto.
Ira furor breuis est; animum rege; q nisi paret,
Imperat, hunc frænis, hunc tu cōposce catenis.

¶Et probè dixit Fociō Atheniēsium Dux maxi
mus, ī militia doctus magister, & prudēs cōsilio;
malū esse & imprudens cōsilium putare esse id si
ob irā, & odium suorum sibi cōtradicentiū pati
patriam ī prædam, & irā dari malis cōsilijs. ¶Et
dnm foret dictū per Demosthe. in Attico cōsilio
fieri debere bellū cōtrà Philippū in regno Philip
pi, Respōdit fociō ꝙ boc erat probè dictū, sed ꝙ
erat nè dū cōsiderādus locus vbi pugnatur, sed in
quo modo uictoria paretur; & in quocunq; loco
ubi sit factū bellū cū victoria, procul est periculū
à uictorib⁹, sed uictis est uicinū periculum licet
& naldè distet ab eo. ¶Et cum per nobilem Athe
niensem Sicophātū dictū fuisset erga Fócionē in
Attico consilio, ubi de imperio tractabat̄ cōtra
Regē Pbilippū patrē magni Alex. si animū babe
bat aggredi hostes veniētes Athenas, respōdit ꝙ
sic, & illos pro libertate superare, quia bellum re
gebat cū regulis prudentiæ militaris, & ꝙ in bel
lo illi imperabat, & ipse sibi parebat in pace, &
ità marte instructa suorū acie fugauit Regē Phi-
lippū Focion bellica sua uirtute. ¶Et dū Philip.
rex rupisset Ariopagos cōfęderatos Atheniēsiū,
& discuteretur in cōsilio Attico Ducē unū mitti
Ariopagis cum præsidio: & Ariopagi perorarūt
Atheniēses ut solū Fócionē mitterēt ob cōtinen
tiā, & virtutē suā bellādi, & ità missus fuit fociō,
& ciuitatem amicā liberauit ab hoste prudentia
sua. ¶Et Megarēses ob Focionis Ducis Atheniē
sium uirtutem, & continentiā se illi spōtè obtule
rūt, & illicò Fociō ciuitatē placidissimā habuit,
& sanctè pertrattauit illā, in quam rogatus à po
pulo intrauit cū exercitu cōtentissimi Ducis nè
à Boecijs occuparetur; & Niseā muro cinxit, &
ab arte ad portū maris muros dnos fabricauit,
& ciuitatem iunxit cum mare ut tutò valerent in
trare portum Atbenienses amici, si obsessa Ciui
tas fuisset à parte terræ, & uictor Focion reddit
Athenas. ¶Mortuo Philip. Rege Macedonum,
lætantibus Atheniensibus cum sacrifitijs, & ma
gnis ludis ob hoc celebratis, solo Focione hoc
increpāte ꝙ ciuitas una maxima & nobilissima,
& armis potentissima ut est urbs Athenarum, ꝓ
domicilio electa Deorum gauderet de morte u-
nius uiri; subiungēs ꝙ maior patre Alexander ui
uebat: Demosthene cōtrà Alexādrum mala mul
ta dicēte perorando in Attico cōsilio, cōtrà quē
Focion prudenter respondit his carminibus.

Desine iam demens sceuum stimulare Leonem,
Gloria quem torquet, regiq́, impensa Cupido:

& Fociō fuit ensis verborū Demosthenis prout
legimus, ꝙ ipsemet Demosthenes graiæ natio-
nis oratorum Princeps dicere cōsueuerat ob mo
33 res, & eloquentiā Focionis. ¶Fociō prudēs mili
tię magister duro marte superauit Leonatū Regē
cum magna occisione Macedonum, eorum exi-
stente duce peditatus Anthiphilo, & Thesalo Me
none equitatus lancea interfecto in ipso belli ar
dore Leonato Rege, senis Focionis prudētia Du
34 cis. ¶ Sub prudentibus Ducibus benè consultis
libenter militatur, & oēs sub ipsis milites libenti
aīo ferunt labores, & pericula supportant, ut Sci-
pionis, Annibalisq́;, Cęsaris, Alexandri, & Pōpei
fecerunt milites, & ratio est in promptu, quia cō
seruantur à periclis, & ab hostium insidiis; & per
dies fiūt victores milites palmarii, & triumpha-
tores suorum prudentia Ducum. ¶ Et prudens
35 Focion Dux Atticus cernens à longe futura, nā
prudens dicitur ille, qui procul uidet, & pruden
tia Ducū valdè ab hoste formidatur, cum sit scri
ptū, sapientem dominari astris; & dū foret octua
genarius audito Michaonē ducē Alexandri cum
maximo exercitu Macedonū, & mercenariorum
forensium militū infestare loca maritima Athe
narum, usq; ad Rhamnusiū, audito ꝙ sui milites
murmurabāt senē nimis habere pro duce suo Fo
cionē, cui sanguis est iā effectus frigidus pro bel
lo, & erga illos ad cōcionē uocatos Fociō, inqt,
qualē uobis facio iniuriā cōmilitones mei Atti
ci si uobiscum sum in pace, & bello octuagenari
us, nec nobis desunt consilia, quib. salus cū uicto
ria regna q̄runtur, & conseruantur; & animando
illos inqt, Gaudeo valdè valdè, ꝙ ego solus Dux
non sum in hoc florido exercitu Attico, in quo
nullus miles est, nec in eo desunt Dnces, qa oēs
duces estis naturali uestra virtute, & illicò suorū
eductis copijs in acie locato uallo apud hostiū
stationes, dixerunt Attici lętantes hac nostra in-
structa acie capiamus collem cum parte pedita
tus nostri, & vallū hostile circundet̄ cum equita
tu, & cū reliquo hostientur hostes, & cōprobato
facto ꝑ Focionē victores Attici permāserunt bo
36 ste rupto, & fugato tanti prudentia Ducis. ¶ Et
cū Pōpeo iuueni imberbi, & bello feroci fuisset
designata per Syllā Hispania ꝓ prouincia contrà
Sertoriū, ubi duxerat Pius Cæcilius Metellus se
nex, respondit Pōpeus prudēter, se nolle prouin
tiā acceptare, nisi cum consensu senis Pij Cecilij
Metelli, & illum habere pro socio in Prouincia,
cui literas destinauit, & Metellus illum rogādo
precibus multis pro socio acceptauit; & ni sene
ctus prudentis Metelli uicina Pompeo fuisset, ui
ctor proculdubio Sertorius permāsisset; sed sanū
senis cōsiliū seruauit Iuuenem Pompeū, quē Ser
torius discipulū Syllę uocabat, & illū verberibus
casti-

castigare pollicebatur,& quidem fecisset nisi à sene prudēte Metello fuisset Pópeo occursus. ¶In omnibus prudentes esse debēt bellorum Duces,& valdè prouidi cū suis cōsiliarijs tria tēpora considerādo, Præsentia videlicet, ꝑterita,& futura, respū bellorū urgentium cautè,& prudenter peragendorū pro futura uictoria cū certamine, uel sine certamine ; & ꝑterita respū bellorū,& gestorum præteritorū tēporum ; & ad prædicta facit tex. in l. si cui.§. hisdem.ff. de accus.& l. sed hi.C. de adult.& per gl. in c. scri scribā. de præscrip.& in Prohe. instit. in verbo prouidentia, ubi dicit tres esse hominū status, Memoriā preteritorum, Scientiā præsentium, & prouidentiā futurorum : & sic antiquorum exemplo docti,& consulti esse debent, ut se experientia,& arte magistra rectè gubernare possint. ¶Secuta clade Annibalis exercitus apud Zamā Asdrumēti ī Aphrica, Asdrubale Cigro ne perorāte in senatu Carthaginensē, ut nouus exercitus fieret cōtrà Romanos, quorum potētiā iniustam cognoscens Annibal Barca Dux pœnorū, manū de loco sedis ubi cōcinabatur, deiecit Asdrubalē, Cigronē, ibi accesso Annibale, quod molestū fuit senatui,& populo Carthaginis pro libertate ciuitatis,& malè factum dicebant erga Annibalē illum increpantes ualdè ꝙ contra bonos mores,& sanctos ordines,& libertatē patrię tale actū nō laudabile fecisset;& Annibal in sedem ubi Cigronus concionabat existens, inquit, Ne mitemini patres cōscripti de indigno gestu meo, quoniā ignorabā bos sanctos mores,& ordines huius patriæ senatus, cū à pueritia fuerim in bello nutritus extrà patriā. Et tā probè & pulchrè perorauit Annibal, ꝑ pace cū Romanis inuictis, qđ oīnm aīos conuertit ad pacis conditiones quantuncunq; duras; quia uicti bello tunc fuerant à C. Scipione, ad quē repētè ob obsidionem carthaginis venientē, decē oratores missi fuerunt ꝑ pace, quæ secùtā cū damno Carthaginensiū,& perueniento tpe soluendi tributum Romanis, de hoc plorantibus Carthaginensibus ciuibus,& ualdè gementibus; quo uiso ploratu risit Annibal,& dū foret increpat⁹ ab Asdrubale, & uno nobile Carthaginēse, respōdit, se ridere pro lachrimis eorū, cū modo de priuata utilitate tangatur, sed quādo de publica tractabat, erant nimis auari in mittendo pecunias militib.& si tā auari nō fuissent, redactum bellū nō fuisset in Aphrica. ¶Palas bellica dicit ī bello prudētia & Palas ciuilis dicitur prudentia in pace;& dū Alexander Athenas Marte q̄sisset,& interrogasset pro consilio Senem Focionē, quem valdè peramabat quid deberet Alexander facere in uita sua, cui respondisse legitur Focionem, ꝙ si uolebat uitam tranquillā, bella,& exercitus desereret; sed si gloriā cuperet, ostenderet vires,& uirtutes suas,& non contrà græcos, sed contrà barbaros sibi hostes naturales,& illum circà regimen populorum consuluit, ut solis naturam habere deberet qui sapientissimus est,& omnium rerum conseruator & pater: & Focionem Alexander ualdè honora-
30 bat,& illius credebat cōsilijs. ¶Optimum est cōsilium, ut aliàs diximus Reges,& Duces & eorum consiliarios adesse in exercitu suo, qa multum prodest præsentia,& prudētia sui Imperatoris, iuxtà illud Poetæ, Vrget præsentia Turni; & milites impigre,& strenuissimè pugnant oī timore imbellia,& inertia cessantib. & peragunt miranda in prę̄sentia sui Regis honore,& spe ꝑmiorum; ut contingit olim militibus duobus, quorum unus fuit de nobilissima domo Seuerina,& alius de pari nobilitate Capuanæ domus: quorum alter Regi suo Neapolis indigenti equum in bello suum dedit, ut de bello Rex euaderet,& alius pro Rege se opposuit hostib. pertinaciter pugnando,& uulneratus perijt seruato Rege suo, qui habita post victoria domos ꝑdictorum pto se occisorum in pugna præsente Rege,& pro sua salute dignitatibus, cum magno statu honorauit uirtu-
31 te Regia. ¶Et quippe euenit persæpe, ꝙ propter absentiā ducis exercitus milites segniter pugnant,& per. aduentum ipsius destituta in prælio reparant, nullo inexperto relicto belli periculo, oī per ipsos tentata fortuna,& uites augentur militum in eorum præsentia Ducū.
32 ¶Exēplo militum Pirri Regis Epyrotarū, qui in ꝑsentia sui bellantis Regis gloriosa, ut Leones gesta peragerunt;& ni præsens Rex suus fuisset, nō Galatę, neq; Macedones Spreto Antigono Demetrij Macedonum Rege, ad Pirrum molossum cum Elephantis trāsfugassent. Minis quandoq;,& hortationibus placidis,& pollicitationib. largis Regum suorum aduersus,& erga milites lactis, nituntur milites pro gloria,& uictoria se adinuicem animi fortitudine iunātes, hostes uirtute superare in bello,& oīa subeunt pericula, ut uideantur à suo Rege, ipsius quoq; cōsisi prudentia, fortitudine,
33 uirtute,& munificentia. ¶Et habent Reges in suos expertos distribuere officia militaria, ità ꝙ nihil insit sibi laboris, nisi in callide explorādo hostium consilia, aucupando illos aīo semper perpendi,& suos arte,& uirtute conseruandi,& vt Salomon filius Regis Dauidis,& Nestor sapiens fuit, ità esse debent gloriosi bello-
34 rum Principes. ¶Et de mille unus, ut de militibus, est eligendus Consiliarius Principis,& suum esse debet consiliū liberū. c. fundamēta.
35 de elec. lib. 6.& c. estote. 1. q. 1. ¶Et Princeps, Rex,& cōsiliarius dicit. l. vnica. C. à quacunq;
36 præd. potest. ¶Consiliū est uoluntariū,& prę ceptum necessariū. c. quod pręcipitur. 14. q. j. & proprium est sapiētis mutare consiliū de bone in melius, semꝑ meliorib. moti rationib.

l.nõnunquã.ff.de coli.bo. & §.ę stimauimus,
auth.de nupt.col.4.Consilium pro consensu
37 ponitur.c.cũ venerabilis.de offic.deleg. ¶ Et
pro fraudolento consilio tenẽtur consiliarij.
l.consilij.ff.de re g.iur.c.nemo,& cap.necesse
eo.tit.in 6.consiliũ est auctoritas. l.1.ff.de of
fic.consul.& quod à multis capitur consilium
dicitur; & facilius à probis viris inuenitur . l.
humanum. C.de leg. parè cõsilium est persua
dere.l.opere.ff.de furt.¶Consilium est delibe
ratio,seu arbitrium.l.1. qui & aduer. quos in
integrum rest.fier.non põt; & Consilium pro
loco ubi deliberatur quid dicitur.l.pen. §.fin.
ff.de iu.& iur.¶Cõsilium pro collegio poni-
tur quandoq;.l.fi.C.de naufr.lib.10. ¶Consi
lium pro fraude quãdoq; habetur, iuxta illud
fraudum tentator Vlyxes. l.si.ff.quę in fraud.
cred.& l.1.ff.quæ in fraud.patr.fia.ubi habe-
tur consilio fraudari sępe patronos.¶Et benè
38 consulere virtus est maxima & prudentia; &
pro tali opere bono in hãc vita subsidium, &
post eã remuneratio ęterna habetur à Deo.c.
39 bonæ.12.q.2.¶Et tenẽtur semper Cõsiliarij
Principum ipsis dicere veritatẽ.firmat Bal. in
l.humilius.ff.de minor. Nec debent assentire
ipsis Principib.in eo ꝙ fortè sibi placeret con
trà veritatẽ: malos.n. Principes cupidos mala
facere pro malo suæ voluntatis consulere nõ
habent eorũ consiliarij, quia insamarẽtur ad
exequendum malum aucta ira, & malitia sui
40 iniqui consilij.¶Et possũnt de iure puniri ma
li consiliarij pro malo cõsilio.l.1.ff. de seruo
41 corrupto,& c.sicut.de homicidijs.¶Et illi cõ
siliarij qui cupiũt Principes suos diu regnare
in gratia Dei,ipsos conseruare habent cõsilio
semper sano,quia repẽtè corruũt tali cessante
gratia Dei.Tenẽtur quoq; eos modestè,ac mo
deratè ꝓ ueritate & iustitia instruere, vt dicit
Apost.ad Thim.c.2. Ibi cum modestia corri-
42 pientes eos qui resistũt ueritati.¶Et pro liber
tate cõsulendo Alexandrũ Magnũ Calistenes
affinis Arist. inquit, & placidus in Rethorica
doctus,& erga amicos liberalis quorũ amo-
re,ipsius domus erat assiduò illis aperta in ur-
be,& demũ mutato more suo siciẽdo aurũ in
partia potauit indignè. ¶Et Regũ Consiliarij
43 illi qui cõtra ueritatẽ applaudunt Regib. secũ
dũ malas eorũ opiniones, sanè cognoscentes
illos malè facturos, & fortè timore suæ terri-
bilitatis,& iræ, aut alia passione, vel proprio
cõmodo illis displicere nolunt, permittentes
ipsos stare in mala opinione, ꝓderint ipsis re-
censere Illustriũ Principũ mortuorũ consilia,
& exẽpla,de quib. in præsenti tractatu narra-
bitur. Nã consilia per exẽpla,& pulchra gesta
prudẽtũ mortuorũ Imperatorũ uiuis repetita
Principib,iuuabunt illa sequentib.si à suis ma
le consulti fuerint cõsiliarijs tacita ueritate ꝑ
ipsos,& illis occulta expresso mẽdatio, causis

44 & rõnib.ꝑmissis.¶Pro iusto cõsilio iustè acci
pit ꝑmiũ.c.non sanè.23.q.5.& c.nõ licet. 11.
q.3. iustũ semper est seqndũ consiliũ.l.Titiũ,
aut Meuium, & p Bar.& alios scribẽtes ibi.ff.
de admist.tuto.& in l.1.§.pluries.ff.de execu.
45 rei iud.¶Ob malum consilium, quod est con
sultori pessimum,ut diximus alià s,puniendus
est Cõsiliarius.c.tanta.85.dist.& qui priuata
auctoritate malo cõsilio homines perdunt pu
niẽdi sunt,ut homicidæ.c.sicut dignum. extra
de homic.c.nole,& c.periculosè. de pęn.dist.
1 .Quod secus est si quis homines occiderit au
ctoritate principis in bello iusto, vel in execu
tione iustitiæ, ꝙ puniri nõ debent de homici-
dio milites.23.q.2.& c.oium,& c. excõicato
rum.23.q. 5. Hi autem talis criminis rei non
sunt puniendi, ut sunt illi qui priuata auctori
tate,aut consilio hoies occidunt. De iusto &
iniusto bello rectè consulere habent Reges
suos consiliarij Principũ . Et reuelãtes consi-
liarij secreta,& archana Regum,& dominorũ
suorum uiui sunt concremandi, uel uitupero
46 sè suspendendi furcis.l.si qs.ff.de pœnis. ¶Et
meritò puniunt maiestatis crimine Cõsiliarij
ꝓditores,ut alio loco latius dicemus.c. si pec-
cauerit.2.q.1.& p gl.i c.clericus,el j. 56.dis.
& l.videtur delictum.§.Exploratores. ff. de re
mil.& p Bal.in vsib.feu.in tit. de pace iuram.
firmã.in §.Iniuria, & in titu. 11. quib. mod.
47 feud.amit.& per D.And.de Iser.ibi.¶Cineas
Pirri Regis consiliarius prudentissimus rectè
consulebat Pirrum, consilio cuius si semper
paruisset, non utiq; uictus Pirrus fuisset à Ro-
manis,ad ꝑdicta faciũt,c.nolite,11.q.3.& l.3
& l.falaciter.C.de abol.& l.pen.ff.ad leg.Iul.
maiest.& oẽ priuilegium, & beneficiũ legum
perdunt prædicti consiliarij delinquentes.l.oẽ
delictum.ff.de re mil.& c.1.& per gl.& Doc.
ibi, de offi. deleg. & solitus fuit Pirrus dicere
se plures ciuitates habuisse sub ditione sua cõ
silio,& facundia Cineæ legati sui, q̃ armis, vt
48 alià s dicã loco suo.¶ Consillarij Principũ iu
risdõnem habent ordinariã.l.præcipimus, &
per Bar.ibi.C.de appel.& Consiliarij Ciuita-
tum,decurionum loco habentur.l.2. C.de de
cur.lib.10.& l.ex dolo.§.1.ff.de dolo.Consi-
liarij dicuntur assessores.l.Consiliarios. C. de
asses.& pro ipsa quoq; veritate consulere te-
nentur aduocati. c. Relatum.37.dist. & ut di
ctum est,iustè pręmiũ accipitur ꝓ iusto consi
lio,c.non sanè.14.q.3.Et illi sunt præmiandi
tempore pacis,& belli,qui sciunt ꝓdesse consi
lio,uel arte, tàm pacis, quàm belli temporib.
49 ¶Et aduocati fouentes iustam cãm possunt ri
tè decipere aduersarium tuentem iniustitiã, c.
50 Dominus noster,& ibi glo.23.q.2.¶Et pal-
marij dicuntur aduocati quando uincunt cau
sam , & milites, ità etiam nuncupantur pal-
marij quando uictoriam reportant in bello

con-

contra hostes,à palma dicti.i. victoria, & pal
ma est arbor quę nō curuatur pondere;& illa,
& lauru uictores milites coronabātur antiqui
tus,& in signū victorię fuit lignū palmæ in sa
lutifera cruce D.N.IESV CHRISTI. iuxta il
lud.In cruce stat palma, cupressus,cędrus,oli
ua:& istæ quatuor arbores semper nirescūt in
oī tēpore, nec ꝑ brumā,niues,& gelu depo-
nunt frondes suas in hyeme. ¶ Quęro de casu
an dans consilium delinquenti , aut e uiliter
contrahenti incurrat peccatum; primo casu
incurrit peccatum quoad pœnam , nisi delin-
quens d forret facturus sine consilio , quoniā
tunc non tenebitur nisi operā , vel opē dedisset
assistendo,vel arma scienter ĺęsiua dādo uel co
modādo pro faciēdo homicidium,vel scalas ꝓ
furto vt Insti.de obl.quæ ex delic.nas.§.vt vbi
ope,& l.Si quis,& l.Si pignore.ff.de fur. aliās
non tenet̄ vt in dicto §. vt ubi ope. & c.¶ Nisi
vt supra dixi opem,consilium,& fauorē pręsti
tisset l.Si quis.ff.de ser.corr. quia ibi est casus
spālis ubi non solum consuluit seruū male fa
cere,sed illum ēt corrupit , & incitauit quod
plus est.l. sæpe §. fin. ff.de verb.oblig.& l.1.ff.
mand.in fine.ad prędicta facit glo.in cap.Nul
lus ex consilio de reg.iur.in 6.¶ Et tenentur
Aduocati, & cōsulentes de fraudulēto cōsilio
per ipsos dato cōtrahēti,& puniri possūt de iu
re l. Quod si eleganter in fi.ff.de dolo, & l.ij.
§.Tu a.ff.mād.& l.3.§.Planè.ff.de nego.gest.
¶ Iustum sēper est sequēdum cōsilium , & te-
nentur maiores sequi bona minorum exēpla ,
& consilia iusta. cap. De constantinopolitana
& ibi glo.22.distin.& cap.Si fuerit 1.quęst.1.
& cap.Neq; in homine.19.distin.¶Quęro de
casu si valēt & tenēt Regiæ donationes factę ꝑ
Regē vxori suæ,aut filio Regis in potestate pa
tris Regis cōstituto, Cōcludiuē dico omissis su
perfluis ꝙ sic uidelicet tales donationes uale-
re l.penul.C.de donat.inter uir.& vxor.& per
Ias.in prældijs feud.coll.7.vers.& istud clarē
probatur,& per Doctor.in cap.1.extrà de do-
nat. ¶Nā propriē est Regū,& nobiliū donare
vt cātat Homerus scriptor belli Troiani, Me-
nelaū Regē donasse Thelemaco:fertur Home
rū hūc grāiæ nationis poetarū principē fuisse
natū in Chio odorifera urbe,& in Smirna odo
rifero quoq; loco periisse . ¶ Commendatur
ualdē liberalitas,q̄ dicitur beatitudo in dona-
tore ; vnde dixit Saluator D. noster IESVS
CHRICTVS,gratius est dare quàm accipe
re cap.Pręḍicator.16.q.1.& c.1. de donat. &
c.Cū Matthæus.de celebr.mis. Quod de mera
liberalitate intelligitur, & non de prodigalita
te.¶Scipio Aphricanus , Cęsar Augustus, &
Alexāder Magnus,& quàm plurimi alij opti-
mi Reges, & Imperatores exercituum libera-
les,& munificentes fuerunt: quorum munifi-
centia ipsos coronauit,& uotiua regna quæsi-
uit cum triumpho. Alexander quoq; Macedo
num Rex ualdè peramabat , & pro amicis fide
libus tenebat acceptantes ipsius munera,con-
tra illa spernentes indignebatur, & uicta Per-
sia loco ferri æquorum pedibus militum suo-
rum aurum purum apponi mandauit Magnus
Alexander,honorando, & pręmiādo expertos
suos in bello uarijs coronis, & muneribus;eo-
rum laudata uirtute:& hac de causa incitaban
tur ad ægregia facta ob amorem , & amorem
58 sui munificētis Imperatoris.¶Et Marcus An
tonius Romanorum Imperator non obscuri
nominis in bello,milites sępe detinuit libera-
litate sua , & cæsarianos sibi amicos parauit
munificentia;& pro Iulio Cæsare plurīes glo
riosè pugnauit in hostes , & suorū militū co-
pias in fuga uersas pśępe arte retinuit,& fusos
restituit,& varias obtinuit victorias ꝓ vt pręfe
ctus æquorū Gabini viri cōsularis ī Syria,& in
59 Egypto fecit.¶Pergratū fuit Regi Persarū Ar
thaxersi rustici munus aquę existēte āt & ficiē
te rege pdicto in loco arrido ęstiuo tēpore,illi
cū ueneratione letanter occurrit rusticus unus
accepta aqua cum ambabus manibus, nullum
aliud vasculum habens illam ferendi, cui Rex
donare fecit vas auri puri cum mille daricis .
60 ¶ Et dū Serapion gręcus pilla luderet cū plu-
ribus in præsentia Alexādri, & Regi dicētı qua
re ipsi non proiecerat pillā vt alijs respondit il
li quare id non petisti , cui Alexander pro-
pter ea dona multa contulit propter virtutem
61 Serapionis. ¶ Cæsar donauit libertatē Thessa
lis, & in Asia Gnidis populis post Pompei
expeditionem in præmium,dimisia tertia par
te tributorū illis qui Asiam incolebant:& post
tres triūphos per ipsum vno tempore adeptos
in vrbe dona multa munificentia dedit militi-
bus suis varijs factis ludis, & datis cōuiuijs Ro
mano populo sedente in viginti duabus milli-
62 bus mensis dando cibum edentibus. ¶Et erga
mendacem Antigonum, quem pręfectura pri-
uauerat ob mēdaciū Antigoni, dictū Regi Alc
xandro restituta sibi postmodum præfectura:li
beralis fuit Alexāder memor factorū ægregio
rum per ipsum gestorum tempore quo milita-
bat sub Rege Philippo . Nam huic Antigono
apud Pirynthum obsessum à Philippo euulsus
fuit oculus sagitta iacta per catapultam, & no
luit sagittam primò sibi ex oculo euelli perti-
naciter pugnādo donec fuisset ciuitas capta,in
quam intrauit ita uulneratus hoste perterrito,
63 & pręrupto ipsius terrore pugnātis.¶Et vt de
bitores ciuitatis Macedoniæ releuarētur à cre
ditoribus illos infestātibus iustitia, pro ipsis li
beraliter soluit Alexander 9870. talēta,quod
64 pergratum Populo fuit.¶Reges omnes ami
cos donantes Alexādro Magno,ipse liberalita

te superauit pro ut de Thaxillo Rege Indorum
65 legitur. ¶ Largiri autem est uirtus ualdè commendanda, quoniam largitas tenet medium inter prodigalitatem, & auaritiam gl. est in cap. ex parte de consuet. & sic largitas est uirtus quia in medio iacet, ut dicit glo. in cap. Contrà quæ de caritate. de pœnitē. distinct. 3. ¶ In
66 donationibus Imperialibus, & Regijs; sibi Regibus, & corū filijs, & Reginis, & alijs personis factis, an exquirat insinuatio si excesserint quingentos aureos, dic quòd non, authen. idem est C. de donat. & per glo. in l. penul. C. eod. titu. & per Ioan. Andr. in addit. ad specul. in §. Porro de instrum. edit. & ità tenet Oldr. Laudēsis in dicta authen. & in cons. suo 50. & Imol. in cap. Cum contingat in pen. col. de iur. iurā. & per Abb. in c. super quibusdā. de uerborum signific. & per Paulum de Lign. in l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. & in addit. sua ad librum de bello proaui sui D. Io. de Lignano sub rub. an liceat Principibus alijs indicere bellum.
67 ¶ Quæro de casu, quidam Spurius incapax beneficiorum, & feudi, habilitatus à Papa, uel ab Imperatore ad omnes dignitates, an potuerit consequi beneficia ecclesiastica, aut feudum absque speciali de beneficio, & de feudo dispēsatione, uel habilitatione, dic quòd non, ità tenet Innoc. in cap. Dilectus, el tetzo, de præben. & per Felyn, in cap. venia. de accus. & cap. 1. quæ fuer. pri. cau. benef. amitten. & in titu. de duob. fratr. & no. benef. inuest. & adde etiam
68 quæ dicam infrà in tractatu de duello. ¶ Tractaturi præter militarem disciplinam in hoc opere, quædam de feudali materia vt fuimus policiti in prohemio præposito, quoniam est materia nobilium Principum qui in bello, &
69 pace uersantur. ¶ Nam feudorum diuisio est multiplex Regale, & nō regale; nobile, & ignobile; proprium, & improprium; reale, & personale; ecclesiasticum, & seculare; masculinum, & fœmininum; antiquum, & nouum; paternū; aut maternum. Regale feudum sicut Marchiæ ducatus, comitatus, vel alterius regalis dignitatis à Rege cōcessorum pro Rege, retēto directo dominio, & superioritate in illo. Non regale est quòd cognoscitur ab inferiore à Principe, & si à Rege confertur est extrà illam dignitatem Principatus. Nobile dicitur feudum quod possessorem suum nobilitat, & illum nobilem ostendit, cuius prius erat, & plus nobilitāt feuda, & dignitates datæ à Papa, & ab Imperatore quàm ab inferioribus Regibus, Principibus, Ducibus, & Dominis, habetur per Bal. in cap. inter dilectos. de fid. instrum. & per doctor. In cap. Intellecto. de iur. iur. Ignobile est quòd à minoribus vt in vauasoribus qui feuda tenēt à minoribus dominis vt à baronibus, & similibus dominis à plebe, à paganis, & ab uniuersitatibus. Estque feudum proprium, & improprium natura; Proprium est simplex, purum, & rectum ad hæredes transitorium, & quod possit subinfeudari equaliter, & eis sine culpa nō dēt priuari vassallus cap. 1. de nat. feud. Improprium quando est alterata feudi natura in cōcessione, habetur per Philip. Deciū in cōs. clxxxxiij. Reale feudum est perpetuum, & ad hæredes transitorium cap. 1. de duob. fratr. ac cap. Inuestitura, & in §. fin. quib. caus. amitt. feud. quòd feudi naturam propriam haberi intelligeret, seu feudi naturā haberi intelligunttur. Personale feudum non transit ad hæredes, & non excedit personam recipientis, vt in feudo habitationis, quod non transit ex natura sua ad hæredes, vt in prouisione danda ueterano, aut nobili qui venit in paupertatem, & eorum personas non excedit. Ecclesiasticum feudum dicitur id quod datur, uel recipitur ab ecclesia, & à clerico. Seculare quòd à secularibus datur, vel recipitur. Masculinū, quòd ad masculos tantum transit ex feudi natura, exclusis fœminis. Fœmininum feudum dicitur illud quòd fœminis ex pacto conceditur, vt in §. Hoc quoq; qui feud. dar. poss. Feudum antiquum, auitū, paternum, vel maternū quod ultrà gradū originē habuit ab aliquo ex antecessoribus da agnationē si à patre, matre, ab auo, vel proauo vsque ad quartum gradū paternū, uel maternum prouenit; & paternum, siue maternum dicitur cap. 1. de grad. success. de natur. succes. feud. in gloss. & in cap. 1. de success. feud. & in tit. qui feud. dar. poss. Nouum feudum est, id quòd de nouo acquisitum fuit, habens tantum initium suum à persona inuestiti, non prouenitns à progenitorum successione cap. 2. quod test. sint neces. Quædam etiā feuda sunt diuisibilia, & quædam non; quædā corporalia, & quædam incorporalia, quorum qualitates sunt, quæ pro rerum feudalium conditione feudo accedunt, & in aliquibus præstatur iuramentum, & in quibusdam non ex pactis cōuentis. Feudum ligium, & nō ligium; ligium quod à Rege, & non ligium quod ab inferiore hominem vassallum respicit, cumque obligat in feudi naturam nihil variando. Qualitas accidentalis est in feudis, vt in feudo in curte & extra curtem. Estque feudum annale vt guardiæ, est quod imperpetuum vt alia feuda regulariter concessa secundum veram, & propriam feudi naturam. Item & feudum de camera, & feu de canena, & accidentales qualitas feudorum est, per quā est sciendum, quòd non oporteret feudorum genera diuidi, vt de actio. notat D. Ias. in §. sunt præterea & c. differentias potius actionum quàm diuisiones esse putas, & de his feudorū qualitatibus alio tractatu Dei suffragio dicam.

SVM-

SVMMARIVM.

VIrtutes imperatorie quales sint.

Liberalitas socionis superauit Alexãdri Magni continentiam.

Ac multa fuit eius continẽtia, qui cum nollet plura pondera auri dono ab Alexandro acceptare, voluit quoq; Minelli Ducis Macedonici aurum ac munera spernere, ne ille dux maior Alexando videretur.

Antipater Rex Lacedemonius duor tantum habuit amicor, socionem.s. quia omnia munera spernebat, et demadem quem nunquam potuit auro saciare.

De Pompei Magni continentia, capto Castro Regis Põti Mitridatis circa eius thesaurũ.

Scipio Aphricanus Romanorum Imp. legionũ suarum milites nominatim vocabat. quod & Cyrrus Rex Persarum fecisse legitur.

De antiquorum incredibili memoria.

Cyneas Pirri Regis legatus, qui secunda die qua in vrbe Roma stetit, omnes de senatu nominatim salutauit.

Petrus Franciscus Thomius Rhauenas Doctor circa memoriam suam mirabilia fecit.

Vllisis in bello Troiano gesta.

Auaritia est maximum vitium in Principe quia est omnium malorum mater, et quid operetur.

10 Diuitias amare, seruile gestum est, illas autẽ donare est regium officium.

11 Virtus Romana quibus virtutibus coronetur.

12 Occus Rex Persiæ noluit ob auaritiam pecunia in Persiam accedere iuxta morem patriæ.

13 Alexander Magnus bello superauit dictos Reges Persiæ, quos spargendo eorum aurum & argentum auaros uilipendit Reges in Persia.

14 De maxima aliquorum continentia.

15 Cæsar suis dicentibus Imper. magnum habere thesaurum, nõ proprium at commilitonum esse respondit.

16 Themistocles victo Xerse equitando inter cęsos hostes cum suis militibus, manilia aurea occisorum donabat militibus suir.

17 Paulus Æmilius Consul uicto perse Macedonum Rege, & capto eius thesauro inter milites suos partem fecerat secundum uirtutir eorum merita.

18 Marcus Salinator à populo Romano fuit damnatus, ex quo inter milites iuste prędam non diuiserat.

19 Auarus propriè quomodo uocetur, & pœna infernali punitur.

20 Auaritia est Idolorum seruitus, & fornicatio tristis.

Adulatores peiores sunt quàm corui.

21 De auaro & prodigo. unde versus.

22 Duces antiqui Romani se cum militibus suis in exercitio rusticali gerebant.

23 Reges militię in fide constantes sicut sunt magna laude extollendi, ita & odio, qui auaritiam prosequuntur.

24 Paupertas sola est incorruptibilis, et inuincibilis, nihilq; in se durius habet, quàm quod ridiculos homines facit.

25 Arathus Dux grecorum pro libertate Tyranni Philippi ueneno perijt.

26 De quinti Sertorij Romanorum Imperatoris laudibus, & continentia in multis bellicis gestis.

27 Agisilaus Lacedemonius Rex, cui à Tritausta hosti munera fuerũt oblata, dixit, maiori laude ornatur Rex qui conatur magis accipere spolia, quàm dona hostium.

28 Seuitia principum propter auaritiam in re militari maximè damnatur.

29 Arbalas inclitur Dux gauisus magnopere fuit, cum audiret, quòd sui milites in tentorijs secretò consultabantur de futura pugna.

Victoria semper potius est expectãda quã fuga.

30 Cæsar militibus suis thesaurum ostendebat, dicens, thesaurus iste vester est non meus.

31 Continẽtia multorũ Imperatorũ & 39. & 45.

32 Castra vnde dicta sint.

33 Xenophon dum esset in sella, iussit suis montem capere, quorum unus ex militibus murmurando ait, est facilis res, sedenti iubere alijs laboriosum opus, & Xenophon descendit ab equo, & iussit illi quòd ascenderet equum, & sic pedester cum peditibus suis cepit montem.

34 Vita bona Imperatorum quid operetur.

35 Reges & milites soliti superare homines, non debent a fœmineo sexu superari.

36 Alexander Magnus uirtute superauit patrem suum.

37 At facilitate dicendi, consilio prudẽtia, ac alijs similibus uirtutibus fuit inferior.

38 Luxuria fugienda & castitas sequenda, ex qua magna oritur vtilitas, & militibus in quibus noceat luxuria.

40 Bella suscipienda sunt, vt in pace sine iniuria uiuamus.

41 Bella sunt gerenda pro fide, & gloria Dei, non autem pro auro, & libidine.

42 Arter Imperatoriæ omnes, iuuant in re bellica, auaritia uero nequaquam, quia precipiat principes cum exercitu suo.

43 Ligurgo fuit oblatum Regnum Lacedemoniorum per uxorem Regis mortui fratris Ligurgi uolẽtem abortum facere, ut regnum deueniret Ligurgo, qui tamen id prohibuit fieri, imò iussit partum Regem fore, cui tutores ac curatores assignauit pro uentris custodia.

44 Prin-

44 Princeps non potest exercitum suum contine re, nisi prius se ipsum contineat.

45 Gylippus Lacedemonius missus in suffragium Syracusarum contra Nicium Atticum, qui il los opprimebat deridebatur ut notula à Syracusanis ob longos capillos squalidam barbã incomptam, & laceratam vestem uirtute sua demũ hostes superauit spreta derisione.

Multi sunt qui efficiuntur milites, abutentes postea militari exercitio.

46 Nabuchdonosor in belluam conuersus fuit ob superbiam.

Reges Anatham, & Abyron absorpti à terra propter blasphemiam.

Et incendio comsumpsit Deus Sodomos.

47 Tigranus Rex ultra ea quæ fecit ob superbiã, nolebat etiam aspicere socerum suum Mitridatem Regem Ponti, quia bello pulsus fuit à Luculo, sed postquam sibi bellum indictum fuit à Romanis, tunc humanissimus salutauit Mitridatem.

48 Tigranus cum uideret paucitatem copiarum Luculli superbiè ait, non sufficere ad societatem vnius legationis ut iussit Mitro Barsano Duci suo, ut Lucullum adhorriret cum tribus millibus æquitatus, & longo peditatu, & qui occideret omnes Luculli milites præter Lucullum, qui milites tamen dictum Ducem fugauit.

49 Et sic euenit in alia inter eosdem pugna.

50 Lucullus paruo cibo cum suis contentus erat, & grauatus annorum, cursu centum vt Iuuenis se militaribus gestis, & ludis exercebat.

51 Pacientiæ ac continentia uirtus immortales fecit Romanos.

52 Gulla uitam hominum tollit.

53 Romani patientissimi ar constantes fuere, et milites in laboribus constantes.

54 M. Antonius Romanorum Imp. habere peroptabat decem millia militum illorum, qui tuti itinere longo reddiere ex Babillone cum Xenophonte.

55 Pirrus, audito q̃ unus ex militibus suis pro pter uinum multum de ipso predicabat eum dimisit impunitum dicens satis puniri à Baccho.

56 Iustitia in re belliea, est uirtutum Regina.

57 Gneus Pompeus ob continentiam in relinquẽdo templum hierosolymæ opulentum intactum, spoliatum postea à Crasso, laudatur à Cicerone.

58 C. Octauius ne uiolaret templum, noluit capere Perseum Regem Macedonum in quo se reduxerat, sed uoluit extra templũ captiuũ habere, & habuit.

59 Paulus Aemilius, et C. Flaminius, Manlius, & Attilius Rom. Imp. debelatis Regibus Greciæ à templis, se probè abstinuerunt, & illis pro Deo multa munera contulerunt.

60 Agislaus Rex non permisit ut eius milites delerent hostes in templo reductos, & dedit eis libertatem abeundi.

61 Alexander noluit seruum suum Niconum fugitiuum de templo ubi aufugerat extrahi, ne Ecclesia uiolaretur.

62 Romani constantes in omni bello oppressi mirabilia fecerunt.

63 Principes bellorum, nunquam debent se irasci erga milites.

64 Theodosius Imp. sanctus dicebat mãdata Iratorum principum non esse exequenda infra triginta dies.

65 Exequenti contra me aliquid iniustè, de facto possum ei resistere, et quando hoc procedat.

66 Deus omnes clementes iuuat.

67 Philippus Rex licèt in expugnando Pirinthiam urbem Grçciæ ei oculus esset euulsus, capta tandem urbe clementer pepercit.

68 Magistratus & Iudices quibus à Principe committitur exequutio iniusta, debent prius rescribere.

69 Consiliarij debent principes suos iracundos rectè consulere.

70 Deus dominus dominorum constituit Regna & Principatus, ut rectè principes regerent.

71 Principes omni ingenio curare debent habere milites pacatos & unitos.

72 Principes exercitus debent affabilitate uti cum militibus, loquendo & aliquando secum familiariter edendo, ad exemplum multorum antiquorum.

73 Debent tamen uetare à nimia familiaritate subditorum suorum.

74 Imperatoris prudentis, fatui, ac imprudentis habetur distinctio.

75 Principes debent uti parsimonia, ne uideãtur prodigi, neque auari.

76 Philippus Rex, filium suum Alexandrum magnum docuit parsimoniam ne sibi deficeret, & postea sine honore sequeretur aliena.

77 Munificentia, est utiq; Impreatoria uirtus, quæ utenda est in benemeritos ad exemplũ Bruti.

78 Deioterum Regem laudat Cic. ob orationem in senatu factam in qua inter cætera tractauit de munificentia.

79 Duces militiæ integrè tenentur militibus dare stipendia.

80 Duces militiæ militibus non debent stipendia retinere, neq; tempore resignationis debent recipere alienos famulos, ut uideantur integrã summam militum habere, & accepto stipendio pro illis illos dimittere & minori quãtitate militũ ad pugnam ire.

81 Neque crudelitas est tales homines in bello perdere.

82 *Latro quidam in publica uia plurics depredatus est, & sæpius sub uarijs armis et sub diuersis insignijs et societatibus militū plura stipendia acceperat & aliquando mutabat nomen, modò claudus erat, modò luscus modo rectus, modò cum uno oculo, et sic diuerso uultu comparebat tandem fune collū in furca fuit sibi erectus.*

Miles non potest furca suspendi. fallit in proditoribus.

83 *Stipendia quo tempore militibus soluantur.*

84 *Vigilantia Ducis bellorum magnoperè laudatur.*

85 *Magistratus qui Iustitiam faciunt populis sibi commissis debent esse fidi, probi, iusti, scientes, sapientes, et continentes, & alia debet habere de quibus ibi.*

86 *Magistratus boni tenentur sępe uisitare carceratos, & procurare de eorum uictu.*

87 *Pacientia Alexandri magni, nō parua fuit, qui patiebatur valdè ob sitim unà cum militibus suis ob ariditatem loci, ad quem uenerunt aliqui ex Lacedemonijs cum galea plena aqua ut Alex. potaret eam, qui solus tamen potare noluit, sed potius in omnium præsentia sparsit in terram, ob uirtutem continentiæ.*

88 *Scipio Aphricanus ob continentiam suam et prudētiam Imperator fuit ellectus in locum patris sui Publij Cornelij Scipionis. et hoc ætate xxiiij. ann.*

Anibal & Scipio in parua ętate Imperatores creati fuere ob eorum uirtutem.

89 *Scipio maximus Aphricanus consul, inuidia nonnullorum extra patriam exul mortuus est annorum 54.*

90 *Contractus Emphiteoticus feudalis & censualis an differunt inter se.*

DE CONTINENTIA, ET MEmoria sapientum Imperatorum.

SAPIENTES militię Reges honoris cupidi continentes esse debent, quia in illjs est detestanda incōtinentia, Auaritia, & inconstantia l. in causæ. ff. de procur. & l. 1. & 2. C. nè fisc. rem quam vend. euinc. Et inter virtutes imperatorias sunt continentia, Cōstantia, Fortitudo, Iustitia, Clementia, Modestia, Spes, Caritas, & munificentia quæ memoriam afferunt intelligentiam, & prouidentiam personarum, rerumque gestarum domi, belloue locorum & temporum. ¶ Focion Dux Atheniensium liberalitatem Alexandri Magni superauit uirtute continentiæ suæ, & Plutharcum hostem armis subegit virtute disciplinę militaris, & ru
pit Macedones conantes eius incidere vallum, quos fuit prosecutus vsque ad eorum stationes, vbi tota die strenuè fuit & dubiè pugnatum; & demum Focion victor permansit liberata gręcia, & omnibus suis recuperatis captiuis anno suæ ætatis xc. Deniq; vir iste inclitus, qui per vices uiginti electus extitit Atheniensium dux, & semper palmarius fuit, & post à patriæ uulgo sibi ingrato existente fuit damnatus odio persecutus, & demum uoluntaria morte periit ueneno.
3 ¶ Et dum Alexander dono misisset Focioni pondera plura auri, quę acceptare noluit, cui post Menillus Dux macedonicus aurum, & munera multa dono misit, quæ spreuit Focion inquiens, (Menillum non fore excellentiorem Alexandro; cuius munera acceptare noluerit.)
4 ¶ Et Antipater Rex Lacedemonius laudauit continentiam Focionis, dicens, se duos amicos habere Focionem uidelicet qui ipsius munera nunquam acceptare uoluit, & Demadem incontinentissimū, q nunquam potuit illum satiare auro quem dissipabat sine mensura in luxuria, ludis, & uoluptatibus uanis Epicuri.
5 ¶ Continens fuit etiā Pompeus magnus, qui capto castro Regis Pōti Mitridatis, ubi thesauri Regis extiterant sub gubernio Stratonicæ regiæ cōcubinæ, thesauros assignari quæstoribus pro ærario publico urbis, & stipendio militum iussit, retentis pro se uasibus tantum, & literis secretorum Mitridatis cum oratione Rutilii ad Regem missa, ut omnes Romani in Asia existentes occideret pro sacrificio, & triumpho, Regiisq; concubinis unà cū multis pulcherrimis fęminis Asię, & Ponti ductis ad urbem in triumpho, & illis
6 relictis intactis uirtute continentiæ suæ.
¶ Scipio Aphricanus maximus Imperator Romanorū continentissimus fuit, & principatum tenuit in re bellica duce ratione diuina, hic fuit singulari memoria, nam legionū suarum milites nominatim uocabat, laudatur Cęsar in re militari, laudatur & in memoria, & ritè commendatur in clementia & in remissione odij, & obliuione iniuriarum.
7 ¶ Polluit Marcus Tullius Cicero oratorum Princeps, Latinæ linguæ & eloquentiæ pater, in eloquentia & memoria, qua & Lucullus laudatur, & in opulenta annonarum prouisione; polluit memoria Marcus Fabius Maximus, & Cineas Pirri regis legatus, qui secundo die quo stetit in urbe Romæ omnes de Senatu nominatim salutauit. Polluit & Cyrrus Rex Persarum memoria, qui omnes sui exercitus milites nominatim uocabat, Polluit quoq; Mitridates memoria cum linguis quinquaginta duabus regnorum suorum loquebatur, Polluit memoria Fædericus Imperator de nobilissima & inclita ortus Austria domo, cum de absentibus

tibus recordabatur per eum semel locutis ad
ipsum, post longo tempore reuersis. Polluit,
& tempore nostro memoria conciuis meus
Rhauennas Petrus Franciscus Thomius Do-
ctor Cęsareus & pontificius excellentissimus,
qui audito quolibet sermone, prædicatione,
& orōne quantumcunq; longis & intricatis,
de uerbo ad uerbum recitabat à principio ad
finem: & easdem retrogradè nullo errato uer
bo etiam repetebat, & totum corpus iuris ci-
uilis, & canonici cum glosis memoria tene-
bat; hic una die Patauij ubi cathedram ordina
riam publicè conductus de mane regeret stu-
pendum actum fecit, ibi congregatis schola-
ribus multis variæ professionis ad audiendū
aliquid ab eo memoria dignum, & dum se-
deret in cathedra sibi unā literam vigintiqua-
tuor elementorum proponi iussit omnibus
tunc silentibus, quidam iuuenis ex scholarib.
expressit literā I. & Petrus Franciscus, inquit,
Domini proposita mihi fuit litera I. incipien
do ab institutionibus Imperialibus ibi Impe
ratoriā maiestatem &c. & successiuè omnes
titulos, & leges, & glosas iuris ciuilis, & indè
titulos, canones, & glosas iuris canonici ab I.
litera incipientes cum ueloci sermone expres
sit, ità quòd omnes stupefacti remanserunt, &
plura alia in memoria fecit miranda, & digna
memoratu, quæ sub silentio causa breuitatis
dimitto; & si uir iste fuisset antiquo tempore
non quidem locum inferiorem alijs in me-
moria pollentibus tenuisset; scripsit in iure, &
de memoria pluta volumina perpetui nomi-
nis, & secum prudentiam babuit comitem; &
decessit in Germania dum legeret in studio
Sprucuensi tempore inclyti Maximiani Impe
ratoris memoria digni, ob ipsius immensas
uirtutes Imperiales: hic fuit pius, clemēs, mu
nificus, fortis, fidus, prudens, & in militia do-
ctus, iustus, continens, & recta sapientia.
8 ¶Quæ comes fuit Vlyssis in bello Troiano,
qua duce uarios casus, & pericula multa su-
stinuit, & ab illis euasit, cui non Syrenarum
cantus, nec somnus humanæ uitæ, neque ma-
nus Ciclopis, nec regna Circis ob illius Co-
mitem prudentiam nocere potuerunt animi,
& corporis fortitudine sua, quam iuuat, ti-
mor Dei, Fides, Spes, Caritas, Iustitia, Tem-
perantia, Sapientia, Munificentia, pia largitas,
quæ est peccatorum medicina, & suffragium
animab. & exoneratio peccatorum pro æter-
na salute, remuneratioque beneficiorum, &
deuota oratio ad Deum cum exercitatione
corporis, robustorum exemplo uirorum, di-
sciplina maiorum exortatio, exercitus, lausq;
& lætitia perterriti hostis: hæ uirtutes trium-
phare fecerunt Coriolanum, Coruinū, post-
humium, M. Dentatum quoq;, & Fabritium
pro hostibus uictis; Cossum, & Cornelium
pro Rege uicto Veientorum Tolumnio; &
Romanos Duces coronarunt. Imperatoriæ
prædictæ uirtutes, quę sunt immitandæ anti-
qui Martis Imperatorum exemplo, qui glo
riosè floruerunt, & rectè, sanctèq; militiam re
xerunt, & gubernarunt munificēter populos,
9 & exercitus belli, & pacis temporibus. ¶Nec
ullum est uitium deterius in Principe, & in re
bellica quàm sit ipsa auaritia omnium mater
malorum, cap. bonæ. 96. dis. & cap. Diaconi.
93. dist. iuncto cap. nihil. 83. dist. hæc nocuit
ualdè Lucullo, & magis Crasso ī bello parthi
co; Crassus liberauit gentem amicorum Re-
gum recepta pecunia, ut repeterent suas do
mos, patrias: & sibi postea defuit præsidium
in expeditione, ubi ipse cū filio mortuus fuit
Parthia, tollit fidem auaritia, & excæcat ratio
nem. Hæc fęra Lupa discipat concordiam,
uiolat caritatem, & filios spernit, de sapiente
insipientem facit, uiriles animos æffæminat
insatiabilis appetitus auari Principis: & de-
mum hæc rabida bestia adeò quorundam cor
rodit uiscera Regum, qui in uita, & morte à
proprijs odio habentur militibus & damnan
10 tur in æternum eorum sepulto honore. ¶Ser
uile gestum est in bello amare diuitias, & Re
gium est officium illas munificenter donare,
& dispensare, & ferre libēter labores in bello.
11 ¶Nec Romana uirtus uoluit coronari otio,
& inertia, sed uirtute continētiæ, & pacientiæ
assidui laboris armati Martis, Herculisq; &
Palladis; legibus, gloria, orationib. trophæis,
& triumphis uniuersi orbis per ipsam domi
12 ta superbia. ¶ Occus Rex Persiæ fuit auarus
ualdè, unà cum quibusdam alijs ipsius Regis
successoribus, qui in Persiam accedere nolué-
runt, ne spargerent pecunias secundum mo-
13 rem patriæ. ¶Quos Alexander Magnus bello
superauit, & munificenter in regnum Persiæ
intrauit spargendo aurum, & argentum, aua-
ros uilipendit Reges in Persia, & fuit ab om-
nibus adoratus ob liberalitatem suam, & mi
litarem uirtutem, & fortitudinem animi, &
14 corporis sui. ¶Gloriosus fuit, & cōtinens M.
Portius Cato, nam erat contentus cibo, &
uino quo remiges utebantur. Attilus quoq;
Regulus continens fuit contētus. n. fuit par-
uo agello; continens fuit G. Cornel. Scipio,
qui post multas uictorias habitas in Hispania
pauper perit, & filiæ suæ ex publico iussu Se-
natus nuptæ fuerunt; & idem fecit Senatus de
filiabus Lauinij Mummi, qui sua uirtute bel
lo ditauit Italiam, & ipse inops mortuus fuit:
& idem fecerunt Athenienses erga filios Ari-
stidis, qui post præclara gesta sua pro patria
mortuus fuit ī maxima inopia. Scipio Aemy
lianus, & Alexander Magnus panem cum mi-

litibua

litibus in uia meãdo comedebat; & Annibal sub Asdrubale eius sororio Duce Pœnorum in terra dormiebat sagulo cohopertus, & de nocte surgebat, & modicè edebat temperatus in cibo. Et Masinissa una uice in die antè suos sub Sole parcè edebat meando: & M. Scauri, & plurium Romanorum Imperatorum exercitus fuerunt continentes; uictis Sabinis uoluit Senatus, & Romanus Populus accrescere terram Campo M. Curtij Dentati qui renuit inquiens, illam æquè diuidi inter milites, & se contentari portione sua tantum, cum præda opulẽtissima multis per ipsum primò obtentis victorijs cum triumpho. Cato ex præda præter uictum suum nihil habuit continẽtia sua, & probè illã diuisit parte data pro stipendio militibus, & reliqua consignata Quæstori, ut illam in ærario publico poneret.

¶ Cæsar suis dicentibus Imperatorem suum habere magnum thesaurum, respondit, non esse proprium, sed ipsorum Commilitonum, quos liberaliter cognouit inter ipsos dicto dispẽsato thesauro. ¶ Themistocles autẽ uicto Xerse, eũtãdo inter cæsos hostes unà cum militib. suis, monilia & manilia aurea multa occisorum quæ in terram iacebant non sua esse, sed ipsorum militum, protulitq; eis munificẽter: quod pergratum militib. qui ipsum post miro amore fuerunt persecuti. ¶ Et Consul Paulus Aemylius uicto Perse Macedonũ Rege ditissimo, & illius capto thesauro, partem dispẽsauit inter milites secundum eorum merita virtutis: & reliquum deputauit ærario publico, nec filijs aliud dedit, nisi quòd illis licẽtiam concessit accipiendi arma Regis, & ex bibliotheca ipsius illos libros, quę, & qui sibi placerent, cognoscens filios suos fore amicos Martis, & Palladis. ¶ Damnatus fuit Marcus Salinator uir Consularis à populo Romano, quia non iustè diuiserat prædam militib. suis secundum eorum merita. l. virtutum præmia. C. de statuis, & imaginibus. ¶ Prudentia est maxima Principis, totis extollendi laudibus qui auaritiam negligit: & prudens Cato Regem auarum nominat canẽ uoracem, & beatus Philippus Apostolus, aurũ lutum uocat, & reputat; nos uerò luctum quorundam esse aurum firmamus illorum, uidelicet, qui iniustè acquirunt, & possident aurum, quia hi affligunt in hoc sæculo mortalium ibi cor suum tenentes, & post mortem lugent in æternum, & cruciantur in loco tenebroso Erebi, vbi silet lux, & niger fetidus ignis cocentissimam, & nigram flammam emittit. ¶ Auaritia est idolorum seruitus, & fornicatio tristis. c. idolatria. 27. q. 1. & c. cum omnis. 1. q. 1. & facit adulari Regibus, ut aliena bona caperent iniustè: & peiores sunt adulatores, qui contrà ueritatem, & proprium honorem blandiuntur hominibus, quàm sint corui, qui corpus mortuum corrodunt, & adulatores vinũ, corpus, & honorem adulatis tollunt. c. nõnè. 37. dist. Nec auari bonis malè quæsitis tertius hæres

21 gaudere potest sententia Dei. ¶ De auaro, & prodigo habetur glo. in c. ex parte. de consuetudine, unde versus.

Parcus retineas cum nummum ploret auarus.

22 Antiqui Rom. Duces deposita grauitate cum eorũ militib. ad suum exercitium rusticale redibant contenti laboribus in uirtute, & exercitijs uitam suam iustè ducebant, ut legitur de Serrano, Mario, & militibus suis, qui muli Mariani dicebantur ob assiduos eorum militares labores, ut legitur quoque de M. Curio Dentato, qui subiugauit Sabinos, & Pirrum Regẽ Epirotarum in bello, de Fabritio qui Pirrum Regem expullit ab Italia pro maiori parte illius truncato exercitu. Et de Camillo qui pluries superauit gallos; & de Fabijs à faba dictis; & de Lentulis à lenta; & de Ciceronibus à Cicere nominatis, qui continentes fuere, & odio habuerunt cœcam auaritiam, quę Principum tollit laudes & honores, & illos facit captiuos. ¶ Extollẽdi sunt laudibus maximis,

23 & immortali gloria militiæ Reges, qui sunt in fide constantes, & odio prosequuntur auaritiam, exemplo Q. Sertorij, & Cincinati, M. Curij Dentati, qui sua virtute continentiæ spreuerunt dona Regis Pirri sibi missa. Et prudenter Legato illius Cyneę responderunt, Romanos malè aurum habentibus imperare, q̃ illud habere: ut de antiquis Ducibus cantat Poeta Virg.

Antiquos euolue Duces, Assuesce futurę.
Militię latius, retro te confer in æuum.
Libertas quęsita placet mirabere Brutum,
Perfidiam damnans Metij satiabere pœnos.
Triste rigor nimium Torquati respice mores;
Mors impensa bonum, Decios venerare ruentes,
Vel solus quid fortis agat, te ponte soluto:
Oppositus Cocles Mutij te flamma docebit.
Quid mora prosperiat Fabius, qd reb. inarctis,
Dux gerat ostendet gallorum strage Camillus,
Prorogat ęternam ferit hos tibi punica famã.
Regule successus superent aduersa Catonis.
Dicitur huic quantum paupertas sobria possit.
Pauper erat Curius Regem cum uinceret auro,
Pauper Fabritius Pyrri cum sperneret aurum;
Sordida Serranus flexit Dictator aratra,
Lustratæ litore cęsæ facesq; Salignis:
Postibus affixa collecta Consule messes.
Et sulcata diù trebato rura colono.

24 Et inquiebat Alexander Philosophus, solam paupertatem esse incorruptibilem; & Iuuenalis

nalis Poeta cantat. Sat. 3.

Nil habet infelix paupertas durius in se,
Quàm quòd ridiculos homines facit.

& Deus nobis concedere dignetur diuitias tantas, quantum sufficiat pro necessitatib. nostris.

25 ¶Propter libertatem ueneno tyranni Philippi continens perijt Arathus Dux grecorũ: cuius uirtus armati, & togati adeò digna & laudabilis fuit, ꝙ Principes oẽs græcos superauit ex-

26 cellentia. ¶Continens fuit Q. Sertorius Romanorum optimus Imperator exercituũ ex Nursia Sabinorum urbe: hic militauit sub Scipione Aphricano, & sub Mario Arpinate cõtrà Cymbros; & fuit in Hiberniam sub Didio Tribuno militum: & coniuratos rebelles Cathaloneses, & fyrecenos puniuit, & erga amicos fidelissimus fuit, & hostibus magis placidus, quàm Annibal, quo bello nõ fuit iferior; & licet ipse Luscus eẽt, in bello amisso oculo, nõ fuit in Antigono, & Philippo Regib. patre Alexandri Magni inferior: quos extollit fortuna, quæ magis hostis Sertorio fuit propter uirtutem, quàm hostes sui, & par fuit Metello in militari exercitio & prudentia; & in audacia Pompeo, in fortuna forti Syllæ, & in potentia populo Romano, animo & fortitudine inuicto; callidus, & prudens, fortis, & bello inuictus, & demum inuidia occisus fuit ab æmulis Perpenna Duce, quem posteà puniuit Pompeus sua uirtute.

27 ¶Et cum Triausta munera magna obtulisset Regi Agisiao Lacedęmonio, si de eius territorio amouisset exercitum suum illud prędantem, cui prudenter respondit Rex Agislaus, Recolo me legisse illum esse optimum & excellentem Ducem, qui magis ditat exercitum suum, quàm semetipsum; & qui conatur magis accipere spolia, quàm dona hostium: & laudandus est ualdè Rex Agislaus, qui semper fuit prudens, pius, fidus, iustu, munificens, honore cupidus, Dei timidus, & amicus religionis, &

28 defensor patriæ suæ. ¶Damnatur sæuitia Principum propter auaritiam in re militari, & eorum impietas facit illos ab omnibus odio intestino ꝓsequi & haberi, & strenuos milites reddit ignauos, & imbelles auaritia: ità quòd ferè labores, & subire pericula formidant propter hanc rabidam lupam auari Ducis, à quo prẽmium desperant laborum suorum: estq; uirtutis inimica, & hostis in re militari auaritia Idolorum seruitus. c. cum omnis. 1. q. 1. c. idolatria. 27. q. 1. & dicit beatus Augustinus, Nil prauius esse, angustiusve, quàm amare pecuniã quæsitam contra honorem, & conscientiam.

29 ¶Gauisus fuit Arbalas inclitus Dux audito, ꝙ sui milites in tentoriis secreto consultabantur de futura pugna, iactantes se uincere hostes uirtute, & nolle suum Regem Arbalem habere partem spoliorum hostium; & subridens Arbalas placidè inquit erga illos, audiui bonas consultationes uestras ò milites mei excellentes filii Martis, auidi pugnæ, & uictoriæ, non putantes de fuga. Curandum est igitur pro uictoria, vt vestrum laudabile adimpleatur desiderium,

30 & uestra sit tota præda cum captiuis. ¶Et Cæsar suis ostendebat thesaurum inquiens, fratres Commilitones mei, Thesaurus iste uester est, & non meus; nec aliud à uobis quæro præter communem honorem in bello.

31 ¶C. Scipio maximus Aphricanus, Portius, Cato, Alexander Magnus, Rex Pirrus Molossus, Epaminundas Thebanus, & alij triumphatores militiæ Imperatores inuictissimi honoris cupidi in maxima continentia fuerunt, sine qua nullus Imperator reputari potest dignus: cui appetitus, & libido perniciosa bestia dominatur, quæ superantur à uirtute fugato otio per exercitium continuum (ut cantat Ouidius) de remedio amoris.

Otia si tollas periere Cupidinis arma.
Quæritur Egistus quare sit factus adulter.
In promptu causa est nam desiosus erat.

¶Castra.n. dicta sunt à castitate, quia ibi om-

32 nes castè uiuere debent, & candor pudicitiæ exactius splendet in milite, quàm in odio. l. milites. ff. de. re. milit. Propterea spurium, &

c concubinam miles instituere non potest hæredes, ut notant Doct. in dicta l. milites, & in l. si miles. ff. de iniust. irr. ruptoq; testam. & per Bar. in l. milites. ff. de re iud. & in l. affectionis,

33 ff. de donationibus. ¶Continens fuit Xenophon, qui dum foret in sella, & suis iussisset capere montem, unus ex militibus dixit murmurando est res facilis uni qui sedet in re aliis laboriosum opus, & ipse illicò descẽdit ab equo, & iussit illi, ꝙ ascenderet equum; & illicò Xenophon pedester cum aliis suis peditibus cœpit montem. & alij post milites deridebant illum suum commilitonem, quòd ipse sedebat, & equitabat, & uirtutem sui laudabant Imperatoris, qui secum non curabat laborem, & ille uolebat descendere ab equo Xenophon noluit, nisi prosecta expeditione uictoriosè executa.

34 ¶Nam bona Imperatorum uita recta uirtute diuinæ rationis optimum nomẽ fecit illis laudabileq; & immortale: & parit fœlicitatem, &

35 fiduciam magnam in re militari. ¶Et turpe est quidem Regi, & militibus suis solitis vincere viros, superari à fęmineo sexu: qui Annibalem captiuum fecit in Apulia, quem Romani Consules non ualuerunt apud cannas uincere, & ab imbelli Salapiana post uictus fœmella non mine

36 propè fuit. ¶Magnus Alexander superauit uirtute patrem suum Regem Philippum animi magnificentia, & liberalitate, fide, rebusq; gestis, & gloria, multosque Reges grauitate, &

37 non superbia præcelluit. ¶Facilitate uero dicendi

cendi,rerum moderamine, humanitate, fruga
litate,consilio,prudentia,solertia, & eloquen
tia inferiorẽ à patre legimus Alexãdrũ nõ fuis
38 se. ¶Nec ullus negare potest quòd ex uirtute
castitatis, & continentiæ non oriatur utilitas
maxima. Et quippè luxuria tollit ingenium,
minuit uitam & memoriam,uires eneruat, &
generat podagras,chiragras, & artheticos; &
ebetatur uisus,& arctatur auditus ob illã,quæ
omnia sunt necessaria in re militari, in qua
ualdè ualdè prodest cõtinentia c. legimus. de
consecr.dist.5. vbi attestatur beatus Hierony-
mus plures fuisse sanatos podagris,chiragris,
& artheticis ob continentiam, & abstinentiã;
& etiam quia reddiderunt ad uiles Crassos, &
pauperes cibos lautis,pinguibus, & delicatis
relictis cibis ut ĩ dicto canone habetur.¶Lau
39 datur ualdè continentia, & munificentia in
Principe, & omnibus alijs honore cupidis:
quorum laus & gloria nullo clauditur æuo,
quos uictores & immortales reddit uirtus pręclarissimę continentiæ, & munificentiæ. ¶Et
40 quidem sunt suscipienda bella (ut inquit Cicero in lib.officiorum 1.) ut sine iniuria in pace
uiuamus:& sic bella sunt reperta pro habenda
41 pace cap. Noli.23.q.1. ¶ Bella sunt gerenda
pro fide,& gloria Dei, & non pro auro, & libidine dominandi, ut barbari quidam faciunt
humano sitibundi sanguine, qui in feritate &
crudelitate sua confidunt. Sapiens Salomon
dixit se rarò uidisse crudeles bona morte perire, & nos rarò uidimus auarum esse fidelem:
quoniam si siciens aurũ esset oppressus in aliquo loco forti quantuncunq; inexpugnabili,
ob auaram ipsius naturam corrũpi facilè posset auro, muneribusque, aut promissionibus
42 largis. ¶ Omnes artes Imperatoriæ iuuant in
re bellica,excepta auaritia,quæ Duces præcipitat cũ exercitu suo,& illos ducit in profun-
43 dum uitiorum,& uerecundiæ. ¶ Prudens fuit
Ligurgus, cui dum foret oblatum regnum Lacedemoniorum per uxorem Regis mortui fratris Ligurgi uolentem abortum facere,vt regnum deueniret Ligurgo, qui arte, & uirtute
id prohibuit fieri,immò declarauit partum futurum esse Regem,& custodiam uentri posuit
cum tutoribus,& legem fecit contrà facientes
abortum,de qua habetur in l.Cicero.ff.de pœ
44 nis.¶Nec potest Princeps exercitus alium cõtinere,si ipse Princeps non fuerit continens, &
semetipsum non continuerit,nec in iudicando
seuerus,si in se alios iudices seueros esse nequit
ob incontinentiam suam;nam continens Princeps ab omnibus peramatur, & populos, ac
exercitus suos reddit uirtuosos. ¶ Continens
45 fuit Gylippus Lacedemonius in re doctus militari in suffragium missus Siracusarum contrà Nicium Atticum,qui illos opprimebat,de
ridebatur ut notula à Siracusanis Gylippus ob
longos capillos,& squalidam barbam incomptam,& propter laceratam uestem & longam
ipsius Lacedemonico more;sed ipse rectus uirtute non curauit derisiones, sed procurauit hostem superare militari exercitio: & Niciam,
Demosthenem, Euridimum, & Menandrum
Duces Athenienses mari,& terra bello superauit; & Siracusas ab obsidionibus liberauit sua
uirtute Gylippus,ità quòd ipsius derisio conuersa fuit in uenerationẽ. ¶ Vidimus plures
tẽpestate nostra,qui se milites faciunt militari
abutentes exercitio nobilis, & gloriosæ militiæ,ob auaritiam effectos fuisse latrones,diuinum Dei nomen improbè blasphemantes,ipsumq; Deum omnipotentẽ contemnentes, &
illius sacerdotes, ecclesiasq; suas prophanãtes
& violantes,sacrificia turbãtes, & uaria crimina,& sacrilegia comittẽtes,probos spernẽtes,
& aduersus quietos,& innocentes se superbia
animantes,& cum furore gloriantes;mercatoresq;,uiatores,& peregrinos itinerantes inuadentes,& amicos prędantes, & spoliantes suo
non contenti stipendio in luxuria Thrasones,
& ut uenus moles,uerbosi,& iactabundi ut pigro Polynices,varijs inflati laudibus,facientes
contra militaria iura. c. Militare non est peccatum.23.q.1.& authen. de exhibend. reis.§.
optimum,uerecundiam non timentes,imbelles effecti, luxuria sua suili inuillescentes, uitiaq; pręferentes uirtutibus, magna minantes
in militia se facturos,& nihil agentes,& uidẽdo galeatos pauescentes & trementes, iniuriãtesq; decoratos honoribus; probos, optimos
& quietos uiros deridentes & detrahentes, putantes hoc esse uirtutem,& aliena possidere nitentes,despiciendo humiles, & de proximo,&
consotiis murmurantes & maledicentes, &
detrahentes alienos honores,respuendo nobilitatem & innocentiam, circumueniendo simplicitatem humanam, & gratulantes mendacio assiduo insensati, apud quos est tenebrosus dies, & obscuratur ueritas, beatitudinem
iudicantes esse uitium, ambientes dignitates
indigni, non morum probitate,sed armorum
ferritate, uana loquentes, grauos vultus & actus vanos & leues ostendentes,proni ad cõspirãdum,& ad fugã in bello parati, transfugatores,& ĩ otio turbatores, & alacros ad despiciẽdũ,in periculo desertores,pudore lætantes, &
gloriãtes superbia,contrà quam pugnãt Angeli,& opprimunt illam mente Dñi,& se longis
uerbis extollentes, & cũ uerbis ac minis totũ
orbẽ capientes,destruẽtes,& absorbẽtes,& indè pauore nihil peragẽtes, militię desertores.
Iuxtà illud sępe minus faciunt hoĩes q̃ magna
minantur c.de Cõstantinopolitana.22.dist.c.
46 Si quis.20.dist.¶Et pp superbiã in beluã fuit

conuersus Nabuchdonosor dinino iudicio.
cap. Miror. 17. quest.4. Et Reges Anatham,
& Abyron absorpti à terra fuerũt propter bla
sphemiam, & Sodomos consumpsit Deus cœ
lesti incendio, & reliquis dedit exemplum.
47 ¶Tigranum Regem diuum cõtemptorẽ adeò
oppressit superbia sua in Armenia,& Media se
Regem Regum uocantem,& se Romanos de-
struere Mitridatis amore iactãtem, Lucullum
Romanorum exercitus Imperatorem conte-
mnendo, cui titulum Ducis in literis suis da-
re uoluit sed militis;nec dignatus fuit aspicere
socerum funm Mitridatẽ Regem Ponti, quia
bello pulsus fuerat à Lucullo; Sed postquàm
fuit sibi bellum indictum à Romanis,tunc hu
48 manissimè salutauit Mitridatem. ¶Et visa per
ipsum Regem Tigranũ Lnculli copiarũ pau-
citate superbè inquiens,Non sufficere ad socie-
tatem unius legationis,& præcepit Mitro Bar
sano Duci suo nt Lucullum adhorriret cũ tri-
bus millibus equitatus,& longo peditatu,dato
sibi ordine,vt omnes occideret Lucullanos mi
lites,excepto Lucullo, quem virum sibi Duci
mandauit:contra quem Lucullus misit legatũ
suum Sextilium cum mille & sexcẽtum equis,
& totidem peditibus,sibi præcepto nè pugna-
ret nisi uideret quod omnis exercitus suus fuis
set acie instructus: quod fecisset Sextilius nisi
Dux barbarus illum fuisset aggressus, contrà
quem Sextilius irruit,& occidit, reliquosque
fugauit, multis passim ex illis cæsis in fuga.
49 ¶Et cum occurisset barbarorum multitudo
magna Tigrano Regi superbo Armenorum,
& Medorum, aliorumque qnamplurimorum
populorum barbarę gentis,quæ undiq; cõflue
bat ad ipsnm partim amore,& partim merce-
de Gordianorum, & Adiabenorum Arabio-
rum,& Albanorum cum eorum Regibus,Ibe
rorumq; terram incolentium non longe à ma
re Caspio; & de illis quoque qui incolebant
apud mare Babilonicum, & apud Araxum flu
men:& hi in cõuiuiis audatia,& superbia mul
ta se iactabant coram Tigrano cum minis ma
ximis se habere uinctum Lucullum cum suis
firmabant:& Rex Tigranus superbia eleuatus
dolebat se habere pugnare cum uno tantum
Lnculło,sed cupiebat certare cũ omnibus Ro
manis Ducibus maximum habens exercitum
ibi ductum à Regibus multis, in quo aderant
Sagittarij,& funditores uiginti millia,cum cẽ
tum & quinquaginta millibus peditatum, &
aliis quinquaginta millibus equitatum, & tri
ginta quinq; millibus hominum ad eonstruen
dum,& destruendum machinas; & ad facien-
dum pontes,& uias,ualla,& castra; & ad deri
uãdum flumina,& disiccãdũ ualles, & aqnas:
& ad incidendum nemora:qui & in acie positi
post aliorum terga,animum suis augebant,&

hostibus terrorem incutiebant: quos tandem
omnes Lucullus paucis suis pacientissimis do
ctis in miliiari disciplina,& uirtute continen-
50 tiæ superauit,& uicit.¶Nã paruo fuit Lucul-
lus cum suis contentus cibo, antiquorũ exem
plo Fabricij uidelicet, Camilli, Scipionis A-
phricani, & alterius Scipionis Aemyliani Nu
mãtiæ domitoris,Seueri,Fabij,Curij,M.Scau
ri, Lelij, Cornelij, Magni Alexandri, Pirri,
& Masinissæ Regis Numidarum: qui anno-
rum cursu grauatus centum,ut iunenis se mili
taribus gestis,& ludis se exercebat ocij tempo
re,ne uirtus sua post langueret tempore belli:
hic fidus fuit Romanis, & continens in uita
51 sua.¶Præclara hæc pacientiæ,& continentiæ
virtus Romanos fecit immortales, qua duce
totum orbem addiderunt Imperio suo: quod
probatur Euangelio, exiuit ędictum Cęsaris
52 nt describeretur uniuersus orbis. ¶Quibus
nõ gula quæ uitam hominis tollit pro uno bo
leto imprudenter accepto, nec ebrietas,& in
continentia, neque impacientia, ocium, ve-
nus, auaritia, & imprudentia uictorias, &
triumphos dedere Romanis, Sed continentia
pacientia, sobrietas, fides, iustitia, scientia,
munificentia, prudentia, labor, & exercitiũ
continuum armorum ipsos palmarios reddit,
cognoscentes has uirtutes cnncta superare.
Adam, & Euam ob esum pomi uettiti damna
uit incontinentia sua, propter quam cecide-
runt à Paradiso deliciarum,& fæculum dam-
nauerunt: quòd posteà continentia D. No-
stri IESV CHRISTI, & suæ beatissimæ
matris, & semper Virginis MARIAE repara
uit: & quod incõtinentia sustulit,Continentia
53 restituit. ¶Patientissimi & constantes fue-
runt Romani Duces, & milites in laboribus,
& uirtute, omni à se fugata ignauia in multis
& uarijs necessitatibus, & incõmodis per col-
les, aspera iuga, saxa, montes, gellu, niues,
nemora, ualles, flumina, aquas, & per limo
54 sa & arrida loca. ¶Et probè dicere consueue
rat M. Antonins Romanorum Imperator, se
peroptare habere millia decem militum illo-
rum,qui tuti itinere longo reddiere ex babillo
55 ne cnm Xenophonte. ¶Et continens fuit Pir
rus, audito quòd quidam bibaces ex suis mi-
litibns propter uinum,malum prædicabant
de ipso, respondentes increpati à Pirro Rege
ꝙ plus mali etiam dixissent de eo, si plus bibis
sent, & illos dimisit impunitos, inquiens pru
dẽter Pirrus,satis eos fore punitos à Baccho.
56 ¶Laudatur in re bellica iustitia quæ est regi-
na virtutum, laudatur fortitudo, temperan-
tia,spes,fides, caritas,modestia,pietas,& mise
ricordia,ęquitas,disciplina militaris,labor,&
exercitium assiduum,humilitas,cõsilium, ars
& ingeniũ,continẽtia,beniuolẽtia, sagacitas,
astutia,

astutia, calliditas, sobrietas, abstinentia, modestia, discretio, munificentia, pacientia, silentiũ, animositas, & experientia, uigilãtia, diligẽtia, & obedientia q̃ meritò dicitur Regũ Corona. ¶Comendatur à Cicerone G. Pompens qui propter uirtutem continentiæ suæ reliquit intactum opulẽtum hierosolymę templũ, quod à Crasso postmodum fuit spoliatum uiro quidem incontinente: cui postea interfecto contingit bibere aurũ; & sic ut aurum sitiuit, aurũ potauit Crassus liquefactũ in caput suũ ex eo amato cerebro sibi proditoriè incisum sub spe pacis decepto astu Surinæ, per manum Parthi Pomasarti nuncupati. ¶Comendatur gestum G. Ottauij legati exercitus Pauli Aemylij prudentissimi Consulis Romani Imperatoris qui templum uiolare noluit, in quo Perseus Rex Macedonũ se reduxerat obsessus in Samethratia, & demum illum extra templum captiuum habuit. ¶Comendatur & Paulus Aemylius, & C. Flaminius, Manlius, & Attilius Rom. Imperatores, qui debellatis Regibus Græcię, à templis se probè abstinuerunt, & illis pro Deo dona multa contulerunt. ¶Comendatur Rex Agislaus Lacedemonius, qui Marte uictis Thebanis prohibuit suos uolentes hostes in templo reductos delere, nè illos læderent, sed quo ire uoluerunt libertatem ipsis dedit abeundi. ¶Nec voluit Alexander Niconum seruum fugitiuum crateris extrahi de tẽplo ubi aufugerat nè uiolaretur Ecclesia, habetur in tit. de immunit. Eccles. extra, & C. de his qui ad Eccles. cõfug. & .ff. de his qui ad stat. Princip. confug. ¶Constantia profuit ualdè Romanis in omni bello oppressis, nãq; fame Cęsarianis uescentibus panibus herbaceis, & cum unus ex illis portatus fuisset Pompeo Magno illum ostendi noluit exercitui suo, nè suis uirtus Cęsaris militum propalaretur: & uirtus hæc constantiæ contra Annibalem, & orbem totum coronauit Romanos honore, & gloria immortali; Et licèt tot clades acceperint Romani, animo tamen inuicti semper fuerunt, & assiduò bella peragerunt, & nunquàm pacem petierunt constãti sua uirtute. Et licèt Annibal fuisset castramentatus ad urbem, non ob hoc animum perdidere Romani, nec tunc remouere uoluerunt exercitum suum de Hispania, neq; alium exercitum suum ab obsidione Capuæ: & Romani Consules acie instructi contra ipsum Annibalem exierunt urbem, & descẽderunt ad pugnã, ciuitatis apertis & relictis portis cũ forti prę-sidio; & agri illi super quibus propè urbem fuit castramentatus Annibal, maiori prętio decreto senatus consulti fuerunt uenundari, & empti, quàm alij circõuicini. ¶Neq; ut aliàs diximus habent se irasci bellorum Principes absque re importanti erga milites, & populos suos: sed tenẽtur prius in se memorare illa 24. elementa, seu literas A. b. c. &c. Athenodori sententia prudẽtis Philosophi, qui ità docuit Augustum temperare iram & ulcionem suam

64 cap. Apud. 11. quest. 3. ¶Legitur quoq; Inclitum Theodosium Imperatorem sanctum hãc protulisse sententiam, Iratorum Principũ non exequi mandata infrà triginta dies, ut ira tempereretur eorum, & rectè & sanctè iudicsuit; & statuit Theodosius Augustus quia inaduertenter per iracundiam sæpe præcipiuntur iniusta, ità quòd posteà dolet fuisse executum. l. vindicari. C. de pęn. & l. Omnes. C. de appellat. Vbi habetur ritè debere resisti iniustè exequentib. l. Prohibitũ. C. de iur. fisci: & quicquid dicat glosa, & Doctores in l. vt uim. ff. de iust. & iur. & in l. qui restituere. ff. de rei uendic. & in l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniur. & tex. in cap. qui resistit. 10. quæst. 3. Intelligo tamen fore distinguẽdum prout distinguit Ioan. de Lign. in lib. suo de bello in cap. 89. aut constat magistratum iniustè agere, & illi potest resisti impunè secũdum iura præallegata, l. deuotum. C. de meta. lib. 10. & maximè cum aliquid gerit extra officium suum; aut constat ꝙ iustè egerir, & illi resistere impunè non potest, ut dicta l. qui resti-

65 tuere, & l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniur. ¶Aut est dubium si iustè egerit uel non, & hoc casu nõ resistitur, nisi sit tale factum ꝙ non posit post tempus restaurari, quia talia facta pro infectis haberi non possunt, ut l. in bello. §. facto. ff. de capt. & postl. reuers. & l. Ante sententiæ tempus. ff. quæ appell. non resc. vbi habetur quòd, quando est prohibitum appellari à sententia ꝙ antequàm proferatur appelletur &c. Quod est notãdum ut in sententia excommunicatio-

66 nis, & similibus &c. ¶Et omnes clemẽtes iuuat Deus, qui odit & perdit inclemẽtes, & crudeles, impiosque, & iracundos, & uindicatiuos qui clementiam non habent, hi nt plurimum pusilanimi sunt ut fœminæ, quæ sunt natura uindicatrices, & imbelles regulariter.

67 ¶Et cum Rex Philippus in expugnãdo Pirintham urbem græciæ, & fuisset sibi euulsus oculus, & illi post per uim captæ clementer pepercit summa rectus uirtute; propterea omnẽ ferè gręciam subegit absque populorum mœ-

68 stitia. ¶Et tenentur iudices, & magistratus antequàm exequantur sibi iniustè cõmissa per Reges & forte iratos, sibi primò rescribere ut dicit tex. in cap. Si quando. de rescrip. & in §. Deinde. & ibi gloss. authen. de mand. Princip. coll. 3. iuncta gl. §. fi. auth. ut deter. sit cler. mñ.

69 ¶Et habent benè aduertere Principũ Consilia rij habere semper in mentem suam dictũ tex. l. vindicari. C. de pœnis: ut eorũ Principũ cesset iracundia, quos ut aliàs dixi consulere habẽt, dũtaxat pro ueritate, & pro bonore suo sine da

 mno

mno subditornm. ¶ Quia Omnipotens Deus
70 Dominus dominorum creator cœli, & terræ constituit regna, & principatus, ut rectè re. e rent, & præciperent: & aliter facientes regio abutuntur principatu suo: & sua posteà in ipsos cadit iniustitia, & impietas cum perditione regnorum tacito iudicio Dei. ¶ Et tenen-
71 tur Principes curare ingenio, & arte omni, habere pacatos, & vnitos milites exercitus, & populos sibi à Deo commissos cum bona gratia insimul, & beniuolentia; nè fortes uiri leui de causa perdantur: qui ritè quandoq; dolent se non esse benè meritos laborum suorum culpa, & auaritia regentium illos. ¶ Laudatur
72 etiam in re militari affabilitas Principum cũ militibus occasione loquendi, & secum eden di familiariter, Scipionum exemplo, Fabij maximi, Cæsaris, & Augusti, Pompilij, Alexãdri Macedonis, Pirri, Cyrriq; Regũ, & quàm plurimorum aliorum inclitorum, & inuictorum Imperatorum: qui accepto pane quo milites edere consueuerant in itinere & in laboribus militaribus, cum ipsis humanitate loqui, & uesci cum amore, & caritate laudabili soliti fuerant; quorum uirtus, humanitas, modestia, integritas, & mansuetudo fuit potentissima in reconciliando animos militum, & populorũ.
73 ¶ A nimia antem familiaritate subditorum suorum vitare habent Principes, ut inquit beatus Hieronymus: quoniam nimia familiaritas cum ipsis parit contemptum, sed suam curent seruare existimationem Seueri Catonis prudentissimi Imperatoris exemplo, & aliorum quorundam antiquorum prudentum im
74 peratorum. ¶ De prudente, & fatuo, & imprudente Duce, distinctio habetur in glo. capi
75 tuli. quando. 86. distin. ¶ Et habent sapienter Principes uti parsimonia moderata, nè prodigi reputentur, & nè posteà sibi deficiat aurũ, ꝙ est neruus bellorum, & nihil est stultius, quàm ram largas facere donationes, quæ diutius fieri non possunt, nè causa detur rapinæ alienæ substantiæ, iuxta illud. Qui sua consumunt, cum deest, aliena sequũtur. ¶ Inclitus
76 quippè Rex Philippus docuit prudenter filiũ suum Alexandrum Magnum munificentissimum Imperatorem, ut uti deberet parsimonia, nè sibi deficeret; & posteà sine honore se-
77 queretur aliena. ¶ Vtique Imperatoria est uirtus munificẽtia, quæ utẽda est in benemeritos; & ualdè comendatur in Principe honoris cupido; Cassianos milites mortuo Cassio retinuit Brutus liberalitate, eorum cuilibet donatis dragmis duabus auri, cum policitationibus largis, & illos sibi reddidit beniuolos, &
78 fidos. ¶ Laudauit Orator M. Tulius Cicero regem Deioterum in oratione habita pro eo in Senatu de frugalitate, de fortitudine, de iustitia, de seueritate, grauitate, munificentia, & magnanimitate, gratitudine receptorum, remuneratione beneficiorum militari scientia: quibus uirtutibus additur & modestia cum temperantia; quæ inter regias uirtutes nume-
79 rantur. ¶ Tenentur Duces militiæ integrè dare stipendia sua militibus suis placido uultu, ità quòd recognoscant se esse benemeritos; & ut ad prælium promptiores reddantur, hortantes illos ut suo uiuant, & sint contenti stipendio; & ut dimittant aliena propter honorem suæ virtutis, & gloriosę militiæ, dando sibi spem præmiorum, & militarium hono-
80 rũ. ¶ Et quidã sunt militũ, qui prætaxatũ militũ numerum habent eorum stipendia recipientes, & indè auaritia ducti, cęcitate illa retinent illis iniustè; nec tot milites tenẽt quot sonant literæ suæ conductæ: & tempore resignationis accipiunt alienos famulos, seruos, & milites, ut uideantur habere integrum numerum militum suæ conductę certum quid illis donãtes modici in pecunia; & sub tali iniquo & doloso uelamine derobant fiscales, Imperiales, & regias pecunias: & aliquos priuant ex militibus suis factis resignationibus sibi stipendio, & armis retentis, falsò afferentes fuisse desertores militiæ, & indè commisso prælio in hostes, deficiente sibi eorum culpa, & dolo militum numero descriptorum, uerecundiam reportant, suo acierum rupto ordine, ob Dnoũ auaritiæ crimen, minuentes honorem, & imperium Imperatorum suorum, mortuis illis, aut captiuis effectis ducibus auaris: quibus non est parcendum, sed puniendi, vt proditores, & latrones militari iustitia sine pietate, & misericordia ulla: cum impij fuerint, & crudeles in prodẽdo, & latrocinando Reges suos; nec de eorum, neque de proprio honore cura-
81 runt. cap. est iniusta. 23. quæstio. 4. ¶ Nec est crudelitas perdere tales homines desertores in bello, & facinorosos, ut aliorum coercea tur audatia. c. Non est crudelis. 23. quæst. 5. & cap. legimus cum sequen. 23. quæst. 8. & cap. ipsa pietas. 23. q. 4. & cap. facta sunt. distin. 4.
82 ¶ Consului, quemdam latronem militẽ furca suspendi, qui in publica uia fuit pluries depredator, & uno die uariis armis, & sub diuersis insigniis, & societatibus militum plura stipendia acceperat, & se uarium ostendebat, mutato nomine suo in resignationibus: & modò claudus uidebatur, modò luscus, modò rectus, modò cum uno oculo, modò cum ambobus oculis, uel rectis, uel ore, aut supercilio, & collo retortis, cui fune collum in furca fuit sibi erectum, tali per me dato consilio, & uoto Dnci suo ad aliorum exemplum. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœn. l. fin. C. de desert. lib. 12. cap. factæ sunt. distinct. 4. l. fin.

l.fin.ff.de re milit.Et licèt fit militare Priuilegium milites non suspendi in furca pro delictis, vt plebei.l. 3.§.1.in g osl.fin.ff. de re militis.Fallit in proditore, & latrone milite,qui ipso iure exutus est omni priuilegio; & est diffidatus ab omni lege, & populo : & contrà diffidatum à lege est indictum notorium bellum. l. Reos, & ibi per Cyn. C. de quęstio. & l. 3.§. Transfuga.ff.ad leg.Corn.de ficcar. & l. 1.C.
83 quando licit.unicuiq; fine iud.se uind.¶Quæro quo tempore solui debeāt stipendia militibus? an in principio, uel fine cuiuslibet mensis,anni;uel in principio,aut fine anni,uel mensis,glos.uariauerunt,& quòd debeantur in principio habetur in l. Aduocati. C. de aduoc.diuer.iud.& in l. 1.§. Diuus. ff.de uar.& extraord.cogni.&l.Properandum.§. In honorarijs C.de iud. & in l. qui operas.§. 1. ff.locat.Contrarium tenent in l. 1.C. de primipil. lib.12. distinguendum est, aut pecunia datur prosumptibus, & soluitur in principio, aut pro mercede laboris & soluitur in fine: ponderando quid actum sit expressè, aut tacitè; Si tacitè datur in principio, si expressè & ex contractu dabitur in fine:& si ratione officij,aut dignitatis dabitur in principio si fuerit unum tantum salarium l.Post duos.C.de aduoc.diuerf.iudic. & per Bal. in l.1. C. loc.& Bar. in l.quæ insulam .ff.eod.tit.
84 ¶Laudatur uigilantia prudentis Regis bellorum,solicitudoq;,& labor in negocijs, fortitudo in prælijs,industria in agendo, & celeritas in conficiendo; in prouidendo consilium, & perfecta uirtus in bellandi ordine:qui turbatur auaritia hoste occulto & interiore Imperatorum, & exercituum sæpe uicto
85 re. ¶ Magistratns autem illi qui iustitiam faciunt populis sibi commissis iusti, fidi,probi, scientes,sapientes,& continentes esse debent;& mundi manibus, & à labe semoti criminis ambitus si pœnam cupiunt uitare infamiæ, vltra pecuniariam mulctam centum aureorum.l. 1. ff.de crim.amb. In quam pœnam incurrunt officiales in officio existentes dando pecunias vt confirmentur in eo pro sequenti tempore, uel dantes aurum secretò, uel occultè ut aliquod consequantur officium l. 1. C. eod. & l.1 .ff. de crim.amb.vbi plures dantur casus contrà incurrentes in crimen ambitus;ambiri. n.non debent officia, & illa comparari nè peruertatur
86 Iustia.¶ Et boni Magistratus tenentur sæpe uisitare carceratos saltem diebus singulis dominicis, & procurare de eorum uictu si gratiam Dei consequi intendunt, & pœnam uittare diuinæ legis, & mulctam statutam ab humano
87 iure. l.Iudices C.de episc.audien. ¶Et ni alijs daret exemplum Alexander Magnus in uirtute continentiæ existens cum exercitu in malo loco nbi aqua deficiebat,& ob sitim ualdè paciebantur omnes:occurrēdo illi uattigalibus Lacedemonijs cum galea plena aquę ut Alexander potare deberet aquam illam, quam portabant pro eorum filijs, asserētes quòd magis peroptabant Regem suum Alexandrum uiuere quàm proprios filios & quòd alios procreabunt; & continens Alexander solus aquam potare noluit, sed illos cum aqua remisit ad proprios filios: nec bibere uoluit aquam sibi longè portatam à milite uno in galea, sed illam in omnium præsentia militum suorum sitientium sparsit in terram ob uirtutem continentiæ suæ, & omnibus dedit exemplum paciendi sitim,& maximam laboris pacientiam; & incommoda multa cum exercitu suo passus fuit Alexander Magnus propterea nomen Magni, & immortale sibi bello, & prudentia uindicauit uirtute
88 sua,& militum suorum. ¶Publius Cornelius Scipio de nobilissima Corneliorum familia pater alterius Publij Scipionis Aphricani cognomento ab Aphrica per ipsum deuicta, qui frater fuit alterius.l.Scipionis Asiatici nuncupati,quoniam subiugauit Asiam post multas uictorias in Hispania gloriosè perit in bello, unà cum eius fratre G.Scipione: qui in fide, fortitudine,& re militari, continentiaq;,& temperantia nomen immortale reliquerunt, relicto per G. Cornelium Scipionem post se filio Publio Cornelio Nasica prudente uiro,& bellorum fulgure. & mortuis Scipionibus antiquis fratribus in expeditionibus factis in Hispania, uolens Senatus, & Romanus populus prouidere de excellenti Imperatore exercitus successore uirtuti tantorum Imperatorum interfectorum, omnes in uirtutem Iuuenis Scipionis Aphricani posteà nuncupati aspexerūt, & illum ob continentiam,& prudentiam suam immensam Imperatorem elligerunt annorum dumtaxat uigintiquatuor: qui cum maxima fiducia, & prouidentia se obtulit sumere talem prouinciam, & Romanum Imperium liberare ab hostibus:& illud cum honore acrescere, quod omnibus fu t gratissimum:& onus tanti belli tunc sibi datum fuit, & habita per Scipionem excellenti oratione circa rempublicam, & bellorum prouidentiam confirmatus fuit Imperator exercitus. Fertur Annibalem iuuenem mortuo in Sicilia Asdrubale eius sororio Carthaginensium Duce, fuisse creatum Imperatorē Pęnorū,sed licèt Scipio in minori ætate quàm Annibal fuerit,factus fuit Romanorum Imperator exercitus maxima sua uirtute,& cōtinentia: qui illicò nauigauit cum quinque remibus in Hispaniam, secum ductis decem millibus peditum,& cum exercitu suo iunxit reliquas copias Romanorum legionum in Hispānia retēias uirtute.l.Martij Romani Aequitis: qui illas inuitis exercitibus tribus Pœnorum

conseruauit, & hostium exercitus pluries bello turbauit, & damnificauit: cui Martio Scipio semper prębuit honorem propter suam uirtutem etiam ipsi auctam virtute Scipiadum.

89 ¶Peruento in patria Scipione maximo Aphricano post multas gloriosas uictorias eo effecto Consule, & demum quorundam æmulorũ inuidia prosecutus iniustè fuit pro fratre suo Lucio Scipione Asiatico nuncupato, immemor patria ingrata tantorum beneficiorum acceptorum ab Aphricano Scipione, & à nobilissima familia sua Corneliorum, extrà patriam exul mortuus est, nt quidam firmant annorũ liiij. in possessione sua interni, ubi asserit Liuius se uidisse urnam ipsius, & quidam gaietæ, & quidam in urbe apud portam Capennam illum fuisse mortuum, & sepultum cum fratre, & Ennio poeta sibi familiarissimo, vbi fertur fuisse factas statuas tres, unam ipsius, aliam fratris sui L. Scipionis, & aliam Q. Ennij Poetæ.

90 ¶Quæro cum diferat multum inter contractũ emphiteoticum, feudalem, & censualem, nt habetur in c. constitutus. de relig. dom. & ibi glo. & Doct. si in contractu emphiteosis, & feudalis per non solutionem canonis infrà debitum tempus biennij, aut triennij cadat emphiteota, & feudatarius à inre? Dic quòd sic l. 2. C. de iu. emphit. c. potuit iuncta glos. extrà de loca. c. 1. vers. non est alia iustior causa. quæ sit prima cã benef. amitt. quem textum non põderauit Bal. ut sumitur ex eis notatis in c. duobus. extrà de re iud. Quid si non apparet ex contractn, an sit contractus emphiteoticus, uel censualis; in dubio erit censualis, ut dicit Albericus de Ros. in l. 2. in. 8. col. C. de iur. emph. & sic non potuerit expelli ob cèssationem solutionis census ẽt mille annorum, ut in iuribus prædictis concessionum, tamen semper seruata forma, & pactis quoque seruatis contractuũ, & instrumentorũ.

SVMMARIVM.

1 *Bellum quotuplex sit.*
2 *Bellum spirituale continuam habet pugnam, & raram uictoriam.*
3 *Bella carnalia plerunque geruntur, ut facilius uictis consolatur pro societate pietatis, & iustitiæ.*
4 *Hostes nostri sunt duo, alter interior, alter exterior.*
5 *Adolescens in adolescentia sua si uincat semetipsum ratione, miraculum est.*
Aetas adolescentiæ, magis inclinatur ad malum quàm ad bonum.
6 *Abstinere à peccatis, est pugnare in bello spirituali.*
7 *Hęretici, & eorum fautores, & qui peccatis assentiunt, ab aliquo non sunt defendendi.*
8 *Haresis peccatum est grauius.*
9 *Pontifex non potest aliqua causa deponi, nisi pro haresia.*
10 *Concilium generale Catholicorum, non potest fieri, nisi iussu Pontificis, qui caput est concilij.*
11 *Opinio Põtificis, an magis approbetur quam opinio concilij.*
12 *Bellum à Deo Opt. Max. processit. & 14.*
13 *Deus pro se bella induxit punitiua, & exradicatiua uitiorum.*
15 *Bona hęreticorum, & proditorum, an illicò confiscentur propter delictum.*
16 *Contradicens Decretis, Decretalibus, & Epistolis sanctorũ patrũ, et Pontificum: est hęreticus.*
17 *Fedcricus II. Augustus Imp. condidit legem super harcticis.*
18 *Hęretici semetipsos, & proximos produnt, quod peccatum est maius in Ecclesia Dei.*
19 *Iudas Schariot magnus fuit proditor in uendendo Saluatorem nostrum.*
Hercules Fotinus Dux Ptolomei sub spe amicitię in Egypto truncauit caput magno Pompeo.
20 *Proditor uon potest stare ante faciem Principis.*
21 *Proditionum tempore sępe occurrunt prodigia de inundatione in urbe Romana Tiberis anno Domini 1530. viij. mensis Oct.*
22 *Proditor an proditorie impunè occidi possit.*
23 *Proditor quot modis dicatur.*
24 *Donãs bona sua retẽta sibi usufructu; an teneatur prastare cautionem de utẽdo arbitrio boni uiri.*
25 *Feudatarius, & emphiteota inuestitus de feudo & emphiteosi, an teneatur prastare cautionem de utendo arbitrio boni uiri.*

DE BELLO SPIRITVALI.

1 DVplex reperitur bellum Spirituale videlicet, & carnale. c. reprehensibile 23. q. 8. Spirituale bellum est pugnare rõne liberi arbitrij cõtra peccata, & malos spiritus, cogitatiões sve malas & peruersas fraudes, & defendere animá à peccatis, & uitijs, libidine, uoluptatib. & à mala cupiditate se uincendo rõne uirtutis continẽtiæ, & patiẽtię assiduo exercitio licito, propriá carnẽ castigãdo, & ipsam (nt docet Apost.) in seruitutẽ reddigendo. Et illa nedùm sunt carnalia bella, quæ fiunt contrà uisibiles hostes, sed illa quæ fiunt cum propria carne, quia tũc spiritualiter pugnatur contrà spũales aduersarios animarum, contrà quos sunt magis insudanda certamina, quàm contrà uisibiles hostes carnalia bella peragere. c. Spiritus sanctus. de pęnit. dis. 1. & c. 1. 2. q. 7. & quãdo hó paret rõni rectns à uirtute uictor triũphat, & pacẽ consequitur: & quando obuiat rõni, bellú facit, & in eo succú-
2 bit, & captiuatur ab hoste maligno. ¶In spirituali bello est cõtinua pugna, & rara uictoria, quàm nisi hõ uirtute, & gratia Dei armatus fuerit

fuerit libero atbitrio vtẽdo, diuina rõne conſe
qui non poteſt;& ubi eſt maius periculum,ma
ior eſt uictoria,in ſpirituali bello victi æterna-
liter affliguntur diuina ſententia:quod non ita
procedit in alio iuſto bello. ¶Et plerunq; car-
nalia bella geruntur, ut facilius victis conſole
tur pro ſocietate pietatis,& iuſtitię:& benè gl.
diuidit bellum.in cap.in ſumma.12.q.2.& di-
cebant Ioan. & Paul. de Lignano in tract. ſuo
de bello,primum bellum fuiſſe factum in Para
diſo,quãdo ab eo deiectus fuit Lucifer propter
ſuperbiam inimicam diuinæ virtuti. c. princi-
pium.de pœnit. diſt. 2. & bellum cœleſte fuit.
c.quid ergo.ibidem. Secundum bellum fuit cũ
peccato,ut de Adam & Eua, & de Serpente ten
tatore legitur: & hoc bellum etiam durat con-
trà malos ſpiritus, & genus humanum, quod
ſpiritualiter pugnat ratione ſui liberi arbitrij.
¶ Duo.n. ſunt nobis hoſtes, interior, & exte-
rior.c.Paratus. 23.q.4.& noſtra eſt gloria ma
gna fugere vitia parendo diuinis pręceptis. Nã
vitia, & crimina mala ſunt, & nociua virtuti
animarũ;auaritia, & inopia commonent ad tur
pia, & per uirtutem continentiæ,& pacientiæ,
noſtra cognoſcitur doctrina, varius eſt euetus
belli aggrediendo hoſtem,& indubitata eſt vi-
ctoria ſemper morum,cuſtodire menſuram;&
nullus poteſt uincere veram virtutem hoſtium
uiſibilium, & inuiſibilium,niſi cũ gratia Dei.
¶ Et miraculum eſt, quòd Adoleſcens in
adoleſcentia ſua uincat ſemetipſum ratione,
quia ætas adoleſcentię magis inclinatur ad ma
lum, quàm ad bonum.Geneſis 8. cap.& cap.
omnis ætas. 12.quęſt.1. ætas enim prædicta,
ut plurimum caret ratione ob organorum of-
fuſcationem corporalium. ¶ Pro Spirituali
bello leguntur in Eccleſia Dei iudaica bella,
ut informati, & docti abſtineamus à peccatis,
ut in dicto cap.paratus.in fin.& cap. niſi bella,
& cap. apud. 23. quæſt. 1. ¶ Nec ab aliquo
ſunt defendendi illi, qui aſſentiunt peccatis, ut
hæretici, & eorum fautores propter periculũ
animarum: & illi qui hos defendunt, nè dum
ſunt hæretici, ſed exhæriarchæ, cap. qui alio-
rum. 24. quæſt. ultim. & poſſunt de iure poſt
mortem excommunicari hæretici ob tanti fa-
cinoris deteſtationem.cap. ſanè. 94. diſtin. &
eorum oſſa exhumari, & habiri debent extra
ſacratum,in quo poni non debent, ſed in feti-
do loco, cap. placuit. 13. quæſt. 2. cum ſimili-
bus ibi, & cap. quemadmodum. 13. quæſt. 7.
¶ Nec ullum eſt grauius peccatum, quàm pec
catum hæreſis. cap. quid autem. 24. quæſt. 4.
cap.quid in omnibus.32.quæſt.7.¶Nec Papa
conueniri poteſt, & deponi, niſi ex hoc ſolo
nephando crimine hæreſis. cap. Si Papa. 40.
diſtin. ¶ Et Concilium generale Catholico-
rum fieri,& congregari non poteſt,niſi ex præ-
cepto, iuſſu, & licentia ipſius domini Papæ,
qui caput eſt Concilij, ità tenet glo.& Abb.in
c.tranſlationem. colum.3.de offic.leg. & cap.
maiores.de baptiſ. Nec poſſunt oues accuſare
paſtorem ſuum catholicum, niſi extitiſſet hæ-
reticus, quia poterit tunc conuocari generale
Concilium per collegium Reuerend.Cardina-
lium catholicorum; & tunc CHRISTVS
erit caput Concilij in defectum domini Papæ
ſui Vicarij. Qui ſi crimen tale fateretur, &
emẽdare noluerit deponi poterit iure permittẽ
te à catolicorum concilio. & priuilegium ſpe-
ciale eſt domini Papæ catholici uniuerſę car-
nis congregare Concilium generale, & nullus
poteſt illud congregare, niſi ipſe dominus Pa-
pa,& de eius mãdato ſi Catholicus fuerit, aliàs
prouidere ſuper inde poterint Reueren.D.Car
dinales catholici: quorum data negligentia,
Imperator Catholicus prouidere poteſt. cap.
1.17. diſtin.& ordo ille tenendus eſt circa con
gregationem Concilii congregandi per Papã,
uel per catholicos Principes eccleſiaſticos, &
orthodoxum Imperatorem, ut aliàs latius
dixi de congregatione, & auctoritate Conci-
liorum in alio libro nuncupato Defenſorium
fidei contra omnes hæreticos.meritò dicatum
Maieſtati tuæ, Catholicę fidei uerò, ac ſupre-
mo defenſori, & Chriſtianæ religionis propu
11 gnatori. ¶Et quando concilium eſt ſuprà Pa-
pam in concernentibus fidem, & uniuerſum
ſtatum Eccleſiæ, habetur ĩ c. Anaſtaſius, & per
gl.ibi.19.diſt.& in c.ſi Papa. 40. diſtin. & per
Doctor.in c.fidei fauorem.de hæret.in 6. & p
tex.in c.ſignificaſti de elect. vbi D. Abbas pu
tat, ꝙ ſi Papa moueretur meliorib.rõnibus,&
auctoritatibus,quàm Cõcilium,ꝙ ſtandum eſ-
ſet ſententiæ ſuę.cap.nemini.17.quęſt.4. quia
Concilium poſſet errare,ſicut aliàs errauit ſuꝑ
matrimonio contrahendo inter raptorem, &
raptam,ut fecerunt Ariminenſe,Calbilonenſe,
& Maldenſe Concilia,quæ damnata fuerunt ab
Eccleſia.Nec obſtat tex.in cap.maiores.de ba-
pti.cum ſimilibus, quoniam loquitur repre-
ſentatiuẽ,& Eccleſiam repreſentant omnes fidẽ
les orbis inſimul congregati,ut dicit Abbas in
12 prædicto c.ſignificaſti.de elect.¶Et quòd bel-
lũ proceſſerit de iure diuino, patet, cum Deus
bello diſſipauerit ſodomos cœleſti incẽdio,&
Caym,& Lamech Reges punierit, à principio
autem creationis mundi uſq; ad tempora Noę
Deus ipſe per ſe ipſum exterminauit malos,
Geneſis 4. 28. cap. & cap. Clerici de exceſſi.
prælat.& auth.ne luxur.cont. natur.coll. 7. &
c.ſed continuo.de pœnit. diſtin. 1. & Gen.19.
13 cap.¶Et per ſe Deus bella induxit punitiua,&
exradicatiua uitiorum: quorum pater eſt Dia
bolus aptus ad malum, & non ad bonum; &
eſt hoſtis caritatis diabolus malus ſpiritus;qui
bonum

bonum quandoque operatur, quando lcisci-tur iram Dei contrà induratos, & inobedientes præceptorum ipsius Dei: nam sententiam diuinæ iustitiæ, ut carnifex executor, exequitur diabolus, puniendo peccatores, & exequendo iustitiam pro delictis contrà damnatos priuatos lumine: & iustè Deus punit peccata medicamine belli eradicatiui, ob salutem, & conseruationem humani generis, ut in Machab. 5. in Deuteron. c. vbi Deus iussit filios Israel bel

14 la gerere contra Amereos. ¶ Et dixit Dominus, omnipotens uindicabo inimicos meos. i. peccatores incorrigibiles cum inimicis meis, scilicet peccatoribus similibus incorrigibilibus medicamine belli eradicatiui: & multa dari possunt exempla per nouum, & uetus Testamentum qualiter Deus iustè pugnauit, & pugnat spiritualiter contrà iniquitates, mendacia, uitia, ac peccata uarii generis; & ubi nullus est humorum excessus in corpore humano nulla est rebellio, & cessat pugna spiritualis pro-

15 pter pacem, ut ritè tenent Theologi. ¶ Præterea quæro de quæstione, an bona hæreticorũ, & proditorum illicò confiscentur propter delictum? Conclusiuè respondeo, quod sic auth. Gazareos, C. de hæreticis; & per Andr. de Iser. in tit. Quæ sint regalia in §. & qui, ut indignis, & in tit. de statut. cont. liber. ecclesf. cond. in §. diffinimus. in usib. feud. ubi ponit quæstionem, an in omni hęresi bona cõfiscantur, & per. dantur: & excludit simoniacum; & intelligit de magnis hæreticis, ut de Arianis, Manicheis, &

16 similibus. ¶ Et benè dicit Canon, & D. Andreas de Isernia, & reliqui catholici, quòd omnis est hæreticus, qui contradicit decretis, Decretalibus, & Epistolis sanctorum patrũ, summorumq; Pontificum. c. de libellis 70. dist. & in c. quidã 23. q. 3. & in §. quocunq; de statut. cond. contr. liber. ecclesf. in usib. feud. ubi habetur sectas octuaginta esse damnatas hæreticorum; quorum bona confiscantur eorum damnata memoria in uita, & post mortem. Nec habet quid fiscus accipere ante sententiam de bonis proditorum. l. cum duob. §. idem respõdit. ff. pro socio, & per Andr. de Iser. in titu. quę sit prima cauf. benef. amittend. §. Præterea si uassal

17 lus. coll. 4. & 5. ¶ Et rectè sanciuit in hæreticos Serenissimus Imperator, & semper Augustus Federicus II. in legibus, & se in constitutionib, Regni Siciliæ in l. incipiente inconsutilem tunicam D. N. IESV CHRISTI dissuere conantur hęretici in titu. de heret. c. pataren. & in sequen. tit. de pataren. receptatoribus, & fautoribus eorum. lib. 1. & ibi per scribentes regni

18 Neapolis. ¶ Et semetipsos, & proximos produnt hæretici; cuius peccatum nullum est maius in ecclesia Dei; nec hoc, neque proditionis delictum lauari potest, & deleri ab aqua tota

19 maris. ¶ Proditor maximus fuit Iudas Schariot, qui prodidit, & uendidit Saluatorem Dominum, & patrem suum: & proditor fuit Hercules Fotiuus Dux Ptolomei, quando in Egypto sub spe amicitię, & fidei truncauit caput magno Põpeo, ò quàm fas, & scelus indignum est prodere contra diuina, humanaq; iura, propriamque famam, & honorem in Regię corone, & dignitatis contemptum, & uituperium ęternum; odio quidem sunt proditores Deo, & mundo, & meritò iura armantur, & insurgunt in ipsos gladio ultore: & filios suos reddunt incapaces Regnorum, & hæreditatum suarum. l. quisquis. ff. ad leg. Iul. maiest. & l. fi. C. eo. tit. Nam in proditorum bonis succedit fiscus ipso iure, exclusis filijs illorum propter immanitatem tanti facinoris, ut in dictis iuri-

20 bus. ¶ Nec antè faciem Principis stare potest proditor, tenet Bal. in c. 1. de illo qui interfecit fratrem Domini sui, & in l. si quos. C. de capt. & postli. reuer. & non est audienda uox

21 proditoris. c. Carcat. 3. q. 9. ¶ Proditionum tẽpore sępe occurrunt prodigia, pro morte Domini nostri IESV CHRISTI, quem Iudas Schariot prodidit, qui Strabones oculos proditorios, ut legimus tenebat, multa prodigia apparuerunt sol fuit obscuratus, scissi mõtes maximo terræmotu; & Sancti patres diù mortui ex sepulchris fuerunt resuscitati, ut verum & sanctum Euangelium docet: & tempore mortis Cęsaris plura accidere prodigia, ut in Georg. Cantat Poeta.

Diras arcisse Cometas.

Legitur quoque tempore Othonis primi Augusti Vitellio Duce suo sibi insidiante, de manu statuæ victoriæ in vrbis Capitolio existẽtis super curru lora de manibus cecidisse sine uento, & statuã Cæsaris in Insulã Mesopothamię sine terræmotu, & uẽto cõuersã fuisse ad Oriẽtẽ, & retortũ Tiberiũ parte vrbis Romulę inũdasse, quod p anteà, vt Plutarchus attestatur nõ fuit. Contingit & tempore septimi Clementis Medices Pontificis maximi, & Domini mei clementissimi de anno 1530. octaua d e mensis Octobris, quo die fuit festum consecrationis beati Marci, me tunc in urbe existente oratore nobilissimæ patrię meæ Ciuitatis Rauennæ ad pedes prælibati Summi Apostolici Romani Pontificis, magnam fuisse Tiberis inundationem, quæ per diem & noctem durauit, & domus plures casmate ceciderunt, & Lympha Tiberina multi homines remanserunt suffocati, cum iumentorum non paruo numero, & ego in tali aquarũ diluuio perdidi equũ meũ; & fuit signum, quòd post Pontifici hostis fuit nobilis patria sua Florentia memor antiquatę coniurationis aliàs odio factę contrà Medices

ces 1478. propter eorum uirtutem: & quia Mediees patriam nobilitate, uirtute, honore, diuitijs, fauore, gloria, & munificentia exultarunt; au illi rectè dieantur patriæ proditores, & ritè posſint puniri iuſtitia, ut illi qui contrà patriā arma tulerunt, l. minimè. ff. de religio. & ſumpt. funerum. Dic quòd non, argumento à contrario ſenſu dictæ. l. minimè.
22 ¶Quæro ſi Proditor, proditoriè posſit impunè occidi, dic quòd ſie. Si bannitus fuerit, & condemnatus de crimine læſæ maieſtatis, ſeeū dum Ang. de Peruſio. in l. vlt. C. de delat. lib. 10. & per Barthol. Veronen. in conſi. ſuo 34. incipiente ſi unquam, & dicebat Bal. in l. militibus. C. de teſtam. milit. in ſententia contra proditorem reſeruari non debet, neq; poteſt, ipſi teſtamenti factio. l. ex militari. ff. eod. & ſunt furca ſuſpendendi proditores quantuncunque nobiles. Nam nulla iuuantur prærogatiua propter atroeitatem tanti delicti, niſi
23 inquantum inra permittunt. ¶Et quot modis dicatur proditor habetur per glo. in cap. elericus. 47. diſtin. & per Bal. in eap. 1. in 7. eol. in tit. quib. mod. feud. amitt. & per Nellum in tractatu bannitorum in 2. parte ſecundi temporis. in 10. quęſt. incipiente, Deeimo quæritur, & per Bal. in conſi. 261. ineipiente. Quidā
24 dicit. ¶Quæro de caſu, quidam donauit bona ſua Sempronio retento ſibi uſufructu, an teneatur pręſtare cautionem, de vtendo, & fruendo dictis bonis arbitrio boni uiri, ut ille tenetnr eui eſt legatus vſusfructus alieuius rei, vt in l. 1. ff. uſusfruct. quemadmo. cau. Dic non teneri dictum donantem eum quo eſt mitius agendum ob munifieentiam ſuam. ¶Et plus
25 die non teneri feudatarium, & emphiteotam inueſtitū de feudo, & emphitheoſi ad præſtandam cautionem de utendo, & fruendo feudo, & emphitheoſi arbitrio boni uiri; quando feudatarius, & emphiteota habet uſumfructum ſimpliciter inueſtitus de utili dominio, ſcilieet de fruitione dicti ntilis dominij. l. 1. C. de uſufruct. & per Bald. in l. 1. C. ſi plures in una ſenten. & per Iaſonem in pręludiis feudorum. colum. 10.

SVMMARIVM.

1 *Militiarum genus triplex reperitur.*
2 *Militia cælesti, qui militant Sacerdotes Christi ſunt milites cæleſtes, quorum arma ſunt Ieiunia, lacrime, & orationes.*
3 *Milites cæleſtes uacare tenentur ſacris literis, & non litibus, & materialib. armis.*
4 *Milites ſeculares accipiunt ordinem.*
5 *Cingulum accipitur etiam in cęleſti militia.*
6 *Milites cęleſti poſſunt exercere agros.*
7 *Miles cęleſtis carens teſticulis militare non permititur.*
8 *Militantes in cæleſti militia non debent alijs uinculis ligari.*
9 *Milites ſeculares prohibiti, & militantes capitali pæna damnātur, clerici uerò deponunt.*
10 *Et an per Prælatos poſſint tueri.*
11 *Prælati an poſſint ad bellum accedere abſque Pontificis licentia.*
12 *Vouentes Deo, uel pęnitentes, an uti poſſint armis, prout uti non poſſunt fratres tertij ordinis.*
13 *Prælati, & clerici, an licitè poſſint laycos hortari ad arma contra hoſtes fidei catholicę.*
14 *Iudices Eccleſiaſtici, an poſſint exercere arma materialia pro exercenda iuriſdictione ſua.*
15 *Clerici an ſine licentia ſuperioris poſſint uti, & exercere arma materialia.*
16 *Principes omnes, & ſacerdotes tenentur ex debito ſuo tutari, & defendere Eccleſiam Dei, ac ipſius Romanum Pontificem, & paſtorē.*
17 *Perſequutores Eccleſiæ, & eius Sacerdotum, Chriſtum ipſum dicuntur crucifigere.*
18 *Principes omnes, & populi Catholici tenentur repellere, & uindicare iniurias factas Deo.*
19 *Habreorum nobilitas, ac dignitas.*
20 *Tribunalia Regum temporalium ſunt ſubiecta ſacerdotibus dignitatibus, & poteſtatibus.*
Milites cæleſtis militiæ maioribus gaudent priuilegijs, quibus gaudent Doctores, & aduocati.
21 *Miles cæleſtis militiæ, an poſſit eſſe procurator in iudicijs pro alijs.*
22 *Et quid in cauſis ſpiritualibus Eccleſiarum, uel miſerabilium perſonarum, & pro coniunctis.*
23 *Miles ſecularis, an poſſit eſſe procurator in iudicijs.*
24 *Forenſis non ſubditus, poſſidens bona ſtabilia in ciuitate, uel diſtrictu, aut territorio Rauēnæ, an teneatur ad ſolutionē collectarū pro rebus dicti forenſis ſitis in ciuitate, aut territorio prædicto.*
25 *Eccleſia an teneatur ſoluere tributum, pro rebus ſuis.*
26 *Chriſtus in terra dominum temporalem recognouit Imperatorem Tiberium Cæſarem Auguſtum.*
27 *Augariæ tempore belli debent eſſe communes, nec quiſquam ſe excuſare debet.*
28 *Clementis Septimi Pontificis laudes in exonerando populum ſuum Romanum.*
29 *Eccleſia, clerici, forenſes, & perſonæ priuilegiatæ non tenentur ad munera, uel collectas, quæ imponuntur perſonis per dies.*
30 *Eccleſia, uel clericus acquirens rem feudalem, quocunque titulo, an teneatur ad omnia onera, ad quæ tenebatur ipſe uaſallus.*
31 *Feudum, an relinqui poſſit Eccleſiæ.*

DE COELESTI MILITIA.

1 PRæmisso de spirituali bello, de quo per Iob. 12. cap. triplex, genus militiarum esse inuenimus, cœlestis videlicet, legalis, & armata militia. c. si officia. 59. distin. cap. reprehensibile. 23. quæst. 8. & C. de his, qui milit. poss. uel nō. l. si militiæ, & per Doct. ibi. lib. 12. Codicis.

2 ¶ Cœlestis militia est sacerdotum religiosorumvè, & catholicorum quoruncunque, qui in ecclesia Dei militant sub uexillo salutiferæ crucis domini nostri IESV CHRISTI. Nam cœlestes milites dicuntur sacerdotes, & clerici sacri ordinis ĩ cœlesti militia militātis Ecclesiæ descripti: quorum arma sunt Ieiunia lachrimæ, & Orationes, ut in dicto cap. reprehensibile. 23. quæst. 8. & in cap. Conuenior.

3 23. q. 8. ¶ Hi uacare tenentur sacris literis, & non litibus, & materialibus armis. l. Non distinguemus. §. sacerdotio. ff. de arbitris: sub Deo militant, & Ecclesia sua, & nihil est. n. beatius, & gloriosius, quàm militare sub cœlesti Imperatore Omnipotente Deo. c. ante omnia. 40. dist. & c. non est. 15. q. 1. & in hac militia cœlesti nunquam perditur meritum stipendium, & in ea gradatim accipiuntur honores, gradus, & dignitates, put in sæculari militia armata, c. si officia. cum sequenti c. 59. dis.

4 ¶ Sęculares milites accipiunt ordinem, ut probatur. in l. his qui dem. C. de his qui milit. nō poss. cap. clericos. 21. distin. & c. perlectis. 25.

5 dist. ¶ In cœlesti militia sicut in legali, & ar-

6 mata accipitur cingulū pro clericali ordine. cap. in antiquis. 54. distin. ¶ Exercere agros permissum est cœlesti militi, & non sæculari. l. milites. C. de re milit. nobili, & antiquę tamen gloriosę militiæ profuit labor, & exerci-

7 tium culturę agrorum, prout aliàs dixi. ¶ Carens testiculis non pōt esse miles cœlestis militiæ, cū ordinari non possit manchus priuatus testiculis. c. pręcepta. 55. dis. & pariter indigēs testiculis miles esse nō pōt in armata sæculari

8 militia. l. qui cum uno. ff. de re militari. ¶ Et militantes in cœlesti militia non debent alijs uinculis ligari, cum ipsis non liceat militare Deo, & mundo; & seruiens Deo non debet seruire Mamoni, ut dicta Euangelium: sanctum est militare secundum diuina instituta. cap. an

9 tè omnia. 40. distin. ¶ Et prohibiti militare tacito, aut dissimulato defectu suo in sęculari militia, militando damnantur capitali pęna, ut dicta l. qui cum uno. ff. de re milit. & in cœlesti militia deponuntur prohibiti militare.

10 ¶ Et possunt de iure defendi per prelatos, & clericos naturali gladio bona ecclesiarum de superiorum licentia, uel mandato. c. Maximi

11 nianus. 23. q. 3. c. auctoritatē. 15. q. 5. ¶ Quæro modo de casu, si Prelati possunt legitimè accedere ad bellum sine licentia Romani Pontificis, & dico, quòd non: sed si inuitati fuerint per catholicum Imperatorem, ut secū ire deberent ad bellum contra infideles hostes fidei catholicæ, & inissent, debēt ab ipso Imperatore excusari adud Romanam sedem Apostolicam, nec bellare habent, neque bellis interesse tenentur Prælati, & clerici nisi urgente necessitate. c. si uobis. 23. q. 8. iunctis ibidem capitulis ecce, & cap. conuenior. 36. dist. & cap. si quis, & c. porrò. 16. quæst. 3. & c. 1. 23. q. 8. & per tex. & distin. in cap. Petitio, & in cap. Lator. extrà de homic. uoluntario, ubi habetur quando clericus pugnando fit irregularis,

12 & quando non. ¶ Quæro de pœnitentibus, an ipsi pęnitētes, qui se Deo uouerunt, uti possint armis, pront uti non possunt fratres tertij ordinis, & similes qui pœnitentes uocātur, Dic quòd non. cap. noli. 33. q. 1. & c. Contrarium.

13 de peniten. distin. 5. ¶ Licitum est tamen Prælatis, & clericis quibuscunque hortari laicos ad arma contrà hostes fidei catholicæ, & contrà oppressores, & rebelles Ecclesiæ Dei. c.

14 igitur. cum seq. 23. q. 8. ¶ Occurrit, & alius casus, an possint de iure iudices ecclesiastici exercere arma materialia, & illis uti pro exercenda iurisdictione sua, & conclusinè, dic ꝙ non. cap. auctoritatem. 15. q. 6. & c. clerici cū sequenti. 23. q. 8. & per ferè totam dictam 8. q. Et probè faciunt prælati exercere illam per laicos iudices, qui sint prudentes, docti, iusti, misericordes, Deum timentes, & in se carita-

15 tem, & ęquitatem diuinam habentes. ¶ De coniugatis modo quæritur clericis uolentib. gaudere priuilegio clericali, an possint exercere arma materialia sine licentia sui superioris, & puto, quòd non, per notata. in glo. c. primi. 23. quæst. 1. ubi habetur, an liceat clericis repellere iniurias sibi, aut rebus factas; neque pęnitentes uti debent armis materialibus, ut suprà dictum est, propter occasionem peccandi: quia uiuunt sub regula ecclesiastica. cap. aliud. 8. q. 1. & c. admonere. 33. q. 2. & per gl.

16 in cap. noli. 23. q. 1. ¶ Omnes tenentur Principes catholici ex debito suo tutari, & defendere Ecclesiam Dei, & ipsius Romanum Pontificem, & sacerdotes omnes orthodoxos, eorúque iura, & priuilegia ecclesiastica. d. c. Maximinianus, 23. q. 3. & c. Princeps. 23. q. 5. & in usibus feudorum in tit. de stat. contr. liber. Ecclesiast. cond. cum simil. & hi pro Deo, & Ecclesia sancta bellare habent, & parere mandatis Romani Pontificis in memoriam beati Petri Locumtenentis domini nostri IESV CHRISTI. cap. Adrianus. 83. dist. ubi habetur

betur Carolum Magnum Imperatorem catholicum ex Gallia cum maximo exercitu in Italiam ex debito uenisse pro defensione Romanæ Ecclesię Dei, ab Hadriano primo Petri successore Pontifice maximo uocatum, & contrà Longobardos gloriosè pugnasse, & Romanã Ecclesiam liberasse à Lõgobardorum oppressione illis expulsis usque ad patriam meã Rauennæ. Et sic Ecclesia quando suum iustum intentum habere non potest spirituali gladio suo, poterit id obtinere materiali gladio, pro ea pugnantibus Imperatore, & alijs orbis Regibus, & Principib. suis catholicis, ꝓut de anno. 1509. fecit Iulius II. Pontifex maximus contrà Venetos tũc hostes Romanæ Ecclesiæ. Nã sæculares omnes, catholici Principes pro æterna salute, & gloria indigẽt Pontificib. & Põtifices ꝓ temporalibus indigent ipsis.c.quoniam.10.distin.c.si quos. 23.q.4.c. relegen-
17 tes.23.q.5. ¶ Et illi qui impiè prosequuntur Ecclesiam Dei, & ipsius sacerdotes, Christum ipsum dicuntur crucifigere.c.nulli.in fin.3.q. 1. quia ad iniuriam Christi pertinet, ut dicit
18 tex.in c.accusatio.in fi.2.q.7.¶ Propterea tenentur omnes Catholici Principes, & populi repellere, & uindicare iniurias factas Deo, & Ecclesiæ sponsæ suæ publicæ, ac Pontificibus suis catholicis: qui in maxima olim pro Deo, & ipsius amore fuerunt ueneratione, & omni tempore uenerari debent: quia ipse Deus ueneratur quando Ecclesia sponsa sua dilecta, & clerici sui uenerantur; Nec vllus est eligendus Ponti fex nisi sit uir probitate, & fide singularis, cæteros uirtute præcedens, & dignitate.
19 ¶ Legitur hæbreos generis uetustate, nobilitate, & dignitate fuisse, rerumq́ue magnitudine, historias, gesta bellorum, & pacis per Pontifices post Prophetas scripsisse ob fidem, & ue-
20 nerandam scribentium dignitatem. ¶ Tribunalia Rerum temporalium sunt subiecta sacerdotalibus dignitatibus, & potestatibus. c. suscepisti. 10.distin.c. quali.23.q.5. & milites cœlestis militiæ maioribus gaudent priuilegiis, quibus gaudent doctores, & aduocati: & non possunt conueniri ultraquã facere possint, habetur per Doctor.in l.miles.ff.de re militari. ¶ Et an miles cęlestis militiæ posit esse procurator in iudicijs pro alijs; Legistæ tenent, quòd non, in l.Militem. C.de procur. & per gloss. in l. filiusfamilias. §. veterani. ff. de procur. & in §. aliud.authen. de sanctis episc. & Deo amabilibus. ¶ De iure autem canonum potest esse procurator in causis spiritualibus, ecclesiarumq́ue, & miserabilium personarum, & pro coniunctis: sed non passim in omnibus causis uniuersalium locorum, quod intelligendum est de promotis ad sacros ordines, non de illis, qui non sunt promoti: quòd ampliandum est etiam ad omnes religiosos, qui cõprehenduntur sub generali nomine clericorum secũdum dicta iura; ità, ꝙ de iure ciuili non possunt esse procuratores pro alijs in iudicijs, sed tantũ de iure canonico secundum distinctionem prædictam, & cum licentia sui Abbatis, nel Prioris erunt pro Ecclesia, & monasterio suo.c. cum olim.de iudic.& clementina penult.de procur.& in prædicto §.aliud.authen.de sanct.episcop.& Deo amabil.iuncto. §. Deo amabilis.ibidem. In causis autem Ecclesiarum suarum quilibet clericus poterit esse procurator etiam de iure ciuili.l. placet, & l.omnes.C.de episc.& cler.regulariter uero illi, qui non sunt promoti, & non beneficiati esse possunt indistinctè procuratores in quolibet foro: sed si fuerint in sacris, & promoti, uel beneficiati poterint esse procuratores in foro ecclesiastico, & non in foro ciuili per dictam. l.placet.C.de Episcop.& cler. & l. Hac consultissima.C.de testam. quod limita cleri cum non posse regulariter procurare, seu aduocare si uiuit de rebus ecclesiasticis, aliàs secus, quòd est rationabile, ut clericus uiuat de labore suo, non habens unde aliunde uiuat, aliàs seruentur dicta iura, ità tenet gl. & And. de Iser.ibi in constit. Regni Siciliæ incipiente
23 Aduocatorum de offic. Aduoc. ¶ Quæritur de milite sæcularis militiæ, an posit esse procurator in iudicijs, tex.in l. militem.C.de procurat.firmat, quòd non, neq; pro patre, neque pro matre, neque pro sorore: nec esse possunt conductores gabellarum, & alienarum rerũ, neque mandatores, neque fideiussores.l. milites.C.locati. Quod fallit in re propria, quoniam causam propriam agit. l. qui stipendia. C.de procur.& l.filius.§. Veterani.ff. de pro-
24 curat. ¶ Quæro de casu modo occurrenti Rauennæ, an Forenses non subditi posidẽtes bona stabilia in ciuitate, uel districtu, aut territorio Rauennę, teneantur ad solutionem collectarum pro rebus ipsorum Forensium sitis in ciuitate, aut territorio prædictis Rauennæ D. Andr.de Iser.& Bal.in titu.quæ sint regal. in usib.feud.dicunt, & distingunt; aut sunt collectæ ordinariæ, quæ idem sunt quòd indictiones, & fiscales functiones, quæ sunt muuera patrimonialia, ad quæ omnes tenentur.l.fi.C.de immunitat.nem.conceden.& per Ioan. Andr. in c. peruenit.extrà de immunu. Eccles. in nouella.& Bar.tangit. in l. Actor in princ. ff. de re iud.de huiusmodi collectis siue ordinarijs, siue extraordinarijs, & repentinis, glo. dicit collectas esse munera, quæ imponuntur personæ pro rebus, ut ff. de muner. & honor. l. rescripta.§.fi. & de his muneribus latius aliàs dixi in tractatu meo de gabellis, & publicanis; & dicam Dei præsidio in alio libro rei Naualis.

25 tis. ¶ Quæritur hic an Ecclesia teneať soluere tributum pro rebus suis, distinguendum puto, aut est ordinaria impositio per Papam, & hoc casu tenetur soluere tributum Ecclesia, ꝙ secus est si imposita fuisset per inferiores. cap. tributū. 11. q. 1. & c. tributa. 23. q. 8. & c. placet, & ibi per Archid. 16. q. 1.
26 ¶ CHRISTVS in terra, dominum temporalem recognonit Imperatorem Tiberium Cæsarem Augustum quando dixit, quòd Dei Deo, quod Cęsaris Cęsari: & in solutione tributi ab eo petiti dixit Petro, vade ad mare, & primū piscem, qui tibi occurrerit tolle, & quid in ore habuerit des pro me, & pro te illis, qui petunt à nobis tributum: & licet non iure soluatur tributum ab Ecclesia ob tuitionem, tamen bonorum tēporalium, & ob sedanda scandala urgente necessitate rectè soluit Ecclesia tributum Principibus sæculi pro temporalibus suis bonis. c. ecce. cum sequen. 23. quæst. 8. & ut imminens scandalum, tumultusq; bellorum cessaret, & ut euitaretur malum eminens in populo, & ut pax quæratur, uel conseruetur. c. noli, & c. apud. 23. quæst. 1. & cap. displicet, & c. si non ex fidei. 23. q. 4. & in §. Hoc autem authen. ut libert. de cæter. aur. coll. 6.
27 ¶ Nec propter bellum alicuius bona excusari debent ab angarijs pro publica utilitate impositis reipublicæ: quo casu Ecclesiarum, & Principum bona non excusantur, ut future, & eminentia scādala eui
28 tentur. ¶ Et prudenter fecit Septimus Clemēs Pontifex Max. 1527. pro exoneratione, & tuitione sui Romani populi, & obsessorum liberatione existentium in mole Hadriani, & seu arce sancti Angeli. c. de his. 50. dist. & ut uerus & bonus Pastor Dominici gregis probè fecit, nè grex laniaretur à lupis, quia de incustodia tenuisset, si ut mercenarius fugisset, & gregem reliquisset. c. innotuit, & per Abb. ibi de elect. & cap. quamuis. 7. q. 1. & quippè, ut dixi tenetur Pastor de negligentia si lupus accedit ad oues, cum pastor placere non habeat lupo, & ouibus, qui Deo, et Mamoni seruire quis nō potest. c. suscitaris, et cap. aduersitas, et cap. sugestum. 7. q. 1. et c. tres personas. 23. q. 4. et c. si. 83. dist.
29 ¶ Ad munera uero quæ imponuntur personis pro rebus, ut collectæ extraordinariæ, quæ per dies imponuntur non tenentur Ecclesiæ, neque clerici, neque Forenses, neq; aliæ personę priuilegiatæ. l. placet, & ibi per Doctor. C. de sacrosanct. Eccle. nisi talia bona essent primò effecta tributaria, & obligata ad soluendum huiusmodi onera extraordinaria antequàm transirent ad Ecclesiā, & in priuilegiatas personas, & Forenses: quia tunc trāseunt cum onere suo tributandi, & seu collectandi. l. rescripto. §. sciendum, & per Doctor. ibi ff. de muner. & honor. & per Innoc. in c. uerum. de foro cōpet. & per Doctor. in l. placet. C. de sacrosanct. eccles. & in l. fin. C. fine cen. nel reliq. & in auth. Item quòd nulla cōmunitas. C. de episcop. & cler. & in l. neminē. C. de sacrosanct. eccle. & per Bar. in consi. incipiente. si aliqua possessio, &c. & per Hostiē. de immun. eccles. in summa, & in §. à quibus.
30 propè finem. ¶ ubi habetur, ꝙ si ecclesia, aut clericus acquirit rem feudalem quocumq; titulo tenebitur ad onera, & obligationes ad quæ tenebatur uassallus, ex quo erat feudalis, & obligata antequam iret ad Ecclesiam, habetur per Bar. & scribentes in dicta l. rescripto. §. sciendum & finali. ff. de muner. & hon. quod est intelligendum si res habebat onus debitum per Ecclesiā supportabile, uidelicet si uassallus erat obnoxius soluere: quid in pecunia, & nō aliud præstare seruitium personale ad quod non posset obligari Ecclesia, ut iret in castris armatus platus, aut rector, & similes, &c. Nā feudum cum tali obligatione personali Ecclesia teneri non posset cum onus huiusmodi sibi
31 nō esset supportabile. ¶ Item quæro an feudum relinqui posit Ecclesiæ? D. Andr. de Isernia tenet, quòd non, quia nunquam foret feudum reuersum ad feudi dominum cum nunquam moriatur Ecclesia; sed ex Principis largitione, & speciali priuilegio habere, & consequi potest Ecclesia feudum, ut in titu. de alien. feud. & in cōstitut. hac ædictali. de reuoc. feud. in consti. Regni Siciliæ incipiente. Nomen, & normam &c. Poterit tamen Prælatus alios mittere idoneos pro bello, dato sibi stipendio ex causa feudi seruiendo, per substitutum seruire potest. c. si ignoti. si de feud. fuer. cōtrou. & in c. 1. §. firmiter, & ibi per D. And. de Iser. de phib. feud. alien. & hoc utile erit domino dicti feudi: qa clericus inexpers bellorum elliget expertum, & illum præmiabit: nec esse debet deterioris cōditionis; quàm sit Laicus. l. Deo nobis. & authen. Præsbiteros. C. de epis. & cler. ca. unico, qui feud. dar. poss. attendenda sunt tamen pacta inuestituræ antiquæ feudorū huiusmodi.

SVMMARIVM.

1 *Militia legalis, quæ sit.*
2 *Virtus legis, quæ sit.*
3 *Prudentia legalis in bello præcipit multa uirtutum opera.*
4 *Iustitia est uirtutum Regina, & Iustitia est Dei figura, & Deus est ipsa Iustitia, & Iustitia est facies Dei.*
5 *Iustitia esse non potest, ubi fides desit.*
6 *Iustitia separat Reges à tirannis, quia Reges dicti sunt à recto, et tyranni à tyro, seu tyria, quod est angustia.*

Iu-

7 *Iustitia tollerat inopiam, & temperat abundantiam.*

8 *Imperator licèt legibus sit absolutus, attamē legibus uiuere intendit.*

Regum corona est ipsa iustitia.

9 *Scipionis iustitia.*

10 *Principes qui regnare cupiunt, tenentur tollere iniquitates de terra, & seruare iura iustitiæ.*

11 *Vox Principis est lex ipsa, quando. s. est prolata secundum iustitiam, & 58.*

12 *Princeps statuens contra ius naturale non est illud statutum exequendum.*

Leges sacræ non dedignātur imittari sanctos canones Ecclesiæ Dei.

13 *Canones in casibus spiritualibus præferendi sunt legibus iuris ciuilis.*

14 *Iudex, qui fidem & iustitiam non habet, bonus esse nequit.*

15 *Scientia legalis est pars Theologiæ.*

Leges sunt ancillę canonum.

16 *Ius canonicum regulariter præfertur iuri ciuili, & Doctor iuris canonici, Doctori iuris ciu. & Doctores quomodo præferantur.*

17 *Patriarcha de iure præcedere debet Cardinales excepto Cardinale Hostiense.*

18 *Doctor iuris: an præferatur militi aurato sæcularis militiæ, & 24.*

19 *Pupillus non potest esse Doctor, qui dicitur à Doctrina, quæ in pupillo propter debilem ætatem esse non posset, secus miles auratus.*

20 *Minores, qui in pueritia didicerunt militiæ disciplinam, excellentes fiunt in re militari ob eorum longum exercitium.*

21 *Libertus dignitatem habere nequit, milles tamen esse conceditur.*

22 *Militia an sit dignitas, & 23. & 49.*

25 *Miles creatus à Pontifice præfertur militi creato ab Imperatore.*

26 *Doctores Bononienses præcedunt quoscunque alios Doctores aliorum studiorum.*

27 *Ordo dignitatum.*

28 *Senior pfertur ī actu sedēdi, eūdi, et loquēdi.*

29 *Senatus cur ita appelletur.*

30 *Ligurgus doctus fuit consilio, & armis.*

31 *Pompeus Magnus, Pio Metello seni libenter parebat reuerentia magna.*

32 *Senib. ac senatorib. magna debetur reuerētiā. Cyneas Pirri legatus cū ab Vrbe discederet, inquit ob gloriam sui nobilissimi Senatus se uidisse Romā Regū patriā, q̄ tūc florebat, et regebatur rectè à sanoeorū senili cōsilio.*

33 *Roma à robore, & fortitudine, & à Romulo dicta est.*

34 *Doctorum consilium sequendum est.*

Doctores in se debent habere caritatem.

35 *Iustitia uti res inæstimabilis, præciari, neq; uendi debet, & quare.*

36 *Iustitia propter aurum facilime uiolatur, quod absurdum est, cum per iustitiam CHRISTVS cognoscatur.*

37 *CHRISTVS est uia, ueritas, & uita.*

38 *Violatio iustitiæ est destructio fidei, & pacis.*

39 *Doctores post uacationem aduocationum, quibus gaudeant priuilegijs.*

40 *Remissi à militia, an & quando habeant uacationem munerum, & quando non.*

41 *Comites, Equites, barones, & milites in castris conueniri nequeunt in patria sua, neque procuratores, & officiales eorum.*

42 *Milites an teneantur in tantum, in quantum facere possunt.*

43 *Doctores qui gaudent priuilegijs militum, non possunt donare concubinæ suæ. clerici quoque prohibentur donare.*

44 *Testamenta clericorum, Doctorum, & militum ratione præteritionis non possunt contratabulari, quia oēs isti militari priuilegio gaudēt.*

45 *Substitutio post pupillarem ætatem facta à Doctore erit directa, sicut si facta eēt à milite.*

46 *Doctor, an de Iure torqueri possit, sicut nec miles.*

47 *Et quid de publicè legentibus.*

48 *Causæ Doctorum, & militū magis sunt priuilegiatę, quàm causę dotales, & de Doctorum nobilitate, & 52.*

50 *Doctores ita dignitate fulgent, ut radij solares in mundo.*

51 *Decuriones ciuitatum: an torqueri possint.*

53 *Scolaris sufficiens in pluribus combrobatus, potest doctorari illis non seruatis solemnitatibus doctorari statutis.*

54 *Diebus festiuis permittitur doctorari legere, docere, & scribere.*

55 *Scientia & Doctrina, Doctores faciunt, & illis insignia confert.*

56 *Mutuans pecuniam filiofa. in studio existēti, an ab eius patre recuperare possit.*

57 *Comittens felloniam in Regem uiuo patre, qui delinquens priuatur feudo, unā cum descendentibus suis, quis succedere debeat in tali feudo, uel secundus genitus, uel fiscus, & 58.*

59 *Mandatum Principis est lex, secus si foret absolutus à iudice, & supra, nu. 11.*

60 *Miles de proximo astringendus seu scholaris de proximo doctorandus, an pro astricto, uel Doctorato habeatur.*

DE LEGALI MILITIA.

1 TVtantur ęqui, & opprimuntur iniqui, recteq; uiuit legali militia, quæ prudentum est iuris consultorum, quorum arma sunt leges, & armati legib. militant. ità dicit glo. in prohemio. Instit. in §. cumq; Deo propitio. in

D uerbo

uerbo quotú.& ficut miles fortis, & ftrenuus protegit rempublicā armis,clipeis,& toracib. Ita Aduocatus lingua ī publicis,& priuatis rebus erigit fæpe induftria,reftaurando perditas caufas,& reparando fatigata litibus longo tẽpore protractis imponentes finem debitum. l.Aduocati.C.de aduoc.diuerf.iud.
2 ¶ Legis uirtus hæc eft imperare,uetare,permittere, & punire;per legalem fcientiam defenduntur Ecclefiæ,& fancta Dei religio,& uenerabiles clerici,eorumq; iura,& libertates,priuilegia, & bona fua,pia loca,patria,& parētes, honores, pupilli,uiduę,pauperes,diuites,& miferabiles perfonæ: & unufquifq; fuum confequitur, & orbis ritè regitur & gubernatur,politicè uiuitur,pax conferuatur,boni fubleuantur,& mali opprimuntur,& perduntur; gloriosè,& beatè uiuitur & moritur,diuinis, & humanis feruatis iuribus legalis prudentiæ: quæ eft præclarisfima uirtus,& dilectisfima filia iuftitiæ, quia iuftitia eft mater omnium uirtutum, &
3 fcientiarum. ¶ Et hæc omnia uirtutum opera præcipit in bello legalis prudentia, uidelicet Deum non contemnere, fortia facere, aciem inftruere, & eam non deferere, non præcepta temnere Imperatorum, & Ducum exercituū; non ad hoftes fugere, non ueftes nec arma abiicere,& ea non uendere,neq; diftrahere;fed illa pro fe conferuare,& probè tenere fulgētia & acuta; honefteq; & temperatè uiuere iubet, & non mœchari,neq; conuiciari, non contendere cum focijs, neq; cum ipfis rixari, nec dimicare, neq; ipfos percutere, aut uulnerare.
4 ¶Iuftitia eft illa Regina uirtutum omniū,quę erubefcit permutari pecunia: & ille qui facit iuftitiā habens mentem ad Deū, ipfum Deū uidet, quia iuftitia eft Dei figura, & Deus eft ipfa iuftitia, & iuftitia eft facies Dei: Iuftitia eripit bonos à malo propter uirtutem; & malos à malo propter timorem punitionis, iuxtà illud Horatij Poetæ.

Oderunt peccare boni uirtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Iuftitia præcipit benefacere,& pertranfire per iuftorum femita;nam iuftum & honeftum fedet apud Deum,ex iuftitia procedit lux fulgētisfima,& femper crefcit, & fulget propter eā, & decrefcitur mens tenebrofa, & impiorum via;inciditur,& obturatur iuftitia ipfa.l. 1.C. de metrǫ.beri.li.xj.Inter iuftū, & impiū iuftitia iacet, iuftum exaltat, & deponit impium, & iniuftum; punit iniquum,refidens inter læfum, & lędentem;primùm releuando,& damnando fecundum: nec habet cum fceleratis cō fortium; & dicitur iuftitia quafi iuris ftatio, uel iuris ftatus.c.forus de uerb. fignific.& ille qui nō eft iuftus,non eft ex Deo,& in fe nō habet diuinam trinitatem. Ioan.c. 3. & c.forus.

5 de verb.fignifi.¶Nec effe poteft iuftitia,ubi fides defit,& caritas.23.q.1 c.1.& 24.q.1.c.1. & c.fortitudo.9. quæftio.4.& ibi per Docto-
6 res. ¶Separat iuftitia Reges à Tyrannis, nam Reges dicti funt à recto, quia rectè habent regere populos, & exercitus fecundum iuftitiā & æquitatem.Sed Tiranni dicti funt à Tiro, qđ eft fortis, undè tyrones iuuenes fortes,& feu à tyria,quòd eft angufta, qua tribulatione affligunt populos,anguftiant,tribulāt, & cruciāt; ut in tractatu Tyrannidis fcribit Bar.de Saxo-
7 ferrato iuris Lucerna. ¶ Tollerat inopiā iuftitia,& temperat abundantiam.cap.quod dicit. 41.dift. nec poteft haberi fapientia fine ipfa iu-
8 ftitia.l.Iuftitia.ff.de iuft.& iur.¶Nam Imperator,& Augufta quantuncunq; fint legibus foluti,legib. tamen uiuunt, & uiuere intendunt, & uolunt,ut tenentur inclitorum exemplo Imperatorum,qui nomen æternum fua uirtute relinquerunt in ęuo.l.digna uox.ff.de leg.c. iuftum.diftin.9.l. ex imperfecto.ff. de leg. 2.c. confidimus.25.q.1.Nam Regum Corona eft iuftitia ipfa,quæ principalior eft alijs coronis Regijs. Tenentur Reges ex debito officij fui iniquos profequi,& punire,ut in pace conferuetur refpublica:cuius utilitas publica eft præferenda priuatæ utilitati fuadente æquitate. l. 1.ff.de pœnis.l.2.C.nè fifc.rē quā uend.euin. habetur,& in Longobarda.l. uolumus. de of-
9 fic.iud.lib.2.¶Secuta namque clade Cannēfi, contrà quofdam iuuenes Romanos,fe armis oppofuit Scipio apud Cannufium redductos, dicentibus illis melius effe, fe & Romanam Rempublicam Carthaginēfi Imperio fubmittere; & fuit adeò operatus Scipio, quòd omnes iurauerunt fe urlle mori pro republica fua Romana, & non relinquere Italiam, & probè confirmauit eorum animos uirtute fua, & magiftratus multos maximi ponderis obtinuit poft à Senatu, populoq; Romano in iuuentute fua, quos peregregiè gesfit pro honore, & utilitate Romanæ Reipublicæ regia Duce iu-
10 ftitia,& comite prudentia. ¶Et tenētur Principes illi, qui regnare cupiunt tollere iniquitates de terra:& feruare iura iuftitię.auth.ut lib. de cæt.aureo.§.fed & fi quid; & habent reddere rationem Imperatores Deo omnipotenti circà uillicationem Imperij fui fibi ab ipfo Deo concesfi.c.Quando. 23.q. 4. & intereft reipublicæ ne facilè remittantur pœnæ delinquentibus, ne uenia talis fit caufa pluries & iterata delinquendi, & ne temere profequā-
11 tur ad maleficia. l.fi operis. C.de pœnis. ¶Et pro lege habetur uox Principis,qñ eft prolata fecundū iuftitiā & æquitatē:nā uolūtas deuiās à lege non eft lex, & tunc manet in Papa ex Petri perfona priuilegium.c.manet. 24. q. 1. & quod fit per Dominum Papam dicitur fieri au-

ti auctoritate Dei, cuius locum ipse Papa Catholicus.tenet in terris.c.si quis cum simi.24.
12 q.1.¶ Et si Princeps statuerit quid contrà ius naturale,vel quod Dominia tollantur alicui, & transferantur alteri:talis constitutio erit cõtrà ius,& nõ est seruanda,& cõiter tenent Doctores.in c.quia pleriq;.de immun. eccl. & in c.1.cũ sequenti.c.12.q 1.& per Lucã de Pen. in l.oẽs.C.de decur.lib.11.Non equidem dedignantur humanæ leges imittari sanctos canones Ecclesiæ Dei, qui in spiritualibus sunt digniores legibus Imperatorum,quãtuncũq; in temporalibus sint leges Principum sæcularium cõmuniores canonibus.c. quo.80. dist.
13 & c.cum aduersum.96.dist. ¶ In materia autem,ubi concernitur anima,& peccatum,Canones sunt semper præferendi legibus iuris ciuilis:quod est statutum pro cõseruatione humani generis;Canones enim facti sunt pro salute, & conseruatione animarum, & corporum.l.in pecudum.ff.de usufruct.& l.fin.ff.de præscript.long. temp. & iura ciuilia emanata fuere ad reprimendam humanam audatiam,
14 & pro executione iustitiæ. ¶ Et nullus esse potest bonus iudex in quo non sit fides, & iustitia; & probè, & põderate habẽt iudices considerare,nè semetipsos iudicent, & damnent ad perpetuos ignes,& luctus: & iusti esse debent exercendo diuinam iustitiam iusto Dei iudicio, & ueri dicuntur iudices illi tantum, qui iusti sunt. ¶ Legalis quippè scientia est pars
15 Theologiæ, & summus Apostolicus Romanæ Ecclesiæ, & semper Catholicæ uiuit secundum Canones suos, cui omnes tenentur humiliter parere in memoriam beati Petri Apostolorum Principis, cuius locum tenet in terris, & aquis:leges sunt ancillæ Canonũ, quia ministris ipsarum imperat Ecclesia cum Canonibus suis.c.solitę.extrà.de maior.& obed. & c.Qualiter.extrà de iud.& meritò leges,ut dixi ancillantur,& seruiunt canonibus Ecclesiæ in his, ubi peccatum concernitur conscientiæ,& animarum regimen. ¶ Ius canonicum
16 regulariter præfertur iuri ciuili, & Doctor iuris Canonici tantum,prefertur Doctori iuris ciuilis tantum: & utriusq; iuris Doctor præfertur unius iuris tantum prædictorum Doctori; & Doctor iuris præfertur arcium, & medicinę Doctori: & Doctor sacrę Theologiæ præfertur prædictis omnib. quia eius subiectum est Deus, ut dicit Abba. in c. clerici. de iudic.& Fel.in rub.de maior.& obed. in 2. & 3. col. ubi latè scribit de prælatorũ præcedentia. ¶ Et dicit Patriarchas,de iure præcedere Cardinales,excepto Cardinale Hostiẽse, & se tamen remittit ad consuetudinẽ, quæ est optima legum interpres.l. minimè, cũ simil. ff.de leg.& ibi ponit Fel.monachos sancti Benedicti de iure pręcedere canonicos regulares sancti Augustini, & pluries uidi hoc seruari in ciuitate Rauennæ, ne dum de iure, sed etiã de consuetudine tabellæ antiquisimę Cathedralis Ecclesiæ Rauennæ, qua ordinatur qualiter procedatur in processionibus; & pariter uidi obseruari in ciuitate Venetiarum, & super indè uidi consultum pro monacis contrà canonicos regulares per D.Ioan.Bapt. Cazalupum de sancto Seuerino, & quamplurimos alios excellentes Doctores maximæ auctoritatis: cui consilio etiã me subscripsi ad pręces Reuerẽdi Abbatis sancti Vitalis de Rauenna,& plura addidi pro monachorum fauore, quæ in inre iudicio meo subsistunt:& in urbe u di contrarinm seruari de consuetudine ibi uigente,ubi dicti monaci regulares nuncu
18 pantur canonici Lateranenses. ¶ Pluries fuit disputatum,an Doctor iuris pręferatur militi aurato sæcularis militiæ;tenet Ang.quòd pacis tempore bellico cessante tumultu Doctorẽ præferri militi; & militẽ præferri Doctori tpe belli:quia in actu militiæ sæcularis silent, Iuxta illud.

Leges iter arma;et tẽpore pacis arma quiescũt.
Et iuxtà illud M.Tul.Cicer.
Cedant arma togæ,concedant laurea linguæ.

l.in ciuilibus, & per Alber. de Ros. & Doct. ibi.C. de offic. vicar. & l. 1. C. de præpo. sacro.cubicul.lib.12.& l. 1. C. de assessor. & p Doctor.in l.1.ff.de uulg.& pupil.substit. & l. cum Paulus.ff.si certum petatur, & per Ang. de Aret.instit.de mit.testam.in §.fi. & c. cnm ad nostrum.97.dist. ubi glo. dicit Doctorem vt digniorem, & nobiliorem in dignitate constitutum præferri militi: & excellens Doctor appellatur antecessor Imperatoris, ut in prohem.Instit. in §. cunq;.et quãdoq; Imperator patrẽ nominat,& pro patre sibi elligit, & pro consultore excellẽtem Doctorem. Inst.quib. mod.ius patr.potest.solu.§.Imperatoriam autem celsitudinem.&c.& l.fi.C.de consul. lib. 12.& l.fi. C.de his qui milit.nõ poss. pro qua gl.facit.tex.in l.infamem.C.de publ.iud.& in l.si quis filio.§.irritum.ff.de in inst.rup.irrito que testam.& in l.neq;.C.de dignit.li.12.& p Ang.Aret.in d.proh. Inst.in §.fi.& Inst.de milit.testam.§.fi. & per Bar. in l.medicos. C.de profess.& med. lib. 10.& per Petr. de An-
19 char. in clem. 2. extra de magistr. ¶ Nam pupillus non potest esse Doctor, qui à doctrina dicitur, quę in pupillo propter tenellam ætatem esse non posset. Sed miles auratus esse posset & fieri pupillus, & infans ex priuilegio,& quandoq; successibili suorum antiquorum.l.fi.C. de testam. milit. & sic in corpore, quod caret sensu, & discretione cadere

potest militia, ut videmus in dies. l. Pupillus,
& per Bar.ibi.ff.de acquir.vel amitten. hære-
ditate: & quicquid cernit pupillus ignorat. l.
1.in fin.C.de falſ.monet.& per Bal. in l.ſed ſi
& milites.ff.de excuſ.tut.& in l.1.ff. de mun.
& honor.ubi habetur, quòd impubes poteſt
eſſe miles auratus, & per Iaſ. in l. ſi quis in
conſcribendo.C. de pactis. in 1. & 2. coll. &
per Alexand.in l.centurio.in 3.col.ff.de vulg.
20 & pupil. ¶ Et illi qui a pueritia didicerunt mi
litiæ diſciplinam excellentes fiunt in re milita
ri ob eorum longum exercitium aſsiduum in
re bellica, Romanorum exemplo Alexandri
Magni, Annibalis Pœni, Pirri Regis, & ipſius
filiorum Tholomei, Alexandri, & Heleni for-
tium, & ferocium, & expertorum in armis.
21 ¶ Libertus non poteſt habere dignitatem, &
miles eſſe poteſt.l.fi.C.de libert.& eorũ liber.
& l.omnes.C.de meta.lib.12.& ſic militia, &
dignitas, uti diuerſa ponuntur ibi.l.fin.C. qui
milit.non poſſ.& l.1.C.de ęqueſtr.dignit.lib.
12.& per Alber.de Roſ.in l. miles.C. locati.
22 ¶ vbi dicit militiam non eſſe dignitatem, niſi
cum dignitate iungatur, utputa cum Doctora
tu, uel cum comitatu.l.unica.C.de equeſt.di-
gn. lib. 12. & per Lud. Pontanum de urbe in
23 ſing.ſuo.515.in fine. ¶ Et quod ſit dignitas fa
cit tex.in cap.ius militare.& in c.militare non
eſt peccatum.24.q.1.quod locum habere ui-
detur in militibus antiqui temporis.l.1: ff. de
teſtamen.mil.& in l.1.C.de iur.& fac. ignor.
24 ¶ Bartolus autem concludit per multas ratio
nes, & iura, militem præcedere Doctorem in
diſputatione ſua, quã habeo manu ſcriptam
inter quædam alia Bar.ſcripta, incipiente Do
ctor utrum in ſignum honoris, & eccellentię
debeat præcedere militem, arguẽdo ad partes
concludit militem pręcedere, & loquitur de
milite in actu militiæ per duo fundamenta, ui
delicet, quia milites uerſantur circa duo bo-
na, uidelicet circà arma, & circa leges.l. Mili-
tes. C. locati: quoniam arma nituntur facere
uoluntatem legum, & leges exequi.l. qui re-
ſtituere.ff. de rei uẽdi. & quia militia eſt anti-
quior, & antequàm iura fierent, & urbes con-
ſtruerentur, & magiſtratus crearentur. §. Sin-
gulorum.Inſtit.de rerũ diuiſ.ibi à uetuſtiore,
&c.& ciuilia, &c.& finis militiæ eſt pax: & ni-
hil ualerent ſententiæ, & iura niſi eſſent, qui
eas, & illa executioni demandarent, quæ mili
25 tes executuntur: igitur, &c. ¶ Et miles creatus à
Papa, qa Papa eſt dignior Imperatore, & alijs
Regibus, & Principibus terræ & aquæ, præce
dit militem creatum ab Imperatore, & ab alijs
Principibus orbis, qui inferiores ſunt ipſo Pa
pa, qui ſpiritualis eſt Imperator; & Vicarius
CHRISTI & præcedit ſæcularẽ Imperato
rem etiam CHRISTI Vicarium quantum
ad temporalia: & miles creatus ab Imperato-
re pręcedit omnes alios milites creatos ab in-
ferioribus Regibus, & Principibus tempora-
libus, & hoc pro regula habetur. ¶ Et circa
26 præcedentiam Doctorum, Bononienſes Do-
ctores præcedunt alios Doctores aliorũ ſtu-
diorum ob priuilegium, & prærogatiuam ſibi
conceſſam à Theodoſio, Othone, & à Carolo
Imperatoribus, & ſemper Auguſtis: & meritò
Bononia ponit in ſua impreſſa moneta aurea
literas has, BONONIA DOCET. ¶ Ordo
27 dignitatũ habet̃.in l.qui indi, nus.ff.de Senat.
& in l.1.in gl.tribuit.ff.de offic. eius cui mãd.
eſt iuriſd.& in prohem.Inſt. in §.cunq;, gl.Il-
luſtribus, & per Cyn. in l.1. C. vbi Senat. & l.
Præcipimus, glo.1.C. de appell. & per glo. in
auth.ut ab Illuſtrib. in uerbo poſt magnificen
tiſsimos, & in ti.ut dignit.ord.ſeruetur, li.10.
28 ¶ In actu ſedendi, eundiq; & loquendi ex pri-
uilegio ſenectutis, cęteris paribus præfertur ſe
nior.l.ſemper.ff.de iur.immu.& l.ſi.ff. de fid.
inſtrum.& per Bar.in l.1. C. de obſeq. & ali-
men.pręſtan. Niſi iunior eſſet ſapientior ſene,
aut in dignitate, uel magiſtratu conſtitutus ꝑ
not.in glo.§.Cogitãdum.auth.de mona.coll.
9.Iuxtà illud,

Gratius eſt iuuenè moribus eſſe ſenem:

Nec debent erubeſcere ſenes diſcere à iu-
nioribus, ità tenet glo. in cap. de Conſtanti-
nopolitana.22.diſtin.& cap. nullus. 98. diſt.
& ſi alterum pedem haberem in foueã ad huc
diſcere uellem, ut dicit Iuriſconſultus.l. apud
Iulianum.ff.de fideicom.libert.nulla ætas ſe-
ra eſt ad diſcendum, ut firmat Seneca. ¶ Et ni
29 ſi Cõſiliũ ſenũ, rõ & ſententia ineſſet ſenibus,
non quidẽ maiores noſtri ſummũ Conſilium
Senatum appellaſſent à ſenibus; & ſeu à ſene-
ctute dictũ: unde Senatuſconſultũ, prout in fa-
ſtis cantat Ouidius.

Magna fuit quondã capitis reuerentia cani
In quo ſuo pręcio ruga ſenilis erat,
Martis opus iuuenes animoſaq; bella gerebãt:
Et pro Dijs aderant in ſtatione ſuis.
Viribus illa minor, nec habendis utilis armis:
Conſilio patriæ ſæpe ferebat opem,
Nec niſi poſt annos patuit tunc curia ſeros;
Nomen & ætatis mira ſenectus erat.
Iura dabat populo ſenior finitaq; certis,
Legibus eſt ætas, undè petatur honor.

& cantat Menander.

Hinc iuuenũ cuſpis iuuat te dulciſsima muſa:
Iudiciumq; patens ſenum;

& Pindarus.

Hic ex conſilijs ſenex, & qui prælia fortiter
concernant Iuuenum chori.

¶ Doctus fuit Ligurgus conſilio, & ar-
mis: & pro conſilio populi Lacedemoniorũ
ordinarunt ſeniores, ut Romulus fecit in ur

be

be à parco parens, & dicitur à senectute Senatus, & senile prudentum ubique prodest consilium iuxtà illud Ouidij de Paride canentis, & de Enone, & de Helena restituenda grais.

Annè sit danais reddenda, uel hectora fratrē,
Vel cum Deiphebo Polidamanta roga. (si.
Quid grauis Anthenor Priamus, qd suadet ip
Consule cui ætas longa magistra fuit.

31 ¶Magnus Pōpeus Pio Metello seni libenter parebat reuerētia magna; & licèt per senectu tem præstātium uirorum deficiant illis uires, animi tamen uigores ipsis, & suis acresc unt prudentia senis: cuius consilio captiuantur Leones, & uires hostiles; Agislai incliti Regis Lacedemoniorum exemplo, qui fortis consilio, & armis; & in iuuentute, & senectute sua fuit, & hostibus semper incutit timorem: concurrentibus ad Pompeum in Hispania quàm pluribus senatoribus Romanis Regibus, & Principibus amicis Romani Imperij, ad quem uenit præter alios Sextius Romanus Senator valdè decrepitus, & annis grauatus: quem mul ti propter senectutem deridebāt, cui Pompeus surrexit pedibus, & cum reuerentia ipsum, ut patrem salutauit: quod omnibus posteà fuit pergratum laudando uirtutem sui magni Imperatoris Pompei. centum Romani fuerant re gulariter Senatores. l. fin. C. de patr. lib. 10.

32 ¶De laudibus senectutis, & reuerentia haben da ipsi senectuti, & senatorib. plures excellentissimi uiri scripserunt. Et cum Cyneas Pirri legatus ab urbe discederet, inquit, ob gloriam sui nobilissimi Senatus se uidisse Romam Regum patriam, quę tunc florebat, & rectè regebatur à sano eorum senili consilio, ut cantat Poeta.

Tu regere Imperio populos Romane memēto',
Nec tibi sint artes pacisq́, imponere mores.
Parcere subiectis, & debellare superbos.

Et si Roma suum consilio semper recta fuisset. Romanum Imperium diutius uiguisset.

Iuxta illud,

Roma uetus ueteres, dum te rexere Quirites,
Non bonus immunis, nec malus ullus erat.
Defunctis patribus surrexit praua iuuentus;
Cuius consilio pręcipitata ruis.

33 Senes in sacra scriptura dicuntur sapientes c. Porrò dis. 4. ¶Roma à robore, & fortitudine, & à Romulo dicta est; & à Pelasghis olim nū cupabatur templum Martis, ut de Capua Sce

34 na Martis dicta; & de Epheso bellorum armario scribit Boetius. ¶Ad materiam Doctorū reddeuntes, quorum consilium disciplinatorum sequendum est, quia bonum est, & proficuum habere consilium nerum, & in se habere debent Doctores caritatem, & iuris regulas, & præcepta seruare, quæ sunt Deum, & homines amare sicut seipsos. cap. in scripturis. 6. q. 1. & c. ubi sana. 24. q. 1. honesteq; uiuere, alterum non lædere, ius suum unicuiq; tribuere, & secūdum iura iudicare. c. iudicat. 3. q. 7. propria sua postposita uoluntate, ut in §. fi. authen. ut iud. sine quo. suffr. & per philosophum in 3. Politicorum, ubi dicitur, q̄ ille, qui perfectè legalem scientiam nouit, cun cta nouit, & in omni sapientia est legis disposi tio, & custodiens leges, uerè est filius sapiētię.

35 ¶Nec pręciari, nec uendi debet iustitia, quia est res inæstimabilis: & vendentes iustitiam Deum vendunt qui est ipsa iustitia. Nam omnis Dei uoluntas est iustitia, & tales venditores, & perperam iudicantes, & per pecuniam consulentes contra iustitiam partecipant cum peccato Iudæ Scarioth, qui triginta denarijs argenteis uēdidit iustitiam ipsam, scilicet dominum nostrum IESVM CHRISTVM, Deum, & saluatorem omnipotentem, & sacer dotibus dedit impium consilium. cap. Abijt Iudas, & cap. licet. 11. q. 3. & cap. fin. extrà de purg. Canon. & proditor Iudas deliquit in

36 Deum. ¶Propter auaritiā, quæ est mater omnium malorum, idolorumq́; seruitus, & omnium virtutum detrimentum, ut aliàs dixi cap. Vendentens. 1. q. 3. cap. Pauper. 11. q. 3. c. Idolatria. 21. q. 1. ubi dicitur facilimè uiolari iustitiam propter aurum, per iustitiam cogno

37 scitur CHRISVS ¶qui est via, ueritas, & vita. ut ipse attestatur in Euangelio; & violantes iustitiam propter aurū sunt CHRISTI proditores, participantes cum peccato Iudæ Scarioth, qui in pœnas pluries incidit, videlicet simoniacæ, hæresis, proditionis, plagij cū sacerdotem, & liberum hominem uendiderit, & illius qui sibi mortem consciuerit, & quàm plurium aliarum pœnarum sanctionum, l. 1. ff. ad leg. flaui. de plag. cap. studet. 50. distin. c. Quicunq;, & cap. Qui studet, 1. q. 1. cum similibus. Nam sanctiones sanctę sunt, qui iubent honesta, & iusta, & prohibent contraria.

38 ¶Violatio iustitię est destructio fidei, & pacis, ac Regnorum euersio, & hostis bellicæ uir tutis, l. Graue, C. ut nullus ex uica. pro alie. ui car. deb. teneat, li. xj. & c. 1. extra de senten. excumm. in 6. & l. autem. C. de hęret. & l. Metū. §. animaduertendum. ff. quod met. cau. & l. sicut. §. 1. ff. quod cuiusque nniuer. nom. & l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. & l. nominationum, C. de decur. & cap. noli existi-

39 mare, 23. quæstio. 1. ¶Quibus priuilegijs gaudeant Doctores post uacationem aduocationū habentur, in l. 1. C. quib. mun. excus. hi compl. aduoc. lib. 11. & ci. de priuilegiis eorū, qui in sacro palatio militant. lib. 12. & milites militantes habent uacationem munerum publicorum, & non admittuntur uolentes in

40 contrarium. ¶ Et an, & quando remissi à mi
litia habeant uocationem munerum, & quan-
do non; & à quibus muneribus, bonus tex. est
in l. sed milites. ff. de excusat. tutor. & per glo.
41 & Doctores ibi. ¶ Et dũ sunt Comites, Equi-
tes, baronesq;, & milites in castris, conueniri
non possunt in patria sua, neq; procuratores,
& officiales eorum. l. fin. ff. eod. tit. & in Re-
gijs, Imperialibusq; constitutionibus Regni
Siciliæ extat titulus de hostica exceptiõe. lib.
2. fol. 99. vbi disponitur, milites existentes in
castris conueniri non posse, neque pro debito
42 carcerari priuilegio suo militari ¶ quo non
indigent milites cessionis beneficio, vt dicit
Bal. in l. 1. C. quib. bon. edere poss. neq; tenen
tur milites creditoribus suis, nisi in quantum
facere possunt, neque aliter possunt condemna
ri. l. milites. ff. de re milit. ¶ Et quia Doctores
43 priuilegijs militarib. gaudẽt, igitur prohiben
tur, ut milites donare cõcubinæ suę possint; &
clerici quoque prohibentur donare concubi-
nis suis, ut dicit glo. in dicta l. milites. ff. de re
iudic. & per Bart. & Ang. in l. affectionis. ff.
de donatio. & in hoc fraternizat militia cœle
44 stis, legalis, & armata. ¶ Et quia priuilegia mi
litum trahuntur ad præsbyteros, Doctores, &
aduocatos, igitur contra tabulas nõ poterũt
testã præsbyterorũ, Doctorum, & aduocato
rũ rõne præteritionis, sicut testamẽta militũ
armatæ militiæ in castris militantiũ annulla-
ri, ut dicit Cyn. in l. 1. C. de iur. & fac. ignor.
45 ¶ ubi etiam dicit Cynus, quòd substitutio fa-
cta à Doctore legum post pupillarem ætatem
erit directa sicut substitutio facta à milite.
46 ¶ Et an Doctor torqueri de iure possit, prout
miles non torquetur priuilegio suo degens in
castris decisiuè loquendo. Dic Doctorem, &
militem torqueri non posse de iure, ut firmat
Ang. Aretinus in tract. suo malefic. quantun-
cũque Bar. uidetur tenere contrarium in tra-
ctatu suo quæstionum, fundando se super con
suetudine uniuersi orbis, & malè in hoc dixit
Bar. quia non reperio talem per ipsum allega-
tam consuetudinem uigere in uniuerso orbe;
nec ipse potest cum ueritate hoc attestari cum
non fuerit per uniuersum orbem: & in locis
multis, ubi ego fui per orbem, non reperi talẽ
consuetudinem uigere, quòd Doctor possit
torqueri, nec Bart. soli credendum est as-
serenti uigere talem consuetudinem per uni-
uersum orbem cum ipse non fuerit per uniuer
sum orbem, ut dixi, & sic non sibi creditur per
notata per Innoc. in c. dilecto. de offic. Archi.
& rectè scripsit D. Par. de Puteo in tract. suo
synd. in uerbo. an Doctor possit torqueri, ubi
plenè disputat hanc materiam, & ritè tenet
contra Bart. concludens Doctorem non
posse torqueri, de iure, nulla uigente con-
suetudine: & hęc uera, & magis cõmunis Do-
ctorum sentẽtia est, pro qua pluries iudicaui,
q consuetudo talis non ualeret per tex. in l. iu
dices. C. de decur. li. 10. & p Rom. in sing. suo
371. incipiente milites, & Doctores: & Bart.
sibi contrarius tenet, militem non posset tor-
queri de iure, & idem esse dicendum in Do-
ctore, & aduocato per tex. in l. aduocati. C. de
aduoc. diuers. iudic. & per Alex. de Imola. in
l. miles. ff. de re iudic. & in tract. suo de quæst.
idem tenet Bart. non torqueri constitutos in
dignitate per l. nullus. C. de assessor. & per l. mi
lites. C. de infam. & per Abb. & Ioan. Bapt. Ro-
sellam. in c. si quis in contemplatione. de reg.
iur. & in c. cum olim, el ij. in glo. de priuil. &
nulli dubium est, quòd Doctores sunt in di-
gnitate, ut firmat ipse Bart. in l. omnes. C. de
decur. lib. 10. & hoc negare nõ põt ullus de
mundo cum ueritate, habetur per Roman. in
d. singulari suo. 371. incipiente milites, & Do
ctores: fallit tamen si Doctor inquireretur de
crimine falsi, uel crimine læsæ maiestatis, diui
nę, & humanę, & de similibus delictis at-
trocissimis. l. si quis decurio. C. de falsis;
& per D. Thomam Grammaticum in uoto
47 suo. num. 25. ¶ Et licèt quidam dicant Do-
ctores tantum publicè legẽtes habere tale pri
uilegium, quòd torqueri non possint, quia
sunt in dignitate, ut dicit Bald. in l. fin. C.
de iude. & in §. 1. in 1. constit. C. & Abb. in c.
quãto de magistr. & illi qui per uiginti annos,
in propria patria publicè legerint, quoniam
hi maiorẽ dignitatẽ accipiũt, quia fiunt Comi
tes iuris priuilegio. l. vnica. C. de profess. qui
in urbe Cõstãtinopolitana. lib. 12. & p Abb.
in prohem. Gregoriano. pp publicã utilitatẽ
priuilegiorũ militariũ nõ torquẽtur milites.
l. milites. C. de quæstio. iuncta l. Diuo ibidẽ,
& l. 1. & l. milites. C. de testam. milit. & ut di-
ctum est eodem militari priuilegio gaudent
Doctores, ut milites, cum iura fraternizent, &
arma: & eadẽ ratio publicæ utilitatis militat
48 in Doctorib. ut in militib. ¶ Horũ enim Do-
ctorum, & militum causæ sunt priuilegiatæ
magis, quàm causæ dotium. tenet Abb. in c. fi.
de iud. in fi. & Bar. in l. 1. ff. sol. matri. & Do-
ctores sunt nobiles, & egregiæ personę, & il-
lustres secundum Bal. in prohem. ffo rum, per
illud rubrũ & p Alex. in l. Cẽturio. ff. de uulg.
& pupil. & in §. ad istud. C. de Iustinia. C. con-
fir. & gl. in l. ad egregias. ff. de iur. iur. & Inn.
in c. si qui testium, & per Doc. ibi de test. & l.
medicos. C. de profes. & med. & hẽt locũ ẽt in
familia Doctorũ, ut in d. l. ad egregias: & ut di
xi miles torqueri uõ põt ex iuris priuilegio,
licèt non sit in dignitate, & Doctor secun-
dum Bart. in l. ex eo. ff. de testam. milit.
& l. vnica C. de equestr. dignit. libr. 12. & per
Rom.

Rom.in sing.115. suo.& Abb.in c. Quãto.de magist.& Bal.in prim. constit.ff.& Alex.in dicta l.Centurio.de uulg.& pupil.& per Lucam de Pen.in l.vnica C. de equestr.dignitate.
49 ¶ ubi habetur honorem esse militiam, & non dignitatem l.qui cum uno. §. Tempus.ff.de re mili. & uendicat locum etiam in militibus nostri temporis ut dicit Bart. de Saliceto in l.1. quęstio. 5. C.de iur. & fact. ignor. & idem in Doctoribus, & legentibus qui sunt constituti in dignitate,& habent priuilegium ne quęstionentur ut milites habent,qui non sunt in dignitate l.milites. C. de quæstio. & per Alex. in l. Miles.ff.de re iud.& in l. Centurio.ff.de uulg.
50 & pupil.subst.¶ Nam fulgent dignitate doctores ut radii solares in mundo cap. Multo. de pœnit. distinct. 2. & cap. Si quis . ij. quæstion.7.& cap.1.de reliqui.& uener.sanct.& in c.Super.de mag. & per gloss. in c. Cum ex eo. de elect. in 6. ubi habetur mundum illuminari Doctoribus,qui ut sydera radiant in mundo & expellunt tenebras, & per Salic. in Authen. Habita.C. Ne fil.pro patre:& nisi essent docti uiri essemus in obscuro tenebrarum: & si quis temerarius,& pręsumptuosus officialium quęstionari faceret aliquem Doctorem; uel militem,resisti sibi posset de iure ut furioso,& stulto iniustè exequenti,habetur in l.omnes. C.de decur.libro 10. & in §. fin. authen. quomod. opor.Episco.& per Hypo.de Mar.in l.2.§.edictũ.in 2.& 4.col.ff.de quest.& p Bar.in l.Mili
51 tes.C.de quæstio. ¶ Immò plus dicitur quod de iure non possunt torqueri Decuriones ciuitatum,ut sunt Consiliarij,Consules,sapientes, Priores,& Anciani,etiam si officium finierint in memoriam pristinę dignitatis ut tenet Lucas de Pen.in l.Nominationũ. C. de decur.li. 10.& ibidem habetur in Rub.& in l.Nihil. & in l.Milites,& in l.à Diuo Marco.C.de quæst. & per glo. & Ioan. de Platea in Rubr. titu.C. de decur.lib.10.& per Iacob.Ruffum in l.Grã
52 maticos C. de profess. & med.lib. 10.¶Et de honore exhibẽdo Doctoribus,& militibus,& de eorum priuilegijs,& prærogatiuis habetur diffusè per Luc.de Pen.in l.1.C.de profe.&c. qui in Vrbe Constantinopolitana, & in l.i.C. de Athletis,& de profess.& med.l. Medicos &
53 l.Magistros. ¶ ubi habetur sufficientem scholarem in pluribus cõprobatum, posse Doctorari,illis non seruatis solennitatibus doctorari statutis,& ibi habentur quæ sint insignia doctoratus l.1.C.de profess.qui in urbe Constã-
54 tinop.¶Et pmittitur dieb. festiuis doctorari, legere ,docere,& scribere firmat & idem Luc.
55 de Pen.in l.1.C.de agr.& cens. li.x. ¶Et certe doctrina,& scientia Doctores facit, & illis cõfert insignia, & non ignorantia quæ de facto tacitè degradat ignorantes, & illis offuscat insignia, & nomen Doctoris uertit in dolorem: quia non iuris Doctor,sed dolor meritò apud
56 doctos habetur.¶Occurrit casus quòd Paduę mantuani cuidam filiofamilias Rauennati ducatos triginta duos inscio patre,An illos recuperari ualerem à patre suo, quidam amici mei asserebant patrem non teneri, quibus allegaui tex. in l. Sed & Iulianus.§. Quod dicitur ff. ad macedon.senat. consul. & per illum tex.obtinui intentum,quòd mihi fuere à patre restitutæ pecuniæ meæ,quas filius suus in honore, &
57 studio expendiderat.¶Baro quidam uiuens iure frãcorum habens plures filios,contigit primò genitum cõmittere felloniam in Regem uiuo patre:& certum est,quod ipse,& descendentes sui excluduntur,& secundo genitus succedere habet i feudo mortuo patre,aut fiscus: & pro fisco allegatur tex.in l.1.de bon. lib.cũ bona proditorum dicantur pertinere ad fiscũ iure successionis,& feudum debebatur spe, ut sola administratio ei detur l.In suis. ff.de liberis & posthu.ex quo desinit esse suus hæres ille qui dicebatur esse hæres proditoris constito de crimine §. Per contrarium.Instit. de hæred. quæ de intest.defer.& l.Planc.ff.de leg.1.& in l. & si transferam . ff. de his quib . ut indig. & l.cũ quidã, & per alia iura allegata per D. Andr.de Iser.in tit.quæ sit caus. benef. amitt. in §.Prętereà si uassallus. i usib.feud.et per D. Sigismun.Lofredum insignem Doctorem parthenopeum Regium Consiliarium digniss. post Andr. de Iser. ibidem in consi.suo 90. & per modernos Neapolitanos in dicto §. Præte
58 reà. ¶ Pro secundo genito allegatur quòd si primus genitus non esset uiuus, ipse esset primus,& licet uiuat primus perindè,habetur(ppter proditionem) ac si mortuus fuisset uiuo patre,& quòd secundò genitus haberet feudũ, qui inueniet se primogenitum tempore mortis paternæ,ante pręmaturè,agitur de hęreditate uiuentis l. ij. §. illud . ff. de uulg. & pupil. substit.Et paria sunt non esse,& inhabilem esse l.1.§.quib.ff.qđ cuiusq.uniu.nom.cum sim. & per alia iura,& rationes quas breuitatis causa omitto:quibus de iure secundò genitus admitti debet contrà fiscum incontinenti,cũ primò genitus fuerat proditor,& hostis publicus Regis,factus fuit inhabilis;non obstat quòd fiscus sit hæres,& successor proditoris, quia ius succedendi alij post mortem eius non transfertur in hæredem extraneum l.3. ff. de interdic. & relegat.& l.1.ff.de bon.libert. nec est hæres bonorum q̃ habuit filius proditor,& quia hæreditas,& feudum patre uiuente non erat primò geniti sed patris, & pmatur è agitur de hæreditate uiuentis l.3.§.illud ff.de interdic.& relegat.Et si iam successisset in hæreditatem non agnitam non transmitteret in extraneum l.1. C.de

C. de his qui antè apert. tab. & l. in nonissimo. ff. de caduc. tollē. Non obstat ratio fisci, quod successio detur primò genito, qa intelligitur si sit habilis quando pater moritur, & illud tē-pus inspicitur paternæ mortis quo tempore si Princeps indulsisset huic primò genito perinde habebitur, ac si nō deliquisset, & macula esset abolita: & debet haberi ac si nunquàm fuisset proditor l. 2. C. de mune. patr. lib. 10. & l. quod ità senatum. ff. de edil. edic. Nam Princeps remittit omnem notam, maculamque, & infamiam quam abolere potest, & de inhabili facit habilem. l. quidam consulebat. ff. de re iu
59 dic. & l. 2. ff. de crim. sacrileg. ¶ Et mandatum Principis est lex, secus si foret absolutus à iudice l. qui cū uiro. §. ignominia. ff. de re mili. & l. Palam. §. qui in adulterio. ff. de rit. nup. quia est differentia inter inferiorem iudicē, & Principem arg. l. 1. in fi. C. qui pro sua iurisd. secus esset si mortuo patre aperto, & facto loco successionis secundò genito, quia tunc ius quæsitum est secundò genito, & non perderetur ex remissione Principis argum. l. Si cum hermes. C. locati, & l. Si de contractu, &c. post mortē.
60 ff. de pactis. ¶ Quæro de milite de proximo astringendo, seu de scholare licentiato de proximo doctorādo, an pro cincto, & Doctore habeatur, & ità sit habendus & reputandus: & videtur dicendum quòd sic per tex. in l. fi. ff. de testam. milit. & per Ang. de Aret. in §. pen. institu. de milit. test. Sed distinguendum puto, aut sumus in beneficialibus, & fauorabilibus & tunc licētiatus habebitur pro Doctore, aut non sumus in fauorabilibus, & tunc dic contrarium: & hanc distinctionem notat Imola, & Dominicus de sancto Geminiano in prohemio sexti lib. & per Bal. in dicta l. penul. & in l. 1. in fi. ff. solut. mat. & in authen. habita. in sex. col. C. nē filius pro patre.

SVMMARIVM.

1 *Militia pedestris secularis quotuplex, et quibus armis utantur milites.*
2 *Bella fiunt propter pacem habendam &* 3. *Magister militum, qui sit.*
4 *De laude armatę militię.*
5 *Principes omnes, & Reges debent bellare cō tra infideles pro amplianda Rep. Christi.*
6 *Bellum potius est hostibus inferrēdum quàm propulsandum.*
7 *Hostes possunt aggredi Hybernò tempore, ut bellum citius finiatur, & pax quæratur*
8 *Principes non debent appetere aliena regna in rebus secundis cōtra iustitiam, quia sæpe ruina suorum contingit.*
9 *Et hoc ut pax cōseruetur inter Regū filios, qui sæpe mortuis parentibus ueniunt ad arma, causa regnandi.*
10 *Parentes curare debent ritè prouidere filijs suis de iusto paragio, & illos concordes relinquere.*
11 *Principes omnes non possunt facere, Equites, & milites auratos, comitesq́, palatinos: & qui possint.*
12 *Milites non debent esse negociatores, mercatores aut aliter intenti lucro.*
Miles stigma impressa habebat.
13 *Imperator de proximo coronandus: an dicatur coronatus.*
14 *Imperator ante acceptam coronam non dicitur Imperator, sed Rex Romanorum.*
15 *Milites quomodo antiquitus ornabantur.*
16 *Milites nostri temporis, an ijsdem priuilegijs gaudeant, quibus gaudebant antiquitus.*
Miles carens testiculis, miles esse non potest.
17 *Quid si carerent alio membro, quando prohibeātur: ut si essent sine manibus.*
18 *De multis antiquioribus qui in senectute constituti, uel manu, uel pede priuati claudi prçliabant maxima eorum prudentia.*
19 *Marius & Camillus senes, et ægroti militarūt.*
20 *Eumenes ægrotus contra Antigonum deuectus in faretro per exercitum, & Alexander inter falanges in cornibus per ipsum ordinatis, & millitarunt, & victores permanserunt.*
21 *Senes qui temporibus nostris in militia docti militarunt.*
22 *Milites dicuntur à malo, quia multa mala fusti nent pro Republica.*
23 *Milites non tātum dicūtur illi, qui sunt in acie, uerum etiam et qui portas custodiunt.*
Milites dicuntur qui reos custodiunt et conducunt ad supplicium.
24 *Milites an de iure possint hospitari in domo religiosa.*
25 *Militia armata cur inuenta sit.*
Milites tenentur fideliter, cum sudore, labore, & sincera fide lucrari stipendium suum.
26 *Paulus Rutilius consul Romanus noluit filium suum in contubernio suo manere, sed illum collocauit inter legiones, ut expertus, & bellax fieret.*
27 *Bella quæ fiunt contra infideles catholicæ fidei sunt meritoria, & morientes in tali bello pro CHRISTO saluantur.*
Libido dominandi secularis militiæ improbatur.
28 *Princeps uel Imperator, an possit urgente necessitate iusti belli tollere onus, & bona ab una Ecclesia seu Ciuitate, & dare alteri Ecclesiæ seu Ciuitati inconsulto Pontifice.*
29 *Magistratus qui sint, qui tenentur curare, vt militibus debito tempore soluatur stipendium suum, & ne ipsis desint armá, alimenta, annone, & uestimenta.*

30 Et qui custodiant exercitum.
31 Comes quis sit.
32 Thesaurus an sit seruandus in bello in gemmis, & lapidibus praeciosis.
Duces exercitus tenentur pro gloria & uirtute sua consulere honori suo, si hostes nitantur arte corrumpere auro, uel largis promissionibus.
33 Bella licèt producant intollerabilia mala, sunt tamen permissa propter pacem, quae finis est ipsorum.
Fides in bello est maxima uirtus, & libenter ac patienter labores ferre.
34 Bellum praecedente hostili diffidatione pro honore, & rerum suarum defensione permissũ est tam iure naturali quàm diuino, & gentium, quia prius bella fuerunt quàm leges.
35 Milites non debent petere mercedem à Ducibus suis, quando Erarium in quo Principis thesaurus fuisset recõditus, & contingeret comburi.
Romani solebant de publico constituere alimenta filiis, quorum parentes in acie perierant.
36 Principes antiqui peroptabant, ut potius erario publico magis opulẽtes foret quàm eorum propria substantia.
37 Alexander Magnus subiugatis populis Suciorum in regia domo reperijt cupri talentos. 400000. et ultra supelectilia sermonisca purpurea ualoris centum milium talentorum.
38 Caesar cum exercitu inuito Metello intrauit urbem, & pecuniam ex Erario pro stipendio suorum militum accepit.
39 Thesaurus quid sit, & quomodo inuentoris efficiatur.
40 Militaris uitae laudes.
Milites uniti uti fratres esse debent.
41 Milites gratis in infirmitate debent à medicis curari.
42 Milites an praeferantur antiquioribus creditoribus.
Milites quot testibus ualeant testari.
43 Miles damnatus: an testari possit, & quot priuilegia habeat in testandi factione.
44 Miles qui iussu sui principis in bello occidit quẽdam, an dicatur de iure reus homicidij.
45 Dauid Rex militauit et de fide ab ipso seruata Achijs.
46 Milites quibus priuilegijs gaudeant, & quibus modis excusentur.
47 Milites an possint esse milites.
48 Milites nostri temporis an possint conueniri ultra quàm facere possint, & an pro debito ciuili possint carcerari, & quę requirantur ad hoc, ut uerè quis sit miles.
49 Miles an possit esse procurator.
50 Et an possint se excusare ab onere tutelae, & quid si nellent esse tutores an esse possint.
Priuilegia militaria cur militibus cõcessa sint.
51 Bellum quando originem sumpsit & unde dictũ.
52 Pecunia neruus belli unde dicta.
53 Peculium antiquorum in pecudibus erat.
Bellum peditatum an magis in acie prosit quàm equitatum.
54 Gentes antiquae quae carebãt gladijs pugnis, unguibus, uerbis, & dentibus pugnabant.
55 Bellum à quo prius exerceretur.
56 Nembroth ui armorum in iudaea habuit dominium, et Niniuem Ciuitatem construxit, et in Babilonia turrim confecit gigantorum.
57 Tancus Syriae Rex fuit bellicosus, & Crethenses claruerunt remis & sagittis, & Calibes inuentores ferri fuisse legitur.
58 De Romana uirtute in bello.
59 Miles habens fundum in emphiteosim à domino cui promisit quòd non erit proditor, an mortuo domino, miles possit petere à filio uel successore domini infra annum & mensem feudi inuestituram, & durare fidelitatem.
60 Feudatarii omnes non habent annum, & mensem ad petendam dictam inuestituram, sed tantum annum, & diem.
61 Rusticus qui pluribus annis dedit cuidam nobili unũ par caponũ, an praesummatur onus perpetuum debitum, & obligatiuum in posterum.
62 Quod limitatur.
63 Vassallus an habeat praeponere uitam suam uitae Domini.
64 Vassallus an teneatur in bello iniusto iuuare dominum, & illi obedire.

DE ARMATA SECVLARI MILITIA.

DVPLEX est terrestris armata se
cularis militia pedestris videlicet,
& equestris. l. non omnes. ff. de re
milit. & l. à Caligato milite & ibi
gloss. C. de nupt. & l. Hostes. ff. de
1 capt. & postl. reuers. ¶ Quae quidem militia ar
mis materialibus exercetur per Duces, per Tri
bunos, & per Pręfectos exercituum, militũq;
magistros, & electos pro publica utilitate. l. si
militia. C. de his qui mil. pos. uel nõ. Nam mi
litare exercitium in omni quippè prodest mi-
2 litia cap. si summa. 33. q. 1. ¶ Propter bellum
pax quaeritur quae est praetiosus thesaurus in
omni militia. Et quid sit magister militũ quae
ritur, Dic magistrum esse praefectum militum
tam equitatus, quàm peditatus. l. 1. C. de off.
3 magn. milit. ¶ Fuit inductum militare ministe
rium pro quaerenda, & tutanda pace l. Mulie-
rem. ff. de accusation. Et morte debent puniri
illi

illi qui turbant pacem l.fin.C.de re milit.& l.
2.& 3.ff.ad leg.Iul.Maiest. ¶Et laus maxima
4 est huius armatæ militię,quando fit bona intẽ
tione pro communi utilitate ut boni subleuen
tur,& mali coherceantur cap.Apud.cum seq.
& cap.Summa.23.q.1.& l.vnica.C.ut arm.
usu.inscio princip.sit interd. ¶Pro amplianda
5 Republica Christi concessum est Imperatori,
& Regibus cunctis Catholicis bellare contrà
infideles sine tamen sanguinis desiderio cap.
6 displicet,& cap.Si non.23.q.5. ¶Et si dubita-
tur de bello sibi per hostes inferrendo, prępa-
ratis celeriter militiæ necessarijs, est hostibus
primò bellum inferrendum; quia sæpe contin
git maiorem animum esse inferẽtis, quàm pro
7 pulsantis. ¶Hyberno tempore quandoq; uti-
le est aggredi hostes ea intentione ut bellum
citius finiatur,& pax quęratur,vt Romanis cõ
tingit descendentibus à teucris, à Lacedemo-
niis;& nõ ea mala intentione, ut de amicis ho-
stes fiant,sed cum bona intentione, ut de hosti
8 bus fiãt amici pacis sequutę trãquilitate. ¶Ne
que sunt appetenda aliena Regna in rebus se-
cundis contrà iustitiam, quia sæpe contingit
tacito Dei iudicio propria Regna perdi cũ cla
de,dedecore,& ruina suorum, exemplo Cras-
si, qui dum quæreret aliena regna propria per
didit,& in faciendo iniurias alijs superbia pe-
rijt Crassus unà cum Publio Crasso iuniore fi-
lio suo,relictis thesauris parthica fraude dece
ptus: hic olim vrbem, & orbem cum Cæsare,
9 & Pompeo tripartitum tenuit superbia. ¶Ee
vt pax & concordia seruetur inter Regũ filios
qui sępe mortuis parentibus ueniunt ad arma
causa regnandi,iuxtà illud Ouidij.

Viuitur ex rapto,non hospes ab hospite tutus.
Nec socer a genero, fratrũ quoq; gratia rara est.

L.cum pater.§.euictis. ff.de leg. 2. & l. Cum
oportet.ff.de bo.liber. & præter quosdã alios
fratres insimul bellantes pro iam paterna sub-
stantia,exemplo fuerunt Theocles,& Polini-
ces fratres,& filij Thebanorum Regis Edippi:
quorum ob iram ignis diuisit flammam in py
ra, amborum fratrum mutuis vulneribus in-
terfectorum,ut ibidem cantat Ouidius Poeta.

Et noua fraterno ueniet concordia fumo:
Quam uetus accensa superat ira Pyre.

Hi patris domum diuiserunt acuto ferro,ut ha
betur in tragica detestatione,quòd fraterno sę
pe terra maditur sanguine ob odium intesti-
num: & stirps eorum Dei iudicio breui possi-
det terram ob manuum iniectionẽ in propriã
carnem : nec desunt nobis exẽpla narrare quæ
10 modo sub silentio omitto. ¶Curent igitur pa
rentes ritè prouidere filijs suis de iusto para-
gio, & illos concordes relinquere cũ uita mi-
litari,aliàs ab unione fraterna diuisi fient debi
les,& inuilescent,carentes uiribus unitæ virtu
tis exemplo Regis Tarquini superbi,qui dum
plures filios haberet, receptis tot uirgis quot
filios numero tenebat insimul iunctis,& pater
Rex iussit primò genito ut omnes uirgas illas
insimul iunctas rumperet, & idem præcepit
aliis filiis suis qđ facere minimè potuerũt coa
cti pluries uiribus totis, & indè ipsis uirgis sin
gulatim remotis una demũ sibi relicta facili-
mè rumpenda, & cunctis dedit exemplum,ut
omnes fratres amore iũcti & caritate insimul
viuerent,& uniti esse deberent si regnare pero-
ptant, aliàs quòd ab omnibus subiugarentur,
ut ipsis contingit patre Rege defuncto, eiusdẽ
11 post spreto,& neglecto consilio. ¶Quæritur
de illis principibus qui possunt facere equites,
& milites auratos,& Comites Palatinos, Du-
ces,Marchiones,& Reges; Dic Papam,Impe-
ratorẽ,& alios respectiuè Reges, & Principes
catholicos qui monarcæ habentur in eorum
principatu l.1.& per Bar.ibi.C.de dignit.lib.
12.& qui accipiunt dignitates,& ordines mi-
litares à Principibus, & quantò sint maiores
principes & digniores magis sunt laudandi,&
digniores sunt illi,qui illas acceperunt quàm
illi qui ab inferioribus,& à minoribus princi
pibus, & præferendi sunt in omni negotio il-
li qui à Papa obtinuerunt dignitates omni-
bus aliis,qui similes dignitates habuerunt à Pa
pæ inferioribus.l.Restituẽdæ.C.de aduoc.di-
12 uers.iudic. ¶Curandum est pro honore mili-
tiæ,ne milites sint negotiatores, & mercato-
res,aut aliter intenti lucro, studẽdo ciuilibus
curis, quia esset cõtrà ius militare l.Militares.
C.de re milit.l.1.C. de milit. nego. lib.12.&
milites esse debent experti in re militari, do-
ctiq; & examinati.l.1.C. qui milit. non poss.
& quòd sibi ensis accingatur.l.3.ff.de milit.te
stã. ¶Et stigma in brachio militibus imprime
bat antiquitas l.3.C.de fabricen.lib.11.& in
numero, & matricula describebãtur aliorum
militum,aliàs militari priuilegio non pocie-
bantur l.penul.ff.de milit.testam.& l.ex eo.C.
eod. per ipsos primò iurato se non euitaturos
mortem propter rempublicam l. desertorem.
C.de re milit.& militare priuilegium sibi da-
batur, notat glo.institu.de milit.testam.circa
prin.& sibi gladium accingebatur,quo hostes
Romani populi, & Israhelitici deicere habe-
bant. cap. vltimo. Machabeorum ij. & si gla
dio spoliarentur omnem honorem perderent
militiæ,& priuilegium:& collato cingulo ho
nore quoque gladii, & potestas collata intelli
gitur: & miles de proximo accingendus pro
cincto habetur l.penul.ff.de mili.testam.ut la
13 tius suprà dixi de legali militia §.fi. ¶Et licet
Imperator post triplicem coronam ferream,
argenteam,

argenteam,& aureã de qua in gl.clem. 1. de
iur.iuran.dicatur Imperator coronatus, tamẽ
paratus ad coronam, pro coronato non habe
tur ut dicta clem.1.& glo.de iur.iurã.dicebat
Bal.in §.Ad hoc in titu. de pac.iur. firman. in
6.col.quòd Imperator,seu Rex Germaniæ te
netur ire Romam personaliter ad suscipiendã
coronam à Papa,& quòd non iure posset per
Papam, ei mitti coronam in Germaniam ut
palium potest Archiepiscopo c. significasti.
de elect.& quòd hoc debet fieri in Roma uete
ri, & non in Constantinopoli; & sic in Italia
Prouinciarum Regina coronari debet Impera
tor à Papa,& non extrà Italiam:& ualuit qui-
dem coronatio facta in ciuitate Bononiæ per
Clemen.7.Pont. Max. tibi Carolo V.Catho-
licorũ Imperatori,& semper Aug. 1530. quo
niã facta fuit in Italia in ciuitate Bononiæ,&
ibi tũc residebat Papa cũ curia sua,nam ubi Pa
pa est ut vulgò dicitur per excellentiam suæ
supremæ personę, & autoritatis locum Petri
Christi uicarij in terra tenentis,ibi est Roma.
14 ¶ Et quòd Imperator non dicatur Imperator
antè susceptam coronam, sed Rex tantum Ro
manorum tenet And.de Iser.in tit.de pac. iur.
firman.in §.fi.per tex.in l.fi.in fi. C. de quadr.
præscript.& Fely.in cap. Eam te.de rescrip.&
Barthol.de Salyceto in l.Benè à Zenone.C.de
quadr.Pręscrip.& Bal.in addit.ad Spec. in tit.
de pręscn.rescri.ubi ponitur de donatione Ro
mandiolæ facta Romanæ Ecclesiæ per Impe-
ratorem electum Regem Romanorum, & te-
net ualere priuilegia per ipsum concessa,& do
nationes factas per ipsũ esse legitimas,firmas,
& ualidas,& itá esse tenenda, & tenendas pro
ualidis,& legitimis facta,& factas ab Impera-
tore nondum coronato tenet Bart. in l. Sed &
reprobari,ff.de excus.tut.& in extrauag. ad re
primend.versic.leges,& per Spec. iur. Bald.&
Ioan.And.in tit.de præsen.rescrip.in §.qua ra
tione,& per glo.in dicta Clem.1. de iur.iurã.
& Doctor.in l. Absenti.ff.de donat. & in l.pu-
blius.ff.de condit.& demonst.& per Innoc.in
cap.venerabilem de elect.& per Hostien.& Io
an.And.in cap.super quibusdam de verb.sign.
& per Bal.& Salyc. in dicta l. Benè à Zenone,
C.de quadr.præscrip.& per Ang.Aret.in pro-
hem.Institu.Et hæc est uera & communis do-
ctorum sententia: & coniux dicitur non solum
ea quæ ducta est,sed etiam ea quę parata est du
ci ad coniugium cap.Inuenta,27.q.2.¶Cal-
15 caribus quoque aureis cum monile ornaban-
tur milites antiquitus, & cingebatur sibi ensis
l.Placet.ff.ex quib.cau.maior.& in authen.de
mand.Princip.§.1.Et per gl.ibi:quibus nanq;
iuribus infertur quòd milites nostri temporis
tamquam de proximo accingendi, & apti ad
cingulum,& ad cingendum ut cincti,& exper
ti milites habentur: & de iure possunt milita-
re, & gaudere ijsdem priuilegiis militaribus
antiquis,quibus antiqui Romani milites gau
16 debant. ¶Et an ijsdẽ priuilegijs gaudeant ho-
diè milites nostri temporis,ut antiquo tempo
re gaudebant,habetur per specu.iur.in titu.de
procur.§.1.uers.iam quòd miles, & per Cyn.
in l.1.C.de iur.& fac. ign. & dixi suprà in tra-
ctatu de consiliarijs.¶Et ut dixi de cœlesti mi
lite,miles carens testiculis esse non potest mi-
les in sæculari militia l.qui cum uno.ff. de re
milit.Quoniam milites uiriles esse debent, &
non carere uirilibus suis: & in hoc fraternizãt
militia cœlestis, & secularis armata militia c.
præcepta.55.dist.& probant philosophi hanc
armatam militiam habuisse dependentiam à
Cœlo,ut dicit Ioã.de Lign.in suo solẽni trac.
de bello:& ab hoc depẽdet spirituale bellum,
& humanum, quod prouenit ex repugnantia
17 intellectus ad sensum.¶Et ueterati Milites,&
Senes experti in militia militabãt, Diui Traia
ni sententia, licèt in aliqua parte sui corporis
essent diminuti in ipso militari exercitio,ut de
Sergio & Mutio Sceuola legitur, quorum pri
mus amissa manu dextera in plio cum ferrea
manu posteà sibi arte facta pugnabat; & idem
fecit de sinistra sibi marte incisa:& alia uice de
bello amisso ipso uiuo superstite,ipsius incisis
mẽbris, & ferreis fractis adhuc pugnabat uir-
18 tute sua. ¶Secundus autem errante manu Per
sona intacto,combusta dextera,& illa post si-
bi effecta ferrea præliauit, & cum sinistra non
19 impiger fuit in bello.¶ Militarunt Marius,&
Camillus senes effecti,& annis in bello graua
ti,& ægroti, laborantes uoracibus; militauit
Iulius Cęsar,& ægrotus fuit dictator effectus;
& Marius Senex Consul factus fuit cõtrà Cym
bros, & alia uice comitiali morbo correptus
fuit Cæsar Rex electus in exercitu; militauit
Quin.frater Cicero in Gallia ægrotus; & Ly-
sander Lacedemonius tisis;& Claudus Rex A-
gislaus;& Claudius quoque debilitatus corpo
re;& tempore nostro strenuus Princeps Ascu
li,& quamplures debilitati in bello, & poda-
gris, chiragris, & artheticis oppressi Duces
20 militarunt gloriosè prudentia sua.¶Et Eume
nes ęgrotus contrà Antigonum deuectus in fa
retro per exercitum:& Alexander inter falan-
ges in cornibus per ipsum ordinatis,& itá ui-
ctor permansit experto Marte; militarunt Syl
la, & Sertorius qui unum natura testiculũ ha-
buerunt; militauit & Luscus Annibal Pœnus;
& Rex Phlippus Macedo ferè cęcus pater Ale
xãdri Magni & Luscus Sertorius, & Antigo-
nus Rex Asiæ,Syriæ, Armeniæ,& Græciæ quo
que monoculus: & hi omnes fuerunt bellacis-
simi uiri,& magistri in re, & disciplina milita
ri,virtute,consilio,& arte pugnãtes se, & suos
uictores

victores reddiderunt. ¶ Et tempore nostro in
21 Cæsareo exercitu quàmplurimi senes in militia docti, & bello mutilati peregregiè militarunt, & pro gloria per dies impigrè militant, & gratia Dei palmas quàmplures, & triumphos reportarunt, & reportant virtute, & experientia sua: & melius est in re bellica habere se nem pro Duce prudentem, doctum, & expertum quantumcunque ęgrotum; uel sapientem iuuenem claudum, uel manchum pro Rege in exercitu, quàm pulchrum Ducem inexpertū, & insipientem: non semper potest reperiri Fabius Max. Scipio, Cęsar, Camillus, Frabritius, & magnus Pompeus pro Ducibus virtute or-
22 natis, & præstantia. ¶ A malo dicti sunt milites quia pro republica sustinent malum, aut quia illud repellunt, quod foret secuturum rei publicæ, nisi foret per ipsos prohibitum; aut quia à mille dicitur miles, quoniam de mille fortè elligebantur antiquitus l. 1. §. miles. ff. de milit. testam. aut quia olim ex populo Romano fuerunt per Romulum mille sortiti, & electi milites; vel à malitia idest duritia dicti; aut à molle id est duro gręco uocabulo: aut à mollitia dicti p antiphresim, eo quòd nihil molle, sed potius durum, & asperum gerunt in hostes arcendo ipsos, & eorum fraudes & dolos. Iuxtà illud Poetæ.

Durum à stipite genus ad flumina primum,
Deferimus sæuoq; gelu duramus & undis.

Quoniā debēt esse duri, & fortissimi in prælio; quidā dicūt militē deriuari à multitudine, uel
23 à mala arcendo ut dictum est. ¶ Et nē dū militāt illi qui sunt in acie, sed & illi qui portas custodiūt, & loca obsessa, vel obsidēda tutātur: & illi quoq; qui uigilias faciūt, & armamētis, & pro exercitu necessarijs præsunt: quæ ministeria, & exercitia quantumcunq; incruenta, in numero sunt stipendiariorium. Et milites dicimus nè dum illos, qui præditi sunt honesto, & glorioso militari exercitio, sed & illos qui reos custodiunt, & illos quoq; qui reos ducūt
24 ad supplitium. ¶ Quæritur an de iure possint milites hospitari in domo religiosa, dic quòd non ut in pluribus locis & aut. C. de episcop. & cler. In regno Siciliæ est sanctum, est Regium capitulum, quòd officiales, & militea non possunt hospitari in Ecclesijs, domibusque religiosorum, uel clericorum. Et vbi miles hospitatur in aliqua ciuitate, debet habere quartam partem domus l. Quis. §. eos mili-
25 tes ff. de muner. & honoribus. ¶ Inuenta fuit militia armata ad propulsandam iniuriam, & uindictam inferendam: & pro gloria & honore magis quàm pro rebus terrenis olim pugnauit antiquitas c. 1. 23. q. 1. Nec habent milites virtute prediti, & cupidi gloria usurpare aliquid, sed esse debent contenti suo debito stipendio. cap. Militare non est peccatum. 23. q. 1. Et tenentur fideliter cum sudore, labore, sincera, & recta fide lucrari stipendinm suum, aliàs in foro conscientię restituere habebunt illud, vt dicit glo. in cap. sunt quidam. in uer-
26 bo exortatu. 1. q. 1. ¶ Paulus Ruttilius Consul Romanus noluit filium manere in contubernio suo, sed inter legiones illum collocauit ut experius fieret, & bellax miles, & uiueret sti-
27 pendio suæ uirtutis. ¶ Meritoria quippè sunt bella, quæ fiunt contrà hostes, & infideles catholicæ fidei, & rebelles Ecclesiæ Dei: & morientes in tali bello pro CHRISTO saluantur cap. Omnium. cum similib. 23. q. 4. & cap. Dispar, & cap. Omni timore. 23. q. 8. Pietas est maxima pugnare pro Deo, & ipsius immaculata spōsa Ecclesia Catholica, ac punire crimina, diuina permittēte iustitia cap. Rex. 23. q. 5. ¶ Libido dominandi secularis militiæ improbatur, & reprehenditur cum crudelitate ul ciscendi, & nocendi cupiditate cap. quid culpatur in bello. 23. q. 1. non ipsa inculpatur militia, sed ipsius abusus ritè damnatur ut in dicta
28 23. q. 1. ¶ Quæritur de casu an pōt de iure Imperator urgēte necessitate, & ex causa iusti belli tollere onus, & bona ab una Ecclesia, seu ab una ciuitate, & dare alteri Ecclesiæ, uel alteri ciuitati inconsul o Romano Pontifice: & illi Ecclesiæ, aut ciuitati posteà resarcire cessante necessitate. Dic quòd sic l. Neminem. C. de
29 sacrosan. ecclesſ. ¶ Quęro de magistratibus ad quos spectat curare, ut militibus debito tempore soluatur stipendium suum, & nè ipsis desint arma, alimenta, annonæ, & uestimenta, & alia necessaria. Dic ad Legatos, & ad Præfectos exercitus pertinere: qui tenentur quotidiè conferre cum Principe suo circa necessitatem exercitus: & illi nunciare quid fiat in castris; ut ex re, & tempore prouidere, & consulere ualeat Princeps excellentia suæ uirtutis.
30 ¶ Expertos Cousules post prudentem, & excellentem Dictatorem, qui omnibus imperabat deputabant Romani, & comitatus suos loco consulum, & quandoque sub consulibus, & pro consulibus ad gubernandum rempublicam, & ad ducendum ordines in exercitu, & castris; continendo in unione milites in pace, & concordia; & illos producentes ad ordines bellicos tempore debito: portarumque claues tenentes, circuentes pro se procurato de annona, militum punitis criminibus, & desertionibus suis, dolosisque dardaniorum fraudibus falsis, audiendo militum quærelas, omnibus interressentes negociis militarib. ęgrotos, valitudinarios uisitantes, & vulneratos milites aspicientes, & ipsos curari procurantes, & facientes arma, & uestes militares cernentes, &

bene-

benemeritos præmiari curautes : sexagena-
riosque liberantes à laboribus militaribus, de
clarando illos esse immunes ab omnibus extra
ordinarijs muneribus,& oneribus;percipien-
tes sibi assignari agros limitatos, & censua-
rios in prœmium præteritorum suorum labo
rum pro Republica per ipsos supportatorũ,
ut docet Quint.de Mariano milite ibi è meri-
tis hinc bello stipendijs.l.1.C.de ueter. libro
12.& l.1.C.de decret. decur. super immunit.
quibusdam concedenda.lib. 10. & l. 1. C. de
31 bis qui à Principe vacat.accipiunt. ¶ Et quis
nam sit Comes,habetur in tit.quis dicatur Co
mes,Dux,uel Marchio,& ibi per scribẽ. & po
test esse nomen dignitatis creati comitis quã-
tumcunque nullum habeat comitatum, co-
mes tamen erit priuilegio Principis sine co-
mitatu ut in dies contingit,& priuilegijs gau-
debit comitis tanquàm si comitatum habuis-
set,ut de Episcopo titulario consecrato, qui
Episcopus est, & priuilegiis gaudet & frui-
tus Episcopalibus ut cæteri Episcopi,qui Epis-
copatus habent, & possident cum effectu.
¶ Priuilegiorum est robur attendẽdum,& eo-
rum forma non prætermittenda ob amorem,
reuerentiam, & honorem Principis conce-
32 dentis.¶ Quæritur si pro bello in gemmis, &
lapidibus prętiosis sit conseruandus thesau-
rus. Dic prudentiam esse Imperatorum pro
bello futuro conseruare thesauros suos in au-
ro, argento, ære,cupro, ferro, & metallo, &
non in gemmis, & lapidibus prætiosis : con-
uertendo gemmas, & lapides prætiosos in
aurum, & argentum vt ducibus non deficiat
pecunia,quæ est bellorum neruus, & nè à suis
deserantur in bello sibi deficiente pecunia,
quæ ut dixi bellorum est neruus. Nam hostis
bellorum est carentia æris, & annonarum cũ
auaritia Principum,quæ sępe ipsis nocere con
sueuerunt principibus, militibus, & exerciti-
bus. ¶ Et tenentur milites, & Duces pro glo
ria, & uirtute consulere honori suo, si hostes
artè nitantur corrumpere auro, uel promis-
sionibus largis,cognoscendo illos esse auaros,
33 uel laborare penuria. ¶ Et licèt intollerabilia
mala multa oriantur ex bello, permissum ta-
men est bellum propter pacem,quæ finis est
ipsius : & tam bona est Pax, & q̃ ob ipsam ba
bendam quærendum sit bellum,quod introdu
ctum fuit ut boni subleuentur,& mali coher-
ceantur: ¶ Virtus est fides in re militari,& li-
benter & pacienter ferre labores, & sudores
bellicos ; & non uitare mortem, nec pericula
ulla pro Repu.& Rege suo,iuxtà illud Poetæ.
O Passi grauiora dabit Deus his quoque finem.
¶ Omni.n.iure naturali, diuino, & gentium
34 concessum est bellum præcedente hostili diffi
datione pro honore, & rerum suarum defen-
sione,& tuitione. Nam bella primò fuerunt
quàm iura,ut suprà dixi l.2.ff.de orig. iur. &
cap.Notandum. 23.quest.2.& cap.Apud.23.
quest.1.& cap.Displicet. 23.quæst.4 & iu.§.
35 1.authẽ.ut lib.de cæt.aur.coll.vj.¶ Et si con
tingerit comburi Aerarium ubi Principis the
saurus fuisset reconditus, quam ob rem non
posset stipendium dari militibus suis, uel alia
Princeps ductus fuisset necessitate, qua non
possit de stipendio, & mercede satisfacere mi
litibus; Cauere debent optimi milites pro glo
ria militiæ, honore, & uirtute sua non petere
mercedem à Ducibus suis in ardenti prælio,si
illorum cupiunt amorem,& honorem conser
nare,& perpetuũ nomen quærere cum immor
tali laude nullo peritura æuo:propterea sibi &
posteris suis nunquàm deficiat Imperialis gra
tia, & munificentia Romanorum quorũdam
Imperatorũ,Regum,& militum, exẽplo Phi-
lippi,& Alexandri Magni,& quàmpluriũ alio
rum Latinę,& Gręcę nationis Ducum:quorũ
milites pro gloria, honore, & uirtute suo-
rum Imperatorum,& propria, libenter peri-
cula multa & pacienter supportarunt, & pas-
si sunt patienter intollerabili labore : & post
præmio magno ipsi, & eorum posteri reco-
gniti fuerunt à Regibus suis : nam benefacien
ti debemus benefacere ità iubente lege. l. Sed
& si lege.§.Consuluit.ff.de pet.hæred. Et Ale-
xander mortuorum militum suorum filiis pu
pillis concessit paternum stipendium. ¶ Et
prudenter Romani militum suorũ filijs, quo-
rum parentes in acie ceciderunt, de publico
alimenta constituerunt, & factis adultis, illis
opera publica in re militari instructis & do-
ctis, locum & stipendium paternum dede-
runt : nam illis primo loco tenemur, qui no
bis fideles fuerunt, & fideliter seruierunt cap.
36 Cũ in officijs caritas.extrà.de testa. ¶ Et per
optabat antiqui ęrarium suũ publicum fore
magis opulentum quàm eorum propriã sub-
stantiã;& Cõsules Reipublicæ præsidẽtes pau
peres erãt in rebus priuatis,& diuites in publi
cis,ut legitur de Lutio deificato in consulatu
suo qui mortuus sepultus fuit ære publico ob
eius paupertatẽ,ut scribit Valer.Max.de re mi
lit. lib. 14. legitur etiam de Attilio Quincio
Regulo, & quàmpluribus aliis maximis
Imperatoribus, & militibus inuictæ uirtutis:
qui paruo suo tantum cõtenti fuerunt agello,
& in militia gloriosi uictores,& triumphato-
res extiterunt patrię,rempublicam extollen-
tes honore,virtute,gloria,imperio; auro & ar
37 gento ditantes. ¶ Legitur Alex. Magnum sub-
iugatis populis Susiorũ in regia domo reperis
se cupri talẽtos 400000.& ultra supellectilia
hermoniaca purpurea ualoris cẽtũ miliũ talẽ
38 torũ.¶ Vrbẽ ittauit cęsar cũ exercitu,& inito

Metello plebis Tribuno pecuniã ex Aerario
publico accepit pro ſtipendio dando militib.
inquiens, ad hoc ibi fuiſſe reconditam, & ꝙ
tempus belli non eſt idem ꝙ eſt tempus pacis;
& poſt exiit urbem cum exercitu, & fuit inſe-
39 cutus Pompeum euntem Brunduſium. ¶ Et
quia de theſauri materia loquimur, & ut Prin
cipes ritè ualeant iudicare & qa theſaurus eſt
pecunia antiqua diù abſcondita quòd non ex-
tet de ea memoria hominum in contrarium:
& ſi aliquis huiuſmodi theſaurus fuerit ſub eo
rum ſtatu, & principatu ab aliquo repertus,
Ideo ſciendũ eſt quòd ſi fuerit repertus in ali
quo fundo priuato abſque ſcælerata arte ma-
gica à iure damnata de qua in l. nemo. C. de
metalaris lib. 11. ſi fundus fuerit inuentoris
ipſius erit theſaurus, ſi fortuito caſu, uel ope-
ra licita repertus fuerit, ſi in alieno dimidia
erit domini fundi, & alia inuentoris ut in l.
vnquàm. ff. de acqui. rer. domi. & in. §. Theſau
ros, inſtit. de rer. diuiſ. ſi in loco publico ciui-
tatis, aut fiſci licita opera, aut fortuito caſu
idem ſeruandum eſt, ut dictum eſt in priuato.
cap. 1. in fin. quæ ſint reg. coll. 10. Si autem in
loco ſacro, uel religioſo opera licita repertus,
totus erit Eccleſiæ, aut domini loci religioſi;
ſi caſu fortuito dimidia erit domini loci, &
alia inuẽtoris uarijs poſtpoſitis opinionibus
l. 3. §. fin. ff. de iure fiſci: licet quidam teneant,
& non malè eſſe Romani Pontificis. arg. capi-
tuli quæ in Eccleſiarum, & in cap. Sanctę Ec-
cleſię Mariæ. extrà de conſt. ſeruata ſemper di
ſtinctione prædicta. Si in feudalibus, uel em-
phiteoticis agris ut in alieno, & in proprio
fundo reſpectiuè, ut dictum eſt, ſeruabitur; &
dominus directi nihil habebit l. 1. C. de the-
ſaur. & l. ſi his qui in aliena. ff. de acquir. rerũ
domi. & inſtit. de rerum diuiſ. §. Theſauros: &
ſi arte ſcelerata magica repertus fuerit, totus
fiſco applicabitur, habetur in l. 1. C. de theſau.
lib. 10. & per And. de Iſer. in. §. Et dimidium.
40 in tit. q̃ ſint reg. ¶ Quęro de laudabili uita mi
litari quæ glorioſa eſt quando virtute regitur
cum bona mente, & continentes ſunt milites
retinentes manus auaras, non rapiendo bona,
neque aliena pecora, neque alterius uuas aufe
rentes, neq; ſegetes & fructus alienos ſine cau
ſa & re, non uaſtantes, ſuo contenti ſtipendio,
cum parte ſibi tangente hoſtilis prædæ; Arma
ſua retinentes terſa, & acuta, ferramentaque ſa
miata, & fortia calciamenta cum nouis, & ue
teribus ueſtibus pro temporum oportunitate,
& uarietate, & commodo ſuo: equos ſæpe ui-
dentes, & defricantes: alter alteri obſequentes
ut optimi & fidi ſerui, exemplo prudentis Fa-
uonij uiri conſularis, qui fideliter in aduerſis
miniſtrauit Pompeo ſibi tũc deficientibus ſer-
uis. ¶ Et ut boni fratręs uniti inſimul amore
eſſe debent milites, & caſtè uiuere, & Deum
præ oculis ſemper habere, & parere mandatis
ſuorum Imperatorum: & nõ impigrè & infeſ-
ſi labore ſe exercendo in re militari, nihil in
expertum relinquentes in ipſo bellico exerci-
41 tio ſuo. ¶ Et debent gratis milites Imperiali
ædicto curari à medicis in infirmitatibus ſuis
42 cũ ſint milites proficui reipublicę. ¶ Et de iu
re militari priuilegio præferendi ſunt milites
prioribus creditoribus in rebus emptis pecu-
nia ſua caſtrenſis peculij. l. ideoq;. cum gl. ibi.
ff. de his qui potior. in pig. habeãtur. ¶ Et qui
bus, & quot teſtibus teſtari ritè ualeant mili-
tes habetur inſti. de mili. teſtam. §. planè. in gl.
his er 10, & l. milites. C. eod. in gl. fi. & p Spe.
in tit. de inſtru. edict. in §. compendioſè, & in
huiuſmodi teſtamẽtis nõ habet locũ ius accre
43 ſcẽdi. l. 1. in gl. fi. de teſt. milit. ¶ Quęro de mi
lite damnato, an teſtari poterit: habetur in l. ex
militibus, in gl. fi. & in l. diuus. ff. de teſtã. mil.
¶ Et quot priuilegia habeant milites circà te-
ſtamenti factionẽ habetur per Bar. in l. neq;. §.
Deportari. ibidem, & per gl. & Bal. in l. mili
tes. C. e. tit. & per Iaſ. in authen. nouiſſima. C.
44 de inoff. teſtam. ¶ Quęro de militibus qui iuſ
ſu, & auctoritate ſui Principis ĩ bello homines
occiderunt, an ſint & dicantur de iure rei ho-
micidij. Dic ꝙ non per tex. in c. miles. 23. q. 5.
45 ¶ Legitur Dauidẽ Regem militaſſe, & lauda-
biliter fidẽ Achijs adimpleuiſſe. Et tenentur
milites magis cognoſcere cęleſtẽ Imperatorẽ,
quàm terrenum. c. Iulianus Apoſtata, & c. Im
peratores. 11. q. 2. Sanctiq; Patres pleriq; ſecu
larem militiã laudabiliter exercuerunt, & cœ
leſtẽ, & non terrenũ Imperatorẽ cognouerũt,
ut in d. c. Iulianus. & in c. noli. 23. q. 1. ut q̃-
plures patriæ meæ Rauẽnæ urbis nobiliſſimæ
patroni vitalis, & ipſius filij Geruaſius, & Pro
thaſius: Sebaſtianus, & Fabianus: Nicander, &
Martianus qui pro Chriſto Saluatore corona
ti martyrij palma fidi fuerunt, & continentiſſi
mi milites minas, & gladios, ſagittas, & tor-
menta tyrannorum, & carnificum uirtute con
temnentes triumpharunt: & æternam uicto-
riam, & immortalem glorioſè ſecum uirtu-
te reportarunt in Paradiſo, pro ut quamplu
rimi alij patres noſtri ſanctiſſimi fecerunt ſub
cœleſti militantes Imperatore ſecularem mi
litiam exercentes, Deum tamen cognoſcen-
tes in cœleſti patria collocati ſunt: quorum
facta per dies à Sacroſancta Romana Eccleſia
& ſemper Catholica cęlebrantur: quæ initiũ,
& fundamẽtũ ſuũ habuit ab ipſo CHRISTO
Domino & Deo noſtro Omnipotente domi
46 norum domino c. Sacroſancta. 22. diſtin. ¶ Et
quibus gaudeãt priuilegijs milites, & quibus
excuſentur muneribus qui glorioſè militiam
adimpleuerunt, et poſt illã adimpletam uaca
runt

runt domi morantes habetur in l. 1. C. de priuileg. eorum qui in sacrosanc. milit. pala. lib. duodeci. ¶ Et an possint esse arbitri milites te
47 net Ioan. Andr. quòd sic in additio. ad Specul. in tit. de arbit. ¶ Et an milites nostri tēporis
48 possint conueniri ultra quàm facere possint propter militare priuilegium pro ut non con ueniebātur antiquitus; Et an pro debito ciuili possint carcerari, pro aliquo contractu, uel testamento. Dic quòd non, per gl. & Doctor. in l. Milites. ff. de re udic. et per Bal. in l. t. in fin. C. qui bon. cædere poss. quantumcunque non habeant insignia ueteris obseruantiæ, habent tamen insignia nouæ obseruantiæ quæ successit in locum ueteris obseruantiæ ca. translata. de constit. quòd intelligendum puto in militibus dimorantibus in castris, et non de illis qui negociant, et per uicos, et per plateas discurrunt in dies, non quidem gaudent priuilegijs militaribus carentes illis sex qualitatibus de quibus in glo. l. penul. ff. ex quib. cau. maior.
49 & in §. fin. authen. de mand. Princ. col. 3. ¶ Et poterunt hi esse procuratores, & alia facere ut non milites faciunt ut dicit Barto. in l. Filiusfamilias. ff. de procur. & in l. Militē C. de pro-
50 cur. & in l. Milites. cum gl. 2. C. locati. ¶ Nec poterunt se excusare à tutella huiusmodi milites negociantes abutentes in patria, & ciuitatibus priuilegijs militaribus extrà castra & extrà exercitium militare, & dabuntur tutores in uiti priuilegio militari sibi non suffragante ob eorum abusum ut tenet Bar. in d. l. Filiusfamilias. §. ueterani. ff. de procu. & in l. Sed & milites. §. Planè. ff. de excus. tut. & per Ang. Aret. Instit. de mili. testa. & in prohem. eiusdē libri, & in §. Item maior. de excusat. tuto. Institu. & Cyn. in l. 1. C. de iur. & fac. ignor. ¶ Regulariter milites non possunt esse tutores etiam uolentes per tex. & glo. instit. de excus. tuto. in §. Idem & in milite; fallit tamen nisi essent dati à commilitone suo, ut in prædicta glo. & in l. Propter magistratum §. fin. ff. de excus. tut. Secus in cœlesti milite qui uolens admittitur ad tutelam usq; ad gradum quartum. authen. de sanc. Episcop. §. Præsbiteros collat. 9. Priuilegia militaria concessa sunt ex causa finali, vt milites uacent armis in castris ad protectionē reipublicæ: Ideò est sibi concessum militare priuilegium, & causa cessante per quam fuit concessum priuilegium cessat ipsum priuilegium, & eius effectus cap. Cum cessante. extrà de appell. & sic consideratur ratio, & causa priuilegij potius quàm rationis modus: & locum habet priuilegium militis in his quæ per ipsum possunt explicari ut tenent Bar. in l. 1. §. Ad testamēta. ff. ad leg. Corn. de fal Nec milites prędicti abutentes priuilegio excusabūtur, ut dictum est à tutela, neq; gaudebunt illo alio priuilegio quòd non possint torqueri de quo in l. Pio Marco, & ī l. Milites. C. de quæst. Priuilegijs tamen prædictis militaribus gaudebunt aurati milites facti à Principibus ratione honoris, nobilitatis, & dignitatis ut dicta l.
51 milites. C. de questi. ¶ Antiquissimā fuisse armatam militiam comperimus ut aliàs dixi, & fuit bellum anteaquam vrbes construerentur, & iura fierent, & magistratus crearentur. ¶ Et fuit bellum à beluis deriuatum teste M. Varone, quia beluæ propter amorem, cubilia, & pabula insimul concuttere, ferire, & bellare cępe rūt unguibus, morsibus, calcibus, & cornibus secundum qualitatem beluarum, iuxtà illud.

Non lupus calce petit, nec dente petit bos:
Et in borū sermonibus mutū & turpe pecus,
Grāde, atq; cubilia propter unguib. et pugnis;
Dein' fustibus, atq; itā porro pugnabāt armis,
Quæ post fabricauerat usus:
Donec uerba quibus uoces, sensusq; notarent,
Nominaq; inuenere dehinc absistere bello;
Oppida cęperunt muníre, & ponere leges:
Nē quis fur esset, nec latro, nec quis adulter;
Non fuit antè Helenā cunnus teterrima belli,

52 *Causa fuit.* ¶ Vndè neruus belli pecunia à pecude deriuatur, qa prima moneta, seu pecunia in ęre, vel coreo concussa fuit à Seruio Tullo hostilio sexto Rege urbis Romę cuneo, seu signo pedis pecudis: & à beluis bellū cū suo ner
53 uo deriuatū ut dictū est. ¶ Antiquorum peculium in pecudibus erat, & Lucullus iussu Syllæ monetam quandam fecit dictam Lucullanā iu Peloponesso, quæ pro maiori parte in bello mitridatico cōsumpta fuit: in moneta Attica notua fuit impressa, & ruptis Cymbris per Marium Arpinatē reperta fuit moneta Cymbrica, super qua erat cuneatus taurus vnus, & in moneta Samnitū aper, & uario post cuneo per Principes factæ monetæ fuerunt, & olim virgæ ferreæ, & cupri pro monetis expendebātur in Lacedemonia urbe: & indè facti sunt oboli, quorum sex dragma faciunt: talentum uarij pōderis fuisse monetam legimus: & numos habentes sæpe suo fortunam temperare arbitrio, iuxtà illud Ausonij galli.

Quis quis habet numos secura nauiget aura,
Fortunamq; suo temperat arbitrio.

Dixi pecuniam esse belli neruū, sed fortiorem neruum bellorum esse iudico uiros bello expertos cum ferro, cerere, baccho, & lympha. ¶ Et magis peditatum prodesse in acie quàm equitatum esse puto, & utrumque in bello, & militari exercitio necessariū fore arbitror: horū alter alterius indiget auxilio in re militari.
54 ¶ Et cū gētes antiquitus carebant gladijs pugnis, nerbis, & unguibus pugnabāt iuxta illud.

Principio uerbis uenit discordia pugnis:
A beluis bella dicta fuere legi?

Et sic pugna dicta fuit à pugnis, deindè fustibus prçliare cæperunt. Iuxta illud Poetæ.

Stipitibus duris agitur sudibusuè præustis:

Et prçliū à prælo instrumēto dictū, quo uuæ, & oliuę præmuntur: ad cuius similitudinem se præmunt milites in bello totis uiribus; Cupiditas enim glorię, & famę alios sub ditione,
55 & fide sua submittere induxit militiam. ¶Legitur Asyrlos Duce Nino filio Beli, primò bella Finitimis intulisse, & hos pugnasse eum populis lapidijs: & Ducibus Theseo, & Pyritheo superatos fuisse centauros Herculis auxilio: legimusq; & antè dictum Ninum Regem egregiè facta in re militari non reperimus, qui tū Celibe arma fecit, & exercuit pede & equo instructo Marte ære sonoro, & Asiam subiugauit: & tale Imperium post Ninum durauit per annos mille & sexcētum, usque ad tempus Sardanapalis: qui illud perdidit uitio plumæ, & libidinis; qui à seruo posteà extitit intersce-
56 ctus. ¶Legimus Nembroth ui armorum in iudea habuisse dominium, & Niniuem ciuitatē construxisse, & in Babilonia turrim Gigantorum, de qua dicitur fabulosè gigātes super ea pugnantes uoluisse capere cœlum: & Cresum Regem Lydorum superauit Cyrus, & hic primus fuit, qui ex Media transtulit armis Asyriorum imperium in Persas: quod posteà Marte Alexander Magnus Macedonico Imperio
57 aggregauit. ¶Legitur quoque Taneum Syriæ Regē fuisse bellicosum, & Euboios bello fuisse superbos, & Crethenses claruisse remis, & sagittis; & Calibes inuentores ferri fuisse reperimus; & Centauros in Pelicone monte stetisse, & equitatus pugnā illos reliquisse; Daces, Medos, & Thracos fuisse martiales, vnà cum bellicosis gallis natura superbis: & Athenienses fuisse Mineruę dicatos sapientiæ, & belli inuentrici, & Sparciatas claruisse bello sub Mirabale, & Xantippo præclarissimis Ducibus
58 suis. ¶Post Romana uirtus successit quæ à uarijs nationibus orbis, & à feroce pœno sæpe turbata fuit, & deniq; inuicta fuit, & uictrix, & triumphatrix permansit prudentia sua, & uniuersi orbis dominatrix, & Regina extitit inclito Duce suo Scipiōe Maximo Aphricæ domitore, ac destructore: quo prudentiorem & maiorem Ducem non legimus in militia seculari, sub quo superba Carthago tributaria fuit, passa est aratrum, & supportauit iugum, cum sæpe rebellis fuerit Romanis ut in l. si usufru-
59 ctus. ff. quib. mod. usufru. amitt. ¶Quæritur de milite qui feudum tenet, & iurauit ꝙ non erit proditor domino feudi, expressis alijs causis de quibus in cap. 1. §. si ubi sunt. de feudi sine culpa non amitten. & de eius successione habetur in constitutio. feud. D. Lotharij Imper. ad D. Dominum Eugenium Papā: & si mortuus fuerit dominus feudi à quo vasallus miles habet feudum, an debeat infrà annum, & mēsem à filio domini, aut à successore ipsius domini feudi petere inuestiturā, & iurare fidelitatem vt in c. 2. quo temp. mil. inuesti. petere debeat,
60 Dic ꝙ sic, ut in dictis constitutionibus. ¶Alij uero feudatarij non habēt dictū tempus anni, & mēsis; sed tantum annū, & diem unum, ut in d. c. sancimus, & ꝑ And. de Iser. ibi. nisi aliter seruaret cōsuetudo, ut in regno Siciliæ ex munificentia dominorum. ¶Mulier tamen, & rusticus habebit in hoc casu priuilegium militis
61 uidelicet anni, & mensis. ¶Quæritur de casu, rusticus quidā pluribus annis dedit cuidā nobili vnum par caponum, an præsumatur onus perpetuum debitum, & obligatiuum in posterum. Dic esse inspiciendum morem rusticorū, qui non solēt hoc facere causa perpetuæ obligationis, sed cuiusdam simplicis muneris. l. scio. ff. de annuis leg. & l. solent. §. fi. & per gl. & Doct. ibi. ff. de offic. proconsul. & per Bal. in vsib. feud. in tit. quid sit inuestit. & per Ang. de Aret. instit. de rerū diuis. in §. Pauonum, vbi videtur tenere cōtrarium, tu dic diurnā prçstationē ex mera liberalitate factam non producere aliquam obligationē secundum Inno. in c. Cum Ecclesia. de causa proprietatis, & possessionis; & per Bar. in l. cum de in rem uerso. ff. de usuris. & per Doct. in l. si certis annis. C.
62 de pactis. ¶Nisi talis præstatio fieret Ecclesiæ, seu in piam causam, quia tunc obligaret præstantem ut dicit Fely. in c. Ad Apostolicam. extrà de simo. & hoc fuit originale dictum domini Pauli de Eliazaro in c. literis. col. 10. extrà de rest. spol. & ità limitatur tex. in c. peruenit.
63 de cens. ¶Quęro an uassallus habeat præponere uitam suā uitæ Domini. Dic ꝙ sic propter iuramētum in c. 1. & ibi Bal. in tit. quib. mod. feud. amitt. & in cap. 2. de feud. sine culpa non amitten. Sed si uassallus grauiter vulneratus discederet, nō esset ob hoc culpandus. habeō per Bar. in. l. siquis in graui ad Sylle. sena. consul. idem si dominum lætaliter, & mortiferè vulneratum relinqueret, ut tenet gl. & Bal. in d. c. 1. quib. mod. feud. amitt. Quod tamen est intelligēdum si uassallo uitę periculum immineret, & dominum tueri non potuisset: & ꝙ his ultima necessitate adactus abiret, Alioquin dominum tam grauiter vulneratum relinquere nō
64 debet. ¶Nec in bello notoriè iniusto tenetur uassallus iuuare dominum, nec illi obedire ad domini defensionem, neque ad alterius offensionem iniustam, habetur per Bar. in d. cap. si quis in graui, & per Bal. in d. cap. quib. mod. feud. amitt.

SVM-

SVMMARIVM.

1 DIVISIO dignitatum, stipendiorum, et prædæ, quomodo sit facienda inter milites.

2 Lucius Furius Camillus à censoribus urbis romanæ iniustè fuit accusatus populo Romano, & damnatus in mille, & quinquagenta dragmis argenti, & exul à patria factus fuit, postea fuit Dictator creatus, ut patriã liberaret, & liberauit.

Remp. odio non esse regendam.

3 Quomodo fuerit facta diuisio prædæ.

Per Cymonem filium Milciadis Atheniensiũ Ducem; superatis Persis, & Aegyptijs.

4 Bella quomodo antiquitus incipiebantur, seruato ritu iaculandi.

Primipilarij qui dicantur.

Milites in continuo corporis exercitio sunt tenendi, ne ignauia illos pigrescat.

5 Duces exercitus diligenter curare debent, ne loca suffragiorum sibi tollantur, tam hominum quàm annonarum.

Curareq́; debent, ne defraudentur sibi alimẽta, frumẽta, farinæ, uina, & blada, quod facile fieri potest.

6 Et debent præparare loca fida, et tuta, & cũ forti custodia pro munitionibus.

7 Et curare debent pro sanitate exercitus, & eius concordia.

8 Multa ad bellum necessaria sub silentio relinquuntur.

9 Inuentores boardarum, & pilulariorum pulueris sulfurei sepulti creduntur in inferno.

10 Milites armatæ militiæ, non possunt clericare absque Pontificis dispensatione, et cur hoc ita sit.

11 Simonia quę dicatur.

12 Et quomodo committatur.

13 Principes quomodo debeant curare populos suos, & magistratus religiosè, & catholicè.

14 Ecclesia Romana est legitimum oppressorum refugium christianorum.

15 Principes debent iudices creare, qui componant & finiãt discordias, & quæstiones uertentes inter Reges, & populos eorum subditos.

Pontifices & Imperatores debent committere causas suas alijs, ut eas cognoscant.

16 Pontifex licèt possit ex se cognoscere causas proprias Ecclesiæ suę Romanæ, eas tamen committit alijs, & præcipit elligi arbitros.

17 Pontifex an possit facere nouas infeudationes locorum, rerum, ciuitatum Ecclesię Romanæ.

Et quando ualeat noua infeudatio.

18 Imperator Rex, uel Princeps, an possint alienare castra sui Imperij, Regni, uel principatus.

19 Illegitimus, an possit succedere in regno patris sui.

Omnes filij natura sunt filij.

Negans alicui alimenta, dicitur illum occidere.

20 Statutum quod extantibus masculis, fœmina non succedat, at in legitima tantum, & maritari debeat de paragio, quæritur quantum esse debeat hoc paragium.

IN QVIBVS IVS, ET Disciplina militaris consistat.

VIDENDVM est in quibus ius militare cõsistat, quod utiq; in multis consistit cap. ius militare. dist. 1. vbi habetur quòd ius militare est solennitas belli inferendi, & nexus fœderis, seu faciendæ, uel cõponendæ pacis; & est in hostes agressio signo dato, pugnę cõmisio & receptio, militarisq́;
1 flagitij disciplina, si locus deseratur. ¶ Et est stipendiorum modus, & dignitatum gradus, ac pmiorũ honor, ueluti cũ corona, aut torquæ, prędæq́; decisio, & iusta diuisio pro personarũ qualitatibus, & laboribus; ac Principis portio quantumcunq; omnes sint ipsius Principis prędæ quæ capiuntur hostium, & quæ fiunt, & capiuntur in bello iusto cap. Dicat. cum gloss. 23. q. 5. Diuidere tamẽ habet eas instè ut aliàs dixi, secundũ merita militum. c. Ius militare. dis. 1. dum dicitur Principis portio cum glos. & in c. vulteranæ. 12. q. 2. & omnis Princeps bellorũ numeratur quoque inter comilitones
2 l. 1. C. de milit. testam. ¶ Facta pace cum Phaliscis, & dimissa dictatura per Lucium Furiũ Camillum, qui quorundam odio persecutus, & accusatus fuit populo Romano per Luciũ Apuleũ quòd defraudauerat spolia Thyrenorum, & quòd portæ ęreæ cupri ętruscorum in eius domo reperiebantur, per Censorem dãnatus fuit in mille & quingenta dragmis argẽti, & exul à patria factus fuit Camillus iniustè: qui implorauit diuinum iuditium, & contingit posteà in breui, mortem sequi Censoris, & vrbem capi per Brenum Regem gallorum populi secuta deprædatione; & Romanis in Capitolio obsessis, & per exules Romanos fuit Camillus uirtute sua extrà urbem creatus Dictator, qui noluit acceptare prouintiam, nisi illi qui in capitolio degebant obsessi ipsum creassent in dictatorem pro patriæ libertate, & ità factum fuit: & per Camillum postea fuit liberata patria. Ex quibus patet exemplum, iustitiam, & Rempublicam non esse regendam odio, & uoluntate illorum, qui æ-
3 mulantur uirtuti. ¶ Superatis nempè Per-

fis,& Aegyptijs per Cymonem filium Milciadis Atheniensium Ducem nauali, & terrestri bello, diuisa ingentissima præda cum sociis suis auxiliariis,qui secuti fuerũt in bello, duabus ex præda factis partibus,positis ex una parte omnibus spolijs cum monilibus,auro,argẽto,& pecuniis:& ex alia parte nudis captiuis, data posteà consocijs optione capiendi qualem partem uoluissent, & illi acceperunt spolia,& ipse habuit captiuos nudos: quorum patria illos redimit pro parte maiori ingenti thesauro, quem pro republica misit Athenas, & dittauit patriam.Gimon Dux ægregius Athenarum,qui pater est Themistocli,quo in re bellica inferior non fuit, sed hostes uirtute semper & æquitate(ut legimus)superanit. ¶ Anti
4 qui iuris indicendi belli,gerendique,ant feriẽ di fœderia quasi fidi dicti omisfis moribus,ser uato ritu iaculandi pilum in principio belli l. 1.C.de primi.pill.lib.11.Iuxta illud poetę.

Et iaculum torquens emittit in aures,
Principium pugnæ fuit;

Et Ouidius in fastis,

Prospicit à tergo summum breuis area circum.
At ubi non paruæ, parua columna notæ.
Hinc soleat hasta manu belli prænuntia mitti:
In Regem,& gentes cum placet arma capi.

¶Vndè primi pillarij dicebantur illi qni bellũ iniciabant iaculis,& pilis:& hodiè iniciantur machinis, & instrumentis diabolicis emissis pillis ferreis,& faxeis,plombeisque glandibus iactis in hostes tartareo igne. ¶ In assiduo exercitio & labore corporali sunt tenendi milites,nè ignauia illos pigrescat exemplo Scipiadum,& aliorum inclitorum Imperatorum in militia magistrorum; quorum nomen nullo claudetur æuo,propria arma,& uictum secum portauerũt antiqui milites Romani impigrè: & milites Marij muli dicti Mariani sunt in exẽplo. Caius Meuius tribunus increpatus fuit à Scipione ipsi Scipioni parum obesse, sed sibi,& reipublicæ multum inertia Meuij noluit suos milites Metellus aliam carnem comedere nisi assam,& lissam:olim detinebantur solo iuramento Tribunorum milites, tempore Cõsulum Lucij Flacci,& Cai Varonis inter milites post facta coniuratione non discedere ab alijs neq; à militari ordine, timore, aut fuga, excæpta hac duntaxat causa hostem vulnerandi,& ciues suos tutandi:estq; magis confidendum in bello in ense quàm in scuto ut suos docebat Aphricanns Scipio,& ut Philippi Regis Macedonum milites essent exercitati in laborę,illis prohibuit curus, equos, & mulos pro portandis suis armis,& rebus;sed quòd ipsi illa afferrent cum propria persona, & ut farinã secum portarent per triginta dies ad collum pro victu suo; & Theagenes Atticus dedit loca, & ordines suis secundum suum rigorem, & illi qui retrò stare uolebant in ordine: & ità ordo ipsius militiæ processit.Lisander Lacedemonius militem suum uerbis castigauit, qnia extrà ordines iuerat, & dum illi respondisset miles,quòd non exiuerat extrà ordinem causa furandi, illum post occidit, inquiens, Nolo etiam quòd nemini des furandi suspitionẽ.Antigonus increpato filio hospitãte i domo ubi erant pulchræ iuuenes,illi aliud hospitium dedit misso edicto quòd nullus miles qui non excesserit quinquaginta annos possit hospitari in domo ubi sint aliquę mater familias; Quintus Metellus,& Publius RuttiliusConsules noluerunt filios suos secum hospitari in exercitu,sed illos in ordines stipendiariorum, & legionum locarunt. ¶ Et habent curare Duces
5 exercituum armatæ militiæ,nè loca sibi tollantur suffragiorum suorum tàm hominũ, quàm annonarum, & necessariorum pro exercitu, quòd pluribus modis contingere potest. ¶ Et habent diligenti studio curare ne fraudentur sibi alimenta,frumenta,farinæ, uina, & blada quod fieri facilè potest; ità quòd legimus hac de causa fuisse destructos innumerabiles exercitus,gentes,& armatæ militiæ sibi opprimente inopia, & fame hoste mortali exercituum,
6 ¶ Et loca tuta præparare cum fida,& forti custodia tenere pro munitionibus,& annonis nè contingat ut euenit Corado,& Ludouico christianissimis Regibus, qnorum exercitus odio quorundam christianorum argolicorum farina gipsata, & u no corrupto ueneno periere proditoriè;ideò ciuitatem IESVS non potuerunt sub crucis uexillo ditione ponere ho-
7 ste intrinseco prohibẽte fame. ¶ Propreterà habent duces arte,facundia, & ingenio curare sanitatem exercituum suorũ,& ne in ipsis tumultus fieret diabolica suggestione, sed quod unitas conseruatur in ipso virtute, & probitate ducum suorum iuxtà illud Poetæ,

Ac ueluti magna in populo cũ sæpe cohorta est,
Seditio,sæuitq; animis ignobile vulgus.
Iãq; faces,& saxa uolant furor arma ministrat,
Tum pietate grauem, ac meritis si forte uirũq;,
Conspexere silent arectisq; auribus astant,
Ille regit dictis animos,& pectora mulcet:

Quod facilè contingit auctoritate, facundia, & prudentia ducis. ¶ Multa relinquo
8 sub silentio, quæ in praticasunt, & quędam alia quæ exerceri possent in re, & exercitio gloriosæ militię ad perdendum, & tollendum humanum genus, exercitus, populos, & urbes in aqua, & terra; cum peccato, & honore huius mortalis sæculi. Et quia fortè incognita sunt strictagẽmata quędam per nos

in

in mête recêta, eorum auctores uirtute, & pro ximorum amore esse nolumus diuino moniti
9 præcepto. ¶ Inuêtores aût boardarû, & pilula riorû, pulueris sulfurei tartarei ignis incendia rij in militari exercitio iudicamus esse sepultos in inferno, si præuia contritione debitam pœnitentiam non peregerint: quia in omni bello indifferenter, tàm iusto, quàm iniusto exercentur huiusmodi odibiles, & mortiferæ artes, & arma. c. unico. de sagitar. ubi anathematizantur, & æternæ anathemati subiciuntur artifices instrumentorum mortiferorum.
10 ¶ Propterea milites armatę militiæ clericare volentes. ordinari non possunt ad sacros ordines sine papali dispensatione ob statum suum periculosum militaris exercitij. c. si quis. 50. dist. cum glo. ibi in uerbo militauerit & in c. præsens. 28. q. 2. & punitur ille qui se talem facit, cum non sit, & idem de alijs ordinibus. c. nullus præsbyter in gl. fi. de consecr. dist. 2. & grauius peccat miles sæcularis committens felloniam pro consequendis ordinibus quàm clericus. c. Saluator. 1. q. 3. cum non benè conueniant, nec insimul iungantur homines diuersæ professionis, & malè iungitur, & arat asinus cum boue. c. in noua. 16. q. 7. iuxtà illud Euangelij, Non benè conueniunt Iudæi cum Samaritanis; Nec benè conueniunt. nec
11 in una sede morantur Maestas, & amor. ¶ Et simonia est uendere spiritualia, & ordines, gradus, & dignitates, officia & beneficia Ecclesiastica, & sæcularia; quia est hæresis, & pro nihilo reputantur alia crimina ad comparationem hęresis. c. ult. 1. q. ult. & per And. de Iser. & alios scribentes. in c. ult. in. §. Disfidamus in usib. feud. & de statutis, & consuetudinibus cōtra libertatem Ecclesię, &c. & per Canonistas. in c. 1. & per totum titu. extrà de simon. & omnes notari possunt de simonia etiam si sint Cardinales, excepto Papa in quo non cadit si-
12 monia. ¶ Et quia superius dixi simoniā committi in uenditione officiorum etiam sæcularium, ut de spiritualibus ordinibus, officijs, & beneficijs Ecclesiasticis, & in peccatum hæresis inuoluūtur uenditores, & emptores huiusmodi: & Principes quidam ob eorum auaritiam uendentes officia, hæretici sunt, cum simonia sit hæresis, tam inter uendentes, quàm ementes: & inter officia iustitiæ notatur hæresis crimen, per quod datur causa committendi extorsiones, iniustitias, barattar as, & concussiones uarias. Antiquitus odio magno fuit habita simonia inter probos, & prudentes: ideò Cato de simonia accusauit. l. murenam, & Silenum eius Sororium habentem Seruiliā in uxorem sororem ipsius Catonis, ex eo, quia uendiderant, & emerant officia publica: & quibusdam uendita esse officia quandoque uidi, quos frustrà baptizatos fore puto, cum careāt uirtute Sancti spiritus: & nullam in subditos habeant caritatem: & sunt adeò moribus, & literis periti, vt Asinus ad lyram peragentes iniustitias, & iniurias multas populo Dei. Et hac de causa Principes quidā simoniaci, unà cum officialibus suis etiam simoniacis tenentur Deo reddere rationē suæ uillicationis, & æternaliter damnantur ad perpetuos ignes, & cruciantur in inferno; nec tertius eorum hæres poterit gaudere hæreditate sua, Euangelio teste: propterea Principes sæculi cauti, prudentes, & circumspecti esse debent, ne iustitia uendatur per ipsos, neque per eorum officiales, qui si iniustum faciunt iudicium, se ipsos iudicant, & in se tale cadit iudiciū ex sentētia
13 Dei. ¶ Et tenentur Principes diligenter curare habere magistratus, & officiales suos fidos, sapientes, doctos, catholicos, iustos, morigeratos, pios, caritatiuos, non auaros, virtute prędítos, Deum timentes, & ipsum præoculis in cunctis habentes, cuncta rimantes, & iustitiam rectè facientes: quibus tenentur Principes debitum suum stipendium dare, si regna re diù peroptant, & iram uitare omnipotentis
14 Dei; & ipsius tremendum iudicium. ¶ Et cū Dauid fuerit recursus oppressorum, ut in lib. Reg. legitur, Romana propterea Ecclesia omnium est legitimum oppressorum refugium Christianorum, quibus tenetur occurrere, & prouidere sui sancti Pontificis ministerio, ꝙ Reges rectè gubernent, & regent populos à Deo sibi commissos cum recta iustitia sine ru
15 ga, & plica ulla. ¶ Et habent dare iudices, qui componant, & finiāt discordias, & causas uertentes inter Reges, & populos eorum subditos, ut dicit Andr. de Iser. in l. Imperialem, §. Præterea. in titu. de prohib. feud. alien. per Feder. Vbi etiam ponit casum si Papa, & Imperator cognoscant de causis suis proprijs, & dat pro iustitia consilium, quòd bonum esset quòd ipsi alijs committant illas, ut cognoscāt. l. 1. C. ut causæ fisca. & l. 1. C. nè quis in cau. propr. & per gl. in c. 1. 4. q. 4. vbi habetur Imperatorem posse ex se iudicare in sua causa. c. si quis. 2. q. 1. & c. uenissent de iud. Sed optima est scribentium sententia, quòd causas huiusmodi proprias alijs committāt. l. 2. C. ubi cau. fiscales, vbi dicit Imperator, habetis iudices uestros, eatis ad ipsos, nolens iudicare in
16 propria sua cau. l. ult. C. de leg. ¶ Et licèt beatitudo Domini Papæ pōsit ex se cognoscere causas proprias Ecclesiæ suę Romanę, & semper catholicæ, ipsiusq; Apostolicæ sedis, eas tamen committit alijs, & præcipit elligi arbitros, ut fecit Apostolicus Clemens VII. in causa, quam habebat cū inclito Duce Ferrarię Alphonso Estense, super caducitate feudorum

rum

rum Romanæ Ecclesiæ, videlicet Ferrariæ, Mutinæ, & Regij: quæ causa compromissa fuit Maiestati tuæ Imperiali, & probè fecit Clemens, cuius sententia comprobatur ab Innocentio, & Hostien. in summa de re iudic.

17 ¶ Quæro de Papa an nouas possit facere ĩ feudationes locorum, rerum, & ciuitatum Ecclesiæ Romanę. Dic quòd non, quod secus est in veteribus feudis infeudari solitis. c. 2. & c. ex parte. de feud. Noua tamen ualebit infeudatio rerum laici facta per laicum dominum, vt tenet And. de Isernia. in c. 1. de feud. March. & in c. 1. de alien. feud. pater. & in alijs uarijs

18 feudorũ locis. ¶ Quæro an Imperator, Rex, uel Princeps castra alienare possint sui Imperij, Regni, uel principatus. Dic posse retento sibi dominio directo, vel superioritate aliqua in illis secundum Doctor. in c. Intellecto. de iur. iur. & aliter non possent. excedendo in largiendo, possunt per successorem reuocari, habetur per Ias. in prælud. feud. col. 27. & per Bar. in l. prohibere. ff. quòd vi, aut clam; & per Aegidinm Bellamerã. in consi. 12. uers. tertiò dubitatur: nec posset Imperatoria Maiestas de iure in feudare res Imperij in pręiudicium successoris, quę tenderent ad diminutionem Imperij, habetur per Bal. in tit. de pace Constan. & per Fely. in cap. ad audientiam. de rescripti

19 ¶ Quæro de occurẽti casu, an illegitimus possit succedere in regno patris; & dico quòd nõ, secundum Abb. in c. tanta. qui fil. sint legit. & in c. cum haberet. de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adulter. & per glo. ibi in cap. nisi. de renunt. & institut. de succes. cognat. §. uulgo, & in l. si illustris. C. ad Orficia. & per Abb. & alios. in c. per uenerabilem. extrà, qui fil. sint legit. & per Bar. in l. generaliter. ff. de ijs quib. ut indig. & in l. si quis à liberis. ff. de liber. agno. & in auth. ex complexu. C. de incæst. nupt. vbi habetur in quibus succedant illegitimi filij, & an debeant alimentari à parentibus, habetur latè per Bar. in tract. suo alimentorum, ubi concludit, quòd filijs etiam sacerdotis, & omnibus alijs natis ex dãnato coitu alimenta debẽtur, & ipsis iure posse reliqui per parentes ex æquitate canonica: quę in hoc præualet iuri ciuili, secundum facultates parentum, per rationem dicti cap. cum haberet, de eo, qui duxit in matri. quam polluit, per adult. Et sic ritè poterint parentes relinquere alimẽta filijs, & filiab. suis illegitimis, & etiam spurijs dotes, cum dos succedat loco alimentorum, licèt quidam dicãt hoc procedere in terris Ecclesię, & non Imperij per notata, in c. 2. de arb. lib. 6. In contrarium tamẽ est ueritas, per glo. in dicto c. cum haberet, de eo, qui duxit in matrimo. quam polluit per adult. secundum quam pluries consului, & iudicaui: habetur & p Ang. de Arc. in prin. Inst. de iur. natu. gent. & ciu. q firmat se etiam pro hac parte unà cum pluribus alijs Doctoribus consuluisse. ¶ Et certè negari non põt, q naturaliter non sint filij, per gl. in uerb. educari. in prin. tit. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. & in l. 1. ff. de iust. & iur. & per Ant. de Butr. & D. Cardinalem Alexandrinum. in d. c. cum haberet, & per Ant. Cors. Siculum. in c. Grandi, col. 25. de suppl. negl. prælat. lib. 6. Negare alimenta alicui aliter niuere non ualenti, est occidere illum, quod est peccatum mortale l. necare. ff. de lib. agnos. & l. 1. C. ad leg. Corne. de sicca. & cum tractatur de peccato, ius canonicum in omni foro, & etiam in terris Imperij est seruãdum. cap. 2. extrà de noui oper. nunc. & l. 1. C. de sacrosanct. Eccl. & per glo. Instit. de gradi. cognat. §. fi. & l. iure. ff. eodẽ; Et cum teneatur vassallus conferre subsidium Domino pro filia domini nuptui collocãda, ut per Spec. de feud. §. Quoniam, & Hostien. in summa de immunit. Eccles. & per Mart. Laude. in c. 1. in tit. an apud iudicem, uel dominum feudi &c. quod ex prædictis extendendum est ad filiam spuriam domini feudi nuptni tradendam, cum pater teneatur filiæ spuriæ ad alimenta, & dos successit loco alimentorum, nt in d. c. cum haberet, de eo, qui duxit in uxorem &c. & per Bar. & Bal. in auth. ex complexu. C. de incest. nupt. & Præpositũ Alexandrinnm. in c. 1. de capitulis Coradi.

20 ¶ Statuto cauetur in vrbe patriæ meæ Rauennæ sub Rubr. de successio. filiorum in bonis parent. ab intestato defunct. & Regni Siciliæ constitutione regia. sub Rubr. de successio. filiorum Comit. & Baron. quòd extantibus masculis filia fœmina non succedat sed in legitima tantum, & maritari debeat de paragio: & masculis non extantibus à contrario sensu habent succedere fœminæ. l. maximum uitium. C. de fil. præter. & quæritur quantum esse debeat paragium in constitutione memoratum. Dic tu, quòd nõ esse debet minus, quàm sit legitima sibi debita iure naturæ. auth. Res. quę. C. commu. de leg. per quẽ tex. Bar. Sal. Raphael Fulg. ibidem. in 2. notabili dicunt, quòd stante statuto, quòd stantibus masculis filię non succedant, sed debeant maritari arbitrio propinquorum: qnòd propinqui non possunt arbitrari minorem dotem, quàm sit legitima sibi debita iure naturæ, & sic paragium erit, & est absque dubio legitima filiabus debita iure naturæ. l. hac consultissima. C. de inofficioso testam. & l. Papinianus. ff. eo dem titulo.

SVMMARIVM.

1 Duces bellorum habere debent milites suos electos, qui sint experti in re militari cincti, uel de proximo accingendi.
2 Miles quisquam esse non potest.
3 Miles de mille unus eligitur.
4 Seruus, uel dubitans de statu suo, an possit esse miles, & nu. 11.
5 Milites prohibentur esse agrorum cultores, quia armis uacare, & non aliis negociis se immiscere debent, & cur hoc fit. 6.
7 Militia ex se indicat nobilitatem.
8 Exercitium peditatus, & equitatus ciuium laudatur, & quorundam artificum, uarias utilitates afferentium in militari exercitio.
9 Imperatores, & milites quomodo eligãtur.
10 Militia antiqua erat in Deum, & in Sancta religione, & ferè ab omnibus sequebatur.
12 Milites non debent esse sub Imperio gulla, & uentris.
13 Minor 17. ann. miles esset nequit.
14 Milites sub lege Tiberii Gracchi militabant à 17. anno, usque ad. xl. an. uel. 50.
15 Cæsar, & Alexander ueteranos congregarunt milites proceræ staturæ primitus electos.
De Pirri Regis Epyrotarum laudibus, in fugando Demetrium Antigoni, & quid fecerit de eius exercitu.
16 Princeps, & Imperator idem est in nomine, & sæpe unus pro alio ponitur.
17 Milites non tantum debent esse feroces, uirilesq́; i re militari, et experti in dimicãdo, uerum etiam natãdo, debent esse magnanimi.
Bellum naualé, et aquaticum unde tractetur.
18 Miles quas qualitates corporis habere debeat, & 20.
19 Milites quomodo eligebantur olim tempore Romanorum.
21 Pirrus uolens penès discumbentem centurionem turpi corpore, et facie, iocandi gratia erga astantes ait: se huius aspectu adolescẽtes græcorum more delectari, & omnes riserunt, et quid dixerit Pirro centurio.
22 Milites obedientes esse debent, et soliciti.
23 Mandatis Papæ omninò est parendum, quantuncunque dura sint, neque dicendum est, cur ita facis, aliàs qua pœna puniatur contra faciens.
24 Exequentes mandata suorum Regum quantuncunque dura non peccant, quia Princeps est lex animata in terris.
25 Duces exercitus, cum ficta militia, debẽt experiri milites suos, & dispensare eorum ordines, & loca mutare.
26 Milites debent esse rudes, & simplices, cũ potius scire debeant arma, quàm iura, & paruo, & moderato debent esse contenti cibo.
27 Milites auditis timpanis, tubis, & cornibus bellicis, uoce feroce possunt prodesse, ut Stentor miles.
28 Voces Romanorum in Aphrica terra contra Annibalem adeo altiores extiterunt, ut Annibalis Elephantes in suos euerterunt, & illorum ordinem ruperunt.
Voces plebis emisse pro fauore Pompei Magni in cãpo Martio pro faciẽdo Consule fecerũt, ut coruus uolans cecideret in terram excæcatus.
29 Milites delicati, tenerè, ac mollè nutriti repellendi sunt à militia; quia non possent sufferre sudores & labores militares.
30 Rex Spartanorum cum uidisset plures ex Persis nudos, suis ostendit, ut membra illorum delicata cernerent, & sic suorum firmauit animos adeò, ut uictoriam cõsequuti tãdem sint.
31 Milites qualiter prudenter ali debeant.
32 Alexandri Magni statura fuit parua ipseq́; erat albi coloris mixti cum rubedine, et odorifero flatu, iracundus, modestus, & continens fuit, & de multis prodigiis, quæ euenerunt die eius natiuitatis. & nu. 36.
33 Qualesq́; fuerint eius præceptores, & de magno studendi desiderio suo.
34 Et prima eius uictoria fuit contra rebelles Magaresios, quos rupit Philippo tunc obsidente Bysantium, & ciuitatem destruxit Alexander Magaresi. & illam postea refecit. & de aliis subsequentibus gestis.
35 Vidensq́; suos cernere, & pulchritudinem mulierum Persarum laudare, ait Persarum fœminas fore oculorum dolores.
37 Milites duorum cubitorum eligebantur antiquitus à Marsia Romana uirtute.
38 Sęuitia, uel crudelitate nõ uti debent uictores contra uictos.
39 Milites cupidi gloriæ, & honore, fidi, & integræ uitæ inuicti, neque timentes propter uulnera, eligendi sunt.
De Arbale Duce legitur, qui cum esset sagita uulneratus, risit, dicens erga suos, non timetis milites, quia hic est sanguis, non cruor ex uenis.
Sic de Alexandro Magno, qui sagitta uulneratus ait, sanguinem emittunt uulnera hominum, & non Deorum.
Romanos contra Pirrum uulneratos esse in faciem, & pectus, & quæ dixerit Pirrus orans in Templo Tarentini Iouis.
41 Romani in bello cannense uulnerati fuere, & morientes, cum armis amplius uti non possent, dentibus hostium, nasos, & aures truncarunt.
42 Annibal promisit cuidam ex captiuis militib. Romanis libertatem, si Elephantem terribilem pugnando uiceret, & expeditus miles, cõmissa

missa pugna, Elephantem interemit, cum Annibal à Romanis victus remaneret, militem illum interficere fecit, quod laudabile non fuit.

43 *G. Pontius Samnium Dux duo ab Herenio sene patre suo consilia petijt, quid faciendum esset de Romanis inclusis in angusto loco, qui primò respondit liberandos fore, uel, quod G. Ponticus omnes regiones Romanas deleret, ne ei nocere possent; quibus consilijs spretis noluit omnes furea suspendi, et quid postea euenerit.*

44 *Et quid de Numidarum Rege Iugurta.*

45 *Milites electi pro gloria pugnare debent, neque de morte curare ad exemplū M. Furij Camilli.*

46 *Peligni adeò strenuè pugnarunt pro honore, ut mortem pati maluerunt, quàm ferè uexillum suum patiri per hostes.*
Idem de M. Agrippa legitur.
Idem de Seruio Tullo.
Idem de Marco Anto.
Idem in faliscos fecit Tiberius.
Idem Seruius Dux Pelignorum sub Paulo Aemilio militans in Macedonia contra Perseum Regem Macedoniæ.

47 *De Scipione erga quēdam militem suum electum, qui clipeum pictum habebat.*

48 *Ornamenta militum non consistere debent in auro, neque in pictura, quia hæc iure militari sunt prohibita, sed in uulneribus.*

49 *Miles in acie semper stare debet, & quęrere occasionem, qua uirtus enitescat exclusa labore.*

50 *Milites insimul habēt loqui, & canere de bellis, armis, equis, & exercitio suo militari.*

51 *Miles quis sit.*

52 *Milites ueterani amore Reip. tenētur instruere tirones in militari exercitio.*
Milites ueterani, qui militarium spatio annorum uiginti, sunt immunes.

53 *Milites de iure, an possint mutare gradus, & ordines.*

54 *Milites quales eligantur.*

55 *Electores militum magnam cognitionem in se habere necesse est.*

56 *Vsus, & exercitatio frequēs in re militaris, bona est.*
Antigonus Rex multum commendabat milites, qui armati toracibus, galeis, & pila, ludebant.

57 *Electores militum debent considerare Regiones, situs, & Prouincias, & naturam locorum ubi milites sunt orti, & alia circa eorum personas.*
Romani Milites cuius sint naturæ.

58 *Egyptij, & multe alie nationes enumerant.*

59 *Milites, qui uti desertores priuati fuerūt, non sunt recipiendi.*
Miles remotus, an præsumatur dolo remotus.

60 *Milites experti bene sunt præmiandi, mali uerò à matricula delendi.*

61 *Et sunt ponendi, & eligendi in locum, & ordinem parentum suorum, & secundum eorum dignitates.*

62 *Imperatores à quibus eligantur.*

63 *De potentia Pontificis in Imperatorem, & num. 64.*

65 *Dux, Contestabilis, aut miles electus, an possit per substitutum seruire.*

66 *Miles exhæredatus à patre, an retineat feudū.*

DE ELECTIONE BONORVM *militum armata militiæ.*

1 TENENTVR quippè Incliti Duces bellorum honoris auidi habere milites suos electos, qui sint experti in re militari, cincti, aut licentiati de proximo accingendi, qui & pro cinctis habētur sua uirtute, in libro descripti aliorum militum iam electorum c. singulis. 77. dist. & in auth. de mand. princ. §. pcu. cū gl. in l. pen. ff. ex quib. cau. maior. & l. pen. ff. de testam. milit. & l. his quidam. C. qui mil.
2 poss. uel non. ¶ Eelect. & sacramentum milites faciunt, & curiales, & cohortales de iure esse nō possunt milites quia alijs sunt deputati ministerijs, & officijs: ppter eà nō ita passim sunt eligendi milites ad mili iam per Tribunos militum, aut per alium magistratum deputatum ad eligendum milites. l. omnes. C. de
3 his qui milit. poss. uel non. ¶ Nam miles de mille unus eligitur. l. 1. in fine. ff. de militari
4 testam. ¶ Et an possint serui, & de statu suo dubij militare? iudico quòd non, ob nobile, & gloriosum exercitium militare, quòd tales excludātur. l. super seruis cū sim. ibi C. de his qui
5 milit. poss. uel non. ¶ Et prohibentur milites esse agrorum cultores, ut alias dixi, quia armis uacare, & non aliis negocijs se habent immiscere milites, & iam si essent deputati Principis obsequio, ut sint perfectiores, & magis experti in militia. l. milites. C. de re milit. & l. 1. C. ut rustic. ad nullum obsequi. vocen. & in l. 1. C. ut nullus ex uica pro alio uica. ad debit. tenea. & hęc pro regula habe-
6 tur. ¶ Non tamen antiquorum militiæ Ducū, & militum culturā agrorum increpamus ob exercitium laboriosum, & fortitudinem suam labore nutritam in locis asperrimis, & in laboribus assiduis Furij Camilli, Tulli hostilij, Attilij, Serani, Fabritij, Curij, Quinti Cincinati, Fabiorum, super addam Lentulorum, Ciceronum, Fuluiorum, Porcorum, Bubulorū, Bu-

Bubulcorumq́; , & aliorum ſimilium quàm
plurimorum uirorum Doctorũ in militia;
æſtum , & frigus non timentium , & corpora
dura nutrientium aſſueta malis , laboribusq́;
duriſsimis per ipſos , uel eorum antiquos de
domo retento cognomine à beſtiis,& ab ani-
malibus per illos olim in copia retentis exer-
citio longo in periculo ſuo : qui relictis ara-
tris , & agris in militia Romana deſcripti pro
gloria bellarunt ſecundum militiæ regulas. &
iura , & uictores , & triumphatores extitere
7 hoſtium Romanorum . ¶ Et eum militia ex
ſe inducat nobilitatem ideò plurimi propter
illam nobiles extiterunt, ut in Doctore quem
nobilem reddit doctrina,& legalis ſcientiæ di
ſciplina.c.cum eſſet.de ſimon.& l.1.C. de his
8 qui milit. poſſ. vel non. ¶ Deletus peditatus,
& equitatus laudatur ciuium, & popularium
quorundam artificum uarias utilitates afferẽ
tium in militari exercitio;nec improbatur.ru
ſticorum peditatus, & equitatus aſſuetorum
laborum antiquorum exemplo, qui præ glo-
9 ria militarunt egregiè . ¶ Et qualiter eligan-
tur Imperatores, & milites habetur in tracta-
tu Barth.Veron.de eligẽ.Imper.& militi.& p
Bar . ęduenſem in ix. parte ſui libri cathalo-
10 gi mundi.¶ Antiqua militia erat in Deum,&
ipſius ſancta religione , & obedientia ; & ferè
ab omnibus ſequebatur,quòd etiam eſſet tem-
pore noſtro ſi ſanctus ordo ille antiquus cum
obedientia ſeruatus fuiſſet in ea, cum Dei ti-
more, qui magis eſſe debet in milite propter
aſsidua pericula ; quæ per dies & horas occur
runt illi in omnibus elementis terra , uide-
11 licet,aqua,aere, & igne. ¶ Milites eſſe debent
benè compoſiti,liberi & non ſerui, neq; ſtatu
dubij ceſſante neceſsitate,qua urgente,quæ le
gem non habet Romanorum exemplo , qui
in bello punico eorum ſecuta clade apud Can
nas deſcripſerunt libertinos,& ſeruos tantum
illos,qui apti ad arma fuerunt, & experti.l.ab
12 omni, & l.qui ſtatus.ff.de re militari.¶ Craſ-
ſi milites, ut legimus fuerunt infeſti Epaminũ
dæ inclito Duci, & Cato in deletum militum
firmabat Craſſos milites non fore utiles in mi
litia pro republica; cum eorum gula, & pudi-
bunda eſſent ſub Imperio uentris : & eligendi
ſunt milites magis proceræ perſonæ,ut Scipio
13 fuit , & Cæſar quàm grandis . ¶ Non tamen
ętate minores annorum xvij. Tulij hoſtilij Ro
manorum Regis decreto : qua quidem ætate
adoleſcens Scipio apud Ticinum ui armorũ
tutatus fuit patrem ſuum Conſulem Scipionẽ
vulneratum contra Annibalem ; & illum eua
ſit,& liberauit à periculo, & glorioſè coro-
natus fuit ciuica corona lauri.l.1.ff.de poſtul.
& per gl.ibi,& Inſtit.quib. ex cauſ. manumit.
non licet. §. Eadem lege heliaſcentia : & hac
ætate annorum xvii. poteſt quis idoneus , &
ſufficiens ſcholaris doctorari , & pro nego-
tiis ſeruus manumitti , procuratoris habendi
gratia , ut firmant Doctor.in d. §. fin.Inſtit.
14 quib.ex cauſ.manumit. licet, uel non . ¶ Le-
ge Tiberii Gracchi militabant milites à deci
mo ſeptimo anno uſque ad annos , xl. & l. in
noua autem, uel ueteri , aut in reſtaurata mi-
15 litia . ¶ Cæſar, & Alexander ueteranos
congregarunt milites proceræ ſtaturæ pri-
mitus electos . ¶ Pirrus autem Rex Epirota-
rum Aquila dictus ab Acchile deſcendens ob
eius uelocitatem , ſolicitudinem , ſolertiam,
& promptitudinem ad prędas , ac diligentiã,
& prudentiam in re militari : cuius laus per
milites prolata fugauit Demerium Anthigo-
ni , & transfugos ſibi fecit eius exercitus Ma-
cedonum , & Berię mandauit electorib. ſuis,
vt grandes milites ſibi eligerent , aſſerens , ſe
illos rediturum fortiſsimos induſtria,& exer-
citio aſsiduo : cuius ſententiam non impro-
bamus,quia in Principe ſtat electio & appro
batio militum l. neminem. C. de re milit. in
Ducibus nempè expertis ſtat uictoria , & in
non expertis perditio & ruina honoris,& Im-
16 perii . ¶ Princeps , & Imperator idem eſt in
nomine , & unum pro alio ſæpe ponitur, ut
in prohem. Inſtit. atteſtatur Inclitus Impera-
tor Iuſtinianus,ibi & Princeps Romanus pro
Imperatore ponitur , & propter leges dicitur
religioſus Imperator.l.vnũ ex familia. §. ult.
17 ff.de leg.3 ¶ Feroces,& uiriles ĩ re militari,
experti in dimicando , & natando eſſe debent
magnanimi , & animoſi milites, ut pugnare,
& natare flumina, cũ oportuerit ualeant : exẽ
plo Q. Sertorii, Cęſaris,& Auguſti, Maſiniſſæ,
& aliorũ antiquorum Imperatorum glorio-
ſæ militię,legitur de Sertorio ægregie geſtum
quòd pluribus receptis uulneribus, & equo ſi
bi ab hoſtibus occiſo, quantumcunq; foret ar
mis grauatus , ut ſuis occurreret Romanis cũ
Cymbris pugnantibus Rhodanum galliæ flu-
men aduerſis fluctibus natauit ; & tunc ualdè
profuit Romanis tanti præſentia uiri : & ſic
optimum eſt , milites habere noticiã natãdi ,
ut in aquatico bello ſtrenuè omni ab ipſis ex
cuſſo timore pugnare ualeant . ¶ Et de bello
aquatico, & nauali, Domino Duce ſcribam
in alio libro. l. 1. C. nè mitit. neg. & l. 1. C. de
his qui milit. poſſ. uel non ; clectus Marii fuit
18 Sertorius ¶ annis , arte, & præſentia nouus
fit delectus militum docti, & prudentis Ducis
arbitrio , & an ſint aſſueti labore , & leti cum
oculis uiuis, neruoſo collo, largo pectore, mu
ſculoſis brachiis, digitibus longis, pauco uen
tre, rotundis flanchis, tibiis, ac pedibus nõ ple
nis, ut agiles, & fortes ſint , & morigerati, ho-
noris, & gloria cupidi, uirtuoſi, & animoſi,
& non

& non nimis uerbosi; nam boni mores prosunt in gloriosa militia ad triumphum, & ad
19 extollendum Imperium. ¶ Duæ legiones olim Romanis Consulibus dabantur, quæ belli neruus erant, & ipsi creabāt uiginti quatuor tribunos militares, ex quibus sex præponebāt cuilibet legioni, & eūdem effectum illi faciebant quem hodiè faciunt Capitanei, seu Contestabiles, qui capita dicuntur; & pro faciendo delecto conueniebantur omnes Romani apti ad ferendum arma, & ponebant Tribunos cuiusq; legionis diuisim, & separatim vnū ab alio: deindè sorte trahebant tribos de quibus primò haberetur fieri delectus, & ex illo tribu quatuor eligebantur ex melioribus, ex quib. unus eligebatur à tribunis primæ legionis, & de aliis tribub. unus eligebatur à tribunis secundæ legionis, & de reliquis duob. unus eligebatur à Tribunis tertiæ legionis, & ultimus dabatur quartæ legioni, & ultrà hos quatuor alii quatuor extrahebantur, ut suprà de quib. unus eligebatur à tribunis secundę legionis, & secundus à tribunis tertiæ legionis; & tertius à tribunis quartæ legionis: & quartus remanebat primæ legioni, & post alij quatuor extrahebantur, & primus tangebat tertiæ legioni; secundus quartæ; & tertius primæ; & quartus restabat secundæ legioni: & sic modus iste eligendi milites uariabat, in tantum, quòd erat par electorum delectus: & omnes erant experti in ficta militia, & in uera militia: & ritè fiebat delectus militum Romanorum conie-
20 ctura, & experientia. ¶ Agiles quoq; & uigiles milites eligendi sunt, & ut Hercules, & Sanson fortes, prudentes, constantes & in laboribus pacientes, sub diuo, & sole orti balneorum nesci; Estum, imbres, grandines, & frigus, pruinas, aquas, & gelu non timentes anti quorum exemplo militum Romanorum, suis parentes Principibus. Nam obedientia oritur subditorum à norma, uirtute, & disciplina Principum: decreto Ligurgi Legumlatoris prudentissimi Imperatoris, Ideò Ro-
21 manum auxerunt Imperium. l. milites. C. de re milit. ¶ Et cum Pirrus Centurionem graui, magno, & turpi corpore, & facie, & naso aduncis penès se iussu suo discumbentē iocandi gratia, erga astantes dixisset, se huius aspectu adolescentis græcorum more delectari, & omnes riserunt conuersis oculis in illum ipsius turpi in aspectu faciei; & prudenter centurio ille respōdit, in cunctis semper obediēs fui die, noctuq; nunquam facta excusatione, & inimicus ignauiæ, & imbellię fui, & mandata executus semper sum cum sudore, quòd
22 ad imperii magnitudinē ascripta fuit. ¶ Cuius exemplo milites obedientes, & solliciti esse debent, ut suos milites docuit Marius omni à se exulata mora, & segnitie: quia ut proditores patriæ, libertatis, & hostes proprij honoris militari iure plectuntur, & in seruitutē quandoq; ob huiusmodi desertionem redigūtur, sui Ducis non obtēperantes edicto. l. quicunque. §. grauius. ff. de re milit. & Mariani milites propter obedientiam, & eorum labores
23 continuos nuncupabantur muli Mariani. ¶ Parendum est quippè mandatis Dñi Papæ quantūcumq; duris, nec replicari pōt illi cur ità facis. c. in memoriam. 18. dist. & pœna notantur sacrilegij illi, qui non parent mandatis suorum Principū superiorū in officio sibi commisso. l. 1. C. de offi. ꝑfec. uig. & C. ut dig. ord. seru. & per Bar. in l his cui bonis. ff. de uerb. oblig.
24 ¶ Et non peccant exequentes tale mandatum suorū Regum, quia Princeps in terris est lex animata authen. de Consul. §. fin. coll. 4. & est pater patrię. c. 1. de capit. in usib. feud. & facta per Principem præsumuntur legitimè facta. l. ex facto. ff. de uulgar. & pupill. c. quamuis. de pœn. & error Principis facit ius. l. 3. §. fi. ff. de adm. leg. & in §. quod Principi placuit. Instit. de iur. nat. gēt. & ciuil. Et quædam suprà dixi de uirtute obedientiæ, & alia inferius dicam suo loco, quia est regia corona obedientia, &
25 militaris gloria, & disciplina. ¶ Et tenentur Duces exercituum facere cum ficta militia bonum, & firmum suorum militum iuditium, & illos probè experiri, & dispensare eorum ordines, & loca mutare: nam sunt quidā milites, qui omni bello, & exercitio martiali sunt, apti, & docti; & quidam sunt tantùm fortes, & animosi, & quidam animosi tantùm & non fortes: & quidam sunt ingeniosi, & prudentes aliis opitulantes uirtute sua; & quidam boni pedestres; & quidam dūtaxat boni equestres; & quidā boni in bello, & pace; & quidā in bello tantū; & quidā in pace tantū, & quidam pedestres & equestres; & quidam in campo aperto boni, & nō in obsidione; & quidā in obsidione tantū; & quidam in utroq; apti, & experti; & quidā aptiores in ꝑlio; & quidam in arctis meliores locis, montibusq;, & uiis, pontibus, passibus, & saxeis locis, & in eorum custodia, & quidam in bello terrestri tantum; & quidam in aquatico tantum bello; & quidam in utroque marte indifferenter ponendi sunt, & debent esse necessariò exercitati milites, cum illos exercitatio reddat immorta-
26 les. ¶ Debentq; esse rudes in causis milites, & in actibus simplices cum arma regulariter scire habeāt, & non iura: & paruo, ac moderato debent esse contenti cibo, & impigri, & obedientes in cauādo foueas, & alia faciendo necessaria ad bellum, ut ualli, & ageres texendo uimine, & portando lapides, cementa, terram, & ligna pro castris, & pontibus secun-

dum

dum oportunitatem, & exigentiam rei & lo
corum. l. fortissimi. C de errog. milit. ann.
¶ Exultantes glorioso militari labore, &
27 exercitio auditis timpanis, tubis, & corni-
bus bellicis; & uoce feroces electi milites
prosunt in re, & exercitio militari: Nam
Stentor miles Agamemnonis in troiana obsi-
dione, ut cãtat Homerus pro quatuorcentum
militibus uocem emittebat, cum & ea teu-
cros in ardenti prælio emissa perterrefacie-
28 bat. ¶ Et in Aphrica terra per Romanos alta
emissa uoce contra Annibalem, acie primò
per Scipionem probè instructa, perterrefacti
adeò fuerunt Elephantes Annibalis, quòd
in suos euerterunt, & illorum ordines rupe-
runt. ¶ Et legitur ob Romanæ plebis emis-
sam uocem pro fauore Pompei Magni in cã-
po Martio vrbis, ubi cõmitiæ cõuenerant pro
faciendo Consulem cecidisse coruum volan-
29 tem in terram excæcatum. ¶ Delicati mi-
lites, & tenerè, ac mollè nutriti in delectu
militum repellendi sunt à militia, quoniam
arma, labores, & sudores bellicos sufferre
non possunt, nec uictum ualerent secum fer-
re si oporteret, neque propriam personam
propter sudorem, & debilitatem corporis
defendere, prout strenuissimi milites facie-
bant maximi Scipionis, Martij Scauri, Cæ-
saris, Marij, Fabritij, Camilli, Fabij, Ser-
torij, & Alexandri Magni, qui assueti labo-
re. in carne assa, & lissa, collectis sarcinolis
suis victum secum libenter portarunt; & leue
quidem onus quisque portat, quod fert li-
benter omni à se timore, & ignauia postpo-
sitis: quæ pro delicto habetur in re milita-
ri. l. omne delictum. ff. de re milita. quo
cibo etiam usi fuerunt bellatores. Q. Me-
30 telli in bello contrà Iugurtam. ¶ Et dum
Rex Spartanorum Agislaus pugnaturus in
Persas, plures ex Persis nudos suis ostendit,
ut membra illorum cernerent delicata, & suo-
rum adeò firmauit animos, quòd credide-
runt pugnare cum fæminis: & experto Mar-
te victoriam obtinuit. Et sic delicati, & mol-
les milites ritè improbantur in delectu mi-
31 litum. ¶ Qualiter, prudenter, & moderatè
ali debeant milites, & quibus cibis habetur
in l. 1. C. de errog. milit. ann. & inferius di-
32 cam suo loco. ¶ Legitur Alexandrum Ma-
gnum fuisse parui corporis, & eo die quo na-
tus fuit decimo quarto Augusti combustum
fuisse templum Dianæ Ephesiæ; legimus, &
eodem die patrem eius Regem Philippum
cœpisse Pothideam urbem, & rupisse Illyri-
cos ipsius Regis Duce Parmenione, & eius-
dem Regis equum fuisse uictorem in iocis
Olympij. Legiturque Alexandrum Magnum
oculos lachrimosos habuisse natura, fuisse al-
bi coloris mixti cum rubedine, & odorifero
flatu ob eius uirtutem temperantiæ: iracun-
dus, modestus, & continens fuit cum sum-
ma discretione honore cupidus, grauis, mu-
nificentissimus, & bellax, auidusque gloriæ,
dum foret puer, audiens patris uictorias quas
in dies habebat non lætabatur, inquiens, pa-
trem suum Regem Philippum omnia regna
acquirere, dubitans pro se nihil fore dignum
relictum faciendum eo effecto adulto pro ho
nore, & gloria suę uirtutis: & domitor fuit su
perbi equi Bucifalis à patre quæsiti tredecim
talentis; & ob hoc etiam recepto osculo pro
lętitia, & monuit Philippus filium suum Ale
xandrum natura superbum, & placabilem ra-
tione suæ uirtutis acquirere regna, cum Ma-
cedonia non fuerit capax uirtuti, & auidita-
ti tanti iuuenis, iuxta illud Iuuenalis Poetæ,

Vnus Pellæo iuueni non sufficit orbis.

33 ¶ Prudentissimos, & doctos in omni uirtute
habuit magistros Alexãder pter patrẽ Philip
pũ, Leonidam, Lysimacum, Alicarnanum, &
Aristotilem: cuius amore Stagiram patriam
suam quam Alexander destruxerat reædifica-
uit restituto sibi populo, qui per uaria loca
dispersus fuerat, & probè legit Alexander
opera Aristotelis sui magistri, & illa suę uir-
tutis animo comprobauit, & Heliadem, &
Odiseam Homeri de obsidione, & destructio-
ne Troię, ab Aristotile optimè didicit: & hęc
opera Homeri inquiebat esse uiatica rei mi-
litaris: & Aristotilem, ut patrem peramauit,
& dum foret Alexander in partibus superiori
bus Asię, ubi carebat libris, misit Arpallum
socium suum pro Philostonis, & Euripedis
Tragediis, & pro libris Sophoclis, Eschilis,
Teleni, & Philosonis: & ualdè fuit doctorum
uirorum amicus, & erga ipsos liberalis.
34 ¶ Et primam uictoriam habuit contrà rebel-
les Magaresios quos rupit, Philippo tunc ob-
sidente Bysantium, & ciuitatem destruxit Ale
xander Magaresium, & illam post refecit, ip-
si nouis datis incolis cum nouo nomine Ale
xandropolis, & rupit græcos in cheronia, &
indè thebanos, & Thebanorum urbem distru-
xit parcitis Athenis, & pro paterna morte
contrà Pausaniam, & complices facinoris fe-
cit ultionem; & in anno uigesimo suę ætatis
regnum paternum fuit adeptus, & in barbaros
rebelles bella intulit, & illos marte deuicit: &
apud Istrum prosecutus fuit Sirmum Regem
Triballorum, & illum duro bello ui armo-
35 rum superauit, deuicta Persia. ¶ Et uidens
Alexander suos cernere, & laudare pulchritu
dinem mulierum Persarum erga illos inquit,

Persarum fæminas fore dolores oculorum,

Horatius in odis cantat de muliere fucata,

O' miseri quibus intentata nites,
Me tabula sacer uotiua paries indicat.
Humida suspēdisse potēti, uestim ēta maris Deo.

Et continens Alexander processit cum exercitu in populos Piscideos, & illos subegit cum frigida. & regia ciuitate Gordia, vbi sedes antiqui Regis Midæ degebat: & indissolubile nodum Gordi non ualens caput
36 illius inuenire incidit, & Capadocios; & Paphlagonios subiugauit. ¶Paruæ staturæ fuisse quoque Annibalem, Sertorium, Thideū & Aiacē legitur: de quorū uirtute canit uersus,

Magnaq; in exiguo regnabat corpore uirtus.

37 ¶Martia antiquitus Romana virtus eligebat milites suos duorum cubitorum, qui sua uirtute maximas in eorum hostes reportarunt uictorias sua prudentia & Ducū: qui pro secundis gestis non intumescebant, neque pro aduersis inuilescebant, sed in utroque mo
38 deramen tenebant; & ità habeant facere optimi, & excellentes bellorum Reges. ¶ Et non scæuire in hostes uictos parta uictoria, sed illis se humanos, & liberales offerre ipsorum reconciliatis, & placatis animis, consulendo se uirtute, re, tempore, loco, & uictoria, fugiendo ferinam crudelitatem secuta palma: nec unquam militari iure est utenda scæuitia, nisi in ipso belli principio, & conflictu, ut paretur uictoria contrà infidos hostes, ut se sponte reddant uictos propter timorem; & ut se submittant ditioni Principum Catholicorum pro Deo bellantium fide, & Ecclesia sua sancta, & semper Catholica.
39 ¶ Et eligendi milites esse debent cupidi gloria, & honore, fidi, & integræ uitæ, inuicti, audaces, animosi, fœlices; & non ineries, neque timidi uidendo uulneratorum sanguinem Arbalis incliti Ducis exemplo, qui risit vulneratus sagitta, inquiens erga suos, Non timetis fortissimi commilitones mei, hic est sanguis, & non cruor ex uenis, & ridens suorum animos reconciliauit, & firmauit, & Alexander Magnus uulneratus sagitta dixit, Sanguinem emittunt uulnera hominum, & nō Deorum; nec esse timenda uulnera docuit mortalium; sed Deorum iratorum contemptus: cuius exemplo Deus contemni non debet; & cantat Poeta.

Mortales totidem, mortalia temnitis arma,
Contemptor diuum Merentius agminaq; armat.

40 ¶Legitur quoq; Romanos in bello cōtrà Pirrum uulnera in faciem, & pectus recepisse in pugna, & non in tergus: & Pirri exercitum fuisse ualdè minutum, & rarefactum à Romana uirtute, Ideò se exultando Pirrus inquit, ò quàm facilè foret orbis Imperium occupare me Rege Romanis: & orans in templo Tarentini Iouis alta uoce dixit, Hos ego i cruēta pugna pater optimè uici, & uictus sū ab illis: & cū à suis increpatus fuisset, quare se uictum expressisset, respondit, si iterum simili modo uicero solus, & sine milite reuertar ī Egyptū.
41 ¶Legitur quoq; Romanos in bello Cannense vulneratos, & morientes sibi deficientibus armis præliasse dentibus, hostiumq; nasos, & au
42 res truncasse. ¶ Non quidē factum tunc Annibal gessit laudabile, cum uni cum libertate donare promiserit ex captiuis militibus Romanis uitam, si elephātem terribilem pugnando uicerit: & expeditus miles commissa pugna contrà elephantem, illum interemit; & Annibal Romani prædicti cum uictoria discedētis famam contēnens persequēdo intestino odio nomen Romanū, illum discedentem militem interficere fecit, non immemor iuramento sibi dato olim per patrem Amilcharem, ut hostis semper foret Romanis, ò detestabile factum barbari Regis; ò inhumana crudelitas inebriata sanguine, & oblita gloria perpetui honoris; ò scælus nephandum rumpere fidem, & non seruare pacta; ò uituperanda impietas, & scæuitia ab omni iure damnata, cessato bello usa in captiuos.c.nolo. 12.q.1.c.gloria. 12.q.2.c.quid culpatur.23.q.1.c.aliquando 22.q.2.c.1.de pœnit. dist.2.c.si apud. 23.q. 5.cap.relatum.10.q.fin. & ut cantat Poeta.

Barbarus Dux fecit;
Nulla fides, pietasq; uiris, qui castra sequunt.

Quod est contra gloriam, & præcepta no-
43 bilitatis, & militiæ sanctę religionis. ¶Et rectè consuluit filium suum G. Pontium Herenius senex Imperator Samnium non abhorrēs plenus prudentia, audito consilio à se petito per filium Pon. Samnium Ducem quid facere deberet de Romanis inclusis in angusto loco cum suis consulibus: & sapiens pater respōdit fore liberandos, ut tanto liberalitatis munere & opere, Romanus populus sibi perpetuo tempore foret deuictus; & iterum filius misit ad patrem pro secundo consilio, quoniam primū sibi displicuerat, cui pater respōdit, si tibi displicet primū cōsiliū, & nō uidetur salutare pro republica nostra, deleas Regiones Romanas, ne tibi nocere possent, quod et displicuit filio, qui pro tertio cōsilio misit ad patrem, & respōdit, Si primum, & secūdū cōsiliū nō tibi placet tertiū nō habeo. & vtroq; p filiū spreto cōsilio sub furcis caudinis, & sub iugo ignominiosè G. Pont. misit Romanos qua cōtumelia affecti Romani, Sānites primò uarijs affectis cōtumelijs, & ignominiis sub ditione sua Rom. submiserunt, ò q̄ utile, & sanum

nũ fuiſſet reipublicæ conſilium ſenis Herenij ſi fuiſſet à filio iuuene G. Pont. acceptũ Duce ſamnitum,& audito poſt per Hereniũ Romanos in ermes tacitos, et mæſtos abiiſſe,reſpondiſſe fertur alta emiſſa uoce, amicum non eſſe paratum, neque ſublatò hoſtem; ò quàm graues minę ſub hoc præmuntur Romanorũ ſilentio, poſt Duce Papirio curſore,repoſito iugo G.Pon. Samniũ Regi,& legionibus ſuis Pontius inquit, Non patris antiqui ò ſana ueneranda feſellit ſenectus;ſed mea glorioſa, & animoſa iuuentus, deindè mutato antiquo Romanorum more,idem G.Pontius à Romanis ſubiugatus hæc protulit uerba, ò utinam ad hoc tempus me fata reſeruaſſent, quo Romani dona acceptare cœperunt, quia non forem paſſus illos regnare diutius, venale quippè,& donis corruptibile Imperium durare non poteſt,& Roma non Roma, ſed Samnium Roma

44 fuiſſet.¶ Et Numidarũ Rex Iugurtha nequiſſimorum compos,ſępe uotorum aureo uictis martis Ducibus erga Romam, inquit, ò urbē uenalem, & maturè perituram ſi inueneriт emptorem, quod mirum fuit dictum barbari Regis, qui à Mario primò ſubiugatus fuerat.

¶ Et ten enturmilites electi pro gloria pugna

45 re, nec de morte curare pro ſalute reipublicæ exemplo M.Furij Camilli,qui in Volſcos, & Latinos hoſtes ſignum è manu ereptum uexilli feri traxit inquiens erga ſuos legionarios ſignum ſuum potiri per inimicos, & nè tantum dedecus, & ignominiam paterentur, & illicò electi prædicti unà cum ſuo Duce irruerunt in hoſtes, pudentes propter honorem non ſequi Ducem ſuum, neq; pati proprium uexillum per hoſtes teneri: & impigrè, ac pertinaciter pugnantes, ſignum ſuum recuperarunt profligatis hoſtibus. ¶ Et Peligni adeò ſtrenuè pu-

46 gnarunt pro honore, quòd potius mortem pati uoluerunt, quàm fere uexillum ſuum potiri per hoſtes, ut in hiſtoriam ſcripſerit Poſsidonius, & Polybius:ſed Pauli Aemilij prudentia Conſulis Romani circumuentis hoſtibus per loca aſpera,& deſerta ex pto marte, uictoresq́, & triumphatores permanſerunt Romani.¶ Et idem fecit M.Agrippa, Seruius Tullus, & M. Ancus, qui arte tali incitatis militibus ſuis ꝓ honore glorioſæ militiæ uictores extiterunt in hoſtes per ipſos iacto uexillo, & illom inſecuti fuerunt duro bello armata manu pugnato,& eo quæſito cum uictoria. ¶ Et idem in faliſcos fecit Tiberius, quos ſubegit ſuorũ uirtute militum. ¶ Et Seruius Dux Pelignorum ſub Paulo Aemilio militans in Macedonia contra Perſeum Regem Macedoniæ traxit uexillum ſuorum in Phalanges Macedonum, inquiens,non fore licitum Italis dimittere inſignia ſuá Macedonibus,& Peligni ad bellum incenſi, & acriter bellantes ruptis phalangib. Macedonicis ad conſocios reportarunt in ſignia ſua, nec paſſi fuerũt illa potiri ꝑ hoſtes.

47 ¶ Legitur electũ quendã ex militibus Scipionis ab ipſo Scipione fuiſſe increpatũ pulchrũ, & pictum clipeum habentem,non mirari plus præſidij in ſiniſtrà habere,quàm in dextera, & gladio: quę uerba inflammarunt electum ad

48 pugnam contrà hoſtes.¶ Nec militum ornamenta conſiſtant in auro, neque in pictura, & prætioſis lapidibus, neque in falleribus equorum militari iure prohibitis.l.1.C.nulli licere in fren.& equeſt. ſell.& balt. aptare margaritas,ſmaragdos,& iacintos.l.1.C.de ueſt. allob.& aur. & de tinctione ſacri muricis, & de pallatinis artificibus.lib.10.Sed in cicatricib. habitis in bello, rupto ſcuto,fracta galea,in ſudoribusq́;,& laboribus militaribus. Et Annibal deriſit Anthiochum Regem habentem magnubiatos milites ſuos cum armis, & ueſtibus pictis,& deauratis cum prętioſis lapillis,& gēmis à Regulis prohibitis militiæ.l.1.C.de tollen.luſtra.auri perſecut. & in d.l. t. C. ut nemo lic.in ſienis,ſellis, & balteis margaritas, ſmaragdos, & iacintos aptare, ut in Virgilio de baltheo Pallantis filij Regis Euandri,

Fuit baltheus,et notis fulxerunt cingula bullis,
Pallantis pueri uictumq́, uulnere Turnus:
Strauerat atq; humeris inimicũ īſigna gerebat.

49 ¶ Et ut dicit beatus Hieronymus ad ęgrotũ à fortiſſimo milite ſemper in acie ſtandum eſt, & querenda occaſio, qua uirtus eniteſcat excuſſa labore; militi enim ornamenta glorioſæ militię ſunt uulnera in bello accepta in præmium ſuę uirtutis, & fidei: & Quintilianus in milite mariano loquens de labore, & modeſtia militum, nemo noſtrum recuſat laborē itineris, nec iniuſtum ſuper arma faſſem, nec æſtus ſolis ardorem, nec ſub pelibus actam hiemem:& ſi ferienda ſit fatigatio foſſa pro uallo,portiſq; uigilandum fortiter, ancipites inhibemus pugnas vulnera laude penſabimus, mors erit ignominia potior: quicquid in pugna patimur uirorum eſt; & vera militum ornamenta ſunt in rupto ſcuto. fracta galea ebete, gladio, uulnerata facie effectis in bel-

50 lo.¶ Et habent inſimul milites loqui, & cantare de bellis,armis,equis, & exercitio ſuo militari,& non de aliis non pertinentib.ad exercitium ſuum, ut Romani faciebant canentes de uictorijs,& laudibus militarib. iuxta illud.

Nauita de uentis, & tauris narrat arator,
Enumerat miles uulnera, paſtor oues.

l.pen.ff.de mil. teſt. Idē atteſtante Vegetio de

51 re mil.¶ Et quis ſit miles habeť in gl.l.fi.ff. ex quib.cau.maior.& in ſe, ut aliàs dixi nobilita

tem inducit militia.l.fi.C. de incol. & c. cum esset extrà de simon.& l.mulieres. C. de dign. lib.10.Quintus Furius,inquit,se nole aliquos milites accipere,nisi bellaces: & qui impigrè, & strenuè pugnant pro republica, & honore
52 patriæ nullo uitato periculo. ¶ Veterani milites tenentur amore reipublicæ instruere Tirones in militari exercitio, qui natura perficiuntur,& exercitatione.habetur C.de uetera. & C.ut armorũ usus,& C.de fabri iuxtà illud,

A boue maiori, discat arare minor.

¶ Immunes sunt veterani,& illi,qui militarũt per annos viginti, & post meruerunt uacationem.l.viginti.C.de re milit. & uictoriam Cæsari dederunt ueterani milites.Consilium nempè bonum est,quando procedit à prudenti speciosa senum corona, & ab inueterata sapientia, quæ futuris prouidet, & illa præcogitat,
53 cernit,& illis occurrit salubri remedio.¶ Nec possunt de iure milites mutare gradus,dignitates, & ordines sibi datos à Principe ipso inconsulto Principe,aliàs poterit puniri milita
54 ri iure.l.contrà publicam.C.de re milit. ¶ Debentq; esse benè experti milites,eligendi fidi, firmi,immobiles,securi,audaces, animosi, & benè compositi, qui ut dixi non horrescant uidere sanguinem vulteranorum, & interfectorum cadauera; quoniam illi qui non sunt experti talia cernentes trepidant, timent, & fugã solicitant magis,quàm pugnam, & quãdo fieri posset,melius est seruos erudire armis, qui sint agrestes,& rustici corpore,nobiles tamen fortes,& feroces animi inuicti,prudentes,auidi gloria, & honore, quàm alienos mercede cõducere, Romanorum exemplo,quia promptiores ad pericula, fidi, & obedientes magis sunt sui, qui strenuè exercitati pro republica pugnãt, quàm alieni, qui corrumpi facilius possunt,quàm illi de quorum ruina,patriæ;& de honore,gloria,& salute parentum, & filiorum,uxorum,& rerum tractatur:& hi sunt instruendi ab impubertate,Pauli, Rutilij,Catonis, & Annibalis exemplo, qui in re bellica à puaritia instructi fuerunt ab eorum parentib. & filios respectiuè suos impuberes ad didiscendum militiæ disciplinam miserunt, & curam
55 maximam de illis habuerũt. ¶ Et habent electores militum probè considerare, & cognoscere in delectu militum, qui nam sint milites robustiores,animosiores,& magis fortes,experti,& prudentes in armis, signa, & insignia, muta,& uocalia cognoscentes militaria,& in labore assueti, iocum putantes ferre arma, & ponere manus in hostes,Pirri Regis exemplo,
56 qui pro ioco pugnã reputabat.¶ Vsus,& exercitatio frequens optimum in re militari habet in se bonum,& ad quæcunque etiam maxima peragenda. ¶ Et ualdè cõmendauit Rex Antigonus milites illos,quos armatos uidit toracibus,& galeis ludere pila: quoniã ipsos iudicanit fortes, & non molles;& illos inter electos
57 suos describi,& numerari præcepit. ¶ Eligendorum militum considerandæ sunt Regiones, situs,& Prouinciæ;earumq; uaria loca,& natura locorum,ubi sint orti,& nati milites,& eorum etiam personæ feroces, fortes, uoces,facies,colores,fides;corpora, qualitates,animi, & illorum diuersitates. Nã graues,& prudẽtes sunt Romani, & oẽs ferè Itali natura fortes,laboriosi,pacientes,ingeniosi, marciales,& bel-
58 licosi animo inuicti. ¶ Egyptij sunt uentosi,& leues natura,iniuriosi,iactabundi, & honorũ cupidi,ut Aphrica;uarios,& istabiles græcos, callidos, ingeniosos, uenereos, uitiorum amicos,& mendaces,superbosq; & auaros esse legimus, iuxtà illud,

Falaces ligures,& omnis Gracia mendax;
Pœnosq; uersipelles,

Et insensatos esse reperimus; Gallatas detractores, molles, & minaces ingenio acutos & doctrinam fugientes; Numidas molles, & infidos; feros, & leues Persas; & Allobrogos horridos,qui hodiè Subaudienses dicuntur;animosos, furentes, & bellaces Hispanos;Cymbros,Germanos fortes,duros,& feroces in bello esse legimus; & bellicosos gallos natura superbos, & iracundos quos historiæ quædam firmant fuisse in primordio belli plusquam uiros: & post duro marte retentos, militari arte molles peruenisse sudore repletos, & membris languentibus lassitudine, & à Sole,& Asiti contrà ipsos etiam parcito ferro, aut impacientes fœminas armis proprijs lõga pugna grauatos fuisse prostratos;friges meliores esse effectos plagis; Carios periculosos;& Cretenses mendaces, & pigros; & Tyrios bilingues; & illi qui ad axem meridianum subiecti solarib. caloribus ad bellorum cogitationes incredibili solertia celerius, quàm alij mouentur: sed non possunt resistere ferro, & cæteris sunt formidosiores ob exiguitatem sanguinis exaustam calore solis, septentrionales ebetes habent mẽtes, & uehementiã ad arma pp eorum abundantiam sanguinis,qui in ferrũ sine timore prœliui incidũt, ut cãtat Lucanus.

Quos despicit artus
Fælices errore suo, quos ille timorum,
Maximus haud urget lęti metus indè ruendi
In ferrum mens prona uiris,animæq; capaces,
Mortis, et ignauum est rediture parcere uitæ;
Omnis in arctois populus quicunque pruinis,
Nascitur indomitus belli, et martis amator.

Et corpora nata in asperrimis locis, & alpi-

alpibus,ubi niues sunt, sua sūt simillima cęlo,
& calore laxantur: & sic optimus est in re mi
litari habere locorum scientiam, regionum,
& personarum naturam, ut optimus fiat dele
ctus militum,qui eligi debent boni pro legio
nibus ab electione militum dictis, prout fie-
bat antiquitus, quo tempore probè fiebat
electio bellatorū,sicut grana frumenti ab aue
na,teste Vegetio in libro suo rei militaris:
& sic est bene considerandum circa electio-
59 nes militum. ¶ Nec illi milites recipien-
di sunt ad militiam, qui desertores fuerunt
ab ipsa priuati ignominiosè, & hi possunt
ad onera accipi, & non ad honores mili-
tiæ,secundum regulam iuris militaris:nec illi
sunt recipiendi, qui damnati, & diffamati ob
ignominiam fuerunt.l.Desertorē.ff. de re mi
lit.& l.milites.C.eodem,& l.Nec infames.C.
de decurion.& l.1.C.de iis,qui non imple.sti
pen. ¶ Et an remoti milites præsumantur fuis
se dolo remoti à militia, dico ꝙ non, nisi pro
betur fauore militiæ, & in memoriam pristi-
nę ammissæ dignitatis militaris.glo.est in c.si
60 quis arbitretur. 22. q. 2. ¶ Et benè sunt prę-
miandi experti milites;& de matricula militū
sunt delendi tristes, si non speratur honor ab
61 illis. ¶ Et sunt ponendi, & eligendi in locū,
& ordinem parentum suorum, & secūdum eo
rum dignitates,gradum,& conditiones;exem
pli gratia pilaris, uel alterius ordinis milita-
ris,aut fabrorum sunt in similibus locis, & or
dinibus collocandi filij,nisi aliter Princeps sta
tuerit, aut uirtus electi poposcerit.l.1.C.de fi
lijs offic.milit.qui in bello moriūtur,lib. 12.
& l.1.& 2.& ibi glo.C. de come. lib.12.
62 ¶Quæro de electione catholicorum Impera-
torum,& ad quos spectet electio talis, Dic ad
Principes Germaniæ, uidelicet ad tres prælatos,& quatuor laicos, uidelicet ad Archiepi-
scopum Maguntinum, Coloniensem, & Tri-
uerēsem;Regem Boemiæ; Ducem Saxoniæ;
Marchionem Brandaburgensem, & Comitē
Rheni,ut dicit glo.in c.ad Apostolicam.de re
iud.in 6.& Reuer. D.Cardinalis Zabarella in
clem.1.de iureiur.& Bal.in c.1,§.in ciuitate.
de pace tenē. & electio facta per maiorē eorū
partem tenet cęteris non contēptis: & posteà
spectat ad Romanum Pontificem electū exa-
minare, approbare,ungere,consacrare,& co-
ronare si est Dignūs, & indignum reicere, &
sacrilegum,excommunicatumve,Tyrannum,
fatuum,hæreticum,paganum, periurum, aut
Ecclesię hostem,& persecutorem priuare: &
Papa suplet electoribus nolētibus eligere Im
peratorem, & cui uult gratificare potest,data
uocum paritate eligentium. c. venerabilem,
& per Doctor.ibi de elect.& electi potestate.
63 ¶Vbi glo.dicit, ꝙ opprimerent Aystulpho Ec
clesiam Rege Longobardorum tempore Ste-
phani Papæ secundi, qui in suffragium Eccle-
siæ uocauit Constantinum Imperatorem Cō
stantinopolitanū cū eius filio Leone, qui no-
luerunt suffragari Ecclesiæ: & tunc Pontifex
Stephanus secundus transtulit Imperiū ex græ
tia in Alemaniam; & Carolum Magnum fi-
liū Pipini Francorum Regis uocauit,pro suf
fragio Ecclesiæ Romanæ oppressæ à Longo-
bardis: qui cum maximo exercitu uenit in
Italiam, & Ecclesiam liberauit ab hostibus
Longobardis,fugato Aystulpho illorum Re-
ge cum gente sua, ut aliàs dixi usq; ad urbem
64 Rauennæ,ut firmat historia. ¶ Et indè Zac-
charias Papa in locum Ludouici Regis Fran-
corum depositi pp inobedientiam,& rebellio
nē Ecclesiæ substituit Carolū.c.Alius.15.q.1.
& per gl.in c.venerabilē,& per D.Abb.ibi,&
in c.venerabilē, q filij sint legit.& in l. vnica
in Lōgobarda de capit. pro lege tenēdis. li.3.
65 ¶ Demum quæritur si Dux,Comestabilisq;,
aut miles electus possit seruire per substitutū,
Dic posse per æquè idoneum, per glo.in l.Sti
pulationes comodè.ff.de uerb.oblig.&in l.1.
C.de mancip.lib.10.& ibi per Bar. & per Io.
Andr.in regula, qui per alium facit,&c.& per
Innoc.in c.cum Bertoldus. de re iudi.& ibi ꝑ
Hostien.Et bonum erit,quòd talis substitutio
fiat cum cōsensu illorum de quorum interes
se tractetur,ob industriam, & opera electi ho
minis.l.Inter artifices ff. de solut. & ita tenet
Ioannes de Lignano in tractatu suo de bello.
66 ¶Quæro de milite exhæredato à patre,an feu
dum retineat? Dic retinere auitum, & anti-
quum feudum,aliàs non: nam iisdem de cau-
sis de feudo exhæredari potest quis & priuari,
prout de aliis rebus. c. 1.§. prædictis.in titu.
quæ sit prima causa benefic.amitten.

SVMMARIVM.

1 *Imperatores,& Reges quomodo, et quid in coronatione iurare debeant.*
2 *Milites gentiles quomodo iurarent.*
3 *Et quomodo milites nostri temporis.*
4 *Milites ex quibus rebus efficiebātur priuilegiati.*
5 *Ordo militiæ quātū sit laudabilis, & gloriosus.*
6 *Milites non debent nomen Domini spernere,et stulti sunt Duces eos recipientes.*
7 *Milites priuati non possunt restitui absque nouo iuramento.*
8 *Eratq; iure prohibitum militem talem sine iuramento posse contra hostes pugnare.*
9 *Catonis laudes in re bellica, & aliorum.*
10 *Milites propter inobedientiam, rectè morte naturali puniri possunt,& quid extraordinariè, & num.* 14.

11 *Contemnere præcepta Pontificis sacrilegiu est.*
12 *Miles uulneratus, an licitè possit discedere ab ordine exercitus.*
13 *Alexander, qui in quodā bello pluribus uulneribus percussus, noluit discedere à bello.*
15 *Iudices negligentes facere iustitiam, possunt puniri.*
16 *Milites tenentur non tātum seipsos defendere, uerum etiam & socios, ut de Sceuola legitur.*
17 *Cornelius Scipio Imp. dicere solebat, uellem potius ciuem unum Romanum in bello tutari, & seruare, quàm mille hostes perdere.*
18 *Milites, quomodo coronabantur, & eum multis speciebus coronatum, 19. & 20.*
21 *Milites malè faciunt, qui discedunt à loco suo exercitus uolentes uideri, & ostendere se nimis prudentes.*
22 *Imperatorum consilijs est omninò parendum.*
23 *Occurrere nouis inuentis nō uisa materia difficile est, sed Dei Opt. Max. auxilio prouidetur.*
24 *Iuramentum fidelitatis præstitum per procuratorem, an ualeat.*
25 *Fidelitas, & homagium, an idem sit.*
26 *Vassalus an licitè possit facere parentelam cum inimico Domini, & an asotiare possit inimicum.*
25 *Acensatores, & testes, qui morātur cum inimicis, ut inimici, & suspecti repelluntur.*
28 *Vassalus quomodo debeat proferre iuramentum fidelitatis.*
29 *Exercitus quid sit.*
30 *Hæreditatis possessio patris in bello mortui, an ipso iure transferatur in filium, nisi bona aprehendantur.*
31 *Vassallus an possit agere, & conueniri ratione feudi, & transigere, & compromittere.*

DE IVRAMENTO PRAESTANdo militibus.

1 IMperator, & Reges in sua coronatione iurare tenētur per Patrem, per Filium, per Spiritum sanctū unum, & Trinum: & trinū unū omnipotentem Deum in unitate, diuinitate, & substantia una: ut ritè sacrosancta Romana mater Ecclesia Catholica tenet quòd erunt Deo, & sponsæ suæ Ecclesiæ, & ipsius sancto Pastori fideles, & obedientes: & quòd ipsam Ecclesiam Catholicam cū sua terra pro posse tutabūtur pro CHRISTO. cap. tibi Domino Ioanni Papæ. 63. dist. & c. veritatis, & cap. intellecto. extrà de iureiur.
2 ¶ Et legitur antiquos gentiles milites per falsos deos Iouem, Martem, Bellonam, & similes iurare cōsueuisse: & per Imperatorem, & Regem suum in forma militię à iure tunc tradita.
3 ¶ CHRISTI uerò fideles gloriosissimi, & inuictissimi milites sub uera fide militantes, ut suprà iurare tenentur per patrem, filium, & Spiritū sanctum, & ꝙ pro ipso Deo, fide CHRISTI, & Ecclesia sua Catholica, fideliūq; republica, & Imperatore suo orthodoxo strenuè, & fideliter militabunt, et pugnabunt: et Comilitones suos; et signa defendēt in bello; et quòd non deserent militiam, nec mortem uitabunt in ea; et ꝙ pro posse locum suum tenebunt in acie, & seruabunt in pugna; & quòd libēter parebunt mandatis sui Ducis, & quòd strenuè pugnabunt, & ꝙ non discedēt à uexillo, & ordinem non excedēt sibi datum, nisi teli sumendi, & petendi, hostisq; feriendi, aut ciuis causa seruandi. l. tribuni, & l. milites. C. de re milit. & l. penul. ff. ex quib. cau. maior. & l. desertorem. §. qui in bello. ff. de re mil. & l. Collatores. C. de collat. in princ. & l. 2. ff. de his qui notantur infamia, & l. 1. C. de his, qui non imple. stipen. lib. x. Et regulariter milites religionis, & uirtutis amore; & quidam legalis pœnæ gratia seruabant militaria iura.
4 ¶ Sex enim antiquitus reddebant militem priuilegiatum, de quibus in sequentibus uersib.

Ensis, matricula, examen, iuratio, stigma,
Vilia non debet tractare negotia miles,

Nam ensis primò est cingendus militi. l. penul. ff. de milit. testa. secundò in matricula aliorum describitur militum. l. ex eo. ff. eod. tertiò examinantur milites, si docti sint magistri, & experti in re militari & non discipuli, antequam eligantur, & describantur in matricula militiæ; & cum Alexander Magnus unum ex suis militibus uidisset, extrà ordines aliorum discere pugnandi, illum ex matricula aliorum mandauit deleri, inquiēs, in suo exercitu non oportere esse tirones, & discipulos, sed magistros, & probè disciplinatos in militia, & illum misit ad gimnasticam exercitationem, ubi tirones gloriosam discebant militiā. l. 1. C. qui milit. nō poss. lib. 12. Quartò iurant se non euitaturos mortem pro republica, & Imperatore suo, & ꝙ non discedent à signis, & ordinibus suis. l. pen. ff. ex quib. cau. maior. Quintò stigma, idest nota, seu signum publicū in brachio sibi annotabatur. l. 3. C. de fabricen. lib. 11. l. fi. C. locati. Sextò, quòd nō sint negotiatores, cum armis incumbere habeant. l. 1. C. negoc. ne milit. lib. 12. & l. miles. ff. de re milit. & l. militem. C. de procur. & per gl. instit. de milit. test. in princ. & l. milites. ff. ex quib. cau. maior. & l. 1. C. de re milit. & in auth. de mand. princ. §. fi. col. 3. & per gl. inst. de mil. testam. in rub. & in c. prohibentur. 2.

5 quæst. 1. ¶ Sanctus est.n.ordo militiæ, qui parium, dispariumq; rerū sua cuiq; loca tribuit; & rerum compositio, & hominū collocatio facta in actis & commodis locis:& sic est uirtuosus, & laudabilis ordo militiæ:licèt p quosdam abutatur hodiè, & non uera sed falsa utūtur militia;& id quòd est ordinarium faciunt extraordinarium; Deum non cognoscentes, neque ipsius omnipotentiam timentes, sed ipsum spernentes, & iniuriantes iniquissimis verbis blasphemando, & detestādo; & eiusdem sacerdotes contemnendo, spoliando, derobādo,
6 & depredando. ¶ Et hi ob hoc scælus nefandū à quibusdam insensatis Ducibus reputātur inter forciores milites, non putantes hos esse in causa perditionis, & ruinæ exercituum ob eorum crimina tacito Dei iudicio: cuius dumtaxat suffragio paratur uictoria, & deponuntur superbi mente sua, & hoc fuit expertus lucifer vnà cum innumerosa copia angelorū: qui mente Domini deiecti fuerunt è paradiso propter superbiam; & perduntur etiam mente Domini contemptores diuini nominis, ut de Mezentio, & Eccelino superbis, & de Anathan, & Abyrone Regibus quorum duo primi trucidati fuerunt propter superbiam, & reliqui duo à terra absorpti fuere propter blasphemiā diui-
7 ni nominis, ut sacra litera docet. ¶ Nec sine nouo iuramento restitui possunt milites illi qui fuerunt priuati militia propter desertionem ipsius, & seu militare delictum secundum sen-
8 tentiam Catonis latam de filio Pompilij. ¶ Et fuit de iure prohibitum non iuratum militem cū hoste pugnare quia fuit ex auctorizatus in signibus militaribus l. Cum allegatis. ff. de re milit. & potest Princeps remittere iuramentū militibus suis periurijs. l. fin. ff. ad municip. & l. fi. ff. de re milit. & l. si collectaneis. in fi. ff. de manum. test. & l desertorē. §. qui in bello. C. de re milit. Et meritò possunt puniri milites de periurio, qui inobedientes fuerunt aut contemptores mandatorum suorum Principum.
9 ¶ Cato in re bellica, ut Cæsar usus fuit celeritate, nec timuit labores itinerum, licèt tortuosorum, & nemorosorum: qui dum foret Iuuenis militauit sub Q. Fabio Maximo contrà Annibalem, & nunquàm iners fuit in ferendo arma, & militares labores; & multa pro Republica in aciebus, & bellis habuit vulnera; & fuit in uita temperatus, morigeratus, & studiosus armis, & literis auidissimus, & laboriosissimus, Ducibusq; obedientissimus, pacientissimus, & obseruator militarium iurium: fuit Seuerus rubei coloris cum oculis albis; & propter uirtutes suas ortus in Tusculano agro acreuit honore Duce Valerio Flacco nobilissimo, & potentissimo Romano Duce, qui omnes uirtuosos peramabat, & Scipionem Aphricanū Aemulū Q. Fabij maximi accusauit Cato in Senatum, ex eo quia Scipio nimia liberalitate erga milites utebatur de publico ultrà stipendia ordinata militibus, cum agris limitatus sibi assignatis: & à tali querela cum laudibus maximis liberatus fuit Scipio à Senatu, populoque Romano: & creatus Consul fuit & Dux Romanorum Aemylianus Scipio contrà Carthaginenses ut Carthaginem deleret rebellem Populi Romani, in armis tūc superbia eleuatam, negantem uelle dare ulterius tributum Romanis: qui Duce suo Scipione Aemyliano adoptiuo alterius Scipionis Aphricani filio, Romulea uirtute Carthaginem destruxit, & il-
10 lā meritò peræquauit solo. ¶ Et iustè possunt puniri morte naturali milites propter inobedientiam quod maximum est delictum in re militari. l. Desertum. C. de metat. & l. 1. in fi. ff. de offic. pf. prçt. Aphr. & §. 3. & l. oē delictū.
11 §. contumatia. ff. de re milit. ¶ Et est sacrilegiū contemnere præcepta domini Papę locū Dei in terra tenentis, & in crimen paganitatis incidit talis contemptor cap. si qui presbiteri. in fin. 71. dist. & per Archid. in c. quamuis in gl. in uerbo igitur non est iugum. de offi. ordi. in
12 6. ¶ Miles secundum regulas militiæ etiā vulneratus discedere ab ordine, & pugna non potest, neq; à signis sibi datis impunè, aliàs poterit puniri militari iure ut desertor. l. 1. & per
13 Bal. ibi. C. de re milit. ¶ Et dum Alexander decreuisset uidere Occeanum, & loca multa fortia bello ibi quæsiuisset, multis triremibus, & nauibus multis probè munitis apud Malios ferocissimos populos, debellato quodam loco forti, rupto muro, appositis scalis, & illis fractis in terrā deiecto ipso Alexandro pluribus vulnerato sagittis, illo in medio hostiū saltu reducto, & à paucis ex suis sociato: quo uiso barbari fugierunt, effecti stupore tanti viri: & indè ad pugnam redientes contrà Alexādrum forti cuneo, & globo armatorum sagittis, quorum vnus arcu emissa crudeli sagitta vulnerauit Alexandrum inter costas, qui præ dolore cecidit in terram: & ni fuisset ab amicis Pseucesta, & Limnico occursus iterfectus fuisset à barbaris; post vulnerato Pseucesta, & occiso Limnico, & Alexādro cum maleo percussso super caput eò uix pedibus stante illo apud murum se reducto, & ab ipso muro retēto, adhuc nolente propter uirtutem à pugna discedere, quòd recuperatus fuit à Macedonum co-
14 horte, quæ illum ad tentorium reduxit. ¶ Possunt extraordinariè puniri quandoq; milites de inobedientia, & negligētia per Duces suos scilicet arbitrio suo, cura tamen pœnam mortis. l. 1. C. de thesaur. quod est intelligendum de inobedientia, & negligentia non ità importanti, secus de contemptu ut suprà eodem in §.

Et

Et iuſtè poſſunt quandoq; capitaliter, & gra-
uius puniri.ſ. morte naturali c.1.3.quæſ.1.&
15 cap. Abſit.11.q.1.& cap. Mites. 23.q.5.¶Et
pariter puniri poſſunt iudices negligentes fa-
cere iuſtitiam l.Si quos.ff.de offi.præfec.præt.
16 Aphr. ¶Et ut dixi tenentur milites de iure iu-
ramento aſtricti per ipſos præſtito, ſe, & ſuos
comilitones defendere,pro ut ſecit Scęuola ac
cerrimus miles Cæſaris, qui dum militaret in
Brithania & incidiſſet in paluſtrum cænoſum
aquoſum locum, nonnulli ex comilitonibus
ſuis, contrà quos magna hoſtinm copia irrue
rat, ſpectante Cæſare ex alto Scęuolam prædi
ctum acriter pugnantem ſe,& ſuos paſſim tu-
tando,& arcto,& anguſto paludoſo, aquoſo,
& cænoſo loco,ipſam limoſam paludem mo
do limantem, & ambulantem, modò natantē
duabus onuſtum loricis,uix ſe reduxit ad ſuos
ſe,& comilitonibus defenſis amiſſo clypeo,ad
mirante Cæſare,& ipſum ualdè ſpectante gau
dio magno: & mæſtus Scæuola procidens pe-
des tacitè ſui Imperatoris Cæſaris obſecratus
fuit ab ipſo ueniā, amiſſi in bello clypei pro-
pter militare iuramentum,quod delictum po
teſt remittere Princeps: & illi Cæſar remiſſo
iuramento donauit centurionatum cum Lau-
riciuica corona,ob ciues ab eo ſeruatos, qua
uel quercus illos coronabat antiquitas, qui
ſe,& conciues ſuos ſeruaſſent in bello; & ciui-
ca corona nuncupabatur, qua coronatus fuit
M.Tullius Cicero ob patriam per ipſum ſerua
tam à cōiuratione Catilinæ: & plura antiqua
uidi, & habeo numiſmata antiqua auri, æris,
& argenti ſculta, cum capitibus coronatis co
rona lauri cum literis iis, ob ciues ſeruatos.
17 ¶Et ritè Maximus Imperator Cornelius Sci-
pio aiebat,ſe malle ciuem unum romanum in
bello tutari,& ſeruare, quàm mille hoſtes per
dere. Et dum foret Pſeuceſta amicus Alexan-
dri in uenatione vulneratus ab urſo inſcio A-
lexandro,qui illi ſcripſit ſi aliquis fuit, qui il-
lum deſeruerit,& negligēs fuerit in uenatione
eidem nunciaret, quoniam ipſum intendebat
18 punire.¶Hędera,& graminea quandoque co
ronabantur milites illi,qui obſeſſos ſeruabāt,
& obſidionalis corona dicebatur: qua coro-
nati fuerunt Scipio Aemylianus in Aphrica,
19 ſeruatis cuneis iam turbatis.¶Et Fabius maxi
mus quādoq; ſeruauit exercitum Minutij ſui
cōdictatoris:& legimus unum tantum, roma
nos feciſſe dictatorem ſecundum tempora, &
oportunitatem bellorum: & una tantum uice
duos tempore belli punici poſt cladem Canna
rum Fabium uidelicet maximum, qui rem cū
ctando uirtute ſua patriæ reſtituit,& quorun-
dam fauore Minutius pro ſocio, & condicta-
ctor poſt factus,& datus fuit tunc Fabio maxi
mo exiſtenti in exercitu, quod in præteritum
antiquo uegente Romano Imperio in liberta
te ſua, & in futurum nunquàm contigit,duos
vno tempore fieri dictatores. Muralis corona
illa dicebatur qua coronabantur milites illi,
qui primò aſcendebant muros hoſtium obſeſ-
ſorum:& illa naualis, qua coronabantur mili
tes, qui primò naues hoſtiles in nauali bello
aſcenderent. Et caſtrenſialis corona dicebatur
illa quæ dabatur illis: qui primò hoſtium ca-
ſtra fuerunt ingreſſi: Appij Corona,& pini ur
de ſancta arbore Deo dicata coronabantur
quādoq; milites, & Dux Corinthi Thimoleō
fecit in Sicilia, ubi pro libertate glorioſè pu-
20 gnauit,& Siculos tyrannos perdidit.¶Pompe
ianorum tentoria in campis farſalicis corona
ta fuerant myrto, ſeu mortella, quod Cæſari,
fuit inditium illis donare mortem in expedi-
tione: quia mortellam pro corona elegerant
uit nuntiam ſibi mortē coronis Oleaſtri. Cato
coronauit bellantes in theatro,ut in Olympio
bellantibus fieri conſueuerat,& uaria hærba-
rum dona multis in theatro exiſtentibus dona
uit Cato prudens, & Seuerus forte nunquàm
ductos duarum legionum, qui loco ceſſerant
primo uirgis cæſos ſecuri propter inobedien
tiam, & uiolatum iuſiurandum puniuit Lu-
21 tius Paulus Conſul Romanus. ¶ Et quidam
ſunt milites,qui uolunt uideri, & ſe oſtendere
nimis prudentes,recedētes à loco ſibi dato ſui
prudentia Ducis,& hoc quandoque milites fa
ciunt timore,aut ſpe fugæ,vel futurę prędę, &
ſępe in cauſa ſunt pudoris,& perditionis exer-
citus, uictoriam inopinatè tollentes è mani-
bus ſuorum,ut Simbriani milites fecerūt con-
trà Lucullum;& ut dicit Euangeliū,Non plus
ſapere quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſo-
brietatem;neq; de morte timere pro ſalute,&
22 honore reipublicę CHRISTI.¶Legitimis eſt
parendum Imperatoribus & eorum eſt neceſ-
ſe ſtare conſilijs, aliàs puniri poſſent milites,
& populi ut inobedientes l.Proſpexit, qui & à
quibus.ff.& tenentur cum ueneratione popu-
li,& milites audire libenter, & amare Duces
ſuos,& eorū conſiliariorū parere mādatis pro
honore,& gloria ſua:nam amor,& honor pa-
trię,& ſui Ducis uirtus,confidentia, cauſa,ar-
ma, ordo, & neceſſitas uictoriam affert mili-
tibus, & prodeſt in re bellica ſancta Dei reli-
gio,q̄ ſi ſeruata purè fuerit à militibus, uicto-
riam ſemper reportabunt Craſſæ antiquitatis
omiſſa ſuperſtitione,& uel ut fugata cerua Ser
torij,& Lucij Syllę imagine deiecta, & idolo-
rum fractis oſſibus, & ſtatuis uirtute ſanctæ
Crucis Domini noſtri IESV CHRISTI,
& quid ſit utile in re bellica quilibet optimus,
& expertus Imperator benè ſcire poteſt. Occu
rentibus in dies negociis, quibus uirtute ſua,
experientia comite rerum magiſtra,implora-
to

to semper Dei suffragio prouidere non dubi-
23 tat.¶Et licèt sit difficile nouis inuentis occur rere non uisa materia, sæpe tamē numero pro ueniunt casus præmeditati, quibus facilè gratia Dei prouidetur ope, præsentia, consilio, astu, & ingenio prudentum militiæ Ducum. Et licèt humana natura prouidere non ualeat in cunctis, minus tamen afficiunt occurrenti exercitui stante præsentia sui Ducis experti, & minus nocebunt, & seu dolebunt præuisi ca sus obuenti, iuxtà illud,

Nam præuisa minus lædere tela solent;

Et ut cantat Petrarca Poeta vulgaris,

Piaga antiueduta assai men duole.

24 ¶Quæro an in feudis ualeat iuramentū fidelitatis præstitum per procuratorem, in hoc articulo uariauit Bald. & sibi contrarius fuit in l. 1. C. de caduc. toll en. & in cap 1. per quos fiat inuestit. in usibus feud. & in l. 1. ff. de rerum diuis. Vbi Ludouicus Pōtanus de urbe tenuit ualere per cap. 1. §. uerum. de stat. regular. lib. 6. & per cap. Si quis, & per cap. minor. in tit. per quos fiat inuestitu. & in clem. 1. de re iudic. & per Bald. in cap. 1. quo temp. minor, & est gl. ad hoc in cap. tibi domino, & per Archidiac. 63. dist. & dicit Romanus non sufficere tamen generale mandatum, sed spetiale ad id, per gl. in cap. si uero. de elect. in 6. & per Alexā. in l. Hoc amplius. §. si alieno. ff. de damn. infect. & dicit Romanus in singu. suis tale iuramentum fidelitatis posse per procuratorem præstari, si per partem non fuerit recusatum, & idem ser-
25 uari in mulieribus.¶Fidelitas, & homagium frequenter ponitur unum pro altero dicit D. Andr. de Iser. in cap. 1. de no. feud. form. fidelitas est iuramentum quod præstat uassalus domino feudi secundum D. And. de Iser. in cap. 1. in vsi. feud. in titu. quid præst. deb. inuest.
26 ¶ Nec habet uassalus se copulare in matrimonio, neque parentelam facere cum inimico domini, neque asociare inimicum domini cum armis, alias perdit feudum ità firmat Bal. in c. porrò, quæ sit prima caus. benefic. amitten. & proditor, & rebellis domino dicitur per glos. in cap. 1. quib. mod. feud. amitt. & l. liberi. C. de inoffic. testam. & l. 1. §. cum patronus. ff. de
27 offi. præfec. urb. ¶Nam accusatores, & testes qui morantur cum inimicis, ut inimici, & suspecti ab accusatione, & testimonio repelluntur c. accusatoribus. 3. q. 5. & c. 1. & per glo. ibi quę sit pri. cau. benef. a mittē. & seu feudū,
28 amittūt c. si inimicus 8. dist. ¶ Sacramentum fidelitatis in feudo, quod fit per uassalum præ standum iurabit nempè uassalus in manibus domini, quòd nec consilio, neq; auxilio sciens adesse uelit tractatui, quo domino, uel uitæ eius, aut membro afferatur damnum, in vllam uè iniuriam, aut læsionem incidat; uel honorē quē habet, uel sit habiturus perdat, quinimò si sciuerit, audiuerit, cognoueritue aliquos talia moliri, impediet in quantum potuerit, & domino denunciabit, & domino auxiliabitur iuste bellanti, & fetuenti; & quòd domino iustè bellanti erit in auxilium, & illi sanum consilium dabit, & amissa per dominum recuperabit in quantum potuerit; neque secreta domini non pādet, neque aliquid procurabit quòd sit ad iniuriam domini, & suorum contumeliam cap. 1. de form. fidelit. uidelicet incolume, tutum, honestum, & vtile, facile, possibile.
29 ¶Quęro quid sit exercitus, dico esse collectionem militum in militia, & seu in expeditione existentium, secundū gl. in c. pastoralis. extrà de re iud. & in l. 2. in §. Exercitum. ff. qui notan. infam. & in l. 1. ff. de milit. testam. & dicitur exercitus ab exercitio, quia in eo milites
30 esse debēt exercitati. s. ī re militari. ¶ Mortuo patre milite in bello, uel in alio loco; an in filium illicò transferatur possessio hæreditatis paternæ ipso iure, nisi apręhendatur. Dic non transferri l. 1. §. Scæuola. ff. si test. liber. esse iuss. & per Alexan. in l. in suis. ff. de suis & legit. & per Bal. in authen. Defuncto. C. ad Tertul. & in l. 1. C. de appellat. quod procedit in burgen saticis, seu allodialibus, & prosanis rebus, secus in feudalibus antiquis, & ęmphiteoticis; in quibus filius est compræhensus in inuestitura, quia in his filius post mortem patris sine alia traditione possidet, & tenet. & per renouationem filio non datur, sed confirmatur possessio. Nam potest filius patris hæreditatem acceptare, uel repudiare, seu refutare si vult; & retinere feudum antiquum, & æmphiteosim in quibus est ipse filius compræhensus, habetur; & per Præpositum Alex. in cap. 1. Quid sit in-
31 uestitura. ¶ Quæro si uassalus agere, & conueniri possit ratione feudi & transigere, & cō promittere. Dic quòd sic, dummodo non fiat fraudulenter, & denuncietur domino si denunciari potest cap. si uassalus, il terzo, si de feud. controuer. fuer. inter domi. & agn. Dominus And. de Iser. negat uassalum posse compromittere: sed nobis uidetur uerius contrariū, sequentibus Aluarotti, & aliorum sententias de materia scribentium cap. 1. de inusti. in mari facta, & per Aluarottum in c. 1. §. si inter. de leg. Corra. cap. 1. An apud iudicem: & dominus poterit uti iure suo si succumberet uassalus.

SVMMARIVM.

1 Consules olim Romanorum duas militum legiones, in omni exercitu habuisse, legitur, in quibus legionibus maxima erat fiducia, ob eorum bellandi peritiam.

2 Iudex ita debet esse exercitatus in iudicando, uti miles in bellando.

3 Fortitudo militis circa sex gradus versatur.

4 Humana natura potius in duris, et laboribus instruitur, quam in ociosis.

5 Alexander fluxu corporis impeditus, destitit à psecutionis hostis, licèt trãsiuisset flumen orzartum, quem taneum esse putabat, & ruptis scitis.

6 Sertorius Rex Egypti in prouincijs facile acquisitis erexit columnas marmoreas: in quibus pudibũda muliebria sculpta reliquit ad earum ignominiam, quia erant milites inexercitati.

7 Melitus Pelopida, dum pergeret ad bellum, quomodo probè responderit uxori sua lachrimanti, & ipsum roganti, ut saluus rediret.

8 Alexander Magnus; Autiram filiam Regis Darij in vxorem accepit.

9 Militis est publicum munus.

10 Milites esse multi excusantur, & qui sint.

11 Dictator omnes pracedit dignitate, & honore, adeò vt ei omnes parere tenentur.

12 Legio unde dicta, & nu. 19.

13 Legio prima Romulia quam quantitatem pedutum, & equitum contineret, & quid de alijs legionibus.

14 Legio olim quam quantitatem contineret.

15 Cohors prima, unde dicta, et quomodo ordinabatur.

16 Quomodo secunda, tertia, quarta, quinta usq; ad decimam & nu. 17. & 18.

20 Milites fortes, & duri sunt elligendi.

21 Exercitus describitur uti corpus cum membris suis.

22 Legionarij qui dicantur.

23 Milites & eorum Tribuni, non debent de iure uagare ad proprios lares, sed debent operari in assiduo militari exercitio.

Acies quandoq; rectè duplicantur triplicantur & quadruplicantur.

24 Pugna, Bellum, et Pralium inter se differũt.

25 Tribunus militum unde dicatur.

26 Ecclesia: an construi debeat sub tributaria ronditione.

27 Tributum: an licite intuitu pacis ab Ecclesia soluatur.

28 Tribunorum officium quale sit.

29 Exercitus quomodo diuidatur.

30 Acies ad bellum diuisim per filas debet ordinari, et instrui omni mense, quo dantur stipendia militibus.

31 Feudum an per militem, uel aliam personam præscribatur.

DE LEGIONIBVS, COHORTIBVS, Turmis, & aciebus.

1 ROMANIS legitur historijs Consules suos in omni exercitu legiones duas ordinarias duxisse expertorum militum, additis ijs suorum confœderatorum auxiliarijs extraordinarijs, ex uarijs, & diuersis locis uenientibus: & tãta in illis duabus legionibus fiducia erat, ob eorum bellandi peritiã, & exercitationem, quòd non credebatur plus posse sufficere in quocunque bello; & ut aliàs dixi, exercitus dicitur ab exercitio, quia in eo milites eẽ debẽt cũ expertis Ducibus, M. Claudij Marcelli exemplo, qui omni bello exercitatus assiduè pro honore, augmento populi Romani, & militiæ gloria: & nullum laborẽ in uita sua uitauit, sciens militię iura: & donec grætia exercitata fuit armis ab expertis, & doctis, & probè disciplinatis Ducib. uitrix, palmaria, & triumphatrix extitit. Sed postquam illam cõrupit ignauia, effecta fuit captiua cæleris exercitati martis l. 1. ff. de testamen. milita.

2 ¶ Et sicut miles in exercitu esse debet exercitatus, ità iudices in iudiciis, & regimine populorum, & ciuitatum exercitati, & experti esse tenentur, authen. Neque milites, neque feudatarij. in prin. & auth. de iud. §. quia uero. col. 6.

3 ¶ Et in uirtute fortitudinis est militum mens bona, quia est uirtus moralis fortitudo, quæ est sità inter audaciam, & timorem; & est circà sex gradus, primò uidelicet aggredi hostem pro honore, & gloria in bello in quo uituperátur timidi. l. 1. C. de re milit. lib. 12. & l. qua actione. §. si quis ĩ collucatione. ff. ad l. aquil. Secundo aliqui sunt fortes propter timorem pœnę corporalis, & pecuniariæ quandoq; impositæ illis sui Ducis ędicto cap. sicut. de pœniten. distin. 2. Tertio per uirium fortitudiné, & in re militari disciplinati animi in militibus. l. seruius. ff. de leg. & c. quàm sit. de elect. in 6. Quarto propter furorẽ impetuosum belli cum aptum ad pericula iracũdia duce. l. Graccus. C. de adulter. & l. si adulterium. §. Imperatores. ff. de adul. Quinto sæpe uictoriæ iuuantur. cap. pẽsandum. dist. 6. Sexto propter ignorantiam sæpe incurrunt pericula, & ab illis quandoq; fortuna leuantur in strenuè pugnãtibus semoto timore: & hæc uirtus erit in sciẽtibus, & expertis secundum loca, & tempora.

4 ¶ Et facilius in duris, & laboribus instruitur humana

humana natura, q in ociosis in quibus turpi-
ter uilescat, & fatuitur, & in bello mulier vide
tur ille miles, qui est inexercitatus omissa A-
mazonum exercitatione, & Scytharũ fœmina
rũ bellanciũ fertur Amazones habitare iuxtà
flumẽ Thermodontis in mõte caucaso vicinis
populo Geleo in parte illa maris hyrcaniȩ, &
fuisse cõductas sub stipẽdio Regis Albanorũ
contrà magnũ Pompeũ incolentium Põtũ: &
in expeditione facta per Põpeum cõtrà Alba-
nos, arma, scuta, & calciamenta apta utriq; pe
di cum vestimẽtis Amazonũ fuisse inter cæsos
reperta, sed nullum inter mortuorũ cadauera
corpus fœminæ fuisse inuentũ: & legitur Ama
zones per duos menses annuatim cubare apud
flumẽ Thermodontẽ cũ populis Albanorũ, &
5 Geleorum causa procreandæ prolis. ¶ Et dũ
Alexander transiuisset flumẽ orzartum, quem
Taneum esse putabat, ruptis per ipsum Scytis,
quos fuit tantum insecutus per stadia cẽtum,
& fluxu corporis impeditus à persecutione de
sistit bellares, & indè uidit, & subegit amazo-
6 nes. ¶ Legitur Sertorium Regem Egypti in
prouincijs illis, quas de facili habuit, colum-
nas erexisse marmoreas: in quibus pudibunda
muliebria sculpta relinquebat ad earum igno-
miniam perpetuam; & sic in re militari dete-
stat uilitas, in exercitatio, facilis deditio, infi
delitas, pauidus animus, instabilitas, hortatus
7 fœmineus, & imbecillitas. ¶ Et dum pergeret
ad bellum Melitus Pelopida, lachrimante vxo
re, & ipsum rogante ut se saluũ redderet, pro-
bè illi respondit, priuatorum esse admonere,
Ducum autem, & Imperatorum alios saluos
facere; & dum ipsi nunciaretur Pelopide suos
obuiasse in hostes respondisse legimus, Cur
hostes in nostros? & prudenter acie instructa
commisso prælio coicit; & cum foret increpa
tus Epaminundas ab inclyto Pelopida quod
vxorem, & filios adhuc non haberet, cui re-
spondit, Caue nè peius consulas, nam ex mena
tam relinquo leutricã pugnã, & mortalitatis
8 nomẽ in æuo. ¶ Magnus Alexãder Antirã filiã
Regis Darij accepit in vxorem in ciuitate Su-
sæ, vbi multa festa, & iocos fecit: & de suis in-
numerosam gẽtem matrimonio copulauit, &
omne suũ, & nouũ Imperiũ reconciliauit per
9 ipsum marte quæsitũ. ¶ Et quia publicum mu
nus est militia, omnes illud subire cogũtur, ni-
si legitima inuẽniut excusatione l. si quodã. C.
de adult. & l. Quod cuitadi. ff. de cõditio. ob
turp. caus. & l. cogi. §. si pater. ff. ad trebel. & l.
Qui cũ vno. ff. de re milit. & l. fin. §. Tironũ. ff.
10 de muner. & honor. ¶ Et hi excusantur uideli-
cet magistri Theologiæ, Iuris Doctor. Magi
stri gramatices, philosophię doctores, silentia
rij, palatini sacrarũ largitionũ, senectus, impu
bertas, & pubertas, sexus fœmineus, & similes.
priuilegiati. l. sed & reprobari. C. de excusat.
tut. & l. 2. C. de silẽ. & C. quibus muneribus,
uel præsta. excusat. & C. Qui etat. vel profess.
excus. & C. Qui morbo lib. 10. & C. de pa-
lat. sac. largit. l. Palatinos, & de priuileg eorũ
qui in palat. mil. l. 2. & l. Pro tironib. C. de pri
11 uileg. dom. Augu. ¶ His præmissis, est sciẽdũ
dictatorẽ præcedere oẽs dignitate, & aucto-
ritate, cui parebant consules, unà cũ vniuerso
exercitu, quos sequebãtur magistri militum,
Tribuni, Præfecti exercitus, & vigiliarũ, Cẽtu
riones, uexiliferq; ipsius dictatoris; & probè
diuidebãt in legiones tripartito exercitu acie
instructo, in Principes. uidelicet hastatos, &
triarios probè ordinatos, & doctos, & disci-
plinatos, armatosq; inter alas, & grauioribus
armis cũ scutis, & fereus murus erãt in hostes;
Alijs expertis ad suos reductis, & qlibet legio
ità diuidebatĩ i pugna ĩter prĩcipes hastatos, &
triarios ordinarios, & circà extraordinarios
ordo similis ob seruabatur, & quãdoq; uaria-
bat arbitrio Ducũ, exẽplo Scipionis, q ordine
mutato in Hyspania superauit Asdrubalẽ, & in
Aphrica durum, & callidum Annibalẽ Pœno
12 rũ Imperatores. ¶ Nomen legionis ab eligen
do dictum, proprium fuit peditatus, & equita
tus; cohors uerò est propriũ peditatus, & tur-
ma equitatus: & unus pro alio quandoq; poni
13 tur in re militari. ¶ Romulea legio prima fuit
trium millium peditum, & trecentum equitũ,
& facta cum Sabinis concordia post raptũ uir
ginum dupplicata legio fuit, aucto populo in
urbe in sex millibus peditatus, & sexcentum
equitatus in prima, & sexta cohorte erant mil
le pedites, & centum equites; in secũda, tertia,
quarta, quinta, septima, octaua, nona, & deci-
ma quingenti pedites, & quinquaginta equites
pro qualibet earũ continebantur, legionẽ uo-
cabant Romani, & falanges Macedones, & reli
qui Græci, & cæteruã Galli; & hodiè uulgo in
Italia squadroni nuncupãtur, & Germani ferè
14 antiquũ ordinẽ militiæ seruãt in præsens. ¶ Le
gio quælibet fuit olim sex millium peditũ, &
septingẽtũ, & triginta duo loricatorũ equitũ,
& plus, & minus secũdũ uarietatẽ morũ, natio
nũ, regionũ, locorũ, & temporum, quæ diuide
batur in decẽ minoribus, & pluribus cohorti-
bus: de decẽ suprà dedimus exẽplum, ad prædi
cta facit gl. & Bar. ibi in l. 2. ff. de his qui notã.
infam. & ibi per scribẽtes, & in l. Apud, & p gl.
15 ibi. C. de fur. & gl. in c. 1. de sede uac. ¶ Prima
cohors dicta à cohercẽdo, reliquas dignitates
pcedebat: & qlibet bonus miles auidus hono-
ris, & glorię pro honore, & honore talem lo-
cũ peroptabat, qui sibi donabatur pro aliquo
suo egregio facto, & ità etiam nostro tempo-
re hẽt saceredotes pro honore gloriosę militię:
& in hac prima cohorte erãt pedites mille no
biles,

biles,& experti,cum ignobiles repellebantur; & agrorum coloni, qui sunt inexperti repelluntur ab hoc glorioso exercitio militię arma ræ.l.cura.de his qui milit. poss.uel non: & cũ hac prima cohorte erant & equites centum & quadraginta duo, & mille pedites experti, & benè disciplinati, & milliaria cohors dicebatur, quæ erat caput legionis, & ab hac prima cohorte acies incipiebat ordinari in dextero
16 cornu.¶ Secunda habebat pedites quingentos similes,& quinquaginta sex loricatos equites, & dicebatur quinquagenaria; & totidem tertia habebat probatissimorum militum, & in medio ponebatur aciei. Quarta habebat pedites quingentos,& quinquaginta equites loricatos. Quinta totidem pedites, & loricatos quinquaginta sex continebat strenuissimorũ militum, & ex alijs quinque cohortibus pri-
17 ma acies ordinabatur. ¶ Sexta pedites mille nobiles experti,& centum quinquaginta duos experti equitatus habebat ut in prima, & hæc erat prima in sinistro cornu. Septima quingentis peditibus, & quinquaginta sex loricatis equitibus continebatur:& totidem octaua habebat peditatus,& equitatus exercitatorũ militum animosorum, & hæc in medio erat secun-
18 dæ aciei.¶ Nona quingentos pedites,& quinquaginta sex loricatos equites comprehendebat. Decima autem cohors peditibus quingentis,& loricatis quinquaginta sex equitatus cõ tinebatur expertorum militum, & secundã aciẽ faciebat, & sicut legiones fuerunt auctæ numero,& diminutæ,ita augeri,& dimniui hodiè possunt cohortes secundũ prudentũ Ducũ exercituũ prudentiã, ut legimus factum sæpe fuisse antiquitus in tempore illo, quo militia
19 fuit in flore,ut fructuosa ualdè. ¶ Legio ex dicto comprehendebatur numero, quæ ab eligẽ
20 do ut notauimus dicta est. ¶ Eligi debẽt milites illi pro bello, qui duri,& assueti sunt in labore,& nõ molles, & debiles, iuxtã illud Poe.

Et duri miles Vlixis,
Ire per excubias,et se committere nocti:

Equites, seu equitatus dicuntur turmæ, & alæ, quia ab utraque parte, sicut alas ab alis, ità pedites proteguntur ab equis, seu à turmis eqitatus, Iuxta illud Poetę.

Dum trepidant alæ,saltusq; indagine cingunt.

21 ¶ Et Hipocrates scribens de re militari inquit græco sermone, Imperatorem exercitus esse caput ipsius exercitus,pedites manus,& equites pedes, & aciem armatam eum ordine artè instructam corpus esse comprobauit:quo rupto,turbatoq;, & euerso perit exercitus. ¶ Et
22 legionarii sunt, & dicuntur equites illi, qui sunt annexi,& iuncti legionibus; pedites uero electi diuiduntur in legiones, & confœderatorum; seu sociorum auxiliarios, & ritè olim cautè, & probè per centurios, & tribunos gubernabantur acierum ordine militari l. Tribuni.C.de re milit.lib.12. & C. de decurion. iuncta l.militaribus. ibidem lib.10. & l. offi-
23 ciũ.ff.de re militari.¶ Nec de iure permissum est militum Tribunis, & militibus uagare ad proprios lares,& agros:sed tenãtur operari in assiduo exercitio militari. l. tribuni. ff. de re militari.¶ Et probè quandoque dupplicantur acies,triplicanturuè,quadruplicãtur, minuuntur,& augentur secundum loca, & oportunitatem in prælio, astu, & prudentia Ducum; Prælium autem est ipsa congressio in hostes, & bellum sępe ponitur pro prælio c. nimiũ.
24 23.q.8.& cap.fit rector. 43.dist. ¶ Et pugna differt à bello,& à prelio,quę est unius diei,& pars belli ut farsalicum, aut Cannense in quo multa continentur prælia, cum aliud in cornibus, aliud in medio, & aliud in fine geratur.
25 ¶ Tribunus militum à tribu dicitur, seu quia tribuit commeatum ultrà triginta militibus.l.penul.§.Non danda. C. de errog. milit. ann.& tribunus dicitur quia à populo Romano,seu à plebe fiebat,ut institut. de iure natur. gẽt.& ciuil.§.Plebiscitum, & ff.de orig.iur.l.
26 2.§.deindè. ¶ Quæro de occurrenti quæstione, An construi debeat Ecclesia sub tributaria conditione,& decisiuè loquendo dic quòd nõ cap.si quis basilicam.de consecrat.distinct. 1.
27 ¶ Quæro si tributum licitè soluatur ab Ecclesia pacis intuitu,dic quòd sic,cap.quid.23. q. 1.pro temporalibus uidelicet rebus, quas tenet Ecclesia à Principe seculari pro bello ab eo ind. cap. 1. cum duobus sequentibus. 23. quæst.8.quod etiam licitè soluitur intuitu lõgæ consuetudinis, & ex causa fundi prædiorũ, & cathedratici,ac recognitionis habet in cap. magnum.& in cap.tributum.11.q.1.& in c. quæsitum.1.q.3.& in cap.tributum. 24.q.8.
28 cum similibus.¶ Tribunorũ est officium milites in castris continere & frequenter interresse in exercitu:& commilitonum audire querelas, Liuius docet in lib. 8. Decadum suarum.
29 ¶ Et diuidere exercitum in tres partes uidelicet in principes,hastatos,& triarios; & quando fit oportunum considerare, & prouidere, mutare ordines, in prima acie ponere hastatos, in secũda principes, & triarios in tertia instituere,ubi tergi ductores manebant pro exercitu suo, & pincipes etiam antepilari dicebantur,& robur exercituum, ut in anotationibus suis super pandectis lib.47. digestorum tenet, & dot et Gulielmus Budeus fol.66.& 67.cir-
30 cà militaria iura.¶ Et optimum est consilium in re bellica omni mense, quo dantur stipẽdia militibus, ut ordinetur, & instruetur acies ad bellum

bellum diuisim per filas, ut uulgo dicitur quinque per filam; & plus, & minus arbitrio Ducum, & illam optimè instruere disciplinatam ad pugnam, & stringere nodo, & globo cuneato, & illam soluere, & latam, longamvè, & firmam probè deambulare, ut ordines seruare sciant militares: & loca sibi data mutare, & firmare arbitrio, & iussu Ducum suorum; & tubarum, & timpanorum cognoscere sonum: & secundum ordines ritè, impigrè, & pertinaciter oportuno tempore data occasione uiri prælij: quod magis re, & facto, ac experientia didicitur

31 quàm uerbo. ¶ Quæro si feudum per militem, aut aliam personam præscribetur. Dic quòd sic, exempli gratia, nam si quis per triginta annos rem in feudum ab aliquo domino tenuerit, & ei seruitià non præstiterit, siue pro feudo eum inuestitura, uel sine inuestitura dicto transcurso tempore triginta annorum præscripsit feudum: nam tempore tali triginta annorum præscribitur, & perit omnis actio de iure ciuili. cap. 1. quo tempore miles. in §. si quis per triginta annos: & sufficit etiam semel præstitisse seruitia, si postea anni triginta labentur: quoniam omni anno non est necesse seruire. cap. cum de beneficio. de præben. lib. 6. & notatur in cap. cum Ecclesia Suterina. de cau. poss. & propriet. quod uerum est, & procedit in feudis secularibus rectis ciuili iure, sed in rebus Ecclesię, & reipublicæ, rerumque publicarum, & comunitatum, æquiori recti jure, requiruntur anni quadraginta, ut dicit D. Andr. de Isern. secundum communes sententias in dicto §. si quis per triginta. secundum Bald. Iacob. Aluar. & alios scribentes ibi l. inanem. C. de feud. patrim. & l. 1. C. nè rei dominicæ, uel templ. Nam per iura feudalia non præsumitur derogatum Ecclesiæ, & rebus publicis: nec esset necesse, quòd uasallus post dictum tempus iuraret sibi per re feudali ex causa probationis pro domino. cap. 1. & ibi glo. de consuet. rect. feud. quod secus foret si à principio uasallus loco pignoris rem feudalem accepisset, & indè transiuissent anni triginta: quoniam tempus à sacramento non releuaret possessorem. cap. fin. de feud. datis inuicem leg. commiss. Immò tempus hoc non sufficeret, postquam de pignoris titulo constaret, quia nemo potest sibi ipsi mutare causam possessionis, & possessor esset in mala fide, quæ impedit etiam temporis cursum in feudis.

SVMMARIVM.

1 *Reges debent curare se magistros fore in re, exercitioq; militari, & exercitatos, & prudentes uiros penès se habere.*
2 *Sacerdotes prohibentur aliquid pro mercede, uel salario recipere, pro medicina sua spirituali.*
3 *Artifices uarij exercitij sunt necessarij in exercitu.*
4 *Omnes militant in arte sua.*
5 *Armorum uaria sunt genera, & nu. 6.*
7 *Res bellica omnes dicuntur instrumenta bellaria.*
Et arma primò Aerea, quàm ferrea fuisse legitur.
8 *Tela dicuntur omnia, quę missilia sunt.*
9 *Armati non ita facilius uincuntur, ut inermes.*
10 *Equites Romani, quomodo olim armabantur, & quomodo alij milites. nu. 11.*
12 *Galea qua armabantur milites cuius esset qualitatis.*
13 *Clipeus propriè est tegmen peditum, & scutum equitum.*
Scutus unde sumpserit originem.
14 *Clipei uario modo fiunt, & uaria materia.*
15 *Tormentorum species.*
16 *Alphonsus Estensis Dux Ferrarię boardas, & alia belli necessaria instrumenta proprijs manibus conficiebat.*
17 *Indumenta militaria, ut uestes sed parue, & breues adesse debent.*
18 *Milites antiquitus, quibus uestibus, & habitu induebant, & quo tēpore dabantur uestes.*
Principes quibus uestibus induebantur.
19 *Annibal repertus fuit coopertus stragula, humi iacens inter custodias, adeo ut non cognosceba tur inter alios milites.*
20 *Horæ unde sumpserint originem.*
21 *Horologium à quo primò fuerit compositum. Et quomodo horæ diuise fuerunt.*
22 *Vasallus miles, qui deposuit arma, & ingressus est religionem, an feudum amittat.*

DE ARMIS, VESTIBVS MILITAribus, & alijs pro exercitu necessariis.

1 OPtimi Reges pro sua, & exercituū ipsorum salute, primò habent curare se fore magistros in re, disciplinaq;, ac exercitio militari: & q̄ didiscerint militarem disciplinā à doctissimis, & expertis uiris, & secū habere prudētes, & expertos consultores, benè puiso de annona, & de spūalib. & corporalib. medicis p cura aiarū, & corporū exercitus. c. 3

fin. 29. diſtinct. cap. contraria. de conſecrat.
diſtinct. 5. unà cum chyrurgis, aromatarijs
2 fidelibus, & bonis rebusq; aromaticis. ¶ Pro
medicina autem ſpirituali non eſt licitum accipere
ſalarium, neque ullam mercedem per
ſacerdotes, qui medici ſunt, & dicuntur anima
rum; pro corporali uero medicina ritè ſalarium
percipitur à medicis corporum. c. his
igitur. 23. diſtin. & cap. non ſanè. 24. q. 5.
3 ¶ Præter exercitũ pedeſtrium, & equeſtrium
militum, adſint in eo plures uiri, & artifices
uarij exercitij, cum martialibus equis, & ſaginariis,
& cum mareſcalchis, & armis diuerſę
qualitatis, & maneriei; cum armarolis, armamentarijs,
architectis, & machinarum magiſtris,
fabris lignarijs, fabriſque ferrariis, & car
pentariis expertis cum dolabris, ſecuribus, ligonibus,
uallis ferreis, foſſoribus, raſtris, & fer
ris acutis, cutibus, cophanis, uaſis, rotis, curri
bus, municionibus uariis, & diuerſis inſtrumẽ
tis, & machinis bellicis, commeſtationibus,
annonarijs, cuſtodibus, ſuppellectilibus, &
utenſilibus alijs neceſſarijs pro exercitu in prõ
ptu babitis, riteq; poſitis, & deſtributis in locis
ſuis debitis, cum opificibus multis, & lana,
quæ ſi cocta fuerit in aceto poterit (atteſtante
Plinio) adeò adaptari in ueſtib. milita
4 ribus, quòd ferro reſiſtet. ¶ Et omnes in arte
ſua militare largè dicuntur, qui in alieno exer
citio ſe exercent in caſtris, & in re militari, ac
ciuitatibus, & in locorum obſidionibus.
5 ¶ Armorum genera uaria ſunt, quæ in dies
fiunt, & ipſis gaudent nouiter factis recentia
ingenia; & militum membra etiam arma dicuntur,
quæ ità ſunt apta, ut abiectis oneribus,
& expeditis armis, membris pugnare poſ
ſint. c. 1. §. ſi quis ruſticus. de pac. tenen. & ut
aliàs dixi, antiqua arma fuerunt manus, ungues,
pedes, & dentes: quibus quoque in clade
Cannenſi alijs deſſicientibus armis, pugna
6 tum fuiſſe legimus. ¶ Lapides quoq;, rami ar
borum, fuſteſq; & ſtipites arma ſunt, ut dicunt
Vlpianus, & Gallus Iurecõſulti. in l. ar
morum. ff. de uerb. ſignifi. & in §. armorum. In
ſtit. de interdic. & per Bar. in l. 1. ff. ad leg. Iul.
de ui publ. & in auth. de armis. §. ut autem. gl.
palàm. col. 6. flamma, & igne etiam pugnatur
& hęc inter genera armorũ etiam ſunt in re,
& exercitio militari. ¶ Et omnes res bellicę
7 dicuntur inſtrumenta bellaria. Aerea arma
primò facta legitur, quàm ferrea ſcuta, Clypei,
galeæ, toraces, quæ uulgo panceriæ dicuntur,
maculæ, caſſides, gladij, ſicæ, mucrones,
pugiones, cultelli, clauæ, & ſimilia armorum
genera: & dicta ſunt arma, quia tegũt armos,
& artus: & ab arcendo hoſtes, uel ab armis,
8 ideſt ab humeribus. ¶ Et tela dicuntur omnia
quæ miſſilia ſunt, & uibrantur, & omnia in-
ſtrumenta ſunt bellica, quæ miſſilia ſunt pro
bello deputata: & etiam illa quoque arma
nuncupantur, nam mittuntur, & iactantur,
ut ſagittæ, pila, piruoli, ſaxa, ſcorpiones,
catapultæ, frundæ, baliſtę, haſtæ, lanceæ, ueru,
Allabardæ, arcus, & ſimilia: quibus de
longè pugnatur: & inter prædicta quædam
ſunt ad nocendum, & quędam ad tegendum.
¶ Et facilimè uincuntur inermes ab armatis,
9 quoniam armati ità de facili lædi nõ poſſunt:
& propter arma ſunt animoſiores armati in
pugna: nec nos debemus exponere inimicis
inermes. cap. oportet. 30. q. 2. iuxtà regulas
militares: & ſicut uariæ ſunt orbis gentes,
10 uarii ſunt armorum uſus, & modi. ¶ Romani
æquites armabantur antiquitus galea in
capite, cum ſcuto rotũdo in bracchio, ut fuit
Ancilium illud Aeneæ peruentum olim ad
manus Numæ Pompilij Regis vrbis poſt Ro
mulum, & haſtam etiam tenebant in manu
cum ferro ſpiculato, & forti mucrone, aut enſe,
& pugione acutis; & artus inermes per mul
tum tempus, ut modo Arbenſes, & Mauri
cum ſariſsis, ſeu lanceis, & ſeu haſtis longis
decem brachiorum cum duobus ferris acutis
exiſtentibus in earum capitibus pugnabant:
& cognito poſt præſidio armorum per longum,
& continuum exercitium militare, ut
pedites ſe armarunt, & pugnando uictorias
innumerabiles uirtute ſua reportarunt in ho-
11 ſtes. ¶ Velites uno uerbo Romana antiquitas
omnes milites uocabat leuis armaturæ, ut
ſunt funditores, ſcorpionarij, ſagitarij, primipilarij
armati galea una in capite, & rotella
in brachio, & enſe accincto: & ij extrà ordines
pugnabant longè à militibus oneroſę
12 armaturæ. ¶ Et armabantur galea, qua tegebantur
humeri unà cum torace, & cum macu
lis uſque ad genua, & brachia; & tibias etiam
armatas tenebant aptis ſolitis armis, & cum
ſcuto longo duobus brachiis in brachio ſuo
in uno latere cum circulo ferri deſuper, & in
alio de ſubtus pro tuitione ipſius ſcuti, & cin
ctum enſem ad latus portabãt cum pugione,
& pilum ferrebant in manu ad lædendum hoſtes
in initio prælij: & ut hodiè Eluetij armantur,
ità græci ſuas falanges armabantur
haſtis longis decem pedibus, & etiam brachiis
nuncupatis ſariſsis: quibus aperiebant
ordines hoſtium, Propterea Paulus Aemylius
cum maxima difficultate ſuperauit Perſam
Regem Macedoniæ: hodiè pedites arman
tur una lancea longa nouem brachiis, & ſeu
allabarda, tribus brachiis longa, & curto enſe,
ac pecto ferreo; reliquum corpus inerme
tenentes penuria ferri, uel ut magis ſo-
13 rent expediti. ¶ Clipeus propriè eſt tegmen
peditum, & ſcutum equitum, Sabinorum uſus
ſcutus

ſcutus fuit, Romulus cum ſuis in bello poſt
pacem inter ipſum Romulum, & Tacium Re
gem Sabinorum, qui ambo Reges, & populi
regnarunt in urbe Romæ aucta in ipſa mauor
tia gente. Et dum Alexāder Rex iudęorum fo-
ret contrà Ptolomęum pugnaturus clipeatos
14 cum æneis clipeis oppoſuit illi. ¶ Et uaria ſpe
tie fiũt Clipei de ferro uidelicet Aeneo, coreo
cocto, oſſo, lignouè leui frigido aquis inutri-
to, quod contrahit, protinusque claudit vul-
nus ſuum: & ob id continuatius transmittit
ferrum ut eſt ficus, ſalix, tilia, ſambucus, popu
lus, & ſimilia. Marcus Antonius à Mutina ex
bello expulſus ſuis ſecuta fecit cum corticibus
arborum, & ſpartacus ſuis cum viminibus pro
bè aptatis clipeos perfecit, & ſcuta, & uarijs
fiunt modis, uarijsque nuncupantur nomint-
15 bus. ¶ Et bomborum, ſiueboardarum plura
adſunt inſtrumenta, ſeu tormenta diuerſæ qua
litatis; quæ inter genera ſunt inſtrumentorum,
ſiue armorum militarium aptorum ad tuen-
dum, & ad nocendum cum ſulphureo, ſiue tar
16 tardo igne. ¶ Et magnis tempore noſtro eſt ex
tollendus laudibus in armata militia Alphon
ſus Eſtenſis inclitus Dux Ferrariæ: qui in mili
tia doctus, ſua uirtute propriæ manu boardas
à voce bouis dictas, & alia inſtrumenta milita
ria conficiebat, & illa probè exercebat, ſanis
17 plenus conſilijs. ¶ Adſunt & in exercitu milita
ria indumenta, & ueſtes pro uſu militum, &
pro bello, quæ parua, & breuia ſunt ſagula, ſi-
ue ſagia dicta rubei coloris, nè ità uideatur ſā
guis vulneratorũ in prælio; ut nec ſibi, & alijs
pugnantibus pauorẽ incuciat. ¶ Et quibus ue
18 ſtibus, & habitu militaribus incedebant mili-
tes antiquitus, & quo tempore dabātur ueſtes,
& dari debeant illis, habetur in titu. de milit.
ueſt. C. Nam ueſtes biemales fiebant militi-
bus Calendis Septembris, & mutabantur hie-
males ueſtes Calendis Aprilis; & æſtiuis ueſti
bus tunc induebantur milites, & ità induti in-
cedebant uſq; ad Calendas Septembris: in qui
bus ſummebant ueſtes hiemales: & ſic tenen-
tur illi, qui promiſerunt annuatim ueſtire fa-
mulos, illos ueſtire in dictis temporibus: &
per Ludouicum Roman. in ſing. ſuo 368. &
per Bartholomeum Caſſaneum in prima par
te ſui Cathalogi mundi: & penulæ ſunt quoq;
inter militares ueſtes, quæ factæ ſunt pro fri-
gore, & pluuia excubijs diurnis, & uigilijs no
cturnis, unà cum togis trabeis, & ſtragulis à
ſternendo dictis pro uſu Ducum, & militum.
¶ Et quibus regulariter induebantur ueſti-
bus Principes, Dic purpureis, & auratis, quod
priuatis non licèt ſub pœna capitis. l. Auratis,
& l. velia, & l. temperate, & per Bar. ibi. C. de
19 ueſti. ollogob. lib. 10. ¶ Et de Annibale ſcri
bens Titus Liuius inquit, exploratores Roma
nos retuliſſe ſe conſpexiſſe Annibalem cooper
tum ſtragulam humi iacẽtem inter cuſtodias,
& ſtationes militum ſagulo indutum, & ut
alij æqualem ueſtibus armis, & equis in exer
citu, ità quòd non cognoſcebatur in caſtro in
ter milites probè ordinato per ipſum: adeò
quòd repentina uidebatur Ciuitas arte facta
cum argeribus, & ut vulgò dicitur trencerijs,
uallis, & foueis circundata, nè facilè poſſet ab
hoſtibus inuadi in eo foro ſtatuto cum ſtatio
nibus piſtorum, & opificum ordine, cum ten-
toriis, & iudicibus ęquis, primatumque ſedi-
bus, & propugnaculis debitis, portis, pōtibus,
& ordinibus militaribus artè factis; & muta-
tis excubijs, & vigilijs fidelibus de tribus, aut
quatuor horis aſsiduò tenẽdo computum ho
20 rarum. ¶ Quarum repertores, ut legimus, pri
mò fuerunt Egypti cũ aquæ, & vmbræ diſcre-
21 tione. ¶ Legimus quoque Scipionem Naſicā
Romanum primum fuiſſe, qui fecit horolo-
gium, & cum aqua diuiſit horas, & dies: & cũ
Sole, & Luna reperiji ęquinotium: hic in Ma-
cedonia contrà Perſeum Regem ſub Paulo
Aemylio Conſule militans multa laudibus di
gna bello peregit omni æuo memoranda. Ad
prædicta facit titulus in authen. de armis, &
C. de annu. trib. per totum titu. lib. 10. & C. de
anno. ciuil. lib. 11. & de aparitoribus magiſtri
milit. libro 12. & de condit. in pub. hore. lib.
10. & de can. furmen. urb. Rom. lib. 11. & de
comea. lib. 12. & de errog mil. ann. & de muri
leg. & genic. lib. 10. de deſertor. & occult. lib.
12. & C. de re militar. lib. 12. & C. qui milit.
non poſſ. eodem lib. 12. & de ſuca. & ſuſcept.
uini, & cęteris corporatis lib. 11. & de veſt. ol
log. & aura. & de tinct. ſacr. muri. lib. 11. & de
milit. ueſte lib. 12. quæ pro ęſtate dabantur in
calendis Aprilis, & pro hieme in calendis Se-
ptembris; & C. ut digni. ordo ſeru. eod. lib. 12.
& ut armorum uſus lib. 11. & ff. de re milita.
per tot. titu. & de pictor. lib. 10. & de comit.
rei militar. lib. 12. cũ ſimilibus iuribus ad ſu-
biectam materiam facientibus, quę breuitatis
22 cauſa omittimus. ¶ Quæritur demum de va-
ſallo milite, qui arma bellica depoſuit, & reli
gionem intrauit, an perdat feudum, cum non
poſſit ſeruire domino feudi cum armis. Dic
quòd ſic, ſi feudum fuerit nouum, & reddit ad
dominum feudi; ſed ſi fuerit feudum antiquũ,
reddibit ad agnatos uaſalli militis facti reli-
gioſi; & ità tenent D. Andreas de Iſernia, &
Bal. in uſib. feud. in titu. de uaſallo milite qui
arma bellica depoſuit.

SVMMARIVM.

1 Imperatores bellorum considerare debent locum in quo adest exercitus, ut sit bonus aer & pabula pro equorum usu, & ligna, & aqua potabili, & nu. 4. & 16.

2 Exercitus, an quiescere debeat in loco eminenti, uel plano.

3 Imperatores exercitus debent omnia pericula fugere, & considerare omnia ea, quæ sunt in ipsa Regione.

5 Custodia intra, & extra castra est necessaria.

6 Bellum quis potius gerere debet in agris hostium, quàm in propriis, uel amicorum propinquorum.

7 Agislaus Græcorum Rex, audito Regem Asiæ cumulare exercitū, ut inuaderet Græciam, illo non expectato, ait, melius esse in alienis agris bellum fieri, quam in suis, & illicò cumulato exercitu suo, illum celeriter in Asiam duxit, & hostes rupit.

8 Vasallus, qui tempore debito, non petijt inuestituram, quibus causis excusetur.

9 Cautela ne hostes in castris nostris derelictis se recipiant, ut muritiones discipentur, antequam castra deserantur.

10 Et quid faciendum, si essent munita ab inimicis.

11 Castra quādo muniuntur, quid faciendum sit. Annibal semper cum superioritate castramentabatur modo apud montes, flumina, uel paludes.

12 Virtus militaris est superare hostes intrinsecos, & extrinsecos.

13 Ducet exercitus curare debent primitus per fidos exploratores suos se certam locorum sciētiam haberr, ubi exercitus suos duiūt.

14 Duces exercituum ualdè curare debent, ne capiantur ab hostibus, ideo non ponant se in periculum.

15 Duces considerare debent, qualiter sit acies instruenda in meando, & castramentando, ut hostium fraudes uitentur.

17 Castra sunt in tuto ponenda, oportunitate locorum, & temporum, ne ab hostib. lædātur.

18 Principes exercituum curare debent, ut suorum semper augeatur animus, & hostium frangatur audatia.

19 Castra quomodo muniri debeant.

20 Romanorum ars, industria, & uirtus laudatur.

21 Triarij quomodo castra sua munirent.

22 Annibal castramentatus contra aphros, qui uino de facili corrumpuntur, simulata fuga relicto castro cum opulentis annonis, & uino corrupto certo medicamine somnum ducēte, ibiq; Aphri se cōtulerūt, et inebriati dormientes ab Annibale trucidati sunt.

23 Martij Fabij laudes in castramentando contra Annibalem.

24 Castrametatio, & castra, bonum erat fieri in locis montaneis.

25 Castramentari in re militari propriè, quid sit.

26 Castra, pontes, & mutationem exercitus cui incumbat onus faciendi.

27 Milites de iure non possunt mutare loca in castris absque Principis iussu.

28 Milites in castris nō debent prohicere fimum, uel aliud immundum in aqua propè castrum residente, neque in ea pannos, uel equos uel alia lauare.

29 Exercitus morbosus debet curari hoc modo, uidelicet mutare sæpe locos, & collocari debet in locis uentosis, altis, & aerosis.

30 Nil melius est in exercitu, quàm Duces expertos habere.

31 Ducum officium propriè quale sit.

32 Concordia necessaria.

33 Exercitus si castramentatus sit in loco arenoso; quomodo se muniri debeat, ut tutus existat.

34 Bella uicina magis nociua sunt, quàm remota.

35 Quid si exercitus hostium castrametetur apud aliquod oppidum Catholicorum.

36 Rauēna anno Domini 1512. die xj. Aprilis depredata fuit, quia Gallorum Ducib. credidit.

37 Principes, qui sunt cōtra catholicam fidēm, priuantur meritò corona, & cingulo.

38 Castra ex arida materia confecta possunt uentoso tempore arte comburi.

39 Milites debēt esse assueti quiescere in humo, etiam sine palea, & stramine.

40 Principes bellorum semper in castramentando hortari debent milites, ne damna inferāt in locis, ubi hospitantur.

41 Exercitus M. Scauri, qui pomiferam arborem, quæ in pede castrorum erat abeunte exercitu, posterò die intactis fructibus eam reliquit.

42 Milites debent etiam in re militari de hostibus amicos facere.

43 Populi tenentur illæsam fidem, & candidam Regibus suis conseruare.

44 Sylla crudelis pro fœlicitate reputabat amiciciam pii Metelli.

45 Pax semper est facienda, quando fieri potest, & facta, inuiolanda.

46 Castra fiunt iuxta qualitatem locorū, gentiūq; quantitatem, cum una, uel plurib. portis.

47 Et quomodo debeant custodiri. Milites in castris non debent uociferare, clamare, uel sonare, neque dormire, sine licentia. & hoc nocte.

48 De mane quomodo amoueantur, & quid primò faciendum sit.

49 Missa de iure in exercitu celebrari debet.

50 Milites non debent emere prædia, in locis

in

in quibus gerunt stiprndia, uel castramentẽtur, et hospitantur, neque quicquàm à populo recipere debent.

51 *Duces per exercitium debẽt mittere mandatum, seu proclama, ne sub certa pœna blasphemetur nomen saluatoris.*

52 *Castrum uel oppidum quid sit. Et an ædificari possit in priuato.*

53 *Ciuitas an possit pro sui tuitione de iure accipere oppidum siue castrum Ecclesiæ.*

54 *Hospitari in Ecclesia quando licitum sit.*

55 *Custos qui promisit custodire castrum sub certa mercede, si ab hostibus capiatur, an teneatur.*

56 *Quid si promiserat custodire ad certum tempus, & eo finito obtulit illud.*

57 *Milites habent curare, ne damna inferant rolatoribus suis.*

58 *Dominus mortui uasalli castramentati cum ipso in Apulia, filium de feudo paterno, tanquàm de nouo feudo inuestiuerit consentientibus agnatis, an filio mortuo excludantur agnati, & dominus acquirat feudum suum.*

59 *Quid si Dominus mutauerit naturam feudi absque agnatorum consensu, an mortuo filio agnati possint reuocare.*

60 *Feudum fratris uasalli mortui sine prole masculina legitima & naturali: an perueniat ad fratrem superstitem, uel ad Dominum.*

QVALITER CASTRAMENTETUR cum exercitu.

1 SAPIENTES Bellorũ Imperatores tutis in locis artẽ, & natura munitis castramentati tenentur cum exercitu suo ad uictum, & salutem ipsius exercitus comodis, & in salubri aere, & ubi sint pabula pro usu equorum, & ligna multa cũ aqua potabili pro usu, & necessitate exercitus, & castrorum in aptiori loco, properipas fluminum, ne circuiri possint ab hostibus l. super. C. de re milit. Exẽplo Cæsaris, & Marij: qui in colle exercitum suum collocarunt, Cymbris aquam de subtus tenentibus, & suis conquerentibus, se non habere aquam, aciem instruxerunt dicentes ergà illos, Aquam fore ferro uendicandam ab hostibus petitam, contrà quos irruerunt Romani milites descẽdentes ab alto impetu magno, & ruptis Cymbris aquam potiti fuere auxilio eminentiæ Castramentati loci. ¶ Eminentia
2 loca in castramentando laudabat Cęsar: cuius sententiam loco comprobamus & tempore, sed hodie nõ ita passim firmaremus ob uarias mortiferas machinas tartarei ignis, usas tempore nostro: & ob diuersos locorum situs effectus, & regiones uarias, aliaque exercitus necessaria, & locorum perquirenda commoda
3 pro exercitu. ¶ Nam causa conseruandi exercitum, omnia si possibile est sunt fugienda pericula, & incommoda; cõsiderando ea quæ sunt, & ipsis regionibus contraria, & opposita exercitui suo, si bonus est, uel malus aer: & si pallidi sint ibi inhabitantes, & infirmi; & causas in
4 firmitatum perpensare, & noscere. ¶ Et si loca sunt nemorosa, montana, aquosa, padulosa, ualliua, herbosa, & plana, inundanda, & cincta fluminibus de facili corrũpendis; & quæ nam sit multitudo, natura, & mens inhabitantium, hostiumque, & amicorum numerus, eorumq; consilio, exercitatione, stabilitate, fortitudine, uel infirmitate; eorumque Ducum prudentia, & insipientia omnibus probẽ pensatis, & an loca sint arte, uel natura munita præsidio, & an expediat aciem instruere, morari, uel metari sine hostium impedimento; quæ omnia considerare habent Imperatores exercituum,
5 & eorum prudentes consiliarij. ¶ Curando ꝙ munitis, uel muniendis eorũ castris nunquàm armata non deficiat custodia intrà, & extrà illa: licẽt consueuerint antiqui Romani non tenere custodias extrà castra sua, uerẽtes illa corrumpi, uel capi ab hostibus cum damno exercitus: & uis omnis erat in castris suis benẽ munitis, & ordinatis cum legibus paribilibus, &
6 custodia tuta suorum. ¶ Et melius est in agris hostium, & alienis castramentari, & ibi bellũ gerere, quàm in proprijs uicinorum suõrum, & amicorum prædijs: ut Rex Acheorum Aratus, & Egides Rex Lacedęmoniorum, qui demum perit pro libertate odio Effori Leonidæ, & Amphari Rempublicam occupantiũ.
7 ¶ Et Rex græcorum Agislaus in re bellica doctus, & expertus Imperator, audito Regem Asiæ cumulare exercitum magnum ut inuaderet Græciam, illo non expectato inquit, Melius esse in alienis agris bellum fieri, quàm in suis: & illicò cumulato exercitu sub graio, illum celeriter duxit in Asiam, & hostibus concussit terrorem, quos inuasit, & rupit Asia deprædata celeri inuasione; & Atheus tribunus militũ Crassi, blasphemauit Crassum Imperatorem suum militantem in propria, & amicorum terra, inquiens, extrà domum magis, quàm in domo propria fore gerenda bella, & hostibus, & non amicis esse inferenda damna, Crateris Grai Imperatoris exemplo, qui ergà Antipatrem inquit, Boni, & prudentis Ducis esse, nutrire exercitum suum in agris hostium, & ille ditaretur ex hostium præda: & quidem gratius est cernere incendiũ domo
8 rum hostiũ, quàm suarũ ruinam. ¶ Causæ quę nõ sint iustæ, ꝙ uasallus excuset, si inuestiturã

non petierit debito tempore, quod est in milite uasallo annus, & mensis, & in alio non milite annus & dies, ut in glo. capituli primi, quo tempore miles, Dic esse mortem, pestem, incursus hostiles, inimicitiæ acres, quæ probabile ingerũt periculum, aquarum inũdationes, & fluminum, rapturam uasalli, & incarcerationes eiusdem habetur in cap. 1. quanto tẽp. mil. & in c. 1. quę fuer. pri. cau. benef. amittẽ. & per glo. in cap. impntari; & per Din. & Ioã. Andr. & Deci. ibi de regu. iur. in sexto, & per Bar. & Doc. in l. 2. §. fin. ff. si quis caut. loco & tempore congruo peti debet inuestitura, undè non excusaretur uasallus si uel loco, uel tempore incongruo, ut tempore noctis, prandij, aut balnei cap. 1. quo temp. mil. & ibi per doctor.
9 ¶ Et nè hostes in castris nostris derelictis se recipiãt, consilium est nè deserãtur castra, nisi munitionibus primò dissipatis, uel nisi aliqua urgente necessitate pro salute exercitus, uel pro certa uictoria habenda, eo tunc probè suo custodito relicto castro, nè ibidẽ, ut dixi, se recipiant hostes audito castra esse derelicta de nocte, uel de diẹ pro aliqua expeditione ab exercitu discesso animo redeundi ad ipsa de se
10 ro pro ipsius quiete. ¶ Et si contingerit hostibus imminentibus castra muniri, maior, & robustior pars adsit peditatus, & equitatus in armis, & hostes ui propulsentur, & impetum illorum strenuè sustineant, donec fuerit perfecta castrorũ munitio, & se cautè paulatim paulatim intrà munitionem recipiant hostibus iã delusis: qui turpiter recedent, & præ timore se
11 uictos reputabunt. ¶ Et bonum est consilium quando muniũtur castra, tenere exercitũ aciebus instructum, ut suis occurrere ualeat: quoniam pro leui sæpe pugna inopinatum bellũ sequitur uniuersi exercitus; & cauti Principes, & experti ordine, & arte suis uictoriam parant. ¶ Annibal semper cum superioritate castramentabatur propter inualiones continuas M. Marcelli, & assidua bella modo apud montes, flumina, uel paludes, cauernas, & nemora castramentabatur arte inter uallũ.
12 ¶ Militaris uirtus est superare hostes intrinsecos, & extrinsecos, & necessitatẽ in locis sterilibus, uitam ducendo frondibus, herbis, & radicibus cum opus fuerit antiquorum exemplo: quorũ uirtus, nomen, & gloria nullo æuo peribit. Nam omni tempore uirtus uiuit, surgit, & uirescit, & è contrario tristitia, ac uitium perit,
13 & cadit, desiccaturq; in æternum. ¶ Primitus curãtes optimi Duces exercituum per fides exploratores suos se habere certã locorum sciẽtiam, ubi exercitus suos ducunt, & castramentantur cum illis, ut hostilibus obuietur fraudibus, & insidijs; & si possibile esset sine periculo cernere etiam proprijs oculis loca prædicta, ubi sunt peragenda bella, non foret inutile Cæsaris exemplo: qui loca ubi bella erat peracturus proprijs oculis cernebat, cum nullus arbiter sit melior, & cercior oculo: ut certum iuditium facerent pro uictoria, & salute sui exer
14 citus. ¶ Sed præcauendum est ualdè ualdè de periculo, & captiuitate Ducum exercituum, nè personam suam tanti ponderis ponant in periculum, in explorando hostium loca, & Secreta: quoniam hostium sequeretur uictoria, & perditio exercitus foret eorum mors, uel captura. Nam exercituum capita sunt Duces illi: quibus sublatis dissiparetur exercitus cum hostium gloria, & triũpho, ut aliàs loco suo exemplificabitur: nam nulla est maior gloria
15 quàm hostium Ducem habere captiuũ. ¶ Habent quoque considerare Duces, qualiter sit acies instruenda in meaudo, & castramentando: ut hostium fraudes, & dolos uitentur, parantes illis insidias artẽ, & pręcauendo nè colles, & montes, turres, & arces, & alia eminentia loca, officiẽtque sibi superantia capita mi-
16 litum suorum, hostibus alta tenentibus. ¶ Prędcauentes castramentari in locis, ubi pluuiæ, aquæ, torentes, flumina, & repẽtinæ aquæ fluere, & uenire cõsueuerunt, ut de Tilia mẽto, & de turri torentibus fori Iulij, & similibus: uel ubi hostium arte, & opera possint argeres, & ripæ fluminũ rũpi, & incidi: & exercituũ tẽtoria aquis inũdari, & submergi, vel aliter aquas corrũpi, uel offendi exercitus, uel priuari annonis, & ipsorũ necessarijs rebus, equisq; & iumentis spoliari, uel impediri nè ducantur in exercitum, aut in arcto, uel aperto loco, ubi
17 insidiari, & tormentis lædi facilè possint. ¶ Et locorum, & temporum qualitate, & opportunitate, & necessitate sunt in tuto ponenda castra arte prudentissimorum Ducum, nè ab hostibus lædantur: propterea cauti esse debent bellorum Reges, & secum cǫmitẽ habere prudentiam, pro ut habuere maximi Scipiones Aphricæ uictores, domitores, destructores, & triumphatores, & Cæsar, Fabius maximus, Alexander Magnus, Fabritius, Furius, Camillus, Amilchar Pœnus ferox, & uersutus, & eius filius Annibal, Arpinas, Marius, Rex Pirrus Epyrota, Magnus Põpeus, Sylla facinorosus, & Agislaus, & alii nõnulli antiqui Duces: quorũ nomen, & fama in hoc mortali seculo nõ peribit doctorũ opera scribẽtiũ, nisi in illo
18 nouissimo die diuini iudicij. ¶ Et habẽt curare bellorũ Principes oĩ diligentia ut suorum semper augeatur animus, & hostiũ frangatur audatia, exẽplo Marij, qui dum uideret suos trepidare ob magnas hostium copias, ergà illos inquit, dubito Commilitones mei fortissimi an uos estis, uel hostes magis effeminati, cũ nõ uos adhuc lora equorũ uidistis hostiũ,

nec

nec hostes tergora uestra uiderunt: quæ uer-
ba à tanto Duce prolata inflammarunt mili-
19 tes suos ad pugnam. ¶ Et poterint celerrimè
castra mnniri rotis defossis curuum cũ terra,
& alia materia apta cum cathenis ferri, nel fu
nis ligatorum, uel cum foueis, & argeribus
opera, & arte factis; Ideò est perutile habere
in castris plures currus rotatos, cum uallis li-
gneis, & machinis alijs pro bello, & castramẽ
tatione exercituum usu, & annonarum porta
tione, & comoditate militum. l. sicut. de erog.
milit. anno, lib. 12. & in l. 1. de castren. palat.
pecul. cod. lib. 12. Discedente autem Pompeo
Magno ex Brundusio optimè per ipsum pro-
uiso locis suis maritimis, & terrenis; audito
quòd Cæsar accelerabat iter Brundusium uer
sus cum exercitu suo, discessit relictis foueis
in uia cauatis, & probè in ipsis positis uallis
acutis cum uiminibus, & terra copertis Hi-
spaniam nauigauit cum classe ccccc. nauium
liburnarum aptarum ad bellum nauale; hoc
præscito per Cæsarem Brundusium intrare inua
20 sit, & id quàm cellerimè cœpit. ¶ Romana uir
tus in locis ubi castramẽtabatur, ipsis deficien
te naturali fortitudine, arte, & indnstria sua
supplebat cum foueis latis sex brachiorum,
tribus brachijs cauatis ad minus cnm argeri-
bus, & uallis infixis acutis, præter græcorum
mores, cum pontibus, & turribus; ut ciuita-
tes, castra sua fiebant pro exercitu, & illa cu-
stodiebat diligentia omni, nt ibi tutò diù; no
21 ctuq; permanere ualeret ab hostib. suis. ¶ Tria
rij laborabant nullo parcito labore in muniẽ
dis castris Principibus, & hastatis in acie, &
armis ordinariè existentibus: qui in pugna se
paulatim paulatim ad triarios reducebant in
ultimo exercitus deputatos; & in castramen-
tando, ut in ordine acierum pro expeditione
ponebãt in medio legiones, & auxiliarios ad
latus, cum reliquo exercitus in locis solitis, &
extra castra probè ordinati procedebant acie
22 instructi. ¶ Et cum foret Annibal castramen
tatus contra Aphros, qui nino de facili corrũ
puntur simulata fuga; & callidè castro suo reli
cto cum opulentis annonis, & uino corrupto
cum herba mãdragoræ, uel alio corrupto me
dicamine somnum inducente, & ibi se contu-
lerunt Aphri uino lętantes: quo potato, ine-
briati illicò dormierunt, & rediens ad castrũ
Annibal repertis Aphris somno in terrã pro-
stratis, & uino sepultis crudelitate trucidauit
23 illos usque ad unum. ¶ Camillus combuxit ca
strum, & seu uallum volscorum, quia præsci
uit illud esse ligneum, & sine fouea. ¶ Maxi-
ma laus, & gloria fuit M. Fabij maximi in ca-
stramentando: cuius prudentia semper fuit
formidata ab Annibale, qui uarijs insidiis, do
lis, & modis conatus fuit illum decipere, &
deceptus ipse Annibal remanebat prudentia
Fabij: qui castramentabatur semper in locis
fortibus, & à natura munitis, ubi non deficie
bant necessaria pro exercitus uictu, & salute;
& aptum locum pro peditatu, & equitatu quę
24 rebat arbitrio suo. ¶ Montanea loca lauda-
bant antiqui pro castris, & castramentatione,
quæ etiam non improbamus secundum eorũ
naturam, habito respectu ad cauas, & cunicu
los, & ad bellica instrumenta tartarei ignis:
quibus hodie utimur in bello; nec non ad
aquas, flumina, ligna, & fontes: curando
nè minus aquarum abundantia, uel nimia pe-
nuria noceat illis, uel exercitui suo castramen
tato in loco paduloso, nè pluuia repentina oc
currens, uel torrẽtis aqua proueniens cum fu
rore officiat illi: diuinum est iudicium sem-
per timendum, & mala futura temperare ua-
riis signis cœlestibus peruentos, animalia, per
aues, & pisces experientia rerum magistra co
gnoscuntur futuri imbres, & per dissolutionẽ
ninium, & glacierum; Metellus arte rupto
flumine hostes submersit: & à Nilo exercitus
Gallorum propè ipsum Nili fluuium castra-
25 mentatus, destructus fuit inundatione. ¶ Ca-
stramentari in re militari propriè est diuidere
seu mutare: undè castramentata, idest castra
mutata; & à uerbo metor metaris deriuatur,
quòd est castra diuidere, seu mutare, uel ea po
nere circundata fossis, & meta est finis, seu
terminus positus, nt C. de metat. & epydi.
per totum titu. & l. omnes. C. de episc. & cler.
Et metor est ille, qui castra designat, & ædifi-
cia pro militib. ut in glo. l. 1. C. de metat. & l.
26 omnes. C. eod. titu. lib. 12. ¶ Et ad magistrum
militum, & Mareschalcos pertinet facere mu
tationem exercitus, & ordinare castra; & pon
tes mandare fieri, & explanare uias, ut salu-
27 briter transeat exercitus. ¶ Nec de iure est
permissum militibus mutare loca in castris si
ne Principis iussu. l. 1. C. non licere habitar.
28 metro. loca sua transferre lib 12. ¶ Estq; cu
randum in castris, quòd nullus militum pro-
hiciat fimum, uel aliud immundum in aqua
residente propè castrum, aut pãnos, uel equos
in ea lauet sudore repletos; nè exercitus aqua
potus cum equis suis corrupta, uel effecta
morbosa infirmetur, uel aer corrumpetur fæ-
tore nocino humano generi. l. 2. ff. nè quid fiat
in loco publico &c. in §. quod Nerua. Sed age
re hoc poterit in remotis partibus de suptus
cursum aquæ in loco distanti ab exercitu. l. cũ
supra. C. de re milit. & per Bar. in l. 1. C. eod.
29 tit. lib. 12. ¶ Et si contingeret exercitum esse
morbosum æstiuo, aut autumnali temporib.
ut sæpe contingere solet, prout tempore no-
stro contingit exercitui magni Regis Franco
rum castramentato sub strenuo Duce suo

G.Luthreco apud armipotentem vrbem Neapolis sanari gratia Dei poterit sæpe loca mutando,& in altis, & uentosis locis,& collibus collocando exercitum, ipsumq; tenendo in assiduo motu,et exercitio; & in labore continuo: quod si ita factum fuisset per dictũ Ducem Gallorum tam floridus exercitus, prout periit,non periisset; & aquæ morbosæ sibi nõ offendisset, sed sero sapiunt friges,gręcorum

30 antiquo prouerbio. ¶ Et nil est melius in disciplina militari, quàm in ea habere Duces, & exercitus suos expertos & benè disciplinatos.

31 ¶ Nam proprium est Ducum officium probè disciplinare exercitum suum; & ritè præcipere illi, qui parere habet Regibus suis secundum militaria iura: & ordo bonus seruat exercitum; & pro uictoria prodest ualdè Ducibus tenere computum militum suorum: quia nõ possunt impunè milites discedere ab exercitu, & à locis sibi datis à suo Duce. neq; alij põt impunè in exercitu uenire, & intrare sine sciẽtia Ducũ ipsius ob timorẽ ꝓditionũ.

32 ¶Legimus græcos tollerasse violentiam facũdia sua,& Gallos in militia, & belli gloria excelluisse antè Romanos: & post Italiã ipsam prouinciarum reginam Ducibus suis Romanis, omnes mundi nationes bello,religione facundia,ingenio,gloria,& prudẽtia dono Dei, dulci sua tunc regnante concordia superasse.

33 ¶ Et si castramentari contingerit in aliquo arenoso loco,ubi deficiat solida terra pro aggeribus, quos fieri oporteret necessariò pro salute exercitus prudentis Ducis, erit consilium pręcipere saccos quos secum ferunt milites impleri arena, uel alia facili materia, & cum ipsis ità plenis circundare castrum cum uallis, funibus, & cathenis intextis secum artè portatis; & ità cum bona custodia hostiles

34 insidiæ uitabuntur.¶Et quia bella uicina sunt acriora, & magis nociua, quàm sint remota. l.2.§.populo.ff.de reg.iur.occurente casu, curandum est omni arte, & ingenio, ut bella

35 longè à nostris finibus fiant. ¶Et si continge rit hostium exercitum castramentari apud aliquod oppidum Catholicorum, optimi Ducis erit consilium maiorem, & robustiorem partem militum suorum tenere semper in armis die, noctuq; pro custodia reliquorũ, unà cum fidelibus, & uigilantissimis uigilijs custodibus, & exploratoribus suis, hostium indutiis,& pollicitationibus nõ credendo: quibus postpositis, & illis in aliquo non ottentis,nè ab hostilibus dolis, fraudibus, & insidiis illaqueantur, circunueniantur q; & prosternentur sub hostili fide, uel turpiter capiantur,aut fugantur mendacij frigia uenerea fraude,ut in bello Troiano contingit Achilli: qui sub spe futuræ pacis in Ecclesia à Paride fos-

36 sus fuit, prout Troiana docet historia. ¶ Et si prisca Rauenna nobilissima patria mea qui busdam non credidisset Gallorum Ducibus, qui fidem sibi dederant pacis, & amicitiæ anno incarnati uerbi. 1512. vndecima Aprilis in Dominica resurrectionis Domini nostri IESV CHRISTI, secuta cruenta expeditione, regnante Iulio secundo Pontifice maximo, ipsius Romanæ Ecclesiæ, rupto,& fugato exercitu non deprædata fuisset,nec ipsius Ecclesiæ sacræ madefactæ fuissent, neque pro phanatæ humano sanguine,prout tunc fuerũt non parcito CHRISTO, à quo habuit incrementum suum Ecclesia sponsa sua pudica, & semper catholica, & incorrupta: quę errare, & adulterari, non potest. cap. loquitur CHRISTVS ad Petrum, & cap. omnibus. 24.q.1.cuius fides nunquam peribit, pro qua rogauit Dominus ne periret &c. Et nulla extrà eam salus habetur.c.alienus,& c.quicũq; eadem.1.q.1. & est mater, & caput omnium Ecclesiarum, & cunctorum salus, & refugiũ oppressorum sancta mater Romana Ecclesia Catholica, & Apostolica.c.1.& 2.12.distin. & habet sedem immaculatam. cap. quamuis. 21.dist. & tanquam magistra est sequenda. c. quanuis. 11.dist. & c. omnes.cum similibus. 22. dist.estq; cunctis speculum; & ille qui cõtrà illam loquitur hæreticus est,ut in dicto canone omnes, & cap.Enimuero.19.distin. & tuti sunt diuino priuilegio confugientes ad illam: & ità ergà illos seruabat antiquitas, qui ad statuam Principis confugiebant, ut in titu. ff.de his,qui ad stat.Princip.confug. & C. de his qui ad Eccl.confug.& si illi, qui uiolarũt Ecclesiã urbis antiquę Rauennæ rectè fecerũt, iudicent ipsi si fuerunt catholici. Nam Deum post habuerunt ultorem; cuius bellum,& ullus ineuitabile fuit,& est cap.sicut.17.q.4.c. mensuram, & c.qui rectè. 12.q.3.c. iudicet.

37 30.q. ultima. ¶ Et meritò de iure priuantur Imperiali; & regia corona, & cingulo omni Principes illi,qui sunt contrà catholicam Ecclesiam; & dicuntur hæretici, hostes, & rebelles Dei omnes qui, sunt contra pacem ipsius Ecclesiæ Dei; & regna, ac bona hostium huiusmodi legitimè publicantur si nobiles fuerint; & si ignobiles fustigantur, & in perpetuum exulant. c.qui contrà.24.q.1. & ut cantat Poeta.

Forsan & hęc olim meminisse iuuabit.

38 ¶ Ad rem reddeuntes castramentationum, si hostium castra ex arrida materia confecta fuerit,poterint arte cõburi uentoso tempore; & ità facilius parabitur uictoria tali secuto incẽ

39 dio. ¶ Et pro castramentationibus esse debent assueti milites quiescere in humo, etiam sine

sine palea, & stramine: quia palea, & stramen
ubique haberi non potest. Nec durum hoc si-
bi uidebitur, cum passio non officiet assuetis,
omnia enim perfecta reddit gloriosa uirtus
patientię. c. 1. 23. q. 1. c. omnes. 47. distin.
40 ¶ Et tenentur regulariter bellorum Principes
hortari milites suos in castramentando, ne
damna inferant in locis ubi hospitantur, & ca
stramentantur: si Deum, Ducesq; suos, & pro
prium militiæ honorem peramant; ut popu-
lorum inducatur beneuolentia, deditio, & a-
mor: prout ultrà Eufratem fecit Lucullus per
regna Sophoniorum: qui exercitum Luculla-
num humaniter, & libenter acceperunt, pre-
41 stantes illi necessaria cuncta. ¶ Memoratu di-
gnum legitur exercitus M. Scauri, qui pomi-
feram arborem, quæ in pede castrorum erat
abeunte exercitu, postero die intactis fructi-
bus fuisse relictam, ò gloriosæ militiæ laus, ò
uirtus prætiosa continentiæ, & obedientiæ fa-
ctæ regiæ coronæ militiæ, omnibus extollen-
da laudibus, & pro gloria non reminiscenda,
sed memoranda, ut sancta religio in æuū oē.
42 ¶ Vtile est profectò in re militari de hostibus
amicos facere; & nouos, & ueteros amicos cō
seruare; ut occurrere, & succurere amicis no-
stris ualeant, data occasione; & occurrenti ca
su, quòd aliquis ex amicis populis hostium
ui opprimatur, nostris tunc illis occurrere nō
ualentibus ob contrariam fortunam, & neces
sitatem lege solutam, aut maioribus fortè
astrictis, & impeditis impossibilitate hoste
quibusdam accerrimo in militia. Non erit
cessandum ab ultione celeri hostium iuxtà ip-
sius regulas; ut amici, & reliqui populi sui
conseruentur in fide; & quantò citius fuerit
possibile, resarcire damnum per amicos ab ho
stibus passum, gloria erit perpetua prudentis
Ducis: qui arte hostium spolijs, & prȩda illud
resarciuerit: ut dignitas sua, & opinio confer
uetur contrà sententiam Theodoti Philosophi
pceptoris Ptholomei Regis Egypti; nā Theo-
dotus pro morte perorauit, & procurauit
amici Pompei, sed Dei iudicio, Bruti posteà
sententia uitare non potuit, qui ipsum dam-
nauit ad mortem ex causa necis magni Pom-
43 pei. ¶ Tenentur etiam populi conseruare can
didam fidem illæsam Regibus suis, quorum
proprium est officium ipsos rectè regere, &
conseruare in pace, cum perpetua, & constan-
ti iustitia: quia legimus pacem, & uicto-
riam sępius amore, & sine pugna esse para-
tam ob optima gesta Ducum exercituum,
æquam iustitiam ministrantium in populos
suos, quæ in caritate est ob Dei præcepta, &
naturę participationem, cum sit amandus
proximus. cap. caritas. §. proximos. de pœ-
44 niten. distinct. 2. ¶ Pro fœlicitate Sylla cru-
delis reputabat amicitiam Pij Metelli, quòd
Athenas seruauerat, & non parauerat solo
45 ipsius consilio. ¶ Pax semper est facienda quā
do fieri potest; & facta est inuiolanda, ut ha-
betur in titu. de pac. iura. firman. & de pac. te-
nen. & de pac. constant. quam pacem nullus,
qui prudens sit Imperator exercituum abnue
re tenetur, etiam si uictoriam haberet in ma-
nibus; quia bellum fit ut pax quæratur; & nō
pax, ut bellum fiat. c. nulli extimare. 23. q. 1.
nam tristem exitum mutare posset fortuna, ni
si dubitetur de infidelitate, ut legitur de An-
nibale Pœno, qui pluries rupit fidem, & pa-
cem, & treuguas Romanis: & meritò Scipio
Aphricanus noluit acceptare ipsius pacis con
ditiones ab eo ultimo loco petitas: & com-
misso prælio superauit illum, & nomen sibi
Aphricani tunc quęsiuit Scipio martia sua uir
46 tute. ¶ Castra fiunt secundum qualitatem
locorum, gentiumque quantitatem, equo-
rum, impedimentorum; modo rotunda, mo
do quadrata, modo triangulata; modo par-
ua, modo magna, & longa; cum una, dua-
bus, tribus, quatuorque portis, & pluribus
quoq; arbitrio Ducum fieri possunt, & con-
sueuerunt: cum fouea circumcircà pedibus
saltim circundata tribus, in latitudine, ut dixi,
argere facto cum terra, & uiminibus, etiam
tribus pedibus in altitudine, in bona, & soli-
da terra facta, sin autem facta fuerit in non
firma terra dupplicanda erit profunditas fo-
ueæ, & muniantur circa castra cum ualtis acu
tis, & aliis munimentis militaribus, & cum
assidua ipsorum diurna, & nocturna custo-
dia curando, quod illis non defficiāt necessa-
ria pro uiris, & equis, probè distributis lo-
cis in ipsis cum tentorijs suis, secundum mi-
litarem ordinem. ¶ Cyphacis nempè castra
Regis Numidarum arte cōbuxit Scipio Aphri
canus, quoniam eorum ligna arida fuerant, &
47 incustodita. ¶ Castra, & Principum tentoria
custodire tenentur castrensiani, aliàs possent
castigari militari iure: & hi tenentur etiam
accipere signa uaria, die, noctuque à Prin-
cipe exercitus, & habent ponere uigilantissi-
mas excubias, & uigilias fidas, sibi datis no-
minibus, & signis. ¶ Nec ullus militum in
castris castramentatus audeat in illis uocife-
rare, nec clamare, neque sonare, neque dor-
mire, neque mutare ordinem sine licentia,
& iussu sui Ducis exercitus; neque uigiliæ,
excubię, seu custodię à locis suis moueri de-
bent impunè, quoniā puniri possent militari
48 iure ¶ Horis nēpè finitis excubiarum, & uigi
liarum, iussu sui Ducis exercitus, tuba, uel
cornu, timpanovè, uel alio militari sono, uel
signo amoueri possunt: de mane primo dicta
missa, & Deo placato humili prece, & oratio-
nibus

nibus pijs, eleemosynis, uotis, & ieiunis diuino
postulato auxilio per ipsius militiæ Duces, &
magistratus suos egregios militares. l. 2. C. de
domest. & protest. lib. 12. & l. quemadmodũ.
49 §. si nauis. ff. ad leg. Aquil. ¶ Missa de iure ce-
lebrari potest in exercitu, & in tentoriis. c. con
cedimus. de consecr. distin. 1. & priuilegiũ ha
bet. Episcopus celebrandi, & celebrare faciẽdi
missam cũ altare portatili cõsecrato. c. vnicui
que. de consecrat. distin. 1. & c. sicut. cum glo.
& D. Archid. ibi, & in cap. fin. de priuil. in 6.
50 ¶ Et ubi milites stipendia gerunt, & castra-
mentantur; & hospitantur prohibentur eme-
re prædia: & habeant fugere concussionum
crimina, & non accipere salgma à populis.
Salgma autem generali uocabulo ample pro
tritico vino, oleo, culcitra muliebre, & aliis re
bus sicut poenis, quòd significat omne quòd
esui, & potui, est destinatum. l. 3. ff. de pœn.
lega. & l. 1. & 2. C. de salg. hosp. non præstan.
lib. 12. & C. ne publ. lætic. per totũ titu. cod.
lib. 12. & l. agentes. C. de pall. sacr. larg. & c.
militare non est peccatum. 23. q. 3. & l. mili-
tes. ff. de re milit. & l. 1. C. de condit. ob turpẽ
caus. & l. 1. ff. de calum. & per glo. ibi quę inci
51 pit criminale. ¶ Et pro pace diuina seruanda,
& tuitione armatæ gentis iussu Ducum exer-
cituum, est proclamandum in castris, ut sub
formidabili pœna arbitrio suo certa imponen
da in proclamare, quòd nullus audeat contem
nere, uel blasphemare Deum omnipotentem,
nec eius beatissimam matrem, & semper Vir
ginem MARIAM, neque eiusdem sanctos.
Nam iura pęnam mortis infligunt blasphemã
tibus Deum: ut in tit. ut non luxur. contr. nat.
auth. col. 6. ꝑ blasphemia ultor fuit Deus in
Reges Anatham, & Abyron: quos aperta terra
absorbit, ut legitur in ueteri testamento: &
præter alia præcepta, quæ ponenda sunt in hu-
iusmodi proclamate publicetur, ꝙ milites ha
beant se abstinere à militaribus delictis deser-
tionum, & ab iniurijs: nè inter ipsos odia, &
dissensiones insurgant, & ꝙ ferant arma, quæ
uestiuntur uagina, cum ipsa uagina, & capita
lis sui ferri, quę uulgo pontalia nuncupantur
sub certa pœna; ne inopinatè aliquis uulnere
tur ex militibus in castris, uel exercitu degen
tibus: & ut euitentur scandala, quæ ob incu-
riam, & ineuertẽter obuenire inter milites pos
52 sunt. ¶ Castrum, siue oppidum quid sit, & an
quis possit ædificari in priuato, habetur per
Bar. in l. 1. §. si autem. ff. de no. oper. nunciat.
& per Cyn. in l. altius. ff. de seruit. & acqu. &
notatur in l. qui luminibus. ff. de seruit. urban.
prædi. & per glo & Barto. in l. opus nouum.
ff. de oper. noui. & ĩ l. 2. C. de fund. limit. terr.
& palu. lib. 11. ¶ Quæritur de Ecclesia haben
53 te castrum, siue oppidum, an ciuitas pro sua
tuitione poterit dictum oppidum Ecclesiæ ac
cipere de iure; tenet Cyn. quòd sic in l. 2. C. de
Sum. Trin. & fid. cathol. quid si ui, aut obsidio
ne caperetur dictum castrum Ecclesiæ: qui pos
sit actione recuperare, habetur per Bar. in l. si
54 metu rerum. ff. de ui, & ui armata. ¶ Est quoq;
notandum, quò tempore necessitatis belli li-
citum est hospitari, & incastellari in Ecclesia,
ut firmat Innoc. in c. cum Ecclesia. extrà de im
munit. Eccles. & Bal. in l. nullus. C. de summa
55 Trin. & fide cathol. c. nulli. 42. distin. ¶ Quæ-
ritur de custode, qui promisit custodire castrũ
pro certa conuenta mercede data fideiussio-
ne, & post capiatur ab hostibus; an custos,
qui promisit custodire teneatur, & ipsius fi-
deiussio. habetur per Ioan. Andr. super rub. de
loca. in addit. ad Spec. iuris, & per Ludou. Ro
man. in consi. 395. & tenent, quòd non. Si per
uim. captum fuit: cui uiolentiæ resistere non
potuerit humana infirmitas. l. 1. ff. de actio. &
obligat. & l. fluminum. ff. de dam. infec. nisi
56 causam capturæ dedisset custos. ¶ Quid si pro
miserit custodire oppidum ad certum tẽpus,
& eo finito obtulit illud, an teneatur custoa
ulterius, & ipsius fideiussio. habetur per Bar.
in l. si mora. in fi. ff. sol. matrim. Quid si per an
num custodire promiserit data fideiussione, &
post annum amittatur castrum: an teneatur ip
sius fideiussor, habetur per eundem Bar. in l.
Lutius Titius. §. Paulus. ff. de administr. tut.
57 ¶ Est quoque notandum, quòd milites habẽt
curare, nè damna inferant collatoribus suis. l.
fi. §. quibus. C. de re milit. & se habent milites
continuo exercitio exercere in castris, nè ip-
sos corrumpat, & amplectatur ignauia inimi
58 ca uirtutis, & gloriæ Martis. ¶ Quęro de oc-
curenti casu, si dominus mortui uasalli ca-
stramentati cum ipso in Apulia, filium de feu
do paterno, tanquam de nouo feudo inuesti-
uerit consentientib. agnatis, an filio post mor
tuo excludantur agnati, & feudum reuertatur
ad dominum. Dic quòd sic, cap. 1. in fin. an
agnati: quoniam iure est cautum, ꝙ ille qui
aliter cõsentit sua iura perdit, & aliena fortifi
cat. c. 1. §. Præterea. & per Iac. Aluar. ibi quib.
mod. feud. amitt. & l. cum quidam. C. de admi
59 nistr. tut. cum similib. ¶ Et si Dominus mu-
tauerit feudi naturam absque consensu agna
torum mortuo filio, & non uiuo; reuocare
tunc possent agnati, habetur per Aluar. in d. c.
1. an agnati &c. Sed si agnati ex post facto hu-
iusmodi scientes concessionem huiusmodi
ratificassent, tunc inuestitura ualeret. c. 1. de
alien. feud. pater. ut Præpositum, & Aluarotũ.
60 in dicto cap. 1. ¶ Quæro de casu, si frater fra-
tri succedat in feudo nouo, fratre uasallo
mortuo sine prole masculina legitima, & na-
turali: an feudum ad fratrem uasalli mor-
tui,

tui, uel ad Dominū reuertatur, dic ad Domi num feudi reuerti.c.1.circa finē.de feud.succ. & c.1.in fi.de feu.March.&c.& c.1. de benef. fra.& c.1.q feu.dar.pos.& c.1.de fra. de nou. benef.inuest.& c.1.de grad.success.& de feud. March.c.1.in fine:quod procedit etiam si duo fratres essent insimul iuuestiti de feudo nouo: quia uno decedente sine prole, ut suprà, alter non succedit: nec in hoc habet locum ius accrescendi, sed Domino est aperta uia ad partem feudi uassalli defuncti: nisi fratres hoc ha buissent in pactis, Domino permittente, uel eo consentiente, q feudum insimul fratres cōmunicassent. Nam talis consensus Domini habetur pro pacto.l.Paulus.ff.rem rat.haber. in feudo autem per fratrem in bello uirtute co ram suo Principe bellantem acquisito fratre decedente uasallo sine prole succedat, frater fratri ob gloriā domus.c.1.de benef.fra.&c.

SVMMARIVM.

1 *Discordia arte in hostes seminata, sæpe uictoriam parie.*
Principes, & Duces bellorum quomodo milites suos, ac urbium suarum populos in pace, & concordia tenere habeant.
2 *Milites præceptis Ducum suorum acquiescere debent.*
3 *De Alexandri Magni recuperatione equi sui Bucefali, ex manibus barbarorum uirtute sui proclamatis.*
4 *Miles in exercitu rixosus, an, & quomodo puniendus.*
Bruti seueritas damnatur.
Cæsar qua de causa à Bruto, & alijs occisus.
5 *Ira, et odium in Principe esse non debent pro regni conseruatione, & num. 8.*
6 *Narseti Eunuchi facta explicantur, & numero 7.*
8 *Princeps tantò prudentior, & excellentior esse debet, quantò maior est.*
9 *Fotionis laudes, & de statua per Athenienses erecta pro eius gloria.*
10 *Fotionis sententia, dum Alexander Magnus subiugasset Thebanos, & ab Atheniēsibus petijsset Demosthenem, Ligurgum, Iperidem, & Caridemum, qui ibi fugerant, ut illos occideret.*
11 *Milites tumultuantes, qua pœna sint puniendi.*
12 *Tumultus quando puniendus.*
13 *Seditio quid sit, & unde dicatur, & de gestis à Principibus pro sedandis seditionibus, et num. 14.15.27.28.& 29.*
14 *Ligurgi consilium datum ciuibus suis petenti bus modum repellendi hostes.*
Ciues sunt coronæ praciosæ ciuitatum.
17 *Tumultus uis, & importantia.*
18 *Homicidium pro sedando tumultu quandoq; toleratur.*
Miles qui per clamorem, aut uociferationem, uel querelam fuit causa tumultus, militia spoliatur.
19 *Verecundiæ proximorum parcendum est.*
20 *Multitudo delinquens an sit punienda, & num. 21.22.& 24.*
21 *Actus illicitus, quandoque ex causa toleratur.*
23 *Thebani inordinati aggressi exercitum Alexādri fuerunt cæsi, & eorum ciuitas destructa.*
25 *Milites mittendi pro custodia locorum obsidendorum, de his esse debent, qui in eis pignora fidelitatis ratione sanguinis habeant.*
Italorum militum uirtutes, & laudes explicantur.
26 *Italię laudes narrantur.*
29 *Seditionis uis, & potentia.*
Rebelles, & proditores perpetua notantur infamia, morteq; puniuntur, ac eorum bona fisco applicantur.
30 *Acchilla Dux exercitus Aegyptiaci, quomodo fugatus à Cæsare.*
31 *Proditores, ut hęretici sunt in uita puniendi, & post mortem eorum memoria est damnāda.*
32 *M. Marcellus qua arte Nolam à proditio ne conseruauit.*
33 *Proditor quis dicatur, & quis transfuga, & num. 34.*
34 *Milites, & subditi euntes ad hostes sine licentia suorum superiorū, sunt grauiter puniēdi.*
35 *Rixa in exercitu sunt tollendæ pro eius salute, & uictoria.*
Rixa propriè fit inter duos, et plures, et plerunque oriri solet ex litibus, et cōtentionibus.
36 *Concitantes populum, seu milites contrà Principes suos, uel eorum consiliarios, et magistratus arma inferentes, pœna ultimi supplicij sunt plectendi. quæ etiam pœna puniri possunt priuati tumultuantes.*
Conspirator à testimonio repellitur.
37 *Contumacia aduersus Præsidem commissa capite punienda est.*
38 *Pugnantes contrà hostes sine licentia Principū exercitus, sunt morte puniendi, exemplo Manilij Dentati, & aliorum Ducum; qui proprios filios percusserunt, & num. 39. & infrà in tractatu de militari iustitia, nume. 53.*
39 *Mandata Principum non seruantes puniendi sunt.*
Bonum sequens, non excusat malum precedens.
40 *Dux belli potest militibus propter eorum uirtutem delicta militaria remittere.*
41 *Marius Arpinas, et Cato quo ordine milites suos inordinatos ad ordinem reducebant.*
42 *Manlius Torquatus quomodo tale nomen sibi uendicauit.*

Obe-

43 Obedientia quantæ sit uirtutis, & potentiæ, & num. 44. 45. & 52.

46 Telleranda plura sunt in bello, quàm in pace.

47 Bellorum delicta an recipiant emendationem, pœna statim sequitur errorem.

48 M. Licinius qua arte dignitatem, & libertatem suam seruauit ab Aristonico Thraciæ Rege.

Lisimacus quomodo captus ab Andromachea.

49 Inobedientia quàm maximum sit peccatum.

50 Princeps licèt peccet præcipiendo subditis suis iniusta, non peccant tamen subditi ei obediendo.

Obedientia est maioribus debita.

Milites suis maioribus præstant obedientiæ iuramentum.

51 Obedienti Principi suo parcitur, licèt malè faciat.

Principis sui præceptum contemnens, uti sacrilegus est puniendus.

52 Miles an possit impunè de exercitu sine sui Ducis licentia discedere pro uisitando affinem infirmum.

Deo, & sanctę religioni, Principibus, & parentibus, ac patriæ parendum est.

53 Vasallus, uel emphiteota, aut debitor, qui propter paupertatem nõ soluit uasallagiũ, seu canonem debitum non cadit à iure suo, nec debitor in periurium, nec pœnam incurrit.

Impossibilitas contractus excusat ab obligatione, & periurio.

Paupertas excusat appellantem à prosecutione appellationis.

Impossibilitàs excusat ab excommunicatione, & mandato Iudicit.

54 Legitimatus an succedat in feudis.

Princeps ius alteri quæsitam auferre non potest.

DE OBEDIENTIA, ET PACE seruanda in exercitu.

1 DIscordia in hostes arte seminata
victoriam sæpe parauit pruden-
tibus bellorum Regibus: qui il-
lam uirtute sua hostibus insidian
do seminarunt; & hi habent cu-
rare studio omni, diligentia, & exactissima 6
cura; ut milites sui uniti, & pacati permaneãt
sui exercitus, & urbium suarum, populi in
dulci concordia; quascunque ipsorum sedan
do discordias, laniendo, & mulcendo fero-
ces militum animos ad pacem, & cõcordiam
placidis uerbis redigendo illos, non exasperá
do iniuriatos, & cõtumeliis affectos: sed ipsos
arte placando, & moliendo blando sermone,
utendo munificentia ergà bene meritos. Nam
concordia augentur parua, & discordia dila
2 buntur illa, quæ magna sunt. ¶ Et tenentur
milites acquiescere præceptis, uoluntatique,
& postulationibus Ducum suorum, quę pro
mandatis habentur de iure parendis; & ut di-
cit Andr. de Isern. in cap. 2. de feud. sine culp.
non amitt. maiorum Principum præces in sub
ditis fusæ sunt speties uiolentæ iubendi. cap.
3 2. de maior. & obedien. cum glo. ibi. ¶ Et dũ
Alexander Magnus subiugasset Hyrcaniam,
ubi barbari equum suum Bucifalem ex ma-
nibus quorundam seruorum ipsius ceperunt,
emisso per ipsum proclamate cum formida-
bili pœna, recuperauit illum, aliàs barbaros
omnes magnos, & paruos deleuisset, ut in
proclamate præceperat, nisi equum reddidis-
4 sent, prout illicò reddiderunt. ¶ Et si aliquis
militum fuerit rixosus in exercitu, non odio,
& inuidia suggerentium, sed prudentum con-
siliariorum consilio, sedato tumultu punia-
tur, ut pœna illius transeat in aliorum exem-
plum. l. ità uulneratus. ff. ad leg. Aquil. uel pru
denter alibi mittatur ad custodiam, si sibi tunç
periculosa uidebitur punitio talis, ne scanda-
lum ueniat in exercitum, sententia Cassii Ro
manorum Principis: quia humanitas, & cle-
mentia sæpe profit usa secundum tempora: &
in hoc Brutum damnabat Cassius, quia nimis
erat seuerus in omni tempore; & Brutus Caſ
sium monuit, ut esse uellet cum ipso ad oc-
cidendum Cęsarem Dictatorem, prout fuit
pro libertate patriæ, & iustitia: quoniam Cæ
sar fouebat delinquentibus, & opprimebat
5 patriam, ut perpetuus Imperator. ¶ Et te-
nentur Principes cauere ab ira, & odio suo-
rum pro regni conseruatione, nè ut cæci ca-
dant in foueam, neque se irasci habeant Prin-
cipes in publicum aduersus aliquos: quoniá
Imperatoria uirtus est maxima non irasci: &
hæc separat Reges ipsos ab aliis, & regna sua
conseruat, nec seruanda sunt odia intestina
alio tempore, ut dicebat Themistocles, si ut
Deus confessa peccata remittit, & obliuisci-
tur, ità Principes remitti, & obliuisci habent
per ipsos remissa delicta; si sibi à Deo sua re-
mitti uolũt peccata, per Deum sibi iam remiſ
sa propter confessionem per ipsos factam ore
proprio Deo, & sacerdoti potestatem haben
6 ti ligandi, & soluendi. ¶ Legitur Sophiam
augustam optimi Imperatoris Iustiniani uxo
rem imprudenter affecisse iniuriis, & contu-
meliosis uerbis in cõspectum multorum pro-
cerum Narsetem Eunuchum Ducem ęgregiũ
armis expertum: qui iussu Iustiniani Impera
toris tunc Bizantium incolentis, in Italiam
missus cum exercitu contra Gothos pugna-
uit: quoniam Italiam occupauerant, quos

bello post Narses superauit Venetos Longobardorum præsidio; & ipsam Italiam liberauit, & plures Venetijs uir singularis Narses Ecclesias construxit ex Gothorum spolijs: & ob iram post Lacessitus uerborum dictæ Sophię in dedecus prolatorum Egregij Ducis Narsetis Eunuchi, & literarum cōtra ipsum scriptarum, & aduersus ipsius uirtutem, & natalia &c. perfidè obcœcatus Narses Italiam post in prædam tradidit Longobardis, qui ipsius Narsetis suasione, ex Pannonia cum magno exercitu duce Albono Rege Longobardorum in Italiam uenerant, per ipsum Narsetem certiorata Sophia existente in Byzantium, cum uiro decrepito Iustiniano, ut ipsa ueniret ad rumpendum telam, quam ipse ordinauerat ob iniuriam, quam sibi fecerat Sophia natalium suorum.

7 ¶ Nec fuit prudentis ob iram petulantis hominis maculare uirtutem, & honorem proprium in æternum dedecus suum, & contrà iram benè cantat Venuscus Poeta Horatius in secunda epistola sua.

Qui non moderabitur iræ
Infectū nolet esse dolor, quod suaserit, & mēs,
Dum pœnas odio per uim festinat inulto.
Ira furor breuis est, animum rege, qui nisi paret.
Imperat: hunc frenis, hunc tu cōpescere cathenis.

8 ¶ Diximus aliàs superius in tractatu de continentia, ad regiam spectare sapientiam non irasci, neque aliquid dicere, uel facere contrà aliquem, nisi prius quatuor, & uiginti elementorum literas mente percurrat, Athenodori philosophi consilio uiri singularis uitæ, & doctrinæ; qui ità docuit, & consuluit Octauianum Augustum: & uehemens animi concitatio alia transducta parui temporis momento languesceret, & superindè sanctam protulit legem Theodosius Imperator. l. uendicari. C. de pœn. quam legem quilibet bonus Princeps in mentem semper habere tenetur. ¶ Et quantò maior Princeps est, tantò prudentior, & excellentior esse debet: ut omnibus sit exemplar, simulachrum, splendor culminis suæ coronæ. ¶ Fotion uir fuit

9 inclitus, doctus, iustus, & prudens Imperator Atticus; pro cuius gloria, memoria, & uirtute Athenienses statuam cupri sibi de publico construxerunt: hunc peramauit Antipater uirtute sua, & odio habuit Xennocratem, licèt continentem, & modestum philo-

10 sophum. ¶ Et dum magnus Alexander duro marte subiugasset Thebanos in campis, & petijsset ab Atheniensibus Demostenem, Ligurgum, Iperidem, & Caridemum, ut illos occideret: & dum hoc fuisset nunciatum Atheniensibus per illos Thebanos, qui fugerant Athenas, & omnes tunc Attici respiciebant in solum Fotionem, quem pluries uocarunt, ut proferret super hoc sententiam suam, & Fotion tandem inquit, publicam utilitatē esse præferrendam priuatæ, & uictori Alexandro esse dandos petitos ciues, qui fuerunt in causa lingua sua maleuola irritare Alexandrum contra patriam nostram; ulterius etiam proferrens; & si ego pro patria, & illius salute mori deberem, me fœlicem putarem quantumque me premat amicorum Thebanorum, & ciuium nostrorum misericordia, qui sub fide, & umbra nostra tuti sunt, & sufficere Atheniensibus plangere solam Thebarum ruinam, & prouidere ad salutem patriæ, cuius consiliū executus fuit ob prudentiam tanti uiri, quem Alexander Magnus, & pater eius Philippus, & Antipater habuit semper in ueneratione ob

11 uirtutem, & consilia ipsius Fotionis. ¶ Quæro de tumultu imprudentum militum, qui non habent de iure tumultuare, neque dissentire à uoluntate sui Ducis; & tumultus est, & dicitur ille, qui ciuili seditione concitatur, & tumultuare dicitur, quòd uulgò dicimus abuttinare, & puniri debent tumultuantes, sine popularem tumultum facientes, pœna ultimi supplicij. l. 1. C. de seditio. l. ant facta. §. 1. ff. de pœnis. ut de uirgineo occiso per milites tumultuantes habetur. ff. de orig. iur. & per Doct. in cap. venerabilis. de test. cogen.

12 ¶ Nec debet tumultus pertransire multus, uidelicet auctor tumulti prīcipaliter facto tractatu, ex quo processit seditio; uel animo fuit operatus popularem, uel militarem tumultū comitti: aliàs si ob aliquod factum, ciuili, uel militari dissentione eueniret accidētaliter impunibilis foret. l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capt. & postl. reuer. & l. si quis nec causam. ff. si certum petatur; ad quæ faciūt notata per Bal. in l. 1. §. ultim. ff. de iustit. & iur.

13 ¶ Seditio est militum, seu ciuium dissentio, & est dicta seditio, quia seorsum alij ab aliis eunt, quasi seorsum, icio, uel eo. Et propriè est quando in ciuitate cum armis pugna inducitur tumultuosa. c. perpēdimus. extrà de sentē.

14 excom. ¶ Et pro tollenda seditione militum, utile fuit quibusdam Principibus illos, qui seditionem fecerunt offerre periculo, cuius timor illos unitos reddit, & uirtus Ducum, & excellens extimatio sua causa est tenere unitos milites suos exemplo Annibalis, qui eo præsente suos semp retinuit unitos, & parabiles ipsius pceptis, & ut hoc sequatur, oēs sunt artes utēdę: in Pyreneis saltib. deleuit Annibal illos omnes ex suis, qui animum habuerūt redeundi ad proprios lares, ad uxores suas, & filios; nè forent in cā perditionis exercitus, &

gloriæ tanti Ducis: qui præ gloria non parcebat alicui ex desertoribus sui exercitus: propterea palmas multas habuit suorum obe
15 dientia militum. ¶ Et dum foret Scipio ægrotus in Hyspania tumultuante exercitu suo quorundam suasione firmantium Scipionem Imperatorem suum esse mortuum, cõualidatus posteà probè pacauit exercitum, seditionis auctoribus punitis sine uenia; & præ pudore tanti erroris exercitus Romanus concionante Imperatore suo Scipione in noua Carthagine ibi uocatus, & congregatus pro habendo stipendio oculos tenebat in terram, quem post pacatum, & in Aphrica semper habuit obedientem, ideò uictor, & trium
16 phator gloriosissimus fuit. ¶ Sanum consiliũ dedit Ligurgus ciuibus suis petentibus modum repellendi hostes, & impetum eorum, uidelicet, quòd sint parati pacienter sufferre paupertatem, & quòd dimittant eorum seditiosas contentiones, & quòd non muris, sed uiris fortibus sit ciuitas circũdata; quia ciues sunt coronæ pretiosæ ciuitatum. l. 1. C. de me
17 trop. berito. libr. 11. ¶ Et esse potest bellum, vt tumultus non sit, quando bellum est uniuersale, sed tumultus est specialis, qui esse non potest sine bello: & tanta est uis tumultus, & turbatio, ut maior timor oriatur, & dicitur tumultus quasi timor multus, seu multorum.
18 ¶ Et quandoque permittitur, & tolleratur homicidium propter sedandum tumultum, nè maius scandalum sequatur, uel augeatur tumultus; sed ut cesset inceptus. l. penul. ff. ad leg. Corn. de sicar. quod non permittitur in bello, in quo si seditio excitata fuerit inter milites, & ex inde foret secutum aliquod malum atrox, seditionis excitatores dũtaxat morte naturali puniuntur. ¶ Et si propter clamorem, seu uociferationem, uel querelam alicuius militis oriatur tumultus, auctor ille spoliatur militia. l. 3. §. qui seditionem. ff. de re
19 militari. ¶ Verecundiæ est parcendum proximorum, & maximè sacerdotum, propter Deum omnipotentem, & patrem misericordiarum; & nè fiat opprobrium sponsæ ipsius Ecclesiæ Catholicæ. cap. rursus. 11. q. 3. cap. si. 82. distin. & prudenter dimittit illud Imperator, quod est corrigendum propter tempus. auth. quomo. opor. Episc. §. sed neque: & cum tempus sit incipiendum à maioribus.
20 cap. ut purgabit. 50. distin. ¶ Et ubi multi delinquunt, & non contemnitur disciplina rei publicæ sed pacienter sustinetur, tunc ferienda est multitudo. cap. non potest. 23. q. 4. in fine, & cap. fin. de poenit. distinct. 6. quod secus est, ubi timetur de multorum scandalo, & strage; uel strages iacet plurium, quoniam tunc rigor iuris mitigatur in poenis. cap. ut constitueretur. 50. distin. & cap. non potest. 23. quæst. 4. & cap. miramur. 61. distin. &
21 cap. per tuas. extrà de simon ¶ Et ex causa tollerat quandoque canon Ecclesiæ actum illicitum, & illum non punit. cap. Denique. distinct. 4. nam comedentes carnes in nocte dominicæ carnis priuij, uel in nocte ultimi diei carnis priuij non puniuntur ibi in canone propter multitudinem, & scandalum; sicut aliàs permittit adulterium, ut uitetur homicidium cap. quid ueneris. 33. quæstio. 1. & tamen est illicitum adulterium per legem, sic permittentem: sed actu manente illicito remittitur poena quandoque tollerando auctoritate legis habetur per dominum Ioan. de Lignano in libr. suo de bello. cap. 88.
22 ¶ Et uidens Pompeus milites suos ire per Siciliam inordinatos, & ambulare ineptissimè cum tumultuaria discordia, sigillauit enses. illis precipiendo nè amouerent sigillum sine iussu suo, & castigabat omnes, qui
23 illesum sigillum non conseruabant. ¶ Thebani inordinati fuerunt contrà uoluntatem sui Ducis, aggressi tumultuariè exercitum Alexandri, qui illos arte interceptos, suorum acie instructa militari ordine superauit, millibus sex ex Thebanis cæsis, & millibus triginta captis, & uenditis; capta eorum ciuitate, & deprædata per Alexandrum marte
24 secundo. ¶ Et cum contigisset tumultuariter per militea Cæsaris interfici duos ex Prætoribus exercitus Cæsaris, Cosconium, uidelicet, & Galbam; non aliter illos tunc repræhendit Cæsar, sed conciues suos uocauit ipsos. ut tumultum sedaret, & exercitum pacaret, & donauit unicuique ex militibus suis mille dragmas, & fortè inter illos prædia, & possessiones plures Italiæ distribuit.
25 ¶ Optimum est consilium mittere citò milites in locis obsessis, uel obsidendis pro ipsorum custodia, ubi eorum sint aliqua pignora fidelitatis, ratione sanguinis, ut puta parentum, aut bonorum: quia in huiusmodi locis fortiores redduntur milites. Et utile erit pro marcialibus militibus Italis, extrà ipsam Italiam bellare, quoniam concorditer strenuò, & impigrè pugnabunt, & regna quæcunque subiugabunt uirtute sua: nec contrà ipsos uis ulla poterit resistere, ut de Romanis Italis legitur, qui extrà Italiam uniuersum orbem ferro aggressi, palmarij, uictores, & triumphatores extiterunt omnium nationum; quoniam tempore in illo unio uiguit, & concordia dulcis in Italia, & inter ipsos Italos sua uirtute preditos ignota erat seditio, & stabat tunc sepulta discordia dulci regnante concordia, quàm posteà turbauit inuidia duce malo spiritu

hoste

hoſte antiquo humanę naturæ, ut perderet
26 animas, & euerteret regna ſua. ¶ Italia il-
la glorioſa, & præclara prouinciarum om-
nium regina madefit à mare Liguſtico, & à
Thireno uerſus occidentem, & à fluctibus ad-
uerſis Adriatici, & Ionij uerſus orientem:
quæ ſi unita foret, & concors, non quidem
poſſet à mortalibus ſubiugari, niſi in ipſa Ita-
lia, & cum eiuſdem Italiæ uiribus; ut ferox il-
le pœnus Annibal cōſuluit Anthiocum cogi-
tantem inſerre bella Romanis, nam ipſe
Annibal pluries peruenit in Italiam cum exer
citibus bellando contrà Romanos, & uicto-
rias plures adeptus fuit, quorundam ſemper
Italorum auxilio; demum à ſuis uocatus in
patriā per G. Scipionem ferro inuaſam, & de-
uaſtatam ſuperatus marte fuit iu patria ſua à
Romana uirtute, quæ Aphricam tunc ſub di-
tione ſua poſuit, & Carthaginem tributariā
fecit, & poſt rebellatam deſtruxit, & trium-
phi gloria patriam Romam decorauit, Can-
27 nenſe uendicata clade. ¶ Legitur Marcum Cu
rium Romanum Cōſulem ex Italia expuliſſe
Regem Pirrum martiali uirtute, & in bello
dardanico legionem ſui exercitus ſeditione tu
multuātem acriter puniſſe apud Dyrachium,
ex illa ſorte decimata multitudine delinquen
tium militum: quos ſecuri perdebat antiqui
tas, ſecundum regulas iuris, & diſciplinæ mi-
litaris. l. omne delictum. ff. de re milit. ¶ M.
Curius auri pondua ſibi donatum à Pirro Re-
ge ſpreuit ſua uirtute, dum foret in parua uil-
la ſua, & fictilibus rapas comederet coctas
in ignei s prunis; inquiens prudenter, Roma-
nos malle aurum habentibus imperare, quàm
id habere, & eſſe contentos uirtute ſua; & ter
glorioſè triomphauit Curius pluries ouando.
28 ¶ Et Iulius Cæſar ora militum obturauit, or-
ta inter ipſos ſeditione paucis percuſsis, & ità
caſtra ſua ſedauit, & fidem arte reparauit mi-
litum ſuorum: quorum ſacrilegos priuauit
29 militiæ cingulo. ¶ Nā ſolitum eſt ſeditionis
diſcipare exercitum, & uertere funditus ur-
bes, populos, & Regna depauperare & perde-
re. Idcircò ſunt radicitus extirpandæ ſeditio-
nes, ut rebelles, & proditores: qui perpetua
notantur infamia etiam morte ſublati, ſibi
confiſcatis bonis, fiſco ſibi ſuccedente alio hæ
rede carentibus ob tam nephandum, & execra
bile facinus. cap. Pericoloſè. de pœnit. diſtin.
1. & l. proditores. ff. ad leg. Iuliam maieſt.
30 ¶ Et cum Achilles Fotinus Enucus, cum A-
chilla Duce exercitus Egyptiaci ſub ſpe pacis,
& amicitiæ ordinaſſet inſidias contrà Cæſa-
rem; quo percæpto, Cæſar Fotinum occidit,
& ob hoc fugit Achilla ad exercitū ſuum, &
contrà Cæſarem poſtmodum bellum intulit,
habentem paruum exercitum: cui fuit impe-
dita aqua; & tandem Cæſar arte fugauit Ac-
chillam, inquiens, Egyptiacis, ut infidis non
31 eſſe credendum. ¶ Proditores, ut hæretici
puniendi ſunt in uita, & poſt mortem eorum
memoria damnanda eſt. hærede carentium ſi-
bi fiſco ſucceſſo: & hi ſūt amariſsimi fructus,
quos dānata gignit ſeditio, & ſoror eius pro-
32 ditio. ¶ Marcus Marcellus munificentia ſua,
Nolam à proditione conſeruauit Romanis,
Lucio Blandio ab Annibale corrupto, in fi
dem arte retento per Marcellum liberalitate
ſua ſibi armis, equis, & pecunia donatis, cum
33 placido ſemper humanitatis ſermone. ¶ Pro
ditores, & transfugæ in re militari pro mili-
tibus non habentur. cap. porrò. §. 1. in uſib.
feud. in titu. quæ ſit pri. cau. beneſ. amitten.
vbi habetur, quòd proditor eſt ille, qui uadit
ad hoſtes, uel illis literas mittit; & transfuga
ille dicitur, qui fugit, uel accedit ad hoſtes per
34 uerſo animo. ¶ Caueantq; milites, & ſubdi-
ti omnes non ire ad hoſtes ſine licentia Du-
cum, & ſuperiorum ſuorum; & quis dicatur
proditor habetur in cap. clericus. in glo. 2.
45. diſtinſt. & per Barto. in l. reſpiciendum.
35 §. delinquunt. ff. de pœn. ¶ Rixe ſunt tollendæ
in exercitu, nam rixa propriè fit inter duos, &
plures, l. ęquisſimum. ff. de uſuſru. & l. 1. §. ſi
claua, & l. fi. ff. de ſiccar. & l. 1. §. turbam. ff. ui
bon. rapt. & ſolet rixa plerunq; oriri ex litib.
& contentionibus. l. Seuus. ff. de actio. & obli.
Propterea pro ſalute, & uictoria exercituum
tollendæ ſunt rixæ ſuorum militum, & popu-
lorum: qui in pace, & concordia conſeruan-
di ſunt omni ingenio, & arte ſuorum pruden
tia Ducum; nè homicidia, & alia ſcādala oriā
tur, quæ poſſent occurere inter milites ob Du
cum ſuorum inertiam. c. 1. & ult. 23. q. ult. &
36 l. ſi non conuinci. C. de iniur. & l. ſi ex plagiis.
§. 1. ff. ad leg. Aquil. ¶ Et concitantes populū,
ſeu milites contrà Principes ſuos, uel eorum
conſiliarios, & magiſtratus arma inferrentes,
ut iniurias inferēt ſuis Principibus, uel ob iu
ſtitiæ cauſam facta ſeditione, uel conſpiratio
ne, feriendi ſunt capitali pœna ultimi ſuppli-
tij. l. omne delictum. ff. de re milit. l. 1. &
l. criminis, & l. Iuliæ. ff. ad leg. Iul. maieſt.
qua lege etiam puniri poſſunt priuati tumul-
tuantes, qui propter conſpirationes, & odia
inteſtina conducunt milites, & alios cum
uexillis, timpanis, & tubis, & aliis bellicis
ſignis abſque ſuorum Principum iuſſu: qui-
bus in hoc ſunt inobedientes, ſperuendo teme
rè eorum dignitatem, illam uſurpantes pre-
ſentuoſè, ut ſæpe fit in locis. ubi ſunt partes
Guelphæ, & Ghibellinæ nuncupatæ: de qui-
bus tractatū fecit Bartholus de Saxo Ferrato,
& habetur in l. 3. ff. ad leg. Iul. maieſt. &
in cap. quid culpatur. 23. quæſt. 1. quia hoc

ſolum ſpectat ad ipſum Principem, & regia
maieſtas in hoc offenditur. ¶ Et conſpirato-
res, & ſeu coniuratores huiuſmodi, teſtes ido
nei eſſe non poſſunt, ut tenet Bal. in cap. 1.
in §. conuenticulam. de pac. iur. firman. & in
Longobar. habetur de conſpiratoribus. in l.
De conſpiratoribus. in titu. de aggreſsione in
uico facta, & de ſeditione contrà iudicem,
uel ciuitatem per totum libr. 1. & de eorum
pœna habetur in l. unica. C. de monopol. &
per Ioan. And. Archidia. & Doctor. canonũ
in c. conſtitutiones. de uerbo. ſignific. in 6.
& in c. ſtatuimus, & in cap. conſpirationum.
37 12. q 1. ¶ Et omnis contumatia militum
contrà Principem ſuum, eſt capitale crimen
habetur in l. omne delictum, & in l. deſerto-
38 res. ff. de re milit. ¶ Filium namque patris
præcepto inobedientem, primo uirgis cęſum
in conſpectu exercitus ſecuri percuſsit Ma-
nilius dentatus licèt proſperè pugnauerit pro
uocatus ab hoſte, & illo fugato gemino Mæ-
tio Duce tuſculanorum; nam patri, & domi-
no debetur obedientia. l. liber homo. cum gl.
1. ff. ad l. Aquil. & idem propter inobediētiam
in proprios filios fecerunt Manlius Torqua-
tus, Poſthumius, & Tiburtius Romani Dicta
tores: quoniā iniuſſu ſuo, & pręter eorũ uolũ
tatē dimicauerant, & in diſcrimen, & arbitriũ
fortunæ poſuerant Remp. Romanam; & pœ-
nas rectè lucrarunt ſecundum regulas iuris,
& diſciplinæ militaris; quoniam potuiſſet
in damnum Reipublicæ latuiſſe hoſtium inſi
dias, & alia de cauſa nè Ducum periret reue-
rentia, & ſuæ coronæ obedientia, pro qua
uoluit, & non dubitauit pati mortem Domi-
nus noſter IESVS CHRISTVS, qui
39 obediens fuit patri uſque ad mortem. ¶ Et
qui non ſeruant mandata Principum punien-
di ſunt l. ſi remunerati. ff. mand. & l. proculus.
ff. ad Macedon. Senat. Conſul. cum malum
nõ excuſetur propter bonum, quòd ſequitur.
cap. ſufficit. de pœnit. diſtin. 1. cap. undè. 56.
40 diſtin. ¶ Poſſet tamen à Duce, & ſeu Principe
exercitus remitti delicta militaria deſertionũ
deſertoribus, uidelicet illi, qui pollent uir-
tute, & aliis prodeſſe poſſunt. l. ad beſtias. ff.
de pœn. cap. cum Patriarcha. 22. q. 2. propter
diſtinctionem pœnarum legis, & hominis: nā
aliud eſt quem incidere in pœnam legis, uel
hominis, & aliud eſt poſt pœnæ commiſsio-
nem remitti à Principe poſſe, & iura probant
Principem ſi uult poſſe remittere pœnam, &
41 commiſſa in legem per deſertores. ¶ Et Ma-
rius Arpinas contrà Cymbros pugnaturus
quoſdam extrà ordinem manentes milites, no
doſa uite feriebat in caput, & illos probè ad
ordines reducebat, iuxtà illud Iuuenalis Poe-
tæ de Mario ſcribentia.

Nodoſam poſt hæc frangebat uertice uitem,
Si lentus nigra muniret caſtra dolabra.

42 ¶ Et cum Cato ubi omne fuga completum,
uideret, ſe ad ſecundos ordines legionum
reuehitur, quę in ſubſidium poſitæ erant; &
poſt ſe ad triarios reduxit in tertio ordine in-
ſtructos in ſubſidium exercitus expeditos: qui
hodiè Reges cuſtodiæ nũcupantur exercitus,
& ſigna pręferri pleno gradu ad caſtra ho-
ſtium oppugnantia ſeccedere iuſsit, & auidos
illos, qui extrà ordinem uidit inter equites
percuciebat enſe, & Tribunos militum ino-
bediētes, & inordinatos centurios caſtigare
mandauit: quia non poteſt ſine ordine, &
obedientia parari uictoria, ut ſcribit Liuius
de Tito Manlio Torquato: quod nomen ſibi
uendicauit à torque per ipſum quęſita in duel
lo, occiſo Breno Rege Gallorũ præciſo eius
capite, de quo meminit Poeta in 6. Aeneid.
Aſpice Torquatum referētem inſigna Camillum.
43 ¶ Obedientia eſt pcioſa, & præclariſsima Re
gum ueneranda corona, & murus militaris
regię diſciplinæ: & Principes illi qui neſciunt
imperare, nequeunt regnare, nec ueri ſunt
Reges ſine obedientia eorum pręcioſa coro-
na: quæ obedientia illos regnare facit, ſine
qua non ueri Reges, ſed ut priuati erunt, &
44 reputabuntur ſine corona. ¶ In equeſtri or-
dine, & militari exercitio, equorum man-
ſuetudo, & obedientia prodeſt, & facit uicto
rem exercitum, glorioſum, & triumphato-
rem: quem ſine honore reddit inobedientia.
45 ¶ Et obediētia eſt quippè maxima uirtus. l. de-
ſertorem. §. in bello. cum glo. ff. de re milit.
iuncta glo. in cap. nè Dei Eccl. extrà de ſimo.
46 ¶ Notandum eſt tamen, quòd plura ſunt tol-
leranda in bello, quam in pace. Nam bellum
fures multos facit, quos in pace poſteà furca
ſuſpendit: nec ſtatim expedit ulciſci iniurias,
quæ Regibus fiunt per ſuos in bello. Sed con-
ſilium eſt, ut ſimulato tunc ſilentio pertran-
ſeant Reges cum prudentia, nè aliqui de ami
cis hoſtes ſibi fiant, ſed peracto bello equè
puniri poterunt. ¶ Ex parua ſæpe ſcintilla ob
Principum iniuriam ab initio non extincta
47 oritur incendium magnum. ¶ Et licèt error
pro bono uelle ſuppleatur, cum Deus ſit pro-
pitius illi, quem uirtus exaltat, curandum eſt
tamē nè errores ſequantur in bello, qa in aliis
rebus corrigi poſſunt errores ſi erratũ fuerit,
ſed bellorum delicta non recipiunt emenda-
tionem, ſcipionis Aphricani ſententia, prout
ſcribit Vegetius de re milit. Nam ſtatim pœ
na ſequitur errorem. authen. ut factæ nouæ
conſtitutio. in §. penulti. quia errantes in
bello, aut repentè pereunt, uel fugiunt, aut
captiui fiunt cum deditione, & turpe eſt po-
48 ſteà dicere non putaram. ¶ Et nè ſeruiret

bar

barbaro Regi N.Licinius Crassus Consul Ro
manus temerè conserto bello, uictus ab Ari-
stonico Traciæ Rege, & fuit adeò iratus, quod
percussit quēdam superbum Thracem in ocu
lum uirga qua regebat equū, ut Thrax ille co
geretur occidere ipsum; & ità Thrax prouoca
tus ira fecit, & arte tali dignitatem,& liberta
tem suam Licinius seruauit. ¶ Et è contrario
Lysimacus imprudenter superatus ab Andro
machea, inquit,me met ex Rege seruum feci,
quoniam fui captus culpa mea, cum sano nō
paruerim consiliariorum meorum consilio.
49 ¶Maximum peccatum est inobedientia, pro
pter quam Deus damnat inobedientum ani-
mas ad pęnas æternas transgrediētium ipsius
præcepta, & legum contemptores damnant
iura utriusq; censuræ.l. desertorem, & ibi gl.
50 ff.de re milit.cap. sciendum. 30.q. 1. ¶ Et
licèt quandoque Princeps in re militari pec-
cet in præcipiendo militibus, & subditis suis
iniusta, non tamen peccant milites subditi in
parendo mandatis suorum Principum. cap.
quid culpetur.iuncta glo. 23.q.1.¶Maiorib.
est debita obedientia.c.in summa. 93. distin.
& ut seruetur obedientia in bello, defferendū
est iuramentum militibus. cap. Legebatur cū
glo.ibi de maioritat.& obedien.& cap.quam
quam.33.distin. ut aliàs superius diximus in
51 tract.de militar.iuramen. ¶ Et si parendo mā
datis Principum suorum malè fecerunt mili-
tes, & subditi puniri non debent cum fecerint
sibi iussa per suos Principes. l.libertatē.in fin.
cum glo.ibi.ff.de his qui notantur infam.Nā
uerè dignus est qui obtemperauit Duci, &
Principi suo: cuius si contemneret præceptū
puniri, ut sacrilegus de iure posset.c.2.& per
52 Doct.ibi de maiorit.& obedien.¶Et licèt Lu
dou.Roma. Doctor magnæ auctoritatis dixe
rit.in l.si uerò.§.de uiro. ff.solu.matr.& in l.
1.ff.de in ius uocan. & Fely. Ferrariensis in
cap.cum quidam:col. penul. extrà de iureiu-
ran.teneātq; iura sanguinis excusari militem
discedentem de exercitu sine licentia sui Du-
cis pro uisitando affinem, uel consanguineū
suum infirmum, quod fortè de æquitate pro
cederet, quòd ius sanguinis excusaret quem-
quam à pœna aliàs sibi à lege statuta;& D.An
dre.de Iser. in titu.de pac.iuramen.firman. in
§.Receptatoribus, dicit receptatores consan-
neos propter iura sanguinis mitius puni-
ri boni iudicis arbitrio, & rectè docet. l. 1.
§.pœnis.C.de rept.virg. & de effract. l. 2. §.
1.& l.1.& 2.ff. de receptat. Fallit tamen hoc
in milite discedente sine licentia sui Ducis ex
castris, & ratio est propter publicam utilita-
tem, & honorem Principis, qui honor uitæ
comparatur, & etiam quia tractatur de impe
rio, & de periurio propter inobedientiam:

& per Hyppol.de Mars.Bonon.in consi.121.
in 2.uolum.consiliorum suorum criminaliū.
l.si ità fuerit. ff.de manum.testam. & authen.
de hæredib. & fals.§. His omnibus, & l. quo-
ties.C.de priuileg.schol. ¶ Corona regia, ut
dixi est obedientia, qua sublata non quidem
Rex, sed priuatus potius nuncupari potest,
& sine corona: & sic Deo, & sanctæ religio-
ni Principibus, & parentibus patriæuè parere
debemus. l. ueluti. ff.de iust. iur. & l. Postli-
miniū.ff.de capt.& postl. reuer. & l. minimè.
ff.de religio.& sumpti.funer. cap.1.§.præte-
53 reà.quę sit prima caus.benefi.amitten.¶Quę
ro de uasallo, ac de emphyteota,& de debito
re: qui propter paupertatem non soluit ua-
sallagium, seu canonem debitum, an ca-
dat à iure suo, & debitor in periurium,& pœ
nam. Dico quòd non, quia impossibilium
nulla est obligatio. l. impossibilium. ff. de
reg.iur.& l.inter stipulantem.§.sacram. ff. de
uerb.oblig.& l.si stipuletur.ff.de stat.libert.&
Institu.de hæred.inst ien.in §.impossibilis, &
c. nemo. de regul. iur. & c. Abbati. 53.dist.
& cap. fin. extrà de pact. cum similibus: nam
ab obligatione excusat impossibilitas con-
tractus, & à periurio. l. impossibilis. ff. de
uerbor. obligat. & l.certi conditio. §. item
quæri, & per Doctor.ibi.ff.si cert.petat. & l.
non solum.ff.de actio. & obl.& §.impossibi-
lis. insti. de inutil. stipul. & per Doctor. ibi
& cap.breui.de iureiurand.& cap.Odoardus.
de salut. & per Barto. in l.Labeo.in fin. ff. de
iur. iurand. & per Bald.in l.acceptam. C. de
usur.& in l. fin. C. de non numer. pecu. & in
cap. 1. §. porrò.quę sit prima causa benefic.
amitt.in usibus feud. & per Doct. in l. quod
te.ff. si cert. petat. & per Alexand. in consil.
92.in 1.uolum.& per Abb.in consi. 90.in 1.
colum. ¶ Immò plus dicimus, quòd impos-
sibilitas pauperis, seu paupertatis excusat
appellantem à prosecutione appellationis;
ità quòd elapso tempore, seu fatali ad pro-
sequendum appellationem,non dicitur appel
latio deserta, firmant Innoc. & sequaces in
cap. ex ratione.de appellat. & Barto. in l. si
procuratorem. ff. mandati, & Bald. in l. fin.
C. de condit. inser. & in l. si quis testium. ff.
de testi. & in l. si acceptam. C. de usur. &
Angel.in l. illud. C.de annon.& per Hyppol.
de Marsi.in cons.55. in 1.uolu. consilio cri-
min. ubi multa allegat in repetitione sua. ff.
fideiuss. ubi dicit fideiussorem liberari etiam
propter impossibilitatem paupertatis.
¶ Et etiam hac de causa quemlibet liberari
ab excommunicatione, & mandato iudicis
per tex. in l. fin. C. quæ senten. sine appellat.
rescind. & per Oldrad. in consil. 277.&
canonistas in cap.quæstioni.extrà pe appella.

54 ¶ Quidam filius spurius miles fuit iniuriatus à cõmilitone, quod non suo patri, neq; matri succedere potest in feudo; & quod etiã si foret legitimatus nõ posset succedere in feudis, nisi in ea hoc fuisset expressum ab habente talẽ auctoritatẽ legitimandi tex. est in l. si qua illustris. C. ad orfic. quæritur quid iuris; & certè regulariter in feudis nõ succedit legitimatus. c. naturales. si de feud. controu. fuerit inter dominum, & agnat. quod procedit siue sit feudum paternum, uel maternum; antiquum, uel nouum, vt dicit Andr. de Iser. in dicto cap. & post ipsum Auar. quòd etiã habet locum in spurijs, licèt non sint nominandi filij authen. ex complexu. C. de incest. nupt. ubi habetur filium naturalem, aut spurium de iure communi succedere matri, ut in dicta l. si qua mulier. C. ad orfic. in feudis tamen non succedunt per dictũ cap. naturale. si de feud. controuer. &c. & per Aluar. in cap. 1. an maritus &c. quod fallit nisi per Principem fuissent legitimati, ut possint succedere in feudis: quòd fieri potest dum feudalis succesßio exprimetur in ea; aliàs ad feuda simplex legitimatio non extenderetur, nisi fortè ad beneficia quis legitimaretur. Si tamẽ extarent filii, uel agnati, quibus iam foret ius quæsitum, tunc uariis ommißis opinionibus Doctorum, huius sum uoti, Principem (cum omni qua decet semper reuerentia) in legitimorum, & naturalium necem feudi capaces facere non posse spurios, & naturales; & in hanc sententiam concurrit D. Andr. de Iser. & Iacob. de Aluar. in dicto c. naturales: quoniã ius terij Princeps sine causa legitima tollere non potest, nec debet tollere ius meum mihi iam quęsitum, habetur per Cyn. in l. rescripta. C. de precib. Imper. offeren.

SVMMARIVM.

1 *Principes quomodo exercitus suos, ineffœminatos tenere debeant.*
Castra undè dicta.
Milites in castris hostes ueneris, & cupidinis esse debent, diuina armati uirtute ob bonorem, & gloriam.
Fotionis Attici Imperatoris mirabile dictũ contrà Archibiadem Laconistam.
2 *Milites cauere debent à uitio luxuria, ne eo inebriati facilè uincantur.*
Principes bellorum aliorum simulacrum, & exemplare speculum in laboribus, morib. & uirtute esse debent; eatereque uitiis sibi primitus imperantes, si rectè alijs impera re intendunt.
3 *Coitus, & somnus undè procedant.*
Alexander Magnus crapulam, & potum uitauit, temperateq́; uixit, ita à Philosopho suo magistro doctus.
4 *Luxuria quanta mala pariat contrà Imperatorem exercituum, & eorum milites, & nu. 5.*
5 *Tonsores quo tempore in Italiam uenere.*
6 *De donatione plurium regnorum facta Cleopatræ propter luxuriam per M. Antonium, cum molestia senatus Romani.*
7 *Coitus quid sit, & quę mala ab ipso proueniãt.*
Mulier initium fuit primi peccati, & primum parentem eiecit à paradiso delitiarum.
Coitus quilibet prohibetur, præterquàm matrimonialis.
8 *M. Cato causa euittandi fornicationem in senectute uxorem puellam accepit, & Pisistratus uxorem duxit, ut plures filios procrearet.*
9 *Vxoratus, qui cum propria uxore coit causa habendæ prolis, & reddendi debitum non peccat: & si causa incontinentiæ coit, & expellẽdæ libidinis uenialiter peccat.*
Vxoratus abutẽdo uxore sua mortaliter peccat.
10 *De milite capto amore puellę à Quinto Fabio in crepato, qui adeò erubuit, quòd amplius fœminas non aspexit.*
11 *De captura Sophonisbæ uxoris Regis Siphacis per Masinissam, & de ipsius Sophonisbæ morte.*
12 *De Ouinio carcerato a Iulio Cæsare, quia uxorem Caluisij Ducis in castris militari ueste inducta de nocte induxerat.*
13 *Principum maxima est gloria, & mortalium, uincere semetipsos diuina ratione, & uirtute propriam carnem castigando.*
14 *Sanctum est ambulare cum bonis, & bonorum sequi uestigia, mores, & documenta, & malorum fugere comertium.*
15 *De Demetrij filij Antigoni uituperata luxuria, & aliis suis gestis, & morte.*
Sodomiæ uitium est omninò fugiendum.
16 *Romani milites in castris nõ tenebant fœminas, ganeas, neque cinædos.*
17 *De morte casta Lucretię, & expulsione Regum Tarquiniorum, & libertate urbis Romæ.*
18 *Mali an sint repellendi, uel tollerandi.*
Boni semper sint amãdi, fauendi, & extollẽdi.
19 *Fœmina an succedant in feudo Franco.*

DE CONSERVANDO *Exercitum ineffœminatum.*

1 MAxima est prudentia illorum bellorum Imperatorum, qui exercitum suum seruarunt, & seruãt ineffœminatum; sed illum tenuerunt, & tenẽt in asiduo exercitio, & laboribus militaribus; repellendo ab eo ganeas, & fęminas, aliasq; personas inutiles

tiles ad bellum, optimi Scipionis, & Pij Me-
telli exemplo Imperatorum in militia exper
torum, & excellentiſsimorum magiſtrorum.
¶ Caſtra dicta ſunt quaſi caſta, quoniam ibi
caſti eſſe debent uiri, & eſſe hoſtes veneris, &
cupidinis diuina armati uirtute ob animarũ
ſalutem, & corporum fortitudinem, honorẽ,
gloriam, & laudem immortalem militaris re-
ligionis, & diſciplinæ. Prudens Fotion Atti-
cus Imperator uidens mendacem Archibiadẽ
Laconiſtam nuncupatum, pro pulchra, &
longa barba benè compta, & liſſata cum la-
ſciuis odoribus onerari, & quæritatem fictis
moribus ſuis amari à populo, & in eo babere
creditum ob eius grauia ſupercilia, & tardũ
meatum, cum Lacedemonico habitu, & illum
fore mendacem, illi barbam tetigit Fortion,
inquiens, ò quàm laudabilius foret hanc bar-
bam tuam reliquiſſe, & ueſtimenta quæ ſunt
ornamenta proborum, quam negare uerum,
& eſſe inimicum ueritatis, & Martis qui odit
2 delitias ueneris. ¶ Nam uicti pluries reman-
ſerunt effęminati milites molles, comati, liſſa
ti, & delicati, inebriati uitio luxuriæ: & benè
cantat Ouidius,

Non faciunt molles at fera tella manus.

Et illi qui nõ ſequũtur diſciplinã militarẽ Sci
pionis Aphricani, Pij Metelli, Marci Scauri, &
Catonis, ſed Thaidis caſtra frequẽtantur in ho
ris captiui fiũt fortis Martis antè, & poſt bel-
lũ artib. capti uenereis ſauciati cupidinis ar-
mis, & ſagitt s, retib. inuoluti peſtiferis officiẽ
tibus bellicæ uirtuti. ¶ Aliorũ ſimulachrũ, &
exemplare ſpeculum in laboribus, moribus,
& uirtute eſſe debent Principes in bello, & pa
ce, & cunctis carere uitiis ſibi primitus impe-
rantes, ſi ritè aliis intendunt imperare. c. ini-
quũ. 32. q. 6. c. iudicet ſe ipſum homo, de pœ-
niten. diſtin. 1. & c. iudicare. 11. q. 3. Pauſaniã
Regem, & Athenienſium Ducem occiſus me
3 ritò fuit propter luxuriam. ¶ Et coitus, &
ſomnus procedit ab humana infirmitate ob
nimium eſum, & potum. Ideò Romani quàm
plures Imperatores uirtute ſe abſtinuerunt à
crapula, & à potu: & magnus Alexander pro
poſſe utrunque uitauit temperatè uiuẽs, à Phi
4 loſopho ſuo magiſtro doctus. ¶ Infames lu-
xuria reddit Imperatores, amicis, & inimicis
odibiles, contemnibiles, & ſuæ turpitudinis
imitatores: milites de ſtrenuis facit imbelles,
& ſæpe priuat illos bonore, gloria, & trium-
pho. cap. veh qui dicit malum eſſe bonum. cũ
ſequen. 11. q. 3. fortemq; Martem luxurioſa
uoluptas uitiorum eſca deſerit, & ipſius uires
eneruat furioſa libido; & martiales uiros ſo-
litos caſtramentari ſub diuo frigido, aere ſere
no, & pati famem, & ſitim, pluuias, & uen-
tos, frigus, & æſtum in laboribus nutritos in

ſeruitutem detinet, & fortes animos tollit, &
effæminat mollis uenus, quæ Troianum euer
ſit Imperium, & imprudentium militum for-
tiſsimorum uirtutem opprimit per dies. Nec
turpius eſt martialibus uiris ſolitis uincere ui
ros ſe ſuperari à fæmineo ſexu; & propter ip-
ſum ut lepus, & rana inuileſcere: milites li-
bidinoſos non eſſe ſui iuris prudens Cato fir-
mabat, ſed alieni corporis, & in aliena pote-
ſtate ſubiectos: quoniam amantium animæ
in alieno uiuunt corpore; & de M. Antonio
cum Cleopatra Egyptorum Regina legitur
Apuliana una inhermis fęmella ex Salapio or
ta; & Capuanę delitiæ Pænorum Ducem ar-
matum Annibalem cum exercitu ſuo euerte-
runt; & ſe Carthaginenſium gloria coronarũt,
& Romanum Imperium abſque bello conſer
uarunt, experto poſt modum prælio, & uicto
Annibale in Aphrica, captaque & deſtructa
Carthagine maximi Scipionis Aphricani, &
Aemyliani uirtutibus, & ingenio; ocium,
poſt venus, Cupido, uoluptas, odium, & di-
ſcordia; honoribus, triumphis, ouationib.
& tropheis Romanum priuarunt Imperium.
5 ¶ Vidimus in quibuſdam Apuliæ locis, fœ-
minas in palio ſuo ſuper caput, & antè eorũ
faciem portare mentulę formam; in uitupe-
rium fortè uictæ uirtutis Annibalis: cum quo
tonſores in primo bello punico uenerunt an-
no illo, quo Annibal uenit in Italiam, in qua
6 perantea non erant. ¶ Moleſtum quippè fuit
Cęſari Auguſto, & Romano Senatui munus,
qđ fecit M. Antonius Cleopatræ propter luxu
riam: cui pręter Imperium ſuum Egypti acre
uit Pheniciam, Syriam, Coleam, Cyprum,
Arabiam, & Iudeam per Antonium mortuo
ipſius Rege Anthigono; partim quoque Sici-
liæ, & alia quàm plura regna per ipſum bello
quęſita cum Romanis uiribus, & illam coro-
nauit regno ſuo Egypti, Lybię, Syriæ, Coleæ;
& cum ea regnare Cæſarionem ex ipſa, & Iu-
lio Cęſare Dictatore procreatum iuſſerit; &
quòd filius Antonii ex Cleopatra Reges Re-
gum nominauerit; & aſsignauerit Armeniã
Alexandro cum Media, & Parthia, & Ptolo-
meo Siciliam dederit; quos omnes ueſtibus
uariis ornatos diademate in Alexandria coro
7 nauit Antonius tunc Bacho plenus. ¶ Coitus
enim eſt quædam porcorum proprietas, &
abreuiatio uitę, ut dicebat Ariſtoteles, & So-
lomon fornicarios, luxurioſos hæreditare
putredinem, & uermes firmauit; & nil eſſe
magis nociuũ, & mortiferum ingenio, quàm
ipſa luxuria, quę peregrinari mentem facit à
ratione, ut docet Fulgen. Et ſi libido ample-
ctitur animum, ipſe perditur animus, & uita
breuiatur. & probè dicebat Seneca tria ſuſti-
nere damna propter libilidem, uidelicet, Deũ
offen-

offendere,& proprium honorem, & humorẽ tollere sui corporis,& perdere denarios: Mulier initium fuit primi peccati: Et primum parẽtem deiecit à paradiso delitiarum, & omnis coitus est prohibitus,prӕterquàm matrimonialis:& in clericis est perniciosus animӕ ca. Clericorum mores.extrà de uitã,& hones.cle rico.& cap.Nemo. 23.q.4. & cap. Qui dicit
8 uxorem nõ habeo. ibidem.¶ Et cum foret M. Cato senex,& sine uxore:nẽ fornicaret,uxorẽ puellam accepit,ad quẽ accessit eius filius Cato cum socijs ueniam obsecrans: & si hoc uerum erat,quòd ad hoc fortè ipsum induxisset, ab eo petijt:cui pater senex respondit,hoc feci ut multos procrearem filios pro Republica tibi similes; & simili ratione Pysistratus iam factis adultis filijs suis mortua uxore, & alterius conditionis accepit uxorem, & filios plures ambo procrearũt, qui excellentes fuerunt
9 in armis,& literis. ¶ Et si uxorarius coit cum propria uxore causa habendӕ prolis, & reddẽdi debitum non peccat,sed mӕretur:sed si coit causa incontinentiӕ, & expellendӕ libidinis, & uoluptatis,tunc ueniabiter peccat cap.Quicquid.& ibi glo.32.quӕst.2. Abutendo autem uxore sua,semper mortaliter peccat,& est nephas loqui de tam abhorrendo crimine cõtrà naturam authen.ne luxur.contrà natur.per totum titu.col.6.& l. Iuliam, & l.fœdissimam, & l.Cum uir nubit in fœminam.C.de adulter. & Iuuenalis dicit increpando uitia, Quid que
10 ris,nubit amicus.¶ Quintus Fabius Maximus fuit secretò increpatus militẽ,qui captus amore cuiusdam puellę discedebat de castro,quam in exercitu fecit uenire Q. Fabius erga militẽ inquiens ironicẽ, maneas modo in castris cũ ista,& miles adeò erubuit,ꝙ fœminã amplius non aspexit:quӕ per Fabium missa posteà fuit ad domum propriam fœminӕ,ne maneret in
11 castris,& pepercit militi. ¶ Et dum Masinissa capto Rege Numidarum Siphace, & Sophonisbam uxorem Regis Siphacis in captiuam acceperit,& illi promiserit eam in uxorem accipere,data sibi fide, & nõ presentando ipsam Scipioni Romanorum Imperatori; & cũ postmodũ secretò monitus fuisset a Scipione, erubuit Masinissa,cognoscens se illi debere, & deliquisse,cum parere debuisset optimo,& continentissimo Imperatori,& eius uirtuti; & literas cum ueneno misit Sophonisbӕ,ut captiua uenire deberet Romanorum Imperatori, uel sumere uenenum,& illa magis bibit uenenum, & perijt, ne captiua iret Romam cum
12 triumpho Romanӕ uirtutis. ¶ A Iulio Cӕsare fuit carceratus Ouinius,qui sub Calutsio Sabino militabat, quia in uxorem Caluisij Ducis luxuriosam fœminam de nocte duxerat in castris militari ueste indutam, nec unquàm fuit a carcere liberatus, nisi post mortẽ dictӕ
13 mulieris.¶ Gloria maxima est Principum, & mortalium uincere semetipsos diuina ratione,& uirtute propriam carnem castigando, & illam in seruitutem reddigendo,ut docet Apostolus Tarsensis; & qui iustè pro Deo, & anima sua spiritualiter pugnant contrà malos spiritus coronantur ӕterna triumphi corona: & plus est pugnare spiritualiter cõtrà malos spiritus hostes intrinsecos,quàm contra uisibiles hostes carnalia bella peragere: cum quibus cõtinuò non pugnatur,ut fit assidue contrà malos spiritus, cum quibus est continua pugna, & rara uictoria. Et Reges illi qui cognoscunt Deum, & ipsum timent & uenerantur, Odio habent milites illos qui turpia,& uitia sequũtur,& magis prostibula peropitant,quàm ma-
14 nus conserere in hostes.¶ Sanctum est ambulare cum bonis,& bonorũ sequi uestigia,mores,& documenta; & malorum fugere commertium:qui sine uirtute,sine modestia,sine spe,sine caritate, sine misericordia, sine pietate, & temperantia,sine fortitudine,& fide,sine iustitia, & pudore uiuentes cum dedecore, Deum spernunt,& ipsius prӕcepta, odientes illum cũ sua religione,non cognoscentes summum bo
15 num Deum luminum. ¶ Vituperatur uirtus Demetrij urbiũ expugnatoris, filij Regis Anthigoni ob luxuriam ipsius inefœminatam; laudatur prudentia Democlis pulchri,& prudentis adolescentis,qui dum esset in balneo,& improbè conaretur Rex Demetrius uitiare illum,quod pati noluit Democles sapiens adolescens; & nè ui turpiter cognosceretur aliud non habens refugium, & nè pateretur iniuriã tantam cum ӕterna infamia, & ignominia se proiecit in uas aquӕ bulientis;& ibi in conspectum Tyranni gloriosè perijt Democles, O, scӕlus nephandum uinci à suili uoluptate, & ob hoc tantas perdere palmas:quas mari, terrauè fuerit consecutus Demetrius, qui nec uestalium uirginum, neque propriӕ sororis respexit honorem.Ideò ipsum in prӕlio fuit peccatum suum prosecutum dum filium Regis Asiӕ Seleuci Anthiocum insequeretur, scisso ipsius exercitu;& rediens ad suos posteà reperijt patrem Anthigonum fuisse ab hoste occisum in tentorijs, eiusdem fracto exercitu filij expectantem auxilium in pugna; & post uaria rerum discrimina fortuna sibi contraria exulatus à sorte secunda in maximam reductus calamitatem sublata sibi Asia à Lisimaco, & à Ptolomeo occupatum Cyprum uidit cum obsessis pignoribus suis cartoribus relictis Lacedemonijs,& rebellatis Athenis in deditionẽ peruenit Seleuci Regis Asiӕ:qui Demetrium captiuum posuit in castro Cheronensium Syriӕ,ubi ocio,crapula, & luxuria ut sus in luto

inuolutus

inuolutus perijt annorum 64. inter coneubi-
16 nas. ¶ Nec durum fuit Romanis militibus in castris, & exercitibus morantibus habere ab ipsis exulatas fœminas, ganeas, & cinedos ob uirtutem eorum, & assiduum exercitium, labores, & ludos militares; ita quòd nullum tempus erat pro uenere, & ociosa seditione. ¶ Et Mirades Rex Egypti filium suum in exercitio bellico instruxit à teneris: qui facto posteà adulto Arabos bello inuasit & uicit, & illos penitus destruxit sua uirtute.
17 ¶Tyrannorum luxuria eausa fuit mortis castæ Lueretiæ, & expulsionis superborũ Regũ Tarquiniorum, & libertatis urbis Duee Bruto: sub euius eõsulatu, & Publij Valerij publicolæ, propriȩ nõ pareito soboli, deposito Col latino marito Luceretiȩ Roma liberata fuit à
18 tyrannide. ¶Mali à bonorum sunt repellendi eœtu, nè bonos infestent, iuxtà illud,

Morbida facta pecus, totum corrumpit ouile.

Tollerandi tamẽ sunt mali homines propter bonos, quando de eorum corectione non desperatur, nec propterea sunt deferẽdi boni propter malos; quia boni sunt semper amandi, fauendi, & extollendi cap. Tollerandi. 23. q. 4. & 7. quest. 1. cap. Aduersitas, & cap. Quisquis. 24. q. 2. Et nihil est tam immobile quàm mulierum quarundam uoluptas, quæ similes sibi persæpe faeiunt homines faeilè credentes
19 illarum imbecillitati, & uanitati. ¶Quæro de feudo frãeo an in eo sueeedant fœminæ, Bal. tenet quòd sic, in octaua feudorum diuisione: quoniam feudum francum est liberum quòd uasallus tenetur tantùm ad obseruationem fidei, & non ad seruitia, sed ad malefitia; eessante pacto, uel consuetudine posset contrarium teneri ob multas rationes ut tenet D. Franciscus de Curte in 5. limitatione feud. Nam regulariter fœmina in inuestitura compræhensa eum maseulis, fœmina tamen eum masculo non admittitur in feudo, licèt In inuestitura uasalli dieat pro se, suisq; deseendentibus masculis, & fœminis; tamen cum masculo non admittitur fœmina c. 1. & per Doct. ibi de Epis. uel Abbatibus.

SVMMARIVM.

1 *PRincipes exercitus enrare debent; ut habeant fidas uigilias, & excubias uigilantissimas.*
2 *Vigilie, & excubie, à qno primò fuerint introducte.*
3 *Excubie, & uigilie sorte sunt ponende. qua loco cedere non debent, aliàs puniuntur.*
4 *Custodes fidi armati diu noctuq; debent esse. & custodire Ianuas, Castra, & alia qna custodienda sunt.*
5 *Custodes, & Romane uigilie probe uigilabant.*
Paulus Aemilius nolebat, ut sui custodes, eo tẽpore, quo uigilabant, arma tenerent, neque sumere possent, absque eins licentia, & hoc ne fiduciam haberent cum illis se defendendi, si ab hostibus essent aggressi.
6 *Alexander Magnus fidas scortas ex Titia & Persia nationibus habnit.*
7 *Populi Vigiliarum, & excubiarum oculis quiescunt.*
Vigilie, & excubie dormientes, quomodo puniantur.
8 *Et quid fecerit Alcibiades Atheniensium Dux ne excnbie sue dormirent.*
9 *Duces exercitus curare debent, scire hostium suorum archana. & quòd inimici nesciant sua.*
10 *Duces exercitus, quid facere debeant dubitantes exploratores infidelium hostium, fuisse in castro nostrorum fidelium.*
11 *Exploratores hostium quomodo cognoscantur.*
12 *Nuntij hostium aliqnando sunt capiendi, & in carceribus detinendi, ne ad suos reddeant, & illis archana nostra nuntient.*
13 *Milites quales, & in qnibus locis sint ponendi ad custodienda castra, & capere debent omnes transeuntes, & de pluribus interrogare.*
14 *Exploratores, custodes, & excubiæ, debent esse fidi, & prudentes, calidi, & sagaces.*
15 *Annibal quomodo fecit per suos sub specie diuersarum personarũ, occidere excubias ciuitatis, & eam occupabat de nocte, positis scalis.*
16 *Pontius Commitius Nob. Rom. qui dum foret urbs capta per Gallos, de nocte trãsiuit per medium hostium, capitoliumque ascẽdit, & adeo bonum opus fecit ut Camillus qui in Ardea urbe erat, cum exercitn eam liberaret.*
17 *Fraudes, & doli destruunt nrbes.*
18 *Principes non habent parcere auro circa exploratores, & doctos milites.*
19 *Exploratores capti ab hostibus quomodo se gerere debeant.*
20 *Scipio uolens scire hostium archana, misit leliũ per oratorem cum tribunis, & centurionibus loco seruorum, ut explorarent exercitum Siphacis.*
Secretum non esse aperiendum suspectis, ne propalentur secreta hostibus.
21 *Vigilie, leges, & arma tempore belli, & pacis requiruntur.*
22 *Milites debent habere amicitiam cum ciuibus, uel mercatoribns locorum hostilium.*
Cato qui magno ingenio capere fecit unum ex hostibus, cum eorum archana scire non posset.
23 *Dnces quomodo se gerere debeant, quando plures exploratores dinersimodè loquuntur, circa hostium archana.*
24 *Imperatores exercitus, non debent ponere perso*

nam

nam ſuam in fortunę diſcrimen, ad explorandum hoſtium regiones, ut fecit Federicus Imperator barba rubea.

25 *Alexander Magnus uidens ſuos timere pertranſire amnem profundum contiguum illi ante alios ſe in aquam proiecit, & dedit audatiam tranſeundi flumen.*

26 *De Ducibus exploratoribus qui ſe ſponte, et impudenter obtulerunt hoſti fortunæ & nim.27.*

28 *Regibus captis parcendum eſt,& alijs captiuis. fallit tamen uno caſu.*

29 *G. Pompeus pepercit Tygrano Armeniæ Regi capto; cui Diadema quod abijcerat capiti illius reponi mandauit.*

30 *Ciuitas delinquens in dominum, an cadat à iure ſuo.*

31 *Ecclesia de feudo inueſtita, an priuetur feudo, Pralato delinquente in dominum feudi.*

32 *Vaſallus delinquens an priuetur ipſo iure feudo, uel per ſententiam condemnatoriam.*

DE EXPLORATORIBVS, & Excubijs.

1 ET Quia uigilantiſſimę,& ſa
gaces excubię diurnę,noctur
næ uigiliæ populos ſeruant,
& exercitus in tuto. Ideò cu-
randum eſt fidas habere uigi
lias, & excubias uigilantiſſi-
mas in ciuitatibus,caſtris,& exercitibus, ac ex
trà loca prædicta l.Qui excubias.ff.de re milit
tar.& l.1.ff.de offi.præſe.uigil.& l. Quamuis.
2 C.de adul.& l.penul.in fi.C.de aquædue.¶ Vi
gilias, & excubias primò inuenit Palamedes
in bello troiano,& illas probè poſuit,& ordi-
nauit dubitando de prudentia Neſtoris, Pria-
mi,& Anchiſis, Priamidiſq; uiribus, ut dicit
3 Plinius lib.6.naturalis hiſtorię. ¶ Et ſortè, &
inter omnes ſunt ponendæ excubiæ,& uigiliæ,
quæ ſi loco ceſſerint puniendæ ſunt pœna ulti
4 mi ſupplitij, uel arbitrio Ducum ſuorū.¶ Et ſi
di cuſtodes diù,noctuq; habent permanere ar-
mati continuò ad portas, præter alias publi-
cas cuſtodias;& ut diligenter,uigilanterq; cu-
ſtodientur ianuæ, & caſtra, ac alia loca,quæ
ſunt cuſtodienda, & per caſtrorum circitores,
ſeu circuitores probè uiſitentur debitis horis,
cum ſignis,& nominibus datis prout opus fue
rit de die,& de nocte,locorum, & temporum
ſuſpitione attenta,mutatis,dupplicatis & mul
tiplicatis excubijs, & uigilijs; locis, & ſignis
nouis,nominibusq; datis,& uariatis horis ob
hoſtium inſidias militum ſuorum,& hoſtium
benè penſata qualitate tam in ponendo, quàm
in leuando,ut ſagaces faciunt grues in cuban-
do, quieſcendo, & dormiendo nè inſidientur,
& capiantur, proponunt namq; grues tempo-
re noctis unam ex ipſis pro uigilia tenentem
lapidem in pede quē altum retinet in ſomno,
& in alio pede reſidet;& alijs quieſcentibus vi
giliam facit, & quando lapis cadit ex pede il-
lius vigiliæ propter ſomnum, eundem lapidē
capit cernēdo, ſi aliquis ibi ſit inſidiator, & eo
uiſo ualdè gruit, reliquas dormientes excitan
do,quæ illicò emiſſo uolatu ſugiūt,& euadūt.
5 ¶ Romanæ vigiliæ, & cuſtodes probè de no-
cte uigilabant,& leuem ſomnum,ut ranæ,ha-
bebant nè ſui perderentur; & legitur; Paulus
Aemilius Conſul,nè ſui dormirent ad uigilias
deputati, noluit uigilias ſuas tenere arma, &
quod illa non ualerent ſumere niſi iuſſu ipſius
ſui Ducis,nè fiduciam haberent ſe defendendi
cum illis ſi fuiſſent ab hoſtibus aggreſſi; & ut
uigiles magis magis permanerent, & aptius ui
gilarent, & timerent hoſtium arma offendere
6 ipſos inermes. ¶ Fidas ſcortas ex Litia, & Per
ſia nationibus habuit Alexander Magnus in
Perſia, & per aſpera iuga, & ſterilia loca tutò
meauit cum exercitu ſuo;ubi captiuos, & the-
ſauros multos cum ſpolijs opimis queſiuit de
tecta ſtatua Xerſis, & illius domo donata incē
dio ad præces Athenienſium mulierum pro vl
tione Atticæ urbis primò combuſtæ per Xer-
7 ſem.¶ Vigiliarum,& excubiarum oculis quie
ſcunt populi,& exercitus;& dormientes,ac ne
gligentes cuſtodes huiuſmodi puniri ritè poſ-
ſunt ſecundum regulas militiæ, Hyphicani
exemplo Athenienſium Ducis: qui dum præſi
dio teneret Corinium ſub hoſtium aduentu
vigiliam dormientē pugione tranſfixit, & in
crepatus de ſæuo actu,reſpondit, Qualem in-
ueni, talem reliqui: & legitur idem feciſſe, &
ſuis reſpondiſſe Epamynundam Ducem Incli
tum Thebanorum. Et bene cantat Ouidius,

Stulte quid in ſomnis gelidæ niſi mortis imago,
Longa quieſcendi tempora fata dabunt.

8 ¶ Et Dux. Athenienſium Alcibiades Athenis
obſeſſis per Spartanos iuſſit uigilias oēs ſuas
ſub pœna mortis illicò de nocte leuare lumi-
na cum uiderint ipſum eleuaſſe ſuum; & cōtrà
excubias,& cuſtodes deſerentes palatia Princi
pum, & bellorum Ducum tentoria idem ius
9 ſtatutum eſt l.qui excubias.ff.de re milit. ¶ Et
omni ſtudio,& arte habent curare Duces exer
cituum ſcire archana hoſtium ſuorum, & ob
hoc nō parcere auro,& quòd inimici ſui igno
10 rent ſecreta ſua. ¶ Et ſi dubitetur, exploratores
infidelium hoſtium fuiſſe in caſtro noſtrorum
fidelium ad explorandum, conſilium eſt muta
re in continenti deputatos cuſtodes de loco ad
locum,& alij ponantur in locum remotorum,
nouis factis prouiſionibus militaribus dupli-
catis, & triplicatis, quadruplicatiſq; uigilijs,
&

& excubijs uigilantissimis: qui si non adimpleuerint fideliter ultimo puniantur supplitio l. Desertorem §. His qui ad hostes. ff. de re militari.
11 ¶ Et uarijs modis cognosci possunt exploratores hostium uidelicet, si per ipsos sępe facta fuerit lustratio exercitus, & in descriptorum militum nostrorum non fuerint numero matriculatorũ, aut sępe ad hostes accesserint,
12 & indè recesserint. ¶ Capiantur quandoq; missi nuntij, & ligantur, & detineantur in carceribus, nè reddeant ad suos, & illis nuntient secreta hostium prout infidus, & falsus fecit Surina in bello Parthico de nũtijs sibi missis per Crassum sub fide salui conductus, quos Surina descendentes de colle ubi tuti erant decępit, & ligauit in propriæ uirtutis uituperium, & æternum
13 dedecus suum. ¶ Ponẽdi sunt in castris, & extrà castra uigilantissimi, & animo inuicti milites in occultis locis nemorosis, publicisque nijs, & secretis semitibus, ut suspectos omnes pertranseuntes capiant, & illos qui ad exercitum ueniunt sine Ducis licentia; qui non relaxandi, nec dimittendi sunt absque legitima causa, primò cognoscenda per magistros exercitus, & capti huiusmodi præsentandi sunt bellorum Duci: quorum arbitrio retinendi, examinandi, tormentandi, damnandi, aut liberandi sunt: & pluries interrogandi cuiates sint, & cuius exercitij, & quo tempore illuc steterint, & cuius sint ętatis, & nationis, & quibus orti parentibus, & quando uenerint ibi, & quanto tempore steterint ibidem; & qua causa, & cũ quibus maneant dominis, & an sint milites, & cuius ordinis, & qua dignitate perfulgeant, & an literas aliquas habeant zifferatas, aut signa, & an scribere sciant, & qua sint experti arte, & quos nostrorum militum, & hostium cognoscant: querendo diligenter in uestibus, calciamentis, calligis, & sotularibus, si aliquæ sint ibi infutæ zifferæ, & literæ, & in astis quoque cuspide, uagina, arundine, ligno, & ipsius cortice, & corpore in toto: si proditorias haberẽt literas cum hostium sigillis, signis, & zifferis, & qua fronte, uoce, aut pallore, trepidatione, & moribus uarijs, sint Grai Sinonis memores astutia: quæ Troię ruina fuit: cuius Principes credere magis uoluerunt unius falsi Sinonis versutiæ, quàm ueritati suæ Cassandrę, ut docet Poeta,

Casus Cassandra canebat.

14 ¶ Et esse debent exploratores, custodes, & excubiæ fidi, prudentes, callidi, & sagaces, ut de equo Troiano fertur, & de Epeo ipsius equi, & doli fabricatore, & de Vlysse scelerum inuentore legitur, ac de argolicis, hostilibusq; insidijs: quas uirtus prudentis Ducis facilè expellit ab exercitu suo; & ut pręd ixi exploratores esse debent callidi, astuti, cauti, experti, uigilantissimi, scelerumq; docti, mortis securi, & locorũ practici & experti, ut cantat Poeta,

Fidens animi, atq; in utroque paratus.
Seu uersare dolos, seu certe occumbere morti.

15 ¶ Et pœnus Annibal pluries loco piscatorũ, & uenatorum piscium, aprorum, & ceruorum quosdam ex suis misit mixtim cum ciuibus, & incollentibus illas piscatoribus, & uenatoribus: qui posteà uigilias occiderunt certiorato Annibale Duce suo de loco, & facto: qui celeri cursu occupabat, illas de nocte positis scalis
16 ¶ audax fuit, & animosus Pontius Commitius nobilis Romanus, qui dum foret urbs capta per gallos, & obsessis patribus in capitolio per Camillum ruptis gallis, in Ardea Tyberim transnatauit de nocte, & per mediũ hostium transiuit, capitoliumque ascendit, & descendit saxum tarpeium, certiorando patres de gestis Camilli contrà gallos; & qualiter milites illum peroptant esse Dictatorem suum; & quòd Camillus nõ intendit accipere talem prouintiam, nisi à patribus in Capitolio obsessis foret creatus, & illicò patres libenti animo lætantes de uirtute sui Camilli, crearunt illum in Dictatorem suum, & indè Pontius redit ad Ardeam urbem hoc nunciato Camillo, qui celeri passu, & impetu cum exercitu uenit ad urbem, & illam intrauit, & hoste inuito patriam ferro liberauit per Breum Regem gallorum rupto fœdere, & addito super trutina pro auri pondere maiori cingulo ferri gladij sui deridendo Sulpitium, qui cum eo conuenerat sibi dari magnum auri pondus pro liberatione, & dum forent in tali contentione superauit Camillus, inquiens, erga Brenum Regẽ gallorum, Non Romam auro, sed ferro fore liberandam, & quòd ullum fœdus fieri ualidũ de iure non potest sine ipso Camillo, & ipsius assensu, qui Dictator est, & nullum sit officiũ in urbe super ipso, & trucidare gallos cœpit; qui Duce suo Breno superuẽta nocte, insimul stricti exierunt urbem, quos rupit Camillus cum suis insecutus, & cum captiuis, spoliisq; maximis reddiens Romam illam restaurauit diligenti studio: quæ sui uirtute Camilli libe-
17 ra uictrix permãsit, & triumphatrix. ¶ Et fraudes, & doli destruunt mortales, & eorum urbes, & regna. Nã dolus unus Sinonis domuit Troiam; quam anni decem, nec mille Carinæ domuere, ut de Vlysse cantat Poeta,

Audet Vlysses ire per excubias, & se committere nocti.

18 ¶ Nec habent Principes parcere auro circà exploratores, & doctos milites; nec credere uerbis unius exploratorum suorum, sed plurium; &

& puniendi sunt mendaces exploratores arbitrio Ducum.
19 ¶Et si aliqui ex hostium exploratorihus capti fuerint, curandum est ex ipsis diligētia exactisfima scire secreta inimicorū, arte utendo munificentia erga ipsos, ut libenter propalent archana suorum, pollicendo sibi dona multa, blando sermone, humano, & placido uultu: & expedit quandoque cruciari captos exploratores hostium uarijs tormentis, & cruciatibus, ut ueritas habeatur, consideran do signa corporis, & uocem, & aspectum; & super multis uariè interrogare illos, ut interiora cognoscantur per exteriora §. Pauonum. in stit. de rerum diuis. & per signa facilè ueritas habetur, iuxtà illud Sulmonensis Poetæ secun. Methamorph.

Heu quam difficile est, crimen non prodere uultu:

Et habita ueritate si puniendi uidebuntur in aliorum exemplum donentur suspendio, uel parcatur illis, ut ab ipsis aliquid habeatur pro ficuum; & in hoc magis prodest munificentia, quàm sæuitia, & crudelitas inimica uirtuti.
20 ¶Et uolens Scipio scire secreta hostium pro oratore misit Lelium, qui secum duxit in forma seruorum Tribunos, & Centuriones, ut explorarent exercitum Siphacis: inter quos erat Lutius Statorius, qui uidebatur ab hostibus notus, quia fuerat pluries in exercitu militū, fuit à Lelio uerberatus fuste, ut occultaretur conditio sua hostibus, ¶Nec aperiendum est secretum nostrum alicui suspecto, nè nostra scientur, & propalentur secreta hostibus: quos falle re licitum est iuxtà præcepta militaria; quibus cauetur illis non propalari secreta nostra cap.
21 Dominus. cum glo. 23. q. 2. ¶Tempore belli, & pacis requiruntur uigiliç, leges, & arma. l. qui excubias, & l. officium. ff. de re milit. & l. 2. §. in Sardinia, & in §. quantos. C. de offit. prę fec. præt. Aphri. & l. si quando. C. de inoffi. testam. & in titu. de præfect. uigil. per totum.
22 ¶Optimum est in re militari hostium scire regiones, pacis, & belli tēporibus, nè temerè uagetur cum opus fuerit; tenendo amicitiam cū cinibus, & mercatoribus locorum hostilium, sæpe ad ipsos mittendo nūtios ut sibi afferant semper aliquid noui, aut aliquem capiendo ex hostibus, ut sciatur aliquid ex secretis hostium ex eo, exemplo Catonis in Hyspania militantis: qui cum non posset peruenire ad hostium archana, iussit tercentum equites impè tum facere in hostium stationes, & unum ex ipsis hostib. capere, & incolumē ducere ad ipsum, & tali secuto facto, captus fuit Hyspanus vnus, qui tortus confessus fuit alta suorum secreta consilia.
23 ¶ Et si contingerit Duces plurium exploratorum habere diuersa, & uaria dicta circà hostium archana, cogitent rectè, & probè cum prudentia ut discernent ueritatem.
24 ¶Et cum magni pōderis sit persona Ducum in exercitu, Igitur cauendum est nè Imperator exercitus ponat personam suam in discri men fortunæ ad explorandum hostium regiones, ut fecit Fœdericus Imp. barba rubea nuncupatus, ortus de Illustriss. tua Austria Augusta domo: qui dum tuto animo exploraret hostium regiones infidelium, ab infida gente captus fuit, primò ut fertur certiorata à quodā ex capitibus catholicæ gentis; Non Cæsaris, non Alexandri, non Sertorij, neque quorundā aliorum Imperatorū inuictorum animo laudamus in hoc audatiam: qui mutatis uestibus cum persona sua tanti ponderis explorati, & perscrutati fuerunt hostium loca, & regiones; bonam eorum commendamus fortunam, quæ sibi prospera fuit; nam hæc eadem persæpe cō traria inuida, & inimica esse solet uirtuti. Et prudens Imperator clauo sapientiæ retinere habet rotam fortunæ, nè rotet ulterius, captus fuit semel Alexander Magnus, ut legimus, in exploratione cuiusdam urbis, tunc sibi inuadē te, & odiente fortuna: qui denique fratrum dis cordia dubio eiusdem fortunæ fauore euasit, Fabius maximus prudentiæ filo euasit ab insi dijs calidi Ducis Annibalis: quas Flamininus, Marcellus, & Crispinus, & quàm plures alij Duces egregij uitare non potuerunt; & uix euasit sagax Antonius ab insidijs Augusti, dum è classe accederet ad exercitum in terra; & ni antè misisset exploratorem, captus utique fuisset, pro ut fuit ipsius explorator: qui illum antecedebat. Captus fuit à Sappore Rege Persarū Valerianus Imperator in explorãdo, q̃ præ
25 clarus doctrina, & eloquentia fuit. ¶Et obsidendo Nisam urbem Alexander, uidens suos timere pertransire amnem profundum contiguum illi, antè alios se in aquam proiecit, posito sub se scuto, inquiens, Numquàm didici natare, nec uolo esse peior alijs Regibus, q̃ natare profitentur; & ità suis dedit audatiam transeundi flumen: quod factum Alessandri nō passim laudamus.
26 ¶Capti etiam fuerunt nonnulli Duces in explorando, qui se spontè, & imprudenter obtulerunt hosti fortunæ; & nulla quidem est præstantior præda in re militari, quàm Regem hostium speculatorem capere, Et ut dictum est maximi ponderis est persona Imperatoris in exercitu, cuius est caput, consilium, uita, salus, subsidium, & mors. Ideò non est ponenda in periculo, & si aliter fieret magis audatiæ, & temeritati, quàm prudentiæ ascribendum est.
27 ¶ Nec semper est approbandum liberale gestū maximi Scipionis Aphricani, & Lauini Coruini Romanorum Consulum circà exploratores per ipsos captos Annibalis: cuius dum tres accepissent exploratores explorantes

in exercitu suo, permanserunt illos tres reos primò bene speculari, & lustrari uniuersũ Romanorum castrum, & sibi dato prandio ipsos incolumes cõduxerũt ad Annibalem, ut illi nunciarent quæ uidissent: & idem fecit Xerses Darij filius de exploratoribus captis græcorũ.

28 ¶ Parcendum est Regibus captis, & alijs captiuis, nisi dubitetur de pacis perturbatione ob concessionem huiusmodi ueniæ. cap. noli. 23.

29 q. 1. ¶ Optimè fecit G. Pompeus in parcendo Tygrano Armeniæ Regi capto: cui Diadema quod abiicerat capiti illius reponi mandauit, pulchrum fore iudicans uincere Reges, & facere illos; tanta est uiri generositas, & bonorum morum laudabilis educatio, quòd iuuant ad ferendum ictus, & dolores aduersæ fortunæ cum moderamine; quæ licèt sit inuida, & contraria uirtuti conseruatrici bonorum omniũ, nihilominus cadendo non tollit, nec secum rapit moderamina animorum, qui in calamitate sua prudenter tollerant aduersa animo inuicto.

30 ¶ Quæro de casu, An ciuitas tenens feudum ab aliquo Principe cadat à iure suo si deliquerit in dominum; & an una pars ipsius delinquens possit operari caducitatem huiusmodi, ità quòd tota ciuitas priuetur feudo. Dic decisiuè nõ priuari per partem illius delinquẽtem tenet Bal. in cap. 1. quib. mod. feud. amit. quia una pars Ciuitatis alteri non nocet delinquendo cap. In nostra. de iure iuran. & qualiter ciuitas delinquere possit, habetur per Bar. in l. 1. §. fin. ff. de pœn.

31 ¶ Quæro Ecclesia de feudo inuestita priuetur feudo Prælato delinquente in dominum feudi. Dic breuiter priuari, Prælato illo uiuente, sed eo mortuo, feudũ restituitur Ecclesiæ.

32 ¶ Quid de uassallo delinquente, an priuetur ipso iure feudo, an per sententiam condemnatoriam priuetur. Dic processum, & iudicium requiri si uasallus deliquerit, & requiritur declaratoria sententia, habetur per Doctores in §. callidis. de prohib. feu. alien. per Fed. & in cap. 1. de feud. sin. culp. nõ amitten. Priuatur tamen uasallus quandoque ipso iure, ut si feudum alienauerit, ut in dicto §. callidis, uel alia pacta non seruauerit.

SVMMARIVM.

1 *LITERAE quomodo antiquitus à militibus amicis mitterentur.*
2 *Literæ tales, quã materia scribi possint, ne ab hostibus legi possint.*
3 *Lysander perijt propter nuntium, qui cautè literas non tulit.*
4 *Efori quomodo scriberent artificiosè Lysandro, ne eorũ literæ à quocũque legerentur.*
5 *Literæ qua ratione reperta fuerint.*
6 *Tabellarij fidi sicut omninò eligendi.*
7 *Quomodo etiam per ædicta publica secretè potest certiorari.*
8 *Literas põt mittere Principes exercitus arcu, uel sagittis, in urbibus, castris, et locis obsessis.*
9 *Duces exercitus statim debent legere, ut prouidere possint.*
10 *Scriptor, qui promisit scribere librum, an teneatur illũ scribere cum suis attramẽto, et calamis.*
11 *Et an teneatur de nocte scribere.*
12 *Et an teneatur scribere rubricas.*
13 *Donatio M. Antonij facta Cleopatræ Aegypti Reginæ fuit molesta Cæsari Augusto.*
14 *Scriptura quantumcunque aurea, an cedat cartæ, uel membranis.*
Scriptor bonæ fidei cui fuerunt furto subtractæ scripturæ, an teneatur eas domino restituere, nisi per ipsum dominum fuerint refectæ expensæ cum ualore factæ scripturæ.
15 *Seruus an sit feudi capax.*
16 *Quid in monacho.*
17 *Quid denique in filiofa.*

QVALITER CAVTE' SCRIBANtur literæ, ne ab hostibus intercæptæ legantur.

1 CONTINGIT amicos persæpe certiorari in re militari per nuntios fidos, & callidos more græcorum. Ideo poterint certiorari literis, & cũ zifferis, & signis incognitis, ne literæ, & documenta sermonum huiusmodi ab hostibus intercepta legãtur; poterint per urbanas colũbas, & hirũdines mitti antiquorum exemplo, qui secum quãdoq; urbanas columbas, & hirundines portabãt æstiuo tempore, per quas ad urbem mittebãtur literæ earum pedibus, aut collo cum sirici filo ligatæ, ipsis deinde dimissis columbis, & hirũdinibus quæ ad urbem ad solita loca, & dulces nidos reddibant famellicæ, & causa cibãdi, & perspectæ à scientibus legebantur, ut Ircius cõsul in obsidione Mutinæ fecit: qui per columbas misit literas Bruto filo setæ ligatas ad collum earum, & Brutus ad Pansam Consulẽ, & Brutus ad Ircium in Mutina obsessum, à M. Antonio Ircium certiorando cum literis in plombo sactis ad effectum, ut nuntius qui natabat flumen Scultennæ tenens literas plũbeas in brachio ligatas non consumaret, prout fecisset si fuissent in carta scriptæ: licèt ut Cæcilius Voletaranus eques Romanus, per hirundines ex nidis compræhensas, & secum ex urbe allatas, & de uictoria amicis nuntias misit cum literis earum pedibus ligatis.

2 ¶ In uagina quoq; cuspidũ, plũbo ue, carta, ærratisq; tabellis, hastis, & arundine, ut ligno, corticibusq; arborum, & folijs, papiroue, aut in pa-

ne crudo, & inde cocto in nirgis rotundis inuoluta carne & indè scripta, mutatisq; literis ueri alphabeti alium sensum habentibus notū amicis ad quos destinabantur, & in diploide, & sotularibus insutæ etiam mittebantur literæ scriptæ quādoq; lacte incocto, super linea materia, uel carta sparso super indè pisto carbone ossorum prunorum, & super nuda carne sceuo, aut crasso liquefacto scribi potest, super imposito carbone pisto apparebunt literæ: & quidam super raso capite scribebant nuntiorum, & permittebant capillos crescere, & indè tondebantur capita eorum, & legebantur literæ succo ceparum, uel urina marcida in carta notabātur, & legebantur ad ignem ipsius recepto calore; & ī ijs, & alia simili materia cautè etiam scribebat antiquitas, nè literæ suæ legi possent ab hostibus repertæ, uel intercaptę; aqua facta cum nermibus, uel ligno marcido de nocte lucentibus lambicatis scribantur literæ: quæ nō leguntur nisi de nocte, & per aquā factæ literę uitrioli, & galleti, madefactæ tantum leguntur: & si in aqua dissolutum fuerit sal armoniacum ex hac materia fier scriptura quæ legi non poterit sine igne; & hoc etiā poterit cautè procedi facta epistola cōmuni atramento inter lineas scripta cum aqua salis armoniaci, uel lactis ficus. ¶ Et si autē nuntius

3 Lysandri attulisset literas pausaniæ Regi, non quidem tunc perijsset Lysander apud Aliarcū, inter Lacedemonios cęsos à Thebanis: qui nūtium Lysandri primò cum literis cœperāt certiorantibus Pausaniam quid agere deberet cōtrà Thebas; & si Claudius Nero non intercœpisset literas Asdrubalis, non uictor apud Me

4 taurum fuisset. ¶ Efori nè eorum legerentur scripta, sumpto ligno rotundo scitula dicto scripserunt Lysandro, cum carta probè locata pro ut Ligurtæ incisa, & rotundè scripta quæ legi non possunt, nisi simili sumpto ligno, qđ pro signo dabatur Ducibus ut ualerent lege-

5 re literas archanorū scitulas nuncupatas. ¶ Literæ repertæ fuerunt ut certiores absentes fierent amici: & quidam antiqui Duces, ne eorū legerentur per hostes literæ, naria literarū mutationem scribebant, uel animaliū speciebus, ut ignorentur eorum secreta, si nuntij sui capti fuissent ab inimicis eorum, uel scripta deperdita reperta ab hoste fuissent: quæ cū aqua

6 luminis rochæ nuncupati scripta legi non possunt, nisi aqua fuerint madefacta. ¶ Eligendi sunt fidi, & cauti tabellarij literarum portitores, ut literæ habeant effectum, & nisi Dionysius Tyrannus per insensatum mentium destinasset literas Thimocrati certiorantes illū de aduentu Dionis, non fuisset Sicilia priuatus: nam nuntius imprudens literas Tyranni posuit in sacco, ubi carnem pro cibo tenebat, & dormiens nuntius in nemore lassus itinere, & sentiens lupus carnis fœtorem, quæ erat in sacho, sachum cum literis, & carne asportauit, & nō aliter certioratus Thimocrates de Dionis aduentu non succurrit tyranno Dionysio,

7 propter eà uictor Dion permansit. ¶ Arte ēt poterint quidam certiorari per ædicta publica, uel excōmunicationum interdictorumvè in locis publicis affixa, cum secretis interlineatis, uel per fictè fugitiuos, uel in currentia flumina in vtribus missis literis, & arundinibus duris, quæ per cautos obsessos captæ posteà le

8 gebātur, & legi poterint. ¶ In turribus quoq; arcu, aut scarpione emissis sagittis in arcibus, urbibus, castris, & locis obsessis; & extrà ea intitti literæ possunt, ut probè fecit nūtius Cæsaris ab eo doctus: qui ad Q. Ciceronem tunc ipsius legatum exercitus Cęsaris, responsiuas sibi literas arcu iaculauit in obsessa castra, & literæ super quandam turrim inciderunt, quæ illine ad tres dies repertæ fuerunt: quarum tenor literis græcis erat, nè barbari oblidētes legere scirent illas, Iulius Cæs. Q. Ciceroni lega to salut. Ego iā cum legionibus iter arripui, confestimq; adero, tu uirtutem tuam pristinā,

9 ut retineas, quæso. ¶ Et sanum est cōsilium ꝙ Duces bellorum in dies legant statim literas, quę sibi dietim præsentantur, ut repentè prouidere ualeant necessarijs, & futuris proditionibus, & malis, & orituris scandalis; quæ fortè occurrere possent in literis nunciata, uel scripta hmōi. Et si Cæsar legisset literas sibi datas, antequam intraret Senatum, quas in sinu suo posuerat domi posteà de uesperi legēdas, quibus proditio, & coniuratio detegebatur Bruti, & Cassij: & si etiam Spurinę sacerdoti, & Astronomo credidisset, nō tunc fuisset, ut fuit in Senatu fossus uulneribus: & si filius Hierophantæ Archias græcus uino coruptus proditionis literas illicò legisset, sibi amici nomine p̄sentatas, quas sub ceruicale posuit alio die legendas, nō fuisset ea nocte occisus in lecto, neque fuisset ortum prouerbium illud in græcia, ad cras differamus, non Charon, & Melo cōtrà Archiam, & Philippū: nec Pelopida, & Democlides contrà Leontidam, & Hippatem arte induti fœminea clamide debellassent, & fortè euasisset Leōtida illa nocte, si extinguis-

10 set lucernā. ¶ Quæro de scriptore, qui promisit scribere librū, an teneatur scribere illū eū suis atramento, & calamis, Dico quod sic: quia instrumenta huiusmodi ueniunt ex natura cōtractus, quæ sunt necessaria ad scribēdū, & ea penès se scriptor tenetur habere, ut ī operario, qui portare secum habet omnia instrumenta ad operandum necessaria: & tenentur operarii suis sumptibus laborare: ità tenet Bart. in l. liberti, & in l. qui manumittitur. ff. de

de oper. libert. & in l. penulti. C. de iuc.fisc. lib. 12. & l. in suo uictu.ff. de oper. libert. & per Bald. in l. 1. ff. de verb.signi. & per Alex. in l. stipulationes.ff.de uerb.obligat. & Bart.
11 in l.si non sortem.ff.de condit.indeb. ¶ Et an scriptor libri teneatuc scribere librum de nocte tenet Alex. in præallegato loco, quòd nō: quia opera diurna est melior, ut in l. 1. ff. de oper.libert.& per Bal.in rubr.de oper.libert. Et ille qui promisit scribere librum, tenetur ipse illum scribere, & nō per discipulum: quia magister melius, & suauius scribit quàm discipulus, itá tenet glo.in l. 1. C.de naucul. & colon. patrimo.lib. 11.& l.parabolani,& pec
12 glo.ibi & Bald.C.de Episcop.& Clec.¶ Et an scriptor libri teneatuc scribere rubricas. Dic quod sic secundum Ioan.de Immo.in rubr. de uerb.oblig.ff.Et licèt quidam contrarium teneant in præmissis locis, est tamen attendenda consuetudo, ut dicit Bart. in l.penult.C.de iur.fisc.lib. 12. & per tex.in l.semper.ff.de reg.
13 iur.& in l. excepto. C. locati. ¶ Molesta fuit Cæsari Augusto & Romano Senatui donatio illa, quam fecit M. Antonius cleopatræ Reginæ Aegypti de bibliotheca pergamena, i qua ducenta millia uolumina librorum extabant
14 ut aliàs dixi superius. ¶ Quæritur modo de scriptura quantúcúque aurea, an cedat cartæ, uel membranis. Dic quòd sic, & scriptor bonæ fidei, cui fuerunt furto subtractæ scripturæ an teneatur eas restituere domino, nisi pecipsum dominum fuerint refectæ expensę cum ualore factæ scripturæ. Dic quòd se tuebitur exceptione doli mali, secus si scriptor surripuisset, uel alius de eius familia institu.de cetum diuis.§.literæ quoque.cum sequenti.§.in
15 fin. ¶ Princeps scripsit literas Apollinari pro curatori suo dum esset in castris, quòd de tali feudo uacante inuestiatur Sempronius eius seruus, quia est benemeritus, de eo quæritur an seruus sit feudi capax. Et dic quòd sic, Imò seruum huiusmodi liberum fieri secundum D. Andr. de Iser. sicut quando per dominum hæres institutus forct.l.super seruis. C.qui mili. non poss.lib. 12. Sed si seruus non fuisset domini inuestientis, qui feudum seruo alieno concessit, sciente tamen feudi domino serui conditionem illum inuestierit, tunc domiuus ser ui feudum habebit, & seruiet seruus domino
16 suo. ¶ Quod procedit & in monacho de feudo inuestito, qui acquirit monasterio in casibus, in quibus monasterium feudū acquirit: & tenere potest. ¶ Et filius familias pro se ac-
17 quirit feudum, & capax est feudi, ét si circa cōditionem inuestii errasset dominus, Nam qualitas ista illum nō facit incapacem cap. 1. §.personam.in titu. per quos fiat inuestitura, & per Andr.de Iser.ibi.

SVMMARIVM.

1 *EXERCITVS ambulando, non debet excedere uiginti milliaria in die.*
2 *Et hyemali et æstiuo tempore, quibus horis ambulare debeat.*
3 *Et quo animo.*
4 *Duces exercituum debent in scriptis, & picturis habere itineraria regionum, & locorum omnium, ubi bellum geritur, ut scire ualeant interualla, & qualitates.*
5 *Duces exercitus fidas idoneas sub spe maximi præmij habere debent, neque credant ita passim quibuscunque custicis.*
Theseus occidit minotaurum, & à laberintho euasit.
6 *Duces exercitus non curant uias facere per alpes, nemoca, paludes, et ualles, dūmodo tutus conseruetur exercitus.*
7 *Duces antiquitus, cur non tenerent exrubiàs extra Castra sua.*
8 *Exercitus potius debet stare in arcto loco, & tuto, quàm in lato cum periculo.*
9 *Exercitus rastcamentari debet in locis, ubi hostes ab omni parte exercitum ipsum circuire, & lædere non possint, non autem inter hostium uires.*
10 *Duces qui timent hostium potentiorem exercitum, quid facere debeant.*
11 *Darius Rex in discessu sui exercitus, Asinos, Canes in Scythia ligatos reliquit, & Ignes, Varbes in uacijs locis ligatas, & qua ratione.*
12 *Ordo quid in exercitu operetur.*
13 *Signis animalium credebant antiqui.*
14 *Cantus Cocui, & uolatus quomodo docuerit uiā Alexandro Magno.*
15 *Romulus, cur fuerit constructor urbis.*
16 *Vulturum natura declaratur.*
Et de multis, qui liberarunt paruum suum exercitum, à magna hostili multitudine.
17 *Duces exercitus, in meando cum exercitu ante mittere debēt scortas, et explocatores plures.*
18 *Exercitus simul ambulare debet, non diuisim.*
19 *Milites infirmi debent gubernari, ut benè quiescant.*
Agislaus Rex cum suo exercitu quomodo transiuerit pcc uiā, in qua erat exercitus inimicus.
De Philippo Rege Macedonum.
De Hyphicate Athenicnse.
20 *Milites seditiosi, & rixosi tollendi sunt ab exercitu.*
21 *Exercitus quid si contingat itinerare per montes, & aspera lora.*
22 *Et quid si contingeret ambulace ad hostes, & regiones eorum, cum pluribus antiquorum exemplis.*

DE TVTO EXERCITVS MEATV.

1 MAXIMA est militiæ Regum prudentia præcogitare nè aliquid mali sibi contingat in ambulando eum exercitu: cum quo ambulando excedere regulariter non habent milliaria uiginti in die: quòd persæpe fullit arbitrio Ducum Catonis exemplo, qui biduo per deserta, & confragosa loca spatium quatridui cum exercitu fecit ad oppidū quoddam munitissimum ut in instit. de excusat. tutor. §. qui autem, & l. 1. ff. si quis caut. & suis requirentibus de tam longo. & difficili meatu infrà biduum facto, respondit, Modo ipsos fuisse uictoriam adeptos, cum quatridui iter biduo confecissent, & oppidum uictor occupauit hostibus inscijs, & inopinantibus; & ut aliàs dixi, magis prodest in bello celeritas, quàm uirtus, sententia Cæsaris, iuxtà illud Lucani Cordubensis Poetę,

Tolle moras, semper nocuit differre paratis.

2 ¶ In ortu solis, & eo descendente, cessante necessitate meandum est cum exercitu bellico

in æstiuo tempore; brumali uero, glatiali, & hiemali tempore dimorandum est in castris, & si foret ambulandum, non ambuletur de nocte, nisi illos impleret necessitas; curãdo quòd milites sui non paciãtur frigore, Nam Ircius, & Pansa Consules apud Mutinam cecidere frigore cum exercitu bellando, illos premente Ione frigido, sub quo aduersa sunt elementa; Decessit etiã frigore Gattamelata Perusinus,
3 Dux Venetorum egregius. ¶ Vrgente causa meandum est cum exercitu omni postposita mora, animo semper inuicto, ab ipso fugata ignauia, cum firmo animo lædendi hostes; & se, & suos tuendi ab hostilibus insidijs, prouidendo arte, & uirtute, ut tutò pertrãseat copiæ suorum militum, Exemplo M. Antonij Romanorũ Imperatoris in Parthia meantis cũ exercitu ad bellum, & de die, & nocte in plano, & montibus, inædia, & itinere tristi, afflicti hoste cccc. mill. equorum circumdati, pluribus commissis pugnis in Armenia, in quibus sex Romani cæcidere, uiginti millia peditum, & quatuor millia equitũ maiore numero ex par
4 te occiso. ¶ Regionum omnium, & locorũ itineraria ubi bellum geritur in scriptis, & picturis habere tenẽtur Duces exercituum, ut scire ualeant locorum interualla, qualitates, quantitates, siluas, maria, mõtes, & paludes, passusq;, & uias, milliaria, diuerticula, flumina, torrentes, rupes, montes, & cauernosa loca; longa, lata, & arcta; aquas, lacus, pontes, ciuitates, oppida, turres, arces, nemorosa, spatiosa, & angusta
5 loca cum eorum numero. ¶ Idoneas, fidas, & expertas scortas, excubias de ipsis benè meritas, cum spe præmiorum habere cum donis, & promissionibus largis deuinctas: cauendo, ut docet Vegetius de re militari, Non facilè credere rusticis, quoniam ut plurimum sunt mendaces, & perfidi; & multa permittunt pro excubils, & scortis accepti se scire quę posteà ignorant, & alios ducunt in laberintum absque prudentiæ filo, quòd secum pro comite habere tenẽtur Principes, si laberinthum exire nolunt, & euadere pericula, seque, & suos conseruare cũ honore, & augumento imperij intendunt: Nã Duces inclusi in arcto loco, similes sunt Minotauro ubi laberinteam aciem indissolubilem instruunt; & ut sæpe aues uiscoinuoluti, aut retibus capti feræ remanent in laqueis. Theseus Duce filo prudentiæ sibi dato à Pasiphae occidit minotaurum, & euasit à laberintho; & M. Antonius ligato Mardo partho eiusdem Antonij milite sibi pollicente tutum meatum p parthiam illo duce in tutum exercitum suum per alpes, & in accessibilia loca parthis inuitis in
6 Armeniam duxit. ¶ Et Duces honoris cupidi, non curant sibi uiam facere per alpes, & nemora, & paludes, & ualles, dummodo tutus cõseruetur exercitus, exemplo Annibalis, qui per rupes, montes, siluas, aquas, flumina, angusta, & aspera iuga Galliarum Allogobrum, Ligurum, Insubrium, Lombardiæ, Thusciæ, & Italiæ, & quamplurimorum asperrimorũ locorum sibi uiam tutam fecit cum exercitu secum ducto ex Aphrica, in Italiam arte, igne, ferro, & marte sibi facta uia, ruptis Vulcano, & aceto montibus, amisso oculo sub sereno, & Ioue frigido, nullo sui corporis parcito incõmodo, neque labori. Et Idem M. Antonius fecit in Syria, Aegypto, Media, Parthia, & Armenia, ubi assiduo bello stetit, cum Media, Siti, & hostibus in arctis, & asperrimis locis uirtu
7 te gloriosè pugnauit. ¶ Antiqui Duces extrà castra sua non tenebant excubias suas, nè fraudarentur ab hostibus facto signo sibi dato, & nè propalarentur suorũ archana hostili amore, aut pœnę timore, uel largitione: & sępe cõtingit hostes recipi pro scortis, & in insidias ducunt illos, vt contingit M. Antonio in bello Parthico: ibidem alia uice Iuliano Imperatori, qui deceptus in parthica terra occisus fuit cum exercitu suo: & idem contingit Valleriano Imperatori Inter Persas: & Annibal Pœnus transacto Apennino post expeditionem Transimeni ex agro Arpinato iuit in Samnium, vbi quidam Capuani captiui, qui apud Transimenum capti fuerant, promiserunt illi se operari, quòd Capuam habebit, & Duce uno ex prædictis Capuanis, iussit Annibal se conduci in cãpos Cassinatos, & ille errato nomine duxit Annibalem in Campos Casilinos, siue Casinos, & stellatos agros: ità quòd Annibal iussit illũ interfici, quia ipsum duxerat in asperrimis locis, in quibus incommoda multa passus fuit uirtute Q. Fabij Maximi: qui omnes uias occupauit custodibus in arcto, & angusto loco reducto pœnorum Duce Annibale cum exercitu suo, ubi Annibal usus fuit stratagemate illo rũ duorum millium bouum cum fascibus sermentum earum cornibus ligatis, & igne accẽsis de nocte euasit, Romanis mirantibus; & castra exire non curantibus in obscura nocte ad cernendum factum incendij bouum sparsim currentium in cacuminibus montium, & transacto periculo arcti loci, dicto stratagematelo cauit Annibal exercitum suũ in agris Albanis: & post amoto exercitu singens ire Romã, iter extorsit, & iuit in Apuliã, ubi Clarenã urbẽ ęcpit, & ibi hiemauit; quẽ insecutus Fabius fuit, & propè ipsũ castrametatus extitit, & relicto Collega Minutio, ordine sibi dato, nè hostem prouocaret ad pugnam, & prouocatus nõ pugnaret, accessit ad urbẽ animo citò redeundi.
8 ¶ Et melius est in arcto loco, & tuto sibi uiam facere cum securibus, & pertransire tuto cũ exercitu q̃ in optimo, & lato loco cum

9 periculo meare. ¶ Consilinm autem est utile
meare, & castramentari cum exercitu in locis
vbi hostes ab omni parte exercitum ipsum cir
cuire, & lædere non possinr, omni studio curã
do, nè castramentetur inter hostium uires, ubi
habeant auxilia sua continuò, & gentem in ar
10 mis expertam nostra longè maiorem. ¶ Et si
dubitetur de potentiori hostiũ exercitu, quòd
nostrum non inuadet, & prosequetur in itine-
re, instruẽdus est exercitus in acie pro pugna,
& cum eo ità instructo ambulare, ut sit in mar
tia expeditione, parte equitum leuis armaturę
missa antè exercitum currente ad explorandũ
hostium fraudes, & reliquis equitatus retrò
exercitum retentis pro scorta impedimentis,
& inermibus medio positis, & gradatim reten
tis legionum ad illarum obsequia deputatis
cum debitis interuallis arbitrio Ducum ad re
cipiendum suos, si loco in illo pugnare conti-
gisset; curando ordines non mutari. ne confu
sio oriatnr in meando: nec foret inutile pone-
re impedimenta, & inermes apud uexilliferos,
ut in meando, sistendo, & retrahendo facilius
expediatur, Exemplo M. Antonij Romanorũ
Imperatoris, qui funditores, sagittarios, & le-
uis armaturę equites, antè, & retrò contrà Par
thos opposuit in meando, & in medio fundi-
torum, sagittariorum, & equitum leuis arma-
turæ locauit exercitum peditatus legionũ sua
rum, ità quòd Parrhi officere illi non potue-
runt super uia per Antonium incendio facto
arboribus incisis uias occupantibus, illas quo
que perruptas, & incisas relinquendo, nè ho-
stes ualerent aggredi suos cum inumeroso par
thico equitatu, suis ad reliquos suorum redu-
ctis, in vnum eqnitibus uelocioribus, crebris
factis incendijs, & ibi relictis in locis statio-
num, & in truncis arborum positis, & dimis-
sis galeis lucentibus, amotis stationibus ambu
lando de nocte, longo passu itineretur cum e-
xercitu; & ità liberè longius abeundi facultas
habetur, antequàm ignis extingueretur, & ta-
li strittagemate hostes decipi possunt uidentes
galeas fulgentes propè ignes lucere, stationũ,
credentes non measse exercitum sed ibi adhuc
11 morari. ¶ Asinos, & canes in Scythia ligatos
reliquit Rex Darius i discessu sui exercitus; &
Ligures uachas in uarijs locis ligatas discedem
tes eum exercitu suo relinquere: quibus rugiẽ
tibus, latrantibus, & mugentibus, hostes dece
pti remanserunt, credentes ipsos non measse,
sed in castris adhuc morari: & hostiles insi-
dias arte tali uitabunr in meando cum copijs
suis acie instructis, secundum ordines milita-
res pro scorta præcedentibus, & retrò exerci-
12 tum equitibns leuis armaturæ. ¶ Ordo bonus
seruat, & uictorem reddit exercitum; & è con-
trario ordo malus uictum inopinatè, & capti
uum reddit exercitum cum ipsius dedecore.
13 ¶ Aemylius Consul in bello cõtrà Hetruscos,
multitudinem auium contemplatus uolatu,
præcepit ibi latere hostium insidias; & filius
Orestis Thimenes ob auium multitudinem in
simul uolatarum stricto agmine ex loco alpe
stri iudicauit ibi latere insidias hostium: quas
euasit auiũ signis erroneis, & animaliũ fantas
matico creditu, quibus decipiebatur antiqui-
tas, nã sæpe contigit cornices dormire in ne-
moribus, & in arboribus solitis, ubi quandoq;
contigit milites latere ad insidiandum hostes;
& uenientes cornices ad loca solita sui dormi
tus, reperiunt ibi prædictos milites latere, &
euolatu magno recedũt illicò de loco: & hoc
prospecto per Duces expertos iudicatur ali-
quas in nemore fore positas insidias. ¶ Asdru
bal in Hyspania uolẽs per nemora, & loca nõ
tuta exercitum suum trãsducere, cõuenit cum
Claudio Nerone se uelle infrà certos dies ab
Hyspania discedere cum exercitu; & indè ne-
mus, & loca aspera cum exercitu duxit, nõ ser
nata promissione in loco tuto. ¶ Spartacus
Dux gladiatorum, & seruorum, non ualens di
scedere à loco obsesso per M. Crasi foueam il
lum impedientem obsidentis, discessit clam il-
la plena cadaueribus captiuis, & bestijs eua-
sit; & alia uice in Lesbio monte obsessus uimĩ
num funibus arte factis unà cum suis euasit.
¶ Hificrates Dux in Thratia militans in loco
non tuto castramentatus, hostibus eollem te-
nentibus, ignibus multis arte factis, de nocte
exercitum suum meare fecit, & uias capere, re-
licta illis sola uia eundi ad locum, ubi primò
ipse degebat in exercitu, & ibi hostes iuerunt,
14 quos natura loci dissipauit Hificrates. ¶ Ex-
clamante populo Romano in commitijs fa-
ctis in Campo Martio, ut Pompeius fieret Cõ
sul, & Dux exercitus, uoce tali percusso aere
legitur, ut aliàs dixi, in terra cecidisse eoruũ,
qui tunc uolabat super dicto Cãpo, ut firmat
historia, quæ testis est prætoritorum tempo-
rum, lux ueritatis, uitæ magistra, memoriæ ui-
ta, & uetustatis nuntia. ¶ Legitur Alexandrũ
magnum accedentem per loca deserta ad tem
plum Iouis Amonis pluuiæ beneficio in locũ
iuisse, & transiuisse arenosum planum, latum,
& profundũ ubi auster assiduò sufflat; in quo
loco aliàs suffocatus ab arena austro sufflan-
te Cambisiorum exercitus quinquaginta mil-
lia hominũ, & ꝑ coruos, cantu, & uolatu fuis-
15 se doctam uiam Alexãdro. ¶ Legitur in urbis
constructione, & ut illi daretur nomen per Ro
mulum, & Remnm fuisse pactũ inter ipsos in
Auentino existentes, quis eorum uiderit aues
plures, ille præferetur alteri in construendo ur
bem, & in dãdo illi nomẽ; & ꝙ Remus primò
uidit duodecim vultures, & Romulus post uĩ-
ginti quatuor.

16 gintiquatuor.¶ Natura.n.vultutũ est comede
re aīalia mortua, & nõ aues viuos, neq; mor-
tuos,ut quædã aliç aues faciũt: & vultures na
turaliter non nocent alicui uiuẽti animali, &
rarò uidentur,& apparent:& homo malus cõ
trarium facit,quia lingua,& opere occidit ho
mines uiuos contrà naturam vulturum, quæ
aues sunt irrationales,& in hoc ratione regun
tur,& superant rationales illos,qui mali sunt,
& absque ratione niunnt contrà mentem San
cti Spiritus. ¶ Paulus Aemylius meando cõ
trà Tarentinos captiuos Tarẽtinę nationis po
suit ad latera suorum, vbi Tarentini magis
lædebunt: quo uiso per Tarẽtinos,qnòd suos
offendebant,assisterunt a pugna, & tutò tran-
siuit Aemylius cum suis, & idem fecit Rex
Agislaus contrà Thebanos. ¶ Nicostratus
Dux Otholicorum contrà Epyrotas sibi op-
positus in locis montanis, ibi relictis nonnul
lis ex suis,aliò iuit,ut intraret in hostium ter-
ritorium, & Epyrotæ se aliò opposuerunt,
& Nicostratus per illos quos antè reliquerat
intrauit in terram hostilem.¶Hercules lega-
tus Sertorij intrà duos montes reductus cum
parua manu militum suorum, audito magnã
hostium multitudinem contrà ipsum uenire,
foueam intrà montes fecit plenam materia
sicca, quam incendio consumpsit, & hostes
17 arte tali retinuit: & ipse illicò cum suis eua-
sit à periculo. ¶ Bonum est semper in mean-
do cum exercitu antè mittere scortas, & ex-
ploratores plures; & per plures speculatores
scire hostium secreta, nè in dolosos laqueos
incidat exercitus, probè considerando loca,
& eorum qualitates, & insidiarum comodi-
tates, & quantitates, puluerem,& aues, quæ
cateruatim uolant, & incedunt; ut columbi,
& Cornices uolantes girando, & non se fir-
mantes, ut in bello hetrusco fecit Paulus Ae-
mylius, & Thiamemus Orestis; uel subleua-
to puluere ab equitatu hostili currente, uel
incedente, ità quòd cognoscuntur insidiæ
præparatæ, quæ facilè possunt cognosci per
prudentes Duces, & ex leui nostrorum insul
tu contrà fugientem multitudinem,uel ex pau
citate hostium insequente multitudinem, uel
dimissa præda,in qua sæpe stat uenenum,ut in
cauda scorpionum; & nè decipientur,intrinse
cus est semper timendus hostis, licèt debilis,
ignorans,& ignobilis;secus autem in extrinse
co, ut animentur milites pro uictoria. ¶ Et
18 simul ambulare debet exercitus, & non diui-
sim, neque pro parte morari, & tardius pe-
ragere, nè sequatur inordinatio: quæ ruina
est exercitunm: & tenentur in meando retine
re celeres,& sollicitare tardos milites in itine
re, ut pariter, & uniformiter ambulent pari
19 passu regulati à sono bellico.¶ Et habent cu-
rare ut sauci, & infirmi milites gubernentur,
& benè quiescant,exemplo Cæsaris,qui mean
do de sero reperit rusticum in tugurio tantũ
habere Lectulum unum, quem Publio sau-
ciato militi assignari mandauit, & super stra
gulo in terra Cæsar cum aliis quieuit, & aliis
animum dedit libenter militandi, & gloriosè
bellandi ob clementiam, & caritatem sui Du
cis: cuius liberalitas uictorem, & triumphato
rem fecit hostium suorum. ¶ Rex Agislaus
Lacedemonius sibi occupata uia per Theba-
nos,fixit se ire Thebas per aliam uiam disce-
dendo,& Thebanis relictis locis absque cu-
stodia,euntes in patria pro eorum defensione
reddit, & transiuit, & qnò noluit init. Et
idem fecit Persianus Antofratres contrà Pesi
dianos. ¶ Philippus Rex Macedonum reten
tis græcorum oratoribus, qui accederant ad
ipsum de pace tractãtes, per deuia illicò mea
uit in græciam, & Termifolas occupanit
cum exercitu custodibus inermibus, & ocio-
sè degentibus suos expectantibus oratores.
¶Hyphicates Atheniensis, Xanaxabium La-
cedemonium uolens exercitum suum condu
cere p loca benè custodita in Elespõto suos
oleo unctos, & uino; & cibo benè satures,na
tare in die uua frigida fecit in mare, & loca
custodita post terga hostium reliquit,& quò
20 noluit pertrãsiuit.¶ Arte tollendæ sunt sedi-
tiones, seditiosiuè milites rixosi, & fatiosi
ab exercitu, exemplo Tarquini Regis super-
bi,ut regia obedientia regnet in exercitu. Ale
xander rixosos in ciuitatibus ab exercitu di-
uisit; & Cæsar priuauit rixosos de legionib.
quorumdam ex illis uita priuatis,& reliquos
militiæ cingulo: quos restituit, & rescripsit
in matricula de errore correctos, & emenda-
tos: qui posteà semper fuerunt Duci paribi-
21 les, & feroces in pugna. ¶ Et si contigerit
itinerare exercitum per montes, & aspera lo-
ca, & mala uada,ut accidit sæpe Romanis ad
angusta,arcta,& tristia loca peruenire obses-
sa,& occupata per hostes, curent Duces, &
optimi Principes exercituum omni diligen-
tia scire hostium archana: & si de die, aut de
nocte aliquod ex locis prædictis remaneat in-
custoditum,id occupent repentè cum suis for
tissimis armatis; aut fingant ob rei despera-
tionem aliò longius ire cum exercitu,callidè
aucupando hostibus, in loco relictis quibus-
dam ex suis strenuissimis uiris, ut hostes de-
serant loca, & ut per occultos illa raptim oc
cupentur, uel in medio ponantur, perdantur
uel capiantur, uel hostium patriam, aut loca
obsidendo in alia parte cum suis: ut hoc audi
to, uel cognito se remoueant hostes ab insi-
dijs, pro succurendo suis obsessis, & arte tali
ambulabunt tutò quò uoluerint Duces cum
exercitu

exercitu suo ità deceptis hostibus: quo usu per Alexãdrum mala uada, arcta, & aspera loca nemorosa per Vrsos, Leones, feras bestias, Serpentes, & tygros cum exercitu meauit. ¶ Et si ambulare cõtigerit ad hostes, & regiones eorum cum exercitu, habita certa locorum notitia per exploratores, aut fidas scortas: rapacissimus equitatus primò mittatur cum militibus expertis & expeditis: ut longè, lateq; explorent itinera, & nemora, ualles, montes, & alia loca forte sibi nocua, nè officient exercitui. Et secto nemore per hostes in Gallia ibi conductis Romanis, arboribus sectis relictis in terram proiectis, ibi Lelius Posthumius Dux Romanorum cum exercitu mortuus permansit. ¶ Et M. Marcellus Crispinus, & Aulus Manlius ab insidiis Annibalis. ¶ Cæsar contrà Aphranium non habens commoditatem retrahendi suos, arte foueam quindecim pedum à prima, & secunda cohorte post se secretò fieri iussit, & post in solis occasu per foueam illam suos retraxit sine periculo. ¶ Et Dux Athenarum Pericles non ualens Comodius euadere periculum, circuitus à locis arctis Peloponesium benè uallatis foueam latam fecit, & suos arte tali cõseruauit, super ea iactis pontibus quos præparatos habebat. ¶ Lysimacus in imtimo loco castramentatus hostibus locum altum tenenti bus, foueis multis exercitum suum circumdedit, & arte, cũ fouea repleta, hostes fuit adhortus, & uictor extitit. ¶ Et Fuluius probè euasit ab insidiis Samniũ retorto meatu in Lucanos, & remotis ordinib. superauit Samnites: & captam prædam recuperauit, quod ità non contigit Hypochrati Atheniensium Duci: qui sciens hostium esse sibi præparatas insidias, se raptim illis opposuit cum exercitu suo fesso, & lasso repleto sudore, ità quòd perijt ab occultis insidijs hostium recentium. ¶ Et Lysia Sparthanorum Imperator commoditatem dedit hostibus circundare ipsum, & suis animatis ad irruptionem in debiliori loco, & facta in hostes irruptione, uictor enasit cum dãno, & ruina hostium: & ità etiam gloriosè per irruptionem de nocte factã Decius Dux Romanorum enasit ab Augusto. ¶ Et frater Annibalis Anonus euasit per irruptionem supér ignem sine fouea acti ualli, hostibus ab alia parte reductis ubi non erat ignis; & contrà Samnites Cossus Dictator Romanorum, Decij consilio capto alto mõte, & asperimo ualde, euasit cum exercitu deceptis Samnitib. & Crassus in Hyspania inclusus in aspera iuga euasit in uesperi facta irruptione per hostes, & quamplures alij docti Duces prudentia sua euaserũt ab hostibus factis pluribus irruptionibus per uarios modos de nocte, & de die.

24 ¶ Lari populi insimul uniti, & probè instructi, relictis in castris debilioribus, & infirmis militibus: sparso, & accenso igne in locis multis diserere cum exercitu, & ità hostes deceperunt, credentes ibidem adesse inimicum exercitum & castrameutari, & incautos hostes inuaderũ, & ruperunt de nocte, hoc ignorantibus illis suis: qui in castris relicti fuerant. ¶ Fuluius nobilius ducendo è Samnio in Lucaniam exercitum, audito à quibusdam, qui fugerant ab hostibus, quòd hostes uolebant ipsum aggredi in cauda in uia, forciorem unam ex legionibus suis antè misit, & in ultimo impedimento, quod arte fecit, ut hostes deciperet, qui post præda intenti positis ꝑ fluuiũ quinq; cohortib. dictæ cohortis ad latus dexterũ, & reliquum ad sinistrũ restrictis hostib. in medio, quos arte tali destruxit, & alia uice propè flumen hostibus insidiando partem suorum latere fecit in nemus, & alios meare iussit, quos meatos hostes illorum attẽta paucitate fuerunt adhorti, & Fuluius per illos, quos occultauerat in nemus fuit aggressus, & uicit: & idem fecit Hyfricates in Thratia recuperata præda: quam prius hostes ceperant; & Boij arte incisis arboribus damnificarunt Romanos in meando per Residuam la-

25 tinam. ¶ Et Pompeus apud Brundusium dato ordine trãsferendi bellũ contrà Cæsarẽ ultrà mare ibi, instante Cæsare expeditionem fieri, cauatis uijs, & illis perruptis, & cum uallibus acutis probè aptatis, & cũ terra, lignis, & uirgis, uiminibusq;, & palea coopertis, & occultis factis foueis fingendo uelle ciuitatem tenere, positis custodibus scorpionariis, & illis ibi relictis super mœnits ab hoste diuisis, & nauigio, post cum reliquis arte nauigauit ultrà mare expectans certiorari Cæsarem incidisse in foueas, quas ipse Cæsar euasit uirtute sua.

26 ¶ Et licèt proprium sit Imperatoris uincere, aut uinci propria belli uirtute; cautum est tamen in iure, posse in bello iusto hostes uinci per insidias, cum fraus fraude pellatur, & ars arte deludatur; & ut dicebat Lysander quando pelle Leonis uinci hostes non possunt, aut uiribus, curandum est illos uinci astutia, & pelle uulpis, ut illi uincãtur, cõtrà hoc est ius diuinũ Matth. 8. cap. quæ uultis nobis, ut homines faciant, & uos ea facitis illis: & cum nullus nellet sibi insidiari, ergo & aliis insidiari non debet: & inter hostes sunt seruanda fœdera, ut scribit Ambrosius de officio; ad prædicta facit gl. & Bar. in l. Hostem. ff. de dolo.

27 ¶ Solers Dux esse tenetur in ducendo agmen suum, & habet probè contemplari loca in animo suo, & illorum ponderare naturam, & ab omni parte, & optimè consulere cum proceribus, & consiliariis expertis suis ueteranis

ranis fidelibus, si hostes ibi sint, & quid sit agē
dum si frōte, laterevè, aut à tergo adoriretur;
an sit standum, uel itinerandum, expediēdūq;,
uel reuertendum à moto exercitu, & qua uia
seruari possit exercitus cuncta cūctare, & pro
bè omnia ruminare pro uictoria, & salute
exercitus: considerando quoque in meando,
quæ nam sint hostium regiones, copiæ, fides,
fortitudo, astutia, probitas, prudentia, ortus,
& experientia Ducum hostilium, & suorum;
annonæque, munitiones, amicorum auxilia,
arma, & loca, eorumque naturam: & magis
est timenda prudentia Ducis, quàm uires exer
citus, ut legitur de Q. Fabio, dixisse Anniba
lem Romanos habere suum Quintum Fabiū
maximum in militia magistrum, & Cartha
ginenses suum Annibalem; iā Flaminia apud
Trasimenum, & Sempronia apud Trebiam
per ipsum consecuta uictoria, præter aliàs glo
riosas palmas Cornelio Publio Scipione Cō
sule apud Ticinum in conflictu uulnerato pa
tre maximi Scipionis Iunioris tunc pubescen
tis, & non sine sanguine per filium patre Con
sule seruato armorum uirtute ciuica consecu
ta corona; post modum Annibal in Apulia
apud Cannas, & Aufidium auxilio uenti uul
turni, solisq; & pulueris memorabilem uicto
riam fuit adeptus, callidè numidis factis tran
sfugis Annibalis, qui posteà in prælio nocue
re Romanis Consulibus Lelio Paulo Aemy
lio inclito uiro, & Claudio Terentio Varone,
qui belli causa fuit, & turpiter exindè fugit
Canusium, quem quinquaginta tantum mili
tes secuti fuerunt, licèt quidam firmant fuisse
millia decem, qui cum Terentio turpiter fu
gerunt; & reliqui numero septuaginta septem
millium, & centum, & quinquaginta Roma
norum contrà Pęnos quadraginta millia pe
ditum, & decem millium equorum strenuè
calendis Augusti, unà cum suo Consule Pau
lo Aemylio strenuè, & gloriosè pugnarunt; &
28 militare iuramentum seruarunt. ¶ Nec Ro
mani ob tantam cædem, & ruinam perdiderūt
animum suum inuictum, sed nunquàm dese
ruerunt campos misso Marcello Canusium,
nouo congregato exercitu, classibus mariti
mis probè instructis in Thireno, omnibus
decreto Senatusconsulti exulatis in Siciliam
militibus illis, qui de bello Cannense turpiter
fugerant sine pugna: & Fabius antiquus me
dicus paulatim, paulatim bellare differebatur
contrà Annibalem, sanādo uulnera martialis
populi Romulei, offerendo illis remedia salu
tis cum Marcello: qui Annibalem fuit pluries
aggressus in Samnio, & Lucania; & uictor
Marcellus tunc duro marte permansit, Ful
uio proconsule Annibalis interfecto in Apu
lia cum undecim Tribunis militum, ab urbe
remota molestia, pluries pugnato cum An
nibale ancipiti uictoria, permanente semper
firmo Marcello in aperto cāpo cum suis acie
instructis, inuito Duce pœnorum Annibale:
quo impedito castramentari per Marcellum
illum infestantem assiduò, & tandem Annibal
suis conuocatis ad contionem, inquit; Tem
pus non habere respirandi, ipsum infestante
Marcello: cum quo decreuerat pro Imperio
suo pugnare, suos hortando ad bellum sequē
ti mane, & die peruento Trabeam rubeam
accepit Marcellus mutatis ordinibus suorum
quorum pridiè interfecti fuerant millia duo
Romanorum: quibus uisis per Marcellū red
ditū ad castra sua, se uidere dixit corpora mul
ta Romanorum, sed nullum Romanum: & il
lis promisit parcere errorem, si illo mane stre
nuè pro uictoria pugnauerint, ut primò urbi
accedat fama uictoriæ, quàm perditionis, &
suis cibo refectis acie instructa deductis, tunc
mortuorum socij perorarunt Ducem suum
Marcellum, ut sibi gratiam concederet, ipsos
esse primos in bello, quibus ueniam conces
sit, & reliquum Tribunorum propè illos col
locauit, & pugna commissa uictor perman
sit Marcellus: & Annibalem in disperationem
adeò deduxit, quòd ergà Iouem, ut legimus,
Annibal inquit, ò Iupiter, quis est iste inui
ctus, & inquietus homo, qui non fert secun
dam, neque contrariam timet fortunam; & si
uincitur non permittit alios manere in ocio,
& idem si uincit, cur ipse non permanet occi
sus. ¶ Sunt & in meando plura consideran
29 do locorum, uidelicet naturas, temporum,
qualitates, annonas, aquas, flumina, regiones,
instrumenta, iumenta, impedimenta, milites,
peditatum, & equitatum auxilia; amicos, &
inimicos, & alia quæcunque bellica necessa
30 ria. ¶ Nam dato signo per Tiberium ꝓpter
uentum, & nebulam pannonios superauit ad
hortos; & uexato Anthioci exercitu fesso iti
nere longo, & ipso in Lybiam per C. Scipio
nem repenè expugnato militari ordine, pru
dentia, & astu uictor extitit Scipio experto
31 marte. ¶ Consilium est in te militari, ut ho
stium fessus exercitus, armis multum onu
stus, die noctuque molestetur in armis, ali
quos ex illis carpendo cū uelocissimis equis,
nè cibum & potum capiat. & ut post commis
so prelio facilius superetur, exemplo Serto
rij contrà Pompeum dimicantis, quem con
tinua infestatione, & inquietudine in dispe
rationem deduxit, ità quòd cibum capere nō
32 poterat. ¶ Et si contigerit de nocte meare cū
exercitu pluuiarum, & uentorum tempore,
proderit habere plura lumina ex materia fa
cta, quæ resistant uento, & pluuiæ: cum qua
tuor lychnis, seu funiculis coctis cum aqua
salnitri

salnitri benè madefactis puluere sulphuris, & aqua uitæ benè infusis, & desiccatis, additis tribus partibus ceræ, cum duabus partibus rasæ pini, & una sulphuris, & media parte canforæ, & totidem terrementinæ, picis græcæ, seu Hyspanæ parte una, cooperiendo lychnos rebus prædictis: & lychni debent esse grassi, & in medio lychnorum implere calce uiua cum tribus partibus, & uiuo sulphure parte una, & ità fient luminaria bellica, quæ resistent pluuiæ: & ucto, & pro bono tpe etiã proderint; & proderit habere lanternas, & feralia multò ad hæc apta, & probè facta, ut uideri possit, quò ambulat exercitus, & ut inquit Comicus ille Poeta.

Costamincus meus Plautus fert uulcanũ i cornu.

33 ¶ Adsint Currus multi pro ducendo res pro exercitu, & duri sint milites, & experti in armis bellicis, & etiam rusticalibus ad res subdiras, cum armis suis expeditæ militiæ, cum pane, frumento, farina, fong a, aceto, lardo, armentis, & ordei copiis pro iumentis, & aliis necessariis pro exercitu, Romanorum exemplo, qui omni ingenio, & arte curabant, nè

34 suis deficerent necessaria. ¶ Maxima uirtus fuit Luculli Imperatoris, cui inuida fuit fortuna, & ni tumultuantes Fimbriani milites deseruissent ipsum, ac si iussu Senatus habuissent uacationem militiæ, Mitridatem captiuũ fecisset marte secundo, & omni uia experta fuit per Luculum humilitatis, & humanitatis, etiam cum lachrymis placando animos eorum, nè ab eo discederent; qui ostinati ob audientes animum suum malignum per discessum adimplere curarunt, & captus fuisset Rex Thigranus nisi fuisset Lucullo fortuna contraria, Nam sui, bellis multis fessi, noluerunt illi parere propter tẽpus frigidum in asperrimis locis ubi gelu, pruina, flumina, niues, pluuię, humiditas, & glacie, sanguinolentos pedes militum, & neruos equorum reddibant debiles autumnalis ęquinoctij tempore peruento crudelissimo gelu antè tempus insolitum, non ualente uirtute tanti Imperatoris mulcere animos militum fimbrianorum, qui nimis licentiosi erãt mortuo eorum Duce fimbria, & iam Flaccum Consulem occiderant; nec potuit Lucullus erga ipsos inquiens, uolnptates omnes militum, & seruorũ fore nociuas gloriæ, & honori Ducum, & dominorum suorũ; nec ergà, ipsos nepharie indignatos ualuit Luculli prudentia, scientia, humanitas, dignitas, benignitas, grauitas, modestia, affabilitas, æquitas, & munificentia in bello, & in pace per ipsum iam capta Sitilia, Asia, Bythinia, Paphlagonia, Galatia, Ponto, Armenia usq; ad fassidem: & demum alio tempore puniti fuerunt Fimbriani militari iustitia: quia rogatu aliorum militum promiserant seruire Lucullo in illa æstate sine pugna, si alius interim

35 sibi non fuisset Dux missus ad urbem, ¶ Et hæ fuerunt in causa, quòd Mitridates, & Tygranus insimul iuncti paulatim paulatim reinte-

36 grati fuerunt in regno suo. ¶ Pluuiali, & humido tempore pugnandum est contrà hostes habentes boardas, & pillularios multos cum ignita materia sulphurea: quia tunc instrumẽta huiusmodi ob humidum puluerem reddun tur inutilia, Et prodest quoque pluuiali tempore pugnare contrà habentes arma ex coreo cocto buffalorum, & elephantorum, ut nũmidę armantur: quia tali pluuiali tempore de facili uincuntur utentes armis prædictis, ut spongis aquam sorbẽtibus, quæ adeò tunc põderosa fiunt aquarum prægnatione, quòd pedontur; & ità coreum fit molle, ut laganum coctum; & hostes huiusmodi armati superantur astu prudentis Ducis exercituum scientis naturam uentorum aquaticorum, & regionum in quibus regnant uenti sicci, uel aquatici, & ibi possunt arte reduci coreo armari huiusmodi; & superari continua pluuia, ipsos tenendo assiduò in armis durante pluuiali tempore, ut ea posteà cessante superentur inermes.

37 ¶ Annibal apud Cannas contemplatus fuit solem, & naturam uenti uulturni, & locum accepit, quòd retrò suis, & in Romanorum oculis offendebant: & auxillio illorum uicto

38 riam habuit. ¶ Puluis sulphurea ab humiditate, & pluuiali tempore poterit conseruari illam tenendo in locis siccis, & uasis arte aptatis cum pice, & benè tunc obturatis tormento

39 rum foraminibus. ¶ Fertur in Collonia per Alchimistam quendam fuisse repertam puluerem bellicorum instrumentorum, dum ille experiretur alchimiam suam cum pisto puluere, & forti aqua dissoluenda salnitrio, cina-

40 obrio, & lumine rocchæ. ¶ Optima fit puluis ad militare exercitium cum carbone leuis ligni, ut auellanæ, & salicum uirgultis annicularibus mundis, & frustatim incisis, & indè positis in chacobo benè obtuso, & lutato; illoq; posito in fornace: aut alio magno igne, & quando uas prædictum non fumauerit, remouendum tunc erit, & ponendum ad frigefaciendum, & facti erũt carbones stosati, de quibus pars una est capienda, & totidem sulphuris, & partes quinq; salnitri pluries raffinati: & his benè, & subtiliter pistis, & pluries cribratis subtilissimo cribro, & aqua uitę insimul mixtis, & madefactis iterato pistando, & cum aqua uitæ madefacta materia, aut cum aceto fortissimo: & præter alia, uirtus stat in benè pistando, & incorporando prædicta, p

41 faciendo finissimo puluere. ¶ Et mediocris fit

pul-

pulvis cum salnitro tribus captis partibus, & cum parte una carbonum Ramorum salicum non ueterum, sed iuuenum, ut supra stufatorum, & una parte sulphuris pistando de per se omnia subtiliter, & illa cribrando, ut supra de per se omnibus post simul iunctis, & benè mixtis addito aceto forti, & cum ramo rorismarini aspergatur; & seu madesiat dictus puluis, illum pistando iterato, & ad solem exsiccando in tantum, quòd bonus, & perfectus
42 erit puluis. ¶ Et pro grassioribus instrumentis bellicis, fiat puluis cũ duabus partibus sal nitri non multùm raffinati, & parte una carbonum stufatorum salici iuuenis, & parte una sulphuris de per se omnibus pistis, & inde insimul mixtis in uase ad pistandum madefacto cum forti aceto, & ibidem posito puluere, pistando illum iterato in dicto uase, non nimis madefacto aceto forti puluere: qui ponatur ad solem ad exsicandum, & desicatus in uase ligneo ponatur, & recondetur in loco non humido; & ità bonus erit, & conserua-
43 bitur puluis pro exercitio bellico. ¶ De igne incendiario, & eius uirtute, & effectu in bello proficuo, & qualiter fiat, Dicam in libro De, Re, & bello nauali; quem gratia Dei, & ipsius auxilio compilare intẽdimus, ut gloriosa militiæ disciplina perfecta habeatur in utroque elemento terra, uidelicet, & aqua.
44 ¶ Prudentia Ducum, & magistrorum exercituum conseruant eorum exercitus, & seruat illos, & tutatur illæsos in difficilimis locis in
45 meando, & castramentando. ¶ Et ut aliàs dixi curandum est in ambulando cum exercitu habere exploratores, & milites leuis armaturæ antè, & retrò exercitum, nè aggredietur in itinere, semper discurtendo, & frontem, & caudam tenendo fortem ipsius exercitus optimè ordinatam, & instructam more græcorum; qui soliti erant tenere rubustissima m aciem in armis, donec forent castra munita, uel meta ta, seu in tutò reducta: & quia persæpe contigit aggredi exercitum in itinere, qui si benè fuerit ordinatus se tutabitur, & posteriores primis auxilium præbebunt; & in casu sinistræ euersionis, uel pedem refferendi se facilè in unum reducant, & seruabũtur forti globo, & ordine firmo, ipsoque instructo quadrato, siue triangulato, uel ouiculari, uel aliter instructo ordine acierum arbitrio Ducum, atiẽ
46 ta locorum natura, & qualitate. ¶ Et si dubitetur ab omni parte aggredi, & lædi ab hostium insidiis, existente exercitu in itinere plani, & lati campi, proderit ordo quadratus, quo ab omni parte pugnare poterit paulatim paulatim meando acie instructa, Cæsaris exẽplo, qui cum hostes cominus haberet, de octo legionibus quas ipse tunc ducebat, sex ex illis in acie expeditas præposuit, & post alia exercitus impedimenta, & reliquas aliàs indè duas legiones in acie collocatas ordinauit, ut clauderent agmen, & aliis præsidio forent, & im-
47 pedimentis. ¶ In minoribus expeditionibus tres tantùm Cęsar præponebat legiones, deindè impedimenta, & nouissimè unam relinquebat legionem in acie expeditam, quæ claudebet agmen: & ità rectè ambulabat cum exerci
48 tu suo. ¶ Antiquorum quidam Duces, & nostri quoque temporis utebantur Astronomia in re bellica: ex qua certa & determinata ueritas haberi non potest. Ideò non est confidendum in ea, quoniam mortales scire non possunt secreta Dei, nisi ipse Deus voluerit; Astronomia nihil confert ad salutem, sed magis mittit in errorem, propterea est omittenda à fidelibus. cap. legimus. §. contra. 37. distin. & cap.
49 illud. 27. q. 2. ¶ Demonum subtilitas inuenit culturam Idolorũ, & superstitiones omnes, quæ sunt nociuę animabus, & nuncupantur fornicationes spirituales. cap. Idolatria. 28.
50 q. 1. ¶ Crassa Antiquitas ueri ignara luminis à malis inducta spiritibus Priapum, & Proserpinam, ac Priapenam pro Deis collebat: quibus, & fluminibus, & aliis falsis Diis sacri-
51 ficabat imprudenter bestias. ¶ Et ille cõmitit sacrilegiũ, qui indignè sacrã EVCHARISTIAM suscipit. c pręter. §. porrò, de pœnit. distin. 2. & per rebellem obedientiam etiam committitur Idolatria. c. sciendum. 8. q. 1. in fin. quæ etiam committitur per æstuantem auaritiam, ut docet Euangelium, ubi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum thesautizantis
52 auari. c. qro. 6. q. 1. ¶ Et per sortilegia cõmittitur etiam Idolatria, & per incantationes quoque, diuinationes, & obseruationes errorum infidelium contrà fidem Catholicam. c. sors. cum similibus, ibi, & cap. sed & illud. 26. q. 2. cap. quoniam. 88. distin. Hi quidem sunt infames, & ab Ecclesia disiũcti, & repellendi; nec ultimum remedium afferunt infirmis incantationes huiusmodi. c. Admonent. 26. q. 6. Nec unquã accipitur diuinatio in bonam partem. cap. nunquam. 1. q. 1. c. vino. 32. dist. cap. igitur. 26. q. 4. cap. nec. cum similibus ibi. 26. q. 5. iuncto cap. qui sine. 26. q. 2. & diuinatorum huiusmodi, & illis uacantium bona cum deportatione publicantur. l. nullus, & per Saly. ibi. C. de malef. & mathem. & in hoc qui
53 dam antiqui leuitate decipiebãtur, ¶ Sed optimi Duces spreuerunt superstitiones huiusmodi; & nostra Catholica fides illas ritè penitus deleuit, cum non tendant ad salutem, sed ad æternam animarum damnationem; & uanitas est, & superstitio maxima hanc artem exerce-
54 re, cap. & illud. 26. q. 2. ¶ Nam cultus est Idolatriæ implicari auguriis, & superstitionibus hu-

huiusmodi, & seruientes auguribiis sunt se-
parandi ab Ecclesia Dei, quia sunt seorsum
ab ea.cap.Sed & illud.ibidem, & cap. Augu-
55 rijs.26.q.5.¶Et cum foret Cæsar per ducen-
ta stadia ingressus agros Germanorũ, tenente
Arioiusto Germanorũ Rege se nõ posse aliter
fæliciter pugnare, nisi noua facta resplẽdente
luna: quo intellecto per Cæsarem germanis
manentib.occisis, illos inuasit per uarias uias
existentes in loco fortissimo, stimulãdo Ario
iustum, ut descenderet ad pugnam illi positis
insidiis, & Germani cum Rege suo ira accen-
so uenerunt ad bellum, quos Cæsar rupit, &
fugauit per stadia 400. usque ad flumen Rhe-
ni, quem transiuit Arioiustus cum paucis ex
suis: & in pugna prædicta ex germanis perie-
runt octuaginta millia hominum, & ex Cæ-
sarianis pauci; & indè Cæsar relicto exercitu
ad hiemandum inter Sequanos, transiuit in
Galliam citeriorem, Cisalpinam nuncupatã
Carcum circà Padum prouinciam suam diui-
sam à Rubino, ubi animos eleuauit plebis, &
Romanos illum uisitantes honorabat, & am-
plis donis, & pollicitationibus illos in amo-
re detinebat, peroptans maiora in patria.
56 ¶ Somnum quoque uanum, & deceptorium
immittũt demones hominibus. cap.testamẽ
tum.dist.6.cap.sciendum.26.q.4.cap.Episco
pi.26.q.5.Et dum Alexander quiesceret Par-
menioni illum suscitanti, & ipsi dicenti nè, ut
uictor sine cura, ità quietè dormiret, subridẽ
do respondit, Non fortè existimas, quòd nos
57 uicerimus Darium. ¶Nec ferox Annibal cre
didit superstitionibus huiusmodi, cum sibi
augur Prusia dixisset interiora uituli esse coru
pta: & propterea non debere tunc pugnare, il
li respondit Annibal, se magis credere iudi-
tio ueteris Imperatoris, quàm carni uitulinæ;
& contemnendo augures pugnauit, & uicit:
& sic non est credendum auguribus, aurispi-
cibus, somnis, auibus, victimis, & superstitio-
nibus huiusmodi à iure prohibitis: & benè
uocat M. Tullius Cicero homines huiusmo-
58 di fanaticos. ¶ Et quidem stultum est menti-
ri, & disputare de rebus, quę sciri non possunt,
iuxtà illud Euangelium Domini IESV
CHRISTI. Vestrum non est noscere tem-
pora, uel momenta; quę in patris mei pote-
state posita sunt. Ignorat homo, quòd antè
le fuerit, & quòd post futurũ est. quis hoc po-
59 terit iudicare excepto Deo? ¶ Non Scipio,
non Cæsar, non Catò, nec Cicero, non Alexã-
der Magnus, non pœnus Annibal, non Rex
Pirrus, neque antiqui Imperatores profundæ
scientię uanitatibus crediderũt superstitionũ,
neque delusoriis oraculis falsis demonum. Et
Nero credens mẽdaci oraculo firmãti ipsum
uicturum septuaginta tribus annis recepto ab
eo responso interfectus fuit, & sero quiuit in
telligere supremam illam noctem, qua ipse
fuit occisus, & sibi successor fuit Galba anno-
60 rum septuaginta tribus. ¶ Nõ augurabimini,
inquit Euãgelium, nec obseruabitis somnia,
neq; ad magos declinetis, neque ab ariolis
aliquid sciscitemini, ut poluamini per eos,
aliàs morte moriemini, ut attestatur Prophe
61 ta ueritatis. ¶ Et si uir fuerit, aut mulier, in
quibus fittonicus malus spiritus diuinationis
fuerit lapidetur, & morte morietur diuino
statuto: & sic nobis sint cognita illa tantum,
quæ Deus ipse præcepit, & non quæ sunt per
ipsum nobis abscondita: quia non est neces-
sarium per nos ea scire, & uidere, quæ suprà
nos sunt: nam id quòd suprà nos est, nihil ad
nos, iuxtà illud Catonis,

Mitte archana Dei, &c.

& Longubarda etiam deridet superstitiones
huiusmodi. l. fin. de hom. ser. ministr. & al
62 diorum lib.1. ¶ Quæro de itinerantibus an
sit ipsis licitum rumpere sepes, & seraglias
camporum, & ingredi agros alienos pro suo
transitu, & itinere; attento, quòd uiæ publicæ
non sint tutæ, uel ruptæ sint. Dic quòd sic.c.
1.§.1. de pace tenen. & l. 1. in Longobar. de
itinerantibus, licitum est transeuntibus acci-
pere in manu racemos tres uuæ, & secũ ferre.
c.t.& ibi glo.& Doctor.distin.1. & in regno
Siciliæ est laudabilis constitutio Regis inci-
piens, cum per partes Apuliæ, qua cauetur, ꝙ
transeuntes per uiam habentes equos fatiga-
tos, possunt eos impunè mittere in alienas se-
getes cum pedibus anterioribus, ità quòd to-
tus equus non intret agrum, ut in constitu. Si
quando necessitate cogente.lib. 3. constitut.
Imperial.pro quo facit singulare D.Ludouici
de urbe.nume. 237. incipiente, in peregrinis
cum equo de mense Maij, ubi allegat ad hoc
63 plura iura. ¶In castramentãdo tubarũ sono
mouebatur exercitus antiquorum inclitorũ
more Romanorũ Principum, trino primitus
emisso tubarum sono: in quorũ primo signo,
seu sono amouebantur tentoria, & ligabantur
in fasce; in secundo fiebant, & ligabãtur sarci
næ; & in tertio ambulabat exercitus positis, &
distributis impedimẽtis in medio; & aliis ĩ lo
64 cis deputatis, ordine facto acierũ. ¶Et milites
suos tutò armabãt romulei Quirites, grauib.
& leuib. armis, & armati grauiorib. armis in
cedebant, & cum ipsis pila ludebant, cursu,
saltuq; se exercentes ocij tempore: hi uel cum
leuiorib.armis impigrè, ut in pugna armati, &
uelocius dimicarent; qui uirtute sua, & armo
rum genere, religione, prudentia, scientia, &
militiæ disciplina alijs, nationibus superiores
65 fuerunt. ¶ Mulli, equi fortes sunt pro exerci
tu necessarij cum redijs, & curribus, pro ferè

do

do tentoria . impedimenta,& uaſa pro coquina militum, ſecuraſq;, & pila ſcrrea,ligones, & ſimilia arma,& alia pro uictu neceſſaria,& tutela exercitus, & pro caſtrametando aptiſſima arbitrio prudẽtum Ducum generalium, ad quos omnes inferiores, & centuri.ſe referre haben: , & illis parere: nè ullus erroe ſequatur , neque confuſio honori læſiua,& Im
66 perio . ¶Cauti Duces itinerãdo incluſi in arctis locis mulra ſimulant;ut uia ſibi detur euadendi à periculo; Aſdrubal iuclusus fingendo tractare pacem cum Claudio in nocte qualibet : quoſdam ex ſuis ponebat extrà periculũ anguſti loci , & ſorti ; poſt facto globo ſuorum euaſit decepto Claudio: & tempore induciarum . Ità Archilaum Sylla decepit, & ſuos ſeruauit illæſos ab arcto loco , & arte ſimili
67 Tiberius Gracchus decepit Hyſpanos. ¶Quæro an Ciuitas inuitis ciuibus alienari poſsit per Principem. Dic,quòd non,niſi totam curiam, uel territorium alienaret, habetur per Ioan.Andr.Hoſtienſ. & alios. in cap.dilecti. de maior.& obedien.& Bal.in cap.in generali.ſi de feud. controuer.fuerit. & per Alex. in conſi.15.vol.5.Neque poſſet Dominus tranſferre feudum in alios inuitis uaſallis poſsidẽtibus illud : quia intereſt ſubditorum nõ mutare dominum.c.1.§. ex eadem ; & per Auar. ibi ad leg.Corn.& c.1.quib.mod.feud.amitt. cap.1.ſi de feud.fuer. controuer. inter dominum,& agnat.& c.1.quo temp.miles.Si tamẽ dominus curiam ſimpliciter uenderet, & iura feudalia non exprimeret,non intelliguntur includi feuda.c.1.& per Iacob.Aluar.ibi de Capitanio,qui curiam uendidit: quia in generali diſpoſitione, & obligatione non ueniunt illa,quę ſpecialiter non præſumerentur obligari.l.obligatione.ff.de pignor.

SVMMARIVM.

1 DVCES exercitus non debent permittere, ut omnes hoſtes tranſeant flumen , ſed eos paulatim diſſipare .

2 Neque in hoc imittare debent Duces Romanæ Eccleſiæ anno 1512. permittentes hoſtilem exercitum gallorum pro parte maiori , & inſtrumentis bellicis pertranſire flumen .

3 Franc.primus Rex Gallorum, arte ſe oppoſuit Imperiali exercitui,ne Rhodanum pertranſiret .

Audacia nimis quandoque nocet .

4 Regina Thamaris uindicauit mortem filii arte occidendo hoſtilem exercitum .

5 Marci Antonii uirtus in natando cũ exercitu ſuo flumen cautè,& probè .

6 Exercitus, quid ſi timeret pertranſire flumen, nè ab inimicis paulatim truncaretur , & num.7.

8 Duces, & milites in natando experti eſſe debent.

9 Exercitus,cui probibetur ab hoſtibus tranſitus fluminum,quid facere debeat .

Cæſar de occiſis fecit ſibi pontem in flumine.

10 Quid ſi fluuius tranſiturus eſſet profundus, & nu.11. & 12.

13 Cæſar quomodo ulterius meando cum exercitu deceperit gallos .

14 Aqua fluminis ſi altior eſſet : quid facere debeat exercitus tranſiturus .

15 Annibal, quomodo oppoſitis Elephantis ad ſuſtinendum impetum aquæ; tranſiuerit flumen, cum exercitu ſuo .

16 Cyrus Rex Perſarum , Gandem tam magnum flumen riuolis, & diuerticulis diuiſis ; & illud reddit uadoſum ; & per uaria fluentis diuerticula in ſiccum reliquit .

17 Vegeorum Vrbs occupata , ex diuiſione cuiuſdam aqua ab aqua maris .

18 Cæſar, qui uiolata per Germanos fide, fecit pontem ſuprà Rhenum infrà decennia ſtadio magno , & tranſiuit cum exercitu.

19 Aqua parum profunda, quomodo in flumine cognoſcatur .

20 Exercitus quid facere debeat dubitans hoſtes pertranſire in aliquo loco fluminis meabilis, ubi tranſitus impediri non poſſit .

Gneus Pompeus tranſiuit uirtute ſua flumen, licèt ripa cuſtodiretur ab hoſtibus .

21 Pompeus uirtute, & ingenio ſuo quomodo Albanorum exercitum diſſiparet .

22 Et quid de Alexandro contra Darium Aſię Regem .

23 Porus Rex Indię bellum geſſit contra Alexandrum, & quid fecerit Alexander tranſiturus cum exercitu flumen .

24 Alexander tranſiuit flumen cuſtoditum ab hoſtibus .

25 Exercitus,cuius pars tranſiuit flumen , & dubitat ab hoſtibus lædi , quid facere debeat , ut alia pars tutò tranſeat .

26 Romani iuſſu Albini conſulis amnem ſyrienũ, inuito Pirro Rege pertranſierint , & cuſtodierunt flumen pro eius defenſione .

27 Anthiocus Rex , & Dux pœnorum Annibal , quomodo tranſierint flumen cum Elephantis tranſire nolentibus .

28 Fuga ſimulata in arctis locis parat uictoriam .

29 Alexander Magnus in tranſitu fluminum per ſæpe fuit à ſerpentibus aggreſſus .

30 Exercitus in meando in locis deſertis proſequendo barbariem illam gẽtem infidelem igne incendiario illam diſcipare poterit.

31 Annibalis prouidentia, transnatis fluminibus confuit, in superando inimicos credentes Annibalem esse in fugę timorem.

32 Thimoleon Dux Corinthi contra tyrannos Siciliæ: quid fecerit, audito, Icetum tyrannum cum exercitu Leontinorum contra ipsum pergere.

33 Exercitus paruus dubitās in meando se agredi à magno exercitu: quid facere debeat cum multorum exemplis. & num. 34.

35 Fuluius relicta parte ex suis ad latus, simulando se uelle transire flumen, hoste urgente, hostes ex transuerso inuadit, & eos superauit ad amnem.

Pelopida Thebanus in bello Thessalico fluuiū pertrāsiuit magno ingenio, & prouidentia.

36 Pontes uarijs modis fieri possunt. & nu. 51.

Pius Cæcilius Metellus fecit pontem non ualens Elephantes in urbem conducere.

Crassus super Euphratem pontem fecit.

37 Xerses, & Darius prudentes, & docti in construendo pontes.

38 Annibal Rhodanum transiuit nauibus inuita gallia, & quomodo.

39 Alexander quomodo deceperit hostes, ficto transitu fluminis. & num. 40.

Pompeus Magnus decepit hostes fingens uelle flumen transire, & retrò post traxit agmen fingendo timere profunditatē aquę fluentis.

41 Duces quomodò facere debeant transituri aquas fluentes cum exercitu suo, & n. 42.

42 Naues traiectitiæ, Pyrathæ, & similia ligna possunt fieri pro transitu fluminis.

43 Iulius II. Pont. max. quomodò magna arte transiuerit Heridanum Mirandulam obsidendo, cum exercitu suo.

Exercitus transiturus flumē super gelu, quid facere debeat, & num. 44.

44 Perseus Philippi filius cū foret præda solicitus sup gelu Danubij fluminis Pānonię: curauit; ut exercitus trāsiret sup glacie, & gelu, unde pondere cōcrepans glacialis crusta dissiluit, & uniuersum exercitū sumersit.

Vulpis in transitu fluminis super glacie; quid obseruet.

45 Flumina in eorum ortu non sunt nauigabilia, & si quæ sunt, pauca tamen.

46 Principes non debent concedere, quæ sunt cōtra ius publicum.

47 Molendinum, an possit fieri supra aliud molendinum tuum in flumine publico.

48 Intellectus glo. l. fluminum. §. fi. ff. de damno infect. cum simil.

49 Aqua exiens è molendino unius: an ab alio capi possit, & ducere ad suū molendinū, ita qđ primū molendinū ob hoc nō ipedirętur.

50 Pompeus non ualens prohibere Albanos, ne transirent flumen Cydni in Ponto non prohibuit, sed tacitè illos transire permisit, & capto indè tempore in ipsos impetum fecit, & fugauit.

51 Et quid ei euenerit nauigando in colchos.

52 Principes omnes, an possint concedere feuda regalia, & dignitates.

DE PONTIBVS, ET TRANSITV *fluuiorum cum exercitu.*

1 CAVTI sint, & ualdè prudentes bellorum Imperatores in transeūdo flumina, ualles, paludes, & aquas cum exercitibus suis: & si hostes procurauerint pertransire amnem, ut expeditio fiat, non expectetur copias omnes inimicorum trāsuehi flumen, exēplo Cæsaris, qui ità Heluetios dissipauit, qui pro parte pertransierant, & illā rupit Cæsar aliis non expectatis, ut transirent, & cum aliis
2 se iungerent. ¶ Et non probè fecerunt Duces Romanæ Ecclesiæ tempore Iulij secundi Pontificis maximi anno Domini nostri IESV CHRISTI. 1512. permittentes hostilem exercitum gallorum pro parte maiori, & instrumentis bellicis pertransire flumen Tauri Aquæductus nūcupati, ut expeditio fieret, cōfisi fortè in uirtute, & animositate sua Rauennatum suorum fidelium, spreto, & nō accepto consilio, quod fuit, ut in longum ducerent bellum Ecclesiæ Duces, & se cum exercitu adhærerent urbi Rauennæ sibi fidelissimæ, & castramentari in burgo portæ Cæsareæ uulgò nuncupatæ sancti Vrsicini, ubi in tuto, & forti loco fuissent, & sibi non defecissent necessaria bello, & uictu quo hostes carebant in terra hostili castramentati, & tale sano neglecto consilio, quod sibi proficuum erat pro uictoria, commisso certamine per gallos infestantes astu Alphonsi Estensis Incliti Ferrarię Ducis, ex desperatione pugnantes propter inediam; & Duces Ecclesiæ se pugnæ offerentes, magna secuta cęde rupti permanserunt: qui si Rauennatum consilium accepissent per cunctando, galli quippè fame tunc oppressi sine pugna uicti permansissent, Heluetiis descendentibus in auxilium Apostolicæ, & semper Catholicæ Romanæ Ecclesię. Ideò consiliū est militaris regulæ disciplinæ, cū pars minor hostilis exercitus pertransiuerit flumē, antequam alij pertranseant illud ordinata acie totis est opprimenda uiribus, alijs ab aluem fluminis existentibus separatis, qui suis occurrere non potuerint, & reliqui ultrà alueum posteà persequūtur. & in fuga perterriti timore peribunt, iuxtà illud Poetæ in x. Aeneid.

Fa-

Fatta patru: laudesq; ultrò occurramus ad unda.
Dum trepidi, egressiq; labant uestigia prima,
Audentes fortuna iuuat
& inferius.
Nec turnum segnis retinet mora. sed rapit acer
Totam aciem in teucros, & contrà littore sistit
Signa canunt primus turmas inuasit agrestes

3 ¶Et probè tunc consultus tempore nostro
fuit Franciscus primus Rex Inclitus Gallorũ,
qui arte se opposuit Imperiali exercitui, nè
Rhodanum pertransiret: & ità Galliæ suæ ser
uauit honorem; & licèt proficiet audacia in re
militari, nocet quandoq; audacia nimis non
recta consilio sano, Thamaris exemplo Scy-
tarum Reginæ potentissimæ: quæ cum potuis
set prohibere Cyno Armeniæ Regi, nè transi-
ret fluuium Araxim diuidentem Mediam, &
Armeniam, non prohibuit, & indè filius eius
cum tertia parte sui agminis arte dicti Regis
4 ebriata uino periit. ¶Post probè Regina con
sulta simulando fugam ob disperationem illa
tæ cædis, & pugnæ diffidentiam hostibus insi-
diando, quos in arctis, & angustis locis arte
reduxit, ipsos paulatim paulatim cedendo; &
ubi audacem Cyrum cum toto exercitu ducẽ
torum millium hominum, qui Araxim per-
transierant truncauit ad unum, ità quòd nun-
tius non remansit, & ità filii mortem uindica
uit Regina Thamaris, & arte qua Cyrus dece
pit filium Thamaris. ¶Quintus Luctatius Ca
tulio Consul in bello Cimbrico nulla sibi ab
hostibus relicta uia abeundi excepto transitu
fluminis cum periculo, finxit apud collem ca
stramentari tendendo tentoria, uallum facere
incepit, adeò quòd hostes etiam uallum face-
re ceperunt sparsi per agros ad portandum li-
gna pro uallo, & inde Luctatius suis in unum
reductis pertransiuit fluuium cum hostiũ dã-
no. ¶Araxim etiam transiuit M. Antonius cũ
5 exercitu uirtute sua; scorpionarijs, & debelio-
ribus sui exercitus, primò impulsis cum fortio
ribus mixtis, & parte equitatus uelocioris: &
reliquum exercitus tutò transnatauit amnem
ex utraq; ripa fluminis posita custodia, nè ho-
6 stes officerent suis. ¶Et si contigerit hostes
timere pertransire flumen, nè ab inimicis pau-
latim paulatim truncarentur, consilium erit si
mulare meatum ambulando, & itinerando
aliquantulum ulterius, donec aliqui ex hosti-
bus transeant amnem insidiando illis, ut tran-
situm incipiant, & illicò opprimantur uirtu-
7 te bellica. ¶Sanum consilium erit in transitu
fluminum, ut pars rapacioris equitatus pri
mò pertranseat ad explorandum hostium do-
los, & alia pars retrò maneat discurrendo, ut
hostes decipiantur, & nè impediant trãsitum,
se deniq; ad suos reducendo, uel arte cum fo-
ueis, & ignita materia obuietur hostibus, exẽ-
plo Sertorit, qui lunatum uallum longum se
cit cum foueis plenis materia adusta ibidem
apposito igne, & flumen transnatauit hosti-
8 bus inuitis. ¶Et bonum est in re militari,
ut Duces, & milites sint in natando experti, ut
de antiquis Ducibus, & bellatoribus legitur
contrà Siphacem, seruauit uitam Masinissę
9 Numidarum Regi peritia sua natandi. ¶Et si
hostes nituntur prohibere trãsitum fluminũ,
fingatur trãsitus à pluribus locis, exemplo La
bieni Legati Cęsaris: qui fictè naues in pluri-
bus locis pro ponte, & transitu in flumine po
suit, & de noctè iussit facere strepitum remis,
ut uideatur pertransire, ità quòd hostes se di-
uiserunt in pluribus partibus, & locis ad pro
hibendum transitum; & Labienus ab una al-
tera parte pertransiuit flumen, forti cuneo fa-
cto, instructa acie, & partem illam hostium
dissipauit, & reliquos in fugam uertit. ¶Cæ
sar experto marte pontem sibi fecit in flumine
de occisis, & aquam pertransiuit piè lachri-
10 mando super cadaueribus. ¶Et si profundus
fuerit fluuius transiturus, poterit per cautos
secundum naturam locorum auerti opera in-
dustriali hominum, & si aquari poterit aque-
tur, sin'autem pontes fiant ligno, si fieri pote-
rint, sin'autem fiant ratibus tabulato, & con-
clauatis contrattis in illo loco, ubi non ur-
gent hostes, uel funibus magnis canipæ cras-
sis, & arte apiatis, arboribusq;, & uallis forti-
bus ligatis, trabibusq; affixis in terra ex utraq;
parte fluminis ꝓbè positis, iuxtà illud Lucani.

Tunc placuit cęsis inesta uincula siluis.
Roboraq; immersis latè rigare ca benis.

uel in aqua aliquibus positis funibus insimul
dense ligatis, & in locis tutioribus transitus
11 fiet peditatus. ¶Et si aquari non facilè potue
rit cum padulosum fundum habuerit, prode
rit uiminea materia insimul intexta, & indè
sumersa; Lucullus aquauit Euphratem, & Ty
grim cum exercitu; & in Armeniam fuit con
trà Regem Tigranum: & primo qui nuncia-
uit ipsi Tigrano Lucullum castramentari in
Armeniam, truncatum fuit caput, iussu Regis
12 Tigrani. ¶Et si aquari poterit pedester fluuius
habens fundum firmum arena uel solida ter-
ra iarata, ponantur equi, & iumenta plura in
aqua i loco superiori, ut cursus aquę fluuialis
rumpetur, & de subtus cursum retardatum; &
ruptũ faciliter aquabitur, positis ibidẽ alijs, &
seu equitatu pro tutella, & in medio transibit
peditatus, pro ut Cæsar fecit in transitu Ru-
biconis existentis in planitie, inter Cæsenam,
& Ariminum; in aqua positis equis factis
alis, ut ipsius expeditus peditatus pertransi-
13 re ualeret. ¶Et Cæsar gallos decepit ulterius

meand o cum exercitu,& flumen,facto ponte, transiuit tribus cohortibus ex qualibet legione sui exercitus; primò relictis in nemore sibi ordine dato, ut pontem nocte, & die sequenti facerent, & ità factum fuit, & reddit quàm celerrimè ad pontem; & deceptis hostibus amnem transiuit, quem ex alio latere per plures dies fuerunt hostes defensi, & Cæsarem animosè insequuri nè pontem erigeret, & nè
14 flumen transiret. ¶ Et si aqua altior fieret, uel cresceret fluminis, diuerticulo cuniculorum fouearum, & foraminum, incisionumq; aggerum, & riparum secundum locorum qualitatem facilè poterit aqua diuerti, & prouideri, ut transeat exercitus, exemplo Cæsaris, qui ità Siccorem,& ligerem fluuios transuehit cum exercitu,ut cantat Lucanus.

Nè quid repetitis audeat undis,
Spargitur in sulcos, & fixo gurgite riuus.
Dat pœnas maioris aquę.

15 ¶ Et Annibal oppositis elephantis ad sustinē dum impetum aquę regis fluuiorum Heridani transiuit amnem cum exercitu. Nam rex fluuiorū est Heridanus fluuius,qui modò Padus uulgò nuncupatur, ut attestatur Poeta in Georgicis,

Fluuiorum Rex Heridanus, camposq; per omnes
Cum stabulis armenta trahit.

16 ¶ Et Cyrus Rex Persarum Gangem, tàm magnum flumen riuolis, & diuerticulis diuisit; & illud reddit uadosum, & per uaria fluentis diuerticula in siccum reliquit; Eufratem quoque deriuauit, & Babilonem occupauit, qđ incredibile uidebatur apud mortales Babilonem posse destrui, uel destrui humana uirtute ob ipsius ingentem machinam, magnitudinem, & potentiam, quòd fecit indignatus pro equo suo ibi suffucato, & cum exercitu transiuit commodè, & Babillonem obsedit,
17 & cœpit. ¶ Et ut Vegeos obsessos capere possint se aqua tuentes palude Albanę intrātis in pelagus suffocatis agris, unò ex uegeis arte capto per Romanos, & habito per ipsum secretò aquam paludis posse separari à mare, ità quòd ulterius non erit impedimento Romanis, qui illicò opera manuali separarunt illam à mari, & Vegeorum urbem occuparunt.
18 ¶ Violata fide Cæsari per Germanos pontem suprà Rhenum infrà decēnium stadio magno fecit Cæsar, portatis ibi lignis, & truncis arborum in amnem arte affixis; & ut ictus non euanesceretur, & uiolentia fluminis refrenaretur ex parte superiori magnos trabes affigit insimul ligatos, & cum exercitu transiuit fluuium, ubi ex hostibus reperit neminē Sueuis Germanæ populis fortissimis, se tunc pro sua tutella in siluis reductis, & uasto per Cæsarē dato in campis germanorum ibi dimorato p decem & octo dies recessit Cæsar in galliam
19 cum exercitu. ¶ Cognosci potest facilè locus fluminis, in quo melius & facilius possit aquari, uidelicet si in ea parte, quæ est inter aquā, quæ magis stringit, & seu stagnat currentem, ubi uisui uidetur adesse lineam unam, & ibi erit aqua minus profunda, & locus magis custodiendus est quàm alibi, ne hostes ibi trāsirent: quoniam flumen ibi terram, & harenā
20 plurem portauit, & muniuit. ¶ Et si dubitetur, hostes pertransire in aliquo loco fluminis meabilis, ubi transitus impediri non possit, si fundus fluuij fuerit arenosus, uel saxosus ferreæ tripuntæ paruæ cruces, & acutæ, & triangulatæ trium capitum acutorum more clauorum proijciantur in aquam: quibus milites, & pertranseuntes equi uulnerari pedibus possint, cum uallis quoque ferri, uel ligni subdibusvè perustis, & duris stipitibus in ripa arte fixis: nè equi hostium ualeant transire, & ità uadum poterit impediri in ripis, & undis fluuialibus: & adeò infirmabūtur hostes, & equi sui, quòd resistere pedibus, currere, & pugnare non poterint, & ità infirmi pluribus dieb. cum tumidis pedibus permanebunt, & facilius tunc superari poterint dicta de causa.
21 ¶ Non ualens Gneus Pompeus transire flumen, quia ripa custodiebatur ab hostibus, decreuit illud transire cum suis, & illicò reddi retrò, reddireq; ad tētoria sua unà cum miliribus suis, quod fecit, & fluuiū impetu magno
21 aquauit, & hostes fugauit sua uirtute. ¶ Auditaq; per Pompeum rebellionē facta per Albanos Pontum incollentes, Duce Coisio fratre Regis Albanorum, qui ripam minuerāt fluminis Cidni, uallis ligneis, nè illud Pompeus transire ualeret, & alueum fluminis arctum fecerant trabibus inundantes agros, nè Pompei milites pergere ibi possent aquarum impedimento: inter quos reclusus erat exercitus Pompeianus, qui cum decem millibus utris plenis aqua potabili accessit ad hostes numero sexaginta millia peditū, & duodecim millia equorum coreo ferino pro maiori parte armatorum, aliisq; pro parte armatis ferreis armis, & reliquis inermibus, & Coisius eorū Dux impetu magno percussit Pompeum, quē arma defenderunt, & illum Pompeus gladio trāsfixit, & occidit; & reliquū exercitus Alba-
22 norum dissipauit. ¶ Et cōtra Dariū Asiæ Regē, & ipsius copias, q̄ se oppofuerāt Alexādro Magno nè trāsiret flumē Granicū, qđ Darius tenebat, uadū illud esse portā totius Asiæ arte aquauit cū celeritate sui equitatus, peditib secū cum equis portatis doctis, & expeditis in bello

23 bello.¶Porus Rex Indiç contrà Alexandrum elephantorum acie bello arte instructus ordinauit initium belli,& tuebatur assidua custodia transitus fluminis Idaspis, & suos tunc docuit Alexander non timere barbaros, nec eorum uoces, & strepitus magnos: & longè ab hostibus cum forti cohorte peditatus, & turma equitatus de nocte transiuit amnem in parua insula,cum fulguribus ignitis,pluuia, & tẽpestate dẽsissimis,multis Alexandri militibus dissipatis uersum aliam ripam uberiorem turbidi fluminis, ubi accessit ruptis argeribus fluuialibus ibi ferè omnib. occursis barbaris, & uadum tenuit cum suis Alexander in aqua cum periculo magno fluentibus,& refluentibus turbinibus; & per ipsam aquam madefacti milites argeres ruptos transierunt.Et uolẽs Alexander occurrere cum equitatu peditatui suo per stadia uiginti, equos suos præmiserat pro uidendo,nè hostes inuaderent peditatum suum: & ipse fuit aggressus currus mille hostium repentino impetu, quos fugauit dictis captis curribus, & Quatercentum cæsis ex ho

24 stibus.¶Et cupiens Alexander Magnus nomẽ ipsius, & uirtutem resonare per uniuersum orbem suos ad Gangem fluuium perducere curauit,& mæstos cernens milites, qui audierãt Gangem esse latum per stadia xxxij.& profundum passibus centum,& ripam ulteriorem custodiri per armatos uiros, & elephantorum multitudinem,falsa in ipsos sparsa uoce uana, Reges gangaridorum, & Persarum cum equis octuaginta millibus, & uiginti millibus peditum; & millibus octuaginta curruum, & sex millibus elephantorum ultrà Gangem existere,& ibi expectare Alexandrum,quod à militibus Alexãdri facilè credebatur, quia Andrototus Princeps ultrà Gangem iam donauerat Seleuco Regi Elephantes quingentos: & per totam Indiam meauit Andrototus cum sexcẽtum millibus militum,& omnia sub ipso Indorum regna supposuit: & arte demum Alexander suos conduxit ad Gangem,& per flumina multa septẽ mẽses cõsumpsit cum exercitu ua

25 gando pergens ad Oceanum. ¶Et reddeundo ad materiam præpositam si pars exercitus amicorum transiuerit flumen aliquod sine pugna, & dubitetur ab hostibus lędi, consilium est ꝙ fiat incontinenti uallum, quod uulgò trinciera nuncupatur:in quo tutò possint morari milites illi, qui primò transiuerunt, ut reliqui ualeant sine hostium impedimento transitum facere discurrente equitatu rapacissimo ab utraque parte fluminis pro tutella exercitus.

26 ¶Romani iussu Albini consulis amnem Syrienum inuito Pirro Rege pertransierunt, & illicò uadum cum scutatis suis custodierũt pro defensione fluminis; ita quòd Pirrus non potuit illis prohibere uadum cum equitatu Romanorum iam peditatu trannato flumine, & Pirrus illicò commisit pugnam cõtrà Romanos,& uulneratus fuit tunc à Placo Ferentino Duce unius turmæ Romanorũ; & Pirri equus ab eodem Placo occisus fuit, & in terram cecidit Pirrus,& pariter Placus uulneratus cecidit in terram ipsius interfecto equo, & ni Pirrus tunc à suis defensus,equidem perijsset, & Placus mortuus remansit inter Pirri proceres, qui Pirro fuerunt auxilio, & per septem uices hinc indè exercitus se adiuuicem reiecerunt dubiè semper pugnato uno occiso, qui Regis arma ferebat emissa uoce Pirrum esse mortuũ: quo audito,Pirri milites, pauidos se retrahebant, & tunc Pirrus galeam sibi euulsit, ut à suis uideretur discurrẽdo per exercitum suũ: cuius firmato animo iussit Thesalos prosequi pugnam cum elephantis acie instructis, ità ꝙ equi Romanorum elephantorum formidine pauitantes se uerterunt in fugam; & fertur ex Romanis fuisse mortuos sexdecim millia millitum, & ex Pirri gente millia tredicim: & eo die Pirrus ciuitates plures quæsiuit cũ castro Romanorum exercitus; & licèt fuerit talis clades secuta, noluerũt Romani à Pirro requisiti facere pacem cum ipso Apio Cęco pro libertate, & honore patriæ perorante: & Pirri Legatus Cyneas remissus fuit ad Regem suum sine pace ab eo petita; & ꝑ Romanos utriusq; sexus, spretis muneribus per Pirrum senatui,

27 & Senatorum uxoribus missis. ¶Et non ualens Rex Anthiocus,& Dux pænorum Annibal pellere elephantes transire fluuium, iussit uulnerari super auream ferocem elephantem, & illicò per uulnerantem in flumen fugere,& illud transnatare, & eo transnato currere: & iratus elephans ad persequendum sui doloris auctorem transnatauit amnem, & reliqui selephantis audendi dedit exemplum pertranseundi fluuium. ¶Xenophon uolens transire fluuium cuius ripa tenebatur ab Armenis, iussit in duobus locis tentari uadum fluminis,& ab Armenis fuit ob omni parte deiectus reddiẽs iterato à parte inferiori aliis ex suis relictis à parte superiori;& indè ab Armenis ab una parte fuit reiectus, & ab alia pertransiuit: & illi, qui transiuerãt fuerunt alios tutati donec om

28 nes pertransierant. ¶Diffidentia,fuga simulata,ob desperationem illatæ cædis reducendo paulatim paulatim in angustis, & arctis locis uictoria sæpe paratur, exemplo Reginæ Tha

29 maris,de qua superius scripsimus. ¶In transitu fluminũ Alexander Magnus plures passus fuit difficultates, & persæpe fuit à serpentibus aggressus ibi suas tenentibus stationes, ut Marco Regulo contigit prosequenti punicum bellum apud flumen Bragadæ, ubi

ſerpens miræ magnitudinis deuorabat milites
ad flumem accedentes pro aqua; & Regulus
cum exercitu meauit ad expugnandum ſerpen
tem, quem propter ipſius ſquamas clipeo ſi-
miles officere non ualebat, & cum beſtia alas
emiſiſſet cū uenenoſo uolatu, Regulus iuſsit
cum ſcorpionum ſagittis, fundis, pilis ſaxis,
iaculis, & miſsilibus aliis illicò percuti, ità,
quòd ipſum, ut legimus diſcipauit. ¶ Et ſi tē-
30 pore noſtro acciderit caſus meando cum exer
citu in locis deſertis proſequendo barbariem
illam gentem inimicam Chriſtianæ reipubli-
cæ, pilulariorum glādibus iactis igne ſulphu-
rei pulueris prouidebitur, & igne quoque in-
cendiario facilimè tollentur. ¶ Et Annibal
31 apud Thagum; & Iberium fluuios caſtrameu-
tatus, populos innumeroſos ipſum aggredi ni
tentes decepit callidè cum ſuis tranſnatis flu-
minibus ſub noctis ſilentio, & hoſtes de ma-
ne credētes Annibalem eſſe in fuge timorem,
flumina tranſnatare cæperunt, quos Annibal
cùm equitatu, fuit adbortus cum toto exerci-
tu, ità quòd illos ſuperauit, & captiuauit cum
prædis, & ſpoliis opimis, capto ſagunto, & cō
32 ſtructa noua Carthagine in Hyſpania. ¶ Et
dum foret Thimoleō Dux inclitus Corinthi
contrà tyrannos Siciliæ pugnaturus, & in Ca-
labria caſtramentatus; audito Icetum tyran-
num cum exercitu Leontinorum pergere con
trà ipſum cum magno exercitu, acceſsit Thi-
moleon ad flumen Damyriæ, & ibi cum ſuis
ſtationem fecit, nè hoſtes impunè pertranſirēt
amnem: & dum Duces Thimoleonis auidi
pugna pro honore contenderent præheminen
tiam, & ſe uelle ſtare in primis aciebus, & pri
mitus pertranſire flumen, & irittare hoſtes ad
pugnam: quorū differentiam probè diremit
Thimoleō ſua recepta galea, in ea poſitis anu
lis omnium Ducum ſuorum, & in primo anu
lo, qui fuit extractus cunei erat impreſſus tro-
pheus, & omnes milites præ gaudio lætantes,
& exclamātes, uoluerunt ulterius extrahi anu
los plures, contenti de primo ſorte extracto;
& exiſtentes in flumine hoſtes hoſtieruut fer-
ro impetu maximo, qui non ualentes ſtare
uiribus græcorum, relictis armis fugierunt
mille ex ipſis occiſis de Leontinorum exer-
citu, quem rupit arte Thimoleon, & Icetum
33 cum filio cæpit, & perdidit. ¶ In meando
cum exercitu paruo, dubitante ſe aggredi à
magno exercitu, conſilium erit caſtramenta-
ri ordinata acie apud flumina: & ſi potuerit
commodà illa pertranſire ſorte ſibi ſuffragan-
te tranſuehatur: & ſi hoſtes fuerint illi nimis
propinqui, & inſecti; & in cauda exercitus
fiat uallum cum ſouea ſtipula, & materia
ſimili incendibili, plena igne poſteà accenſis,
ita quòd dabitur occaſio Duci parui exerci-
tus tranſeundi flumen, & pro uictoria tem-
pus habebit parandi inſidias, uel aliò caſtra-
34 mentandi. ¶ Prout fecit Quintus Lutacius
Catulus Romanorum Dux contrà Cimbros
bellaturus, qui montem aſcendit ſimulata ibi
caſtramentatione, & idem Sertorius fecit, &
Polopida Thebanus, & Creſus Rex, qui an-
te hoſtes facto impetu pertranſierunt acie in-
35 ſtructa marte ſecundo. ¶ Et Fuluius parte
ex ſuis relicta ad latus, ſimulando ſe uelle
tranſire flumen hoſte urgente, & per ſuos cu
neo facto, expeditionem incæpit cū illis quos
ad latus reliquerat, & hoſtes ex trāuerſo inua
dit, ità ꝙ hoſtes ſuperauit ad amuē cuius poſt
comodè tranſitum fecit cum uictoria. Et Ser-
torius facto uallo lunato, ut aliàs dixi, cū ari
da materia in ripa fluminis, & ille, igne com-
buſta hoſtibus inuitis tranſiuit fluuium. Et
idem fecit Pelopida Thebanus in bello theſa
lico arſa materia ſicca apud flumen in ripa,
hoſtes a longe propter ignem timentes, & per
36 tranſiuit fluuium. ¶ Poſſuntq; varijs modis fie
ri pontes cum funibus, funiculiſq; magnis,
& paucis canipæ, ligneaq; materia diſiuncta
portabili circlis, & anulis dupplicatis ferri, ta
buliſq;, & indè in ſimul iunctis, & probè
conſtructis; & concatis nauibus etiam fieri
poſſunt, quæ adeò adaptantur, quòd portati
les fiant pro pōtibus anulatis pro tranſitu flu-
minum vt facilè eſt uidere in figuris, & pictu-
ris; trabibus quoq; arte cauatis, & tabulatis
in ſimul conglutinatis, & præparatis ferreis
clauis, & omni ſublata mora, cum opus fue-
rit conſtruere, & erigere pontes: & data occa
ſione hoſtium etiam interuentu tranſire, & il-
lis uariè inſidiari, & diſiunctè pro tali effectu
naues, & lignei pontes facilè portari poterint
iumentis loco, & tempore inſimul conecten-
di, & tela lini, cera obliqua conſertæ naues ſi-
ne remis flumina traijciuntur cum celeritate
uiminibus, & coreis. Pius Cæcilius Metellus
non ualens elephantos conducere in urbem,
pontem fecit ſuper uaſis cum funibus, & tabu-
latis; & illos tutò conduxit per mare, Siculū,
Craſſus ſuper euphratem pontem fecit, & leui
ter tranſiuit cum exercitu, & ciuitates mul-
tas Romanæ ditioni poſuit ſine pugna; & per
vim in Meſopotamia Zonodociam urbem
per tyrannū Apoloniū occupata cœpit, & il-
lam militibus donauit in prędam, quod mole
ſtū fuit Romano ſenatui, & infamia Craſſo.
37 ¶ Et doctus fuit Xerſes, & Darius in conſtruē
do pontes: quorum alter ſuper mare pontem
fecit, & montem Attou uelificauit; alter ſuper
Hiſtrum amnem pontem fabricauit, & ſecun
dum horas, & tempora in aliquibus locis ob
harenoſum mōtem per fluctus maris factum
fit mare uadoſum, ut de Scotia fit in Angliā.
¶ Et

38 ¶ Et Annibal Rhodanum transiuit nauibus in
uita gallia, primò misso Annone fratre suo de
nocte cũ Hyspanis ultrà flumen arte reductis,
& in loco apto dato signo, & pugnato, & gallos
illos strauit Annibal fratris auxilio, quia
nitebantur impedire uadum ipsi pœnorũ Du
39 ci Annibali. ¶ Et Alexander decepit hostes
ficto transitu fluminis in uno loco, ibi hostibus
reductis ad impediendum transitum, primò
dato signo, & ordine suis, ut aliò flumen
transnatarent pro ut uelociter transiuerunt.
40 ¶ Et alia uice decepit Alexander hostes in trã
situ, fingendo se uelle pertransire per uaria loca
ripæ fluminis, & insulã occupauit hoc hoste
inopinante. ¶ Et Magnus Pompeus nõ ualens
transire flumen cũ exercitu sibi ex aduerso
obiectis hostibus longa multitudine instructa,
simulauit ordinẽ facto acierũ, se uele trãsire
flumen, & retro post traxit agmen, fingendo
timere profunditatem aquę luentis, & ità
pluries fuit dictim expertus, ità quòd hostes
iudicarunt impossibilem fore transitum, &
uno die impetu maximo pertrãsiuit hoste ino
41 pinato. ¶ Et Duces ægregij in uarijs partibus
fluuiorum longis ab hoste iactis pontibus, &
nauibus in aqua fluente amnes maximos pertransierunt
hoste decepto, & cum eo post marte
experto cum gloria reliquũ exercitus transnatauit
comodissimè, & alijs suis se agregauit
uictoribus uallo firmato ex utraque parte flu
minum cum foueis, & pontibus magnis terra
42 cauata. ¶ Fieri etiã possunt naues traiectitię,
quibus iã utebantur Pyrathæ, & Cæsar in transitu
fluminis Sicceris fuit operatus huiusmodi
naues, & cum utribus, cratibusque contabu
latis inflatis transnatauit Antiquitas amnes,
ut de Cæsare, & Lucullo legitur, qui super
utro uno natauit per octo miliaria ad suos.
43 ¶ Et tempore nostro Iulius secundus Pontifex
Max. super gelu cum exercitu transiuit Heridanum
Mirandulam obsidendo, palea super
gelu cum aqua proiecta, nè peditatus & equitatus
caderent super gelu, & ut facilior eorum
foret transitus cum tormentis, & seu instrumẽ
44 tis militaribus, & ità compos uoti fuit. ¶ Et
cum Perseus Philippi filius foret præda solici
tus super gelu Danubij fluminis Pannoniæ,
ubi glacies peditatum detinebat imprudenter
curasset cum equitibus, & toto agmine pertrã
sire, & indè mole ponderis gradientium concussione
concrepans glacialis erusta dissiluit,
& uniuersum exercitum sumersit; quod uulpi
non contigisset in uado simili, Nam vulpes in
transitu fluuiorum congelatorum glacie, aurem
ad glaciem ipsam ponit ad effectum sciẽ
dum si ibi sẽtit, aut audiat aquam currere sub
glacie, & si sentit aquam currere, non transit
super gelu, iudicans gelu non persistere; & de
vulpe animali sagace multa docet moralis
scriptor Esopus græcus, cuius scripta ridenda
uidentur, sed equidem non sunt contemnenda,
quia moralia sunt ad docẽdum humanum
45 genus. ¶ In ortu fluminum legi pauca esse na
uigabilia flumina, quæ sunt de regalibus Principum,
unde factum est interdictum de flumi
nibus, & nè quid in flumine publico fiat, in lit
46 toribus, ripisque, & uiis publicis. ¶ Et in his
non debent Principes concedere quę sint con
traria usui publico, & communi iure. l. usum,
& l. quoties. ff. de flumin. & l. Sed & celsus. ff.
de contrahen. emp. & de aqueduct. lib. 12. de
pragmatica, sanctione aduersus utilitatem pu
blicam iure cassandis lib. 11. & similibus; &
per And. de Iser. in cap. 1. in §. flumina, & in §.
uectigalia. in usib. feud. & in titu. quæ sint regal.
ubi dicit, quòd iura de plenaria potestate
Principis intelligi debent, ut semper cum causa
fiant, aliàs si sine causa potestate sua absolu
ta, & non ordinaria uterentur peccarent utique:
& licèt nõ habeant hominem, qui sua facta
iudicet, certum est tamen habere Deũ qui
illos ritè iudicat cum peccent apud ipsum, si
cut quando sine causa imponunt nouum ue
ctigal, & collectas, ut dicit Innoc. in cap. Inno
uamus. extrà de cẽs. & apud Deum dixit Rex
Dauid, Tibi soli peccaui Domine: & sic Reges
Deum habent iudicem: cuius iustum iudi
ciũ quilibet formidare tenetur, ut dicit Inno.
in cap. Innotuit. de elect. Quòd Princeps nun
intelligitur uti potestate, nisi exprimat, & nisi
inesset clausula ex certa scientia, tenet glo. in
cap. ad hoc. de rescrip. Et quis sit Princeps, &
de eius materia habetur in glo. Clem. 1. de ba
47 ptismo. ¶ Quæro de quæstione quæ sæpe con
tigit in flumine publico, quidam habens molendinum
in publico flumine suprà tuum mo
lendinum, an possit facere aliud molẽdinum,
& de hoc casu uidentur uariare glosæ, & Doctores.
Tu dic conclusiuè, quòd in suo quilibet
facere potest molendinum etiam si noceat
molendino uicini si de flumine deriuem aquã
per prædium meum propinquum ripę fluminis;
nisi deberem tibi seruitutem in prædio
meo, sic debet gloss. intelligi in l. si manifestè.
C. de seruit. & aqua. nam de publico tantùm
habeo ad obtinendum, quantum tu ad prohi
bendum. l. 2. ff. nè quid in loco publ. in. §. 1.
48 ¶ Sed si in flumine ipso suprà tuum, uel in loco
publico ducerem aquam, & non per fundum
meum ripæ coniunctum, tunc non sic in
telligitur gl. in l. fluminum. §. fin. ff. de damn.
infecto, & in l. sequenti: habetur etiam per D.
Andr. de Iser. in dicto §. fluminum. in tit. quæ
49 sint regal. ¶ Quæro de quæstione de qua plu
ries uidi dubitari, uidelicet, ꝙ si aqua exit de
m olendino unius, & alius nult illam capere,
& ducere

& ducere suũ molendinum, ita ꝙ ob hoc pri-
mum molendinum non impediretur, & tenet
Bar.in l.quo minus.ff. de flumi. non posse,cũ
illa aqua sit priuata l.in cõcedẽdo. ff.de aqua
pluui.arcen.& itã consuluit Alexã. & benẽ in
cons. 108.1 .uolum.& idem tenet Bal. in l.4.
50 C.de seruit. & aqua. & in l. Item lapilli.in 2.
col.ff. de rerum diuis. ¶ Non ualens magnus
Pompeus prohibere Albanos, nẽ transirẽt flu
men Cydni in ponto non prohibuit, sed illos
tacitẽ transire permisit,& indẽ capto tempore
in ipsos impetum fecit, & fugauit cum longa
occisione; & eorum Regi pacem petenti libẽ
ter concessit Immemor iniuriæ, & contrà hi-
beros mõtem Tauri incollentes exercitum du
xit,qui pro Mitridate copias multas militum
congregauerant,& nunquàm bellum peràteã
uiderant Medorum,Persarum,neque Macedo
num:quoniam nimis fuit uelox Alexander ma
gnus in exeundo in Hircaniam,quos marte ex
perto superauit Pompeus captis ex illis decem
51 milibus,& nouem milibus cæsis.¶ Post naui-
gauit In colchas cõtrà quem se opposuit Ser
uilius cum nauibus illis quas tenebat pro cu-
stodia Ponti; & cum auxilio populorum Bos
farinorum,& Meothicorum apud flumen Fa-
sini pluties turbauit,& molestauit Pompeum.
Erexitq; nanqne Cæsar infrà decem dies pon
tem prædictum super Rhenum fluuiũ dimi-
diantem Galliam,& Germaniam: cuius pon-
ti figura inferius anotabitur. Credo quòd
(Hic debet figurari pons ut infrà.)si uidebitur
tigna bina bis sexquipedalia in lõgitudine, &
in grossitudine unius pedis cum dimidio mẽ
surata præacuta,cum fistuca,siue ariete confi-
xa in flumine posuit bis decem numero, inter
uallo pedum duorum ab uno ligno ab alio,
perpendiculo prius mensurata aqua,siue cum
plumbo & funiculo,lignisq; etiam mensura-
tis,habito respectu partis ipsorum,quæ in fun
do fluminis affixa fuit:sed tigna prędicta pro-
na erant ita reperta,uel opere manuali fabrica
ta, seu fastigata, siue curuata secundum natu-
ram fluminis, & ijs alia similia cõtraria duo,
interuallo pedum quadraginta in fundo, & in
medio;post appositis tignis,seu trabibus bipe
dalibus, & longis quantum illorum tignorũ
iunctura distabat, binis utrinque fibulis ligni
inclauatis ex opposito infixis, et ab extrema
parte detinebantur ligna, quæ in medio bino
rum tignorum appositæ erant:quibus disclu-
sis,& in contrariam partẽ reuinctis tanta erat
operis fortitudo ipsius rerum natura, ꝙ cum
incitarentur altius illigata tenerẽtur, & super
materia directa perticas lõgas suprà apposuit
cũ cratibus uimineis contextis,& probẽ apta-
tis, & sublice ad inferiorem partem fluminis
oblique opposita sunt tigna quædam pro arie
te in tignis prone infixa bis sexquipedalibus,
ut exciperent uim fluminis; & supra pontem
ex opposito tignorum bis sexquipedalium li-
gna bina rectẽ affixit mediocri spatio non lõ
ge à tignis põtis per quinq; aut sex pedes tol-
lentia uim fluminis:& ut si amborum trunci,
uel naues immitterentur à barbaris deijciẽdi
pontis causa sustinerentur defensoribus illis,
52 & ne operi nocerent. ¶ Quęro si Principes
omnes possint concedere feuda regalia, & di-
gnitates. Dic conclusiuẽ hoc esse priuilegium
Romani Principis dare dignitates, & regalia
feuda cap.1 .de feud.March.

SVMMARIVM.

1 *Bellorum Imperatores bellare intendentes quid agere habeant.*

2 *Pissennij Nigri Romanorum dictatoris iusti tia contrà milites, qui pullum gallinaceũ abla tum cuidam prouintiali comederunt.*

Brutus Lucinum Salam Romanum Ducem pro furto falso in Sardinia declarauit infamem, & cingulo militię priuauit.

3 *Publici latrones impunẽ interfici possunt.*

Milites nullum questum quærere habẽt, sed suo stipendio contenti esse debent, & nu.124.

Militantes propter predam peccant.

De Alexandro qui noluit scribere Atheniensi bus in fauorem Anthenodori cõdemnati, quia non interfuerat sacrificio Bacchi, sed potius il li pecuniariam pœnam remisit.

Salinator Consul damnatus fuit à populo Romano, quia inaqualiter diuiserat prædam mili tibus benẽ mærentibus illam.

4 *Luculli sentẽtia cõtrà inordinatòs milites suos, qui fugerant.*

5 *Publius familiaris Mithridatis, qui mortuo Rege, uaginam ipsius ensis Ariato uendidit. Et Caius dicti Regis commensalis qui eius coronam Faustino filio Syllę dedit, à Pharnaee mi litari iustitia fuere interfecti.*

Milites Cassiani, quare magis fuerunt laudati, quàm milites Bruti.

6 *Homicida, & homicidiorum mandantes, et mã datores milites ultimo supplitio puniuntur.*

Pœna unius est multorum metus.

Peccata suos tenere debent auctores.

Principes contrà ius nullum punire debent, nec ledere qui de iure puniri non debent.

7 *Miles qui presbiterum occidit, militia perpe tuò carere debet.*

8 *Principes iustitiam cum ęquitate, & misericor dia indifferenter omnibus administrare tenen tur, & n.29.*

Iustitia est omnium uirtutum Regina, & in pace regna conseruat, & sine ea quis diù regnare non potest.

Anacarsis

Anacarsis sententia, quæ figurat leges esse si miles aranea tela paruas muscas detinenti, magnas mole fortitudinis dimittenti, reprobatur.

9 *Reges, & Magistratus sui prudentes, & iusti esse debent, ac exemplares alijs, ità quòd nihil in se habeant q ipsos puniat, si alios rectè iudicare, intendunt.*

10 *Cæsar quomodo in Gallia nomen iusti sibi adeptus fuit.*

11 *Iudices nullam in causis habere debent exceptionem personarum, sed unicuique tenentur dare suum, & falsos calumniatores punire, exemplo Alexandri Magni.*

12 *Filium Parmenionis ob proditionem occidit Alexander, et Orsoratem custodiæ diserto rem interfecit.*

13 *Alexander Magnus Damonem, & Thimoteum Macedones accusatos per uim cognouisse fœminas militum Parmenionis, præcepit interfici.*

Et Darii matrem, uxorem, & filias pulcherrimas captas, & sibi præsentatas, noluit uidere, sed intactas mandauit ab omnibus uenerari, & Dario restitui.

14 *Leges, & mores, ususque, ac consuetudines locorum seruari debent.*

15 *Ciues, & milites in pace, & bello iuuandi sunt.*

16 *Sthenus quomodo liberauit populum, & ciuitatem vniuersam à destructione Pōpei.*

17 *Reges uenerari debent, & dicti sunt à rectè regendo.*

Torqueri an possint homines bonæ famæ.

Torqueri quis non debet etiā in crimine læsæ Maiestatis sine legitimis inditiis.

Bannitus, & legitimè contumax comparens ad purgandum contumatiam, absq; aliis inditiis præcedentibus torqueri potest.

18 *Principes non possunt quicquàm cōtrà ius diuinum, aut naturale facere.*

19 *Principes prudentes mansueti esse debent.*

20 *Aristides græcorū Rex, ob nimiam seueritatem, & iustitiam, fuit à patria expulsus.*

Iustitia cum uirtute temperantiæ mixta esse debet.

21 *Catonis dictum, quomodo Romanā rempublicam ex parua magnam fecerunt.*

Regentes Rempublicam tenentur odire luxuriam, auaritiam, publicam egestatem, et fugere iuertiam, & æquam iustitiam facere, nullo habito personarum discrimine, & anxiè curare, nè uirtutē præmia possideat ambitio.

22 *Reges militum causas audire tenentur, & illis administrare iustitiam, quam Deus præcepit in terra seruari, ob populorum pacē.*

23 *Iura, an belli tempore sint seruanda.*

Rumpentes Nili Aggeres absq; sui Imperatoris præcepto concremari debent.

24 *Stipendiarii qui ex Principis constitutione debent exire ciuitatem, uel castrum sub certa pœna antè consumptionem unius candelę accēsæ, an incidant in pœnā si candela à uento extincta fuerit.*

Statutum quòd pęnæ dupplicentur euntibus per ciuitatem post tertium sonum campanæ sonantis post duas horas noctis, an comprehendat repertum post illas horas in nocte Veneris sancti, uel existentem in loco ubi sonus campanæ non porrigitur.

25 *Militibus itinerātibus captis ab hostibus est parcendum.*

Scipio Aphricanus largus fuit in rememorando, & pius ac clemens in puniendo.

26 *Pater subtrahens filium militem, qua pœna ueniat puniendus.*

Filius parricida pœna ultimi supplicij punitur.

Faortus Parthus, qui patrem Hiroclem iugulauit quomodo periit.

27 *Miles sine Principis imperio aggrediens, uel descendens muros ciuitatis, morte naturali est puniendus.*

Milites sine iussu Principis aggredientes hostium castra quomodo sint puniendi, & nu. 53.

Milites suo militię gradu priuandi sunt, si sine iussu Ducis per fossam castrum ingrediantur.

28 *Milites qui ad opus sibi impositum urgente necessitate non accedunt, sunt stipendio priuādi.*

29 *Brutii ex qua causa fuerunt per Romanos pro carnificibus tenti.*

30 *Milites qui ex leni causa, uel querela se mouens susurrando in malum, & contra propriū iuramentum aliqua comittunt, sunt puniēdi.*

31 *Militantes solum propter prædas, & diuitias an sint puniendi.*

Metellus fugauit milites Sertorianos contendētes de præda, Equi Pompei.

32 *Desertores equites quibus pœnis sint plectendi.*

Dolo concitantes seditionem, quomodo puniendi sint.

De gestis per Scipionem in Hyspania contra sediriosos milites.

33 *Milites in præpositum suum, uel comilitones suos manus uiolentas inferentes, uel suum Ducem nō defendentes, cum possint, naturali morte sunt puniendi.*

34 *Milites priuati militia per ignominiam desertionis, qui absque Principis sui iussione in milites se eligi permittunt, morte puniri debent.*

35 *Miles commeatum habens, a suo Duce discedendi, an pro desertore habeatur, & qui per commeatum abest, an habeatur pro absente.*

35 *Miles qui acie instructa primus fugit, capite punitur.*

Fu-

Fugientes de bellis publicis infames habentur, & ultimo supplicio sunt puniendi.

Milites, qui bellare dimittunt antequam sit finita expeditio icepta, uel secuta uictoria, sunt morte naturali puniendi, nec eis est soluendum stipendium.

37 Milites fugitiui quandoque se tuentes fidi bellatores efficiuntur.

38 Calphurnius, quomodo milites fugientes ex bello Cannense puniuit.

39 Milites ultrà debita stipendia aliquid indebitè accipientes, puniendi sunt.

Stipendiarij conueniendi sunt in loco, ubi stipendia merentur.

40 Seruus, qui Sulpitium dominum suum, ut morem gereret Syllæ occidit, quomodo posteà ab ipso Sylla in aliorum exemplum interfectus.

41 Venus in militia fugienda est.

De Arthemene Armeno, qui uenerat in suffragium M. Antonij contrà Parthos, & ab eo cum gente sua se absentauit, quia uidit eum obcæcatum uenere, ob amorem Cleopatræ, & de Domitio Eneobarba, & aliis, qui ab eo aufugierunt.

42 De Cæsaris uictoria contrà Bolgos in Gallia.

43 Desertores uigiliarum nocturnarum, & pacis turbatores capitali pœna puniuntur. & excedentes agmina puniuntur fustibus, & bona desertorum mortuorum publicantur.

44 Milites rumpentes ordines in militia, sunt puniendi.

45 Pœnam quandoque minuit, quandoque aggrauat, nobilitas.

Miles quando sit melioris, uel deterioris conditionis, quàm non miles, remissiuè.

Milites grauius sunt puniendi, quàm alii pro delictis militaribus.

46 Delicta militaria, quandoque placidè sunt punienda.

47 Marius Capitolinus quomodo ob seditionē pupularem damnatus.

48 Timoleon Dux Corinthi, quomodo pauidos suos milites damnauit.

49 Segnes milites, contumaces, desides, & neglīgentes, seditiosi, & desertores sunt sauiter puniendi.

50 Scipio, Cato, Magnus Alexander, & Aurelianus maximè laudantur, cum fuerint in re militari castigatores libidinis, & triūphatores contra Venerem, Bacchum, & cupidinem.

Milites adulti qualiter puniendi.

51 Transfugę ex hostibus quandoque prosunt, ut in casibus hic enumeratis, & num. 52.

53 Transfugæ pœna ultimi supplicii puniri possunt, qua pœna, & illi damnantur, qui parati sunt ad fugam.

De gestis Principum contra milites trasfugas, & num. 54. & 55.

55 Transfugæ torquendi sunt anteaquam debita pœna puniantur, ut consocios propalent, & archana suorum.

56 Miles, qui captus ab hostibus reddire potuit, & non reddidit, pro transfuga habetur.

Transfugæ reuersi, & non recepti, ciuitatem nō recuperant.

57 Morte naturali sunt puniendi, secreta Principis hostibus nunciantes.

58 Militibus custodiam deserentibus, uel portantibus extra castra aliqua iniussu Ducum, est pœna capitis.

59 Et Iactātib. se fecisse ægregia facta in pugna. Et illis, qui præter uoluntatem sui Ducis pugnāt, uel præ timore arma iactant. & num. 60.

61 Exploratores, qui hostium precibus tardi sunt ad referendum eorum secreta Duci suo, conuenti, uiui concremantur.

62 Sodomitæ concremari debent.

63 De nece C. Lucii, qui de inhonesto actu pluries interpellauerat Trebonium iuuenem, et de corona ipsius Trebonii propter eius uirtutem, et constantiam.

Marius qua ex causa fuit tertiò à Senatu Consul electus.

64 Polimacus ab Alexandro fuit occisus, quia in Persia sepulchrum Cyri Regis Persię destruxit.

De morte Aboliti, & eius filii Orixartis, quoniam Alexandro non portarunt frumenta pro exercitu, sed illi thesaurum seruarunt.

65 De donis datis per Alexandrum militibus suis ultrà stipendiaq; pro benè gestis contra Darium.

66 Feuda quotupliciter aperiuntur.

67 Socius criminis an sit testis idoneus, & probet contra socium criminis.

68 Dux, Marchio, & alii priuilegiati accusati de crimine læsæ maiestatis, an pro hostibus habeantur.

69 Principes, Duces, & alii habentes iurisdictionem meri, & mixti imperii in uasallos, prohibentes illos accedere ad superiores, et se reclamare ex causa grauaminum sibi per ipsos dominos illatorum, crimen læsæ maiestatis incurrunt.

Abutentes iurisdictione sibi comissa, ea priuari debent.

Princeps concedēdo iurisdictionem in uasallos, non per hoc eam à se eximit, quin ea, & ipse uti ualeat in eosdemmet uasallos.

Princeps potest ad libitum suum causas inferiorum ad se auocare.

70 De impetu Sertorii contrà facinorosos milites Marii, ac eorum cede, & de nece Cecinæ, et quomodo prouintiā Hyberniæ sibi beneuolam fecit,

fecit, & de alijs gestis ipsius Sertorij.

71 *Miles, qui fracto carcere aufugit pœna ul timi supplicij puniri debet.*

Desertores militiæ, publicatis bonis morte naturali puniuntur.

Fidei ruptores, & fraudatores, & pacis fra ctores, ac turbatores capite puniuntur.

Fuluius Suffecius Albanus, quia fidem ru pit, & pacta Regi Tullo non seruauit, binis quadrigijs iussu populi Romani fuit Lace ratus.

72 *Dantes arma carceratis, ut carceres rum pant, & effugiant, naturali morte sunt pu niendi.*

Milites fugientes è carceribus sine legiti ma causa, capti, an pro desertoribus ha beantur.

Iudici iniustè exequenti, licitè resistitur.

73 *Principes, & milites militantes nocendi cu piditate, & ulciscendi crudelitate, rebel landi feritate, & affectione dominandi ualdè excedunt.*

74 *Excedunt & milites negociando, mercando, usurando, placitando, luxuriando, procu rando, & se immiscendo uilissimis mini steriis deturpando militiæ dignitatem, & gloriam.*

Excedunt milites quoque non utendo militia ad id, ad quod est instituta.

Miles, qui se uulnerauit, uel aliàs uoluit se oc cidere, qua pœna sit plectendus.

75 *Fures, & latrones milites, uiarumq; dero batores publicarum, ac pacis ruptores, & aliena bona furantes, eorum auxiliatores, & huiusmodi criminum participes, & fu res, ac furta receptantes sunt mortis natu ralis pœna plectendi.*

Latrones, & stratarum derobatores possunt à quocunque impunè occidi.

76 *Milites relinquentes castra, & se ad latroci nia, & depredationes conferentes furca sunt suspendendi.*

77 *Iura sanguinis, an excusent receptantes latro nes.*

Latrones quolibet die puniri possunt.

78 *Testes recipi, & examinari possunt festiuo tempore, ac eis iuramenta præstari in cri minalibus, & captiuorum causis.*

Defensio omni die, & tempore dāda est reis, nec ipsis deneganda est illam petentibus.

Priuati carceris crimen committentes affi ciendi sunt ultimo supplicio.

79 *De Cæsaris licentia concessa militibus suis tumultuantibus, & de eorum pœnitentia.*

De G. Pompeio, qui milites suos puniuit, quoniam Senatum truncauerant Medio lani.

80 *Seruus, qui contrà dominum in eum seuien tem se tutatur, an incurrat aliquam pœnam.*

81 *Obedientia in cunctis est præstanda in re mili tari, cum sit uexillum salutis, & uictoriæ, ac Regum ueneranda corona.*

82 *Pœna falsi punitur, qui miles non est, & pro milite se gerit.*

Milites secundum qualitatem delictorum, loco rum, & temporum sunt puniendi.

83 *Iudex habēs ius cōmune, & statutarium an pos sit ius, quod uult in iudicando amplecti.*

84 *Miles existens in aliqua comitatiua in uia uio lentiam passus, an possit impunè uim repellere.*

Miles an possit uiolentiam passum impunè de fendere.

85 *Violentiam repellere, licet cum moderamine inculpatæ tutelæ, conuocando amicos pro defen sione personæ, ac rerum suarum, & num. 86.*

Vim licet repellere pro defensione rerum deposi tarum, & commodatarum.

86 *Moderamen inculpatæ tutelæ: an in defensio ne requiratur.*

Defensio personæ, uel rerum an incontinenti, uel ex interuallo sit permissa.

87 *Miles tenetur in bello strenuè, & pertinaciter pugnare.*

De pœna Senatus Romani contrà milites ca ptos à Pyrrho Rege Epyrotharum.

88 *Antiquitas aliquorum militum, uenas propter delictum soluebat, ut dimisso cruore peri rent.*

Crassus græcum Arcbitatum, qui ei non pa ruit, primò uirgis cæsum priuauit stipendio.

89 *Titus Præfectus equorum a Lucio Calphurnio Pisone Consule, quare priuatus fuerit dignita te, tunica sibi decincta.*

90 *Equus in bello uulneratus, & in ciuitate mor tuus, an à milite emendari debeat.*

Inobedientia in re bellica nihil est deterius, idcò Aulus Fuluius ordinis Senatoris filium inobe dientem occidit.

91 *Emphisteon Alexandri amicus infirmus non pa rens Glauco medico periit, & impatiens Ale xander de morte amici Glaucum innocentem occidit.*

92 *Milites recedentes à castris iniussu Ducis, & qui suspecti accedunt ad castra, ac qui signa re linquunt, aut pulsi loco cedere ausi sunt, sunt uariis pœnis affligendi, prout in exemplis, nu. 93.94.96.97.98. & 99.*

95 *Pœna homicidij non punitur occidens transfu gam, uel ciuitatis hostem.*

100 *Desertor, nomen generale est in re militari, comprendens in se genus omne delictorum, quæ in re bellica committuntur.*

Milites proditoriè tractantes mortem amico rum suorum, & commilitonum cum eorum ini micis capite puniuntur.

101 *Brutus quomodo licentiosos milites Cassianos*

eorum

eorum Imperatore mortuo retinuit.

102 Miles desertor per patrē curiæ oblatus, qua debeat pœna puniri.

103 Pigritia inter milites qualiter sit punienda, ubi habes de pigritia Liptopi.

104 Miles qui intra tempus commeatus nō reddit, an pro desertore habeatur.

105 Milites nimis loquaces, & uociferantes silētij tempore, an sint puniendi.

106 Desertores sūt milites, et Duces, qui nec probè, nec fideliter seruiūt dominis suis, uel seruiunt sed non cum eo numero militum, & equorum, pro quibus stipendium accipiunt.

107 Milites fugientes de bello, & qui dominos deserūt in prælio inter hostes, sunt criminis læsæ maiestatis rei.

Bellum gerens sine iussu Principis, læsæ maiestatis crimen committit.

Et qui sciens nō propalat proditionem contra Regem, & dominum suum.

Item qui nō propalat illos, quos uidit cudere falsam monetam sui Principis.

Et qui militem eligit sine iussu sui Ducis.

Et qui bellum præparauit etiam iniussu Principis.

Et qui exercitū suo successori misso non dedit.

Et qui officium dare noluit successori suo.

Et qui Imperium, uel exercitum pro Romano populo deseruit.

Et qui priuatus est, dolo malo usus est auctoritate magistratus.

108 Duces exercitus non tenendo debitum numerum militum derobantes stipendium Regibus suis, ultimo sunt affligendi supplitio.

109 Bessum à Dario corruptū lacerari arboribus fecit Alexander Magnus.

110 Iudex nō est crudelis, cum crudeles damnat, & iugulat.

111 Ciuitas an teneatur emēdare equum mortuū in expeditione militi suo gratis seruienti.

112 Exercitus potest bona amicorum accipere, et alienare necessitatis tempore.

Domino equitanti ad aliqua loca debentur expensæ, & nemo excusatur immunitate aliqua.

Excusationem nemo habet, quando Princeps facit exercitum ab ijs quæ sunt necessaria.

Immunitas neminem excusat à collecta propter necessitatem imposita.

Dominus transiēs per loca sua cum exercitu, debet ex prædis ubi transit alimentari.

113 Miles discedens ante tempus suæ conductæ, an debeat satisfieri pro tempore quo stetit.

Quid de Doctore conducto ad legendum, uel ad aduocandum.

Et quid de medico conducto ad practicam medicæ, & ad medendum.

Et quid de famulis militum, uel ciuium.

114 Dominus an teneatur pro facto famuli.

Doctor, seu stipendiarius de licentia domini itinerans salarium suum habere debet.

115 Peditatus Germaniæ conductus ad certum tēpus, & pro certo stipendio per Ducem Mediolani, si dum est in itinere captum est Mediolanum ab aliquo Principe, an debeat habere suum integrum salarium.

116 Famulo infirmo, an debeatur salarium pro tempore infirmitatis.

117 Dominus an teneatur facere expensas famulo infirmo.

118 Stipendiario infirmo debetur salarium.

119 Pacta, uel consuetudo an ualeat quòd pro conducendo pedites mutuentur pecuniæ, & equis & si in itinere spolientur, an debeant sibi resarciri ablata.

120 Milites in propria domo manentes, nolentes gaudere priuilegijs militaribus, & habere stipendium sicut si in castris manerent, sunt puniendi.

121 Desertor miles à Principe restitutus, & miles ab hostibus captus, & ad suos reuersus, stipendium consequi non debet.

122 Arma, uel ferrum ad hostes portantes morte naturali puniri debent.

123 Præstans operas conductas, uel promissas, cuius expensis uiuere debeat.

124 Milites concutientes, & opprimentes populos quid indebitè petendo, pro desertoribus habentur.

125 Miles damnatus ad insulā ad efodiendum metallum ob maleficia captus, & uenditus à latronibus, restituto pretio emptori in pœnam remittendus est.

126 Castrensiani milites ad quid teneantur.

127 Gesta magni Alexandri, ut facilius Persas debellaret.

128 Principis sui maledicentes, qua pœna sint puniendi.

129 Serui militantes an puniri debeant.

Serui sine iussu domini possunt se defendere.

130 Ciuitas si iuit ad exercitum, & aliquis in illo exercitu deliquit, Potestas ciuitatis potest punire delinquentem in exercitu.

Territorium dicitur uniuersitas agrorum infra fines cuiusq; ciuitatis.

131 Maleficij locus quis dicatur, si quis fuit in uno loco captus, & in alio spoliatus.

132 Milites in quibus casibus possint suspendi.

133 Rei criminis læsæ maiestatis, & hæresis post mortem damnantur in cadaueribus, & bonis, quæ fisco applicantur.

Mors in furca deformis, & turpissima est, & seruile supplitium.

134 Nobiles delinquentes non suspenduntur, sed decapitantur in ciuitate Neapolis.

Pœna imponitur militibus desertoribus, & reis

reis criminum secundum personarum dignitates, & delictorum qualitates.

135 *Rebelles, qui propriè dicantur.*

Rebellis possunt ab omnibus impunè occidi.

Rebelles qualiter puniatur.

136 *Abbagæ Regis Tartariæ magna iustitia contrà nepotem suum, qui proditoriè fecit in pugna Christianos trucidare.*

137 *Imperatoris Manlij Chili mirabile gestum contrà quendam, qui patriam suam proderat.*

138 *Regna fraude proditorũ quæsita, pari fraude perduntur.*

139 *De conspiratoribus, & eorum pœna remissiuè.*

140 *Miles potest deprehensum eum uxore sua in adulterio impunè occidere.*

Verberans clericum confabulantem cum uxore, an in pœnam Catonis incidat.

141 *Leges quare factæ sunt.*

142 *Rebello uerbum, quid denotet, & quid sit rebellio.*

143 *Cadauera mortuorum delinquentium, pro qualitate delictorum suspenduntur, & uariis modis laniantur, & cruciantur ad terrorem.*

144 *Pœna pro mensura delicti lege diuina imponebatur.*

145 *Crimina sunt per magistratus punienda cohertione legitima, ut scelestorum non augeatur iniquitas.*

146 *Criminum nimia indulgentia dat audaciam incentiuam peccandi, & reiterandi delicta & num. 148.*

Delictum sine causa legitima componi non debet, nequè cum omnibus indifferenter delinquentibus.

147 *Delicti pecuniaria compositio cum quibus fieri debeat.*

148 *In delictis considerãdum est tempus, locus, dignitas, nobilitas, qualitas, ætas delinquẽtium, intentio, & sexus.*

149 *Legum propriè est dare pœnam malis, & præmium bonis.*

150 *Iudex iustè, & sine culpa occidens clericũ, an incidat in irregularitatem.*

Clerico non licet paganum occidere.

151 *Zuntatores, qui sint, & qua pœna puniantur.*

152 *Milites coram quibus iudicibus, & magistratibus sunt conueniendi.*

Reges in puniendo milites suos quandoq; mites, & quandoque seueri esse debent.

153 *Milites ob necessitatem accipientes propria auctoritate utensilia pro se, & equis suis, ea uenalia non inuenientes, puniri non debent.*

154 *Boues, currus, & alia iumenta pro necessitate militia licet accipere unà cum instrumẽtis aliis quantumcunque alienis.*

155 *Princeps potest capere currus, & naues subditorum pro suis rebus uehendis.*

156 *Fiscus pro plaustris, & nauibus acceptis pro exercitu tenetur mercedem soluere.*

157 *Plaustra, & naues tempore exercitus occultata, possunt de iure confiscari.*

158 *Stipendiarii impunè deprædantur, pro uictũ in bello licito.*

Necessitas non habet legem, nec moderamen diligit.

Furtum factum propter necessitatem famis excusatur.

Opera facta urgente necessitate non semper sunt laudabilia.

Boues aratorii, plaustra, & instrumenta fundi instructi pro pignore capi non possunt.

159 *Officialis pro sui utilitate fisci pecunias mutuare non potest.*

Officialis potest pecunias fiscales mutuare stipẽdiariis pro ipsorum necessitatibus.

160 *Iudex potest pecuniam communis exigere pro reficiendis sibi expensis factis in aptando cameram suam in palatio.*

161 *Iudex potest multas exigere, pro querendo aliquo malefitio.*

162 *Miles, qui sine iudicis præcepto exclamauit ciuitatem, arcem, uel oppidum aliquod deprædari, uel comburi, & secuta fuit deprædatio, uel incendium, aut aliud damnum, qua pœna sit puniendus.*

163 *Furca suspendi debent Pyratæ, & latrones famosi, sacrilegiq́, & transfugæ ad hostes fugientes, auctores quoque seditionum, ac reuelantes suorum Principum, Regumque secreta; serui alicui mortem inferentes, & falsos deos adorantes.*

164 *Seruus qui iussu domini, ipsius domini uxorem occidit, an sit puniendus.*

165 *Falsificantes literas militiæ, Ducum, & superiorum suorum, morte naturali sunt puniendi.*

Falsum committit, qui sciens rupit filum, uel nicium literarum Principum.

166 *Principes, & Præsides prouintiarum existentes in exercitu, & extrà suam iurisdictionẽ, an possint subditos punire, & inter subditos sententiare, præcipere, ac mulctare.*

Militibus in quibus casibus fiat remissio remissiuè.

167 *Habens gratiam de uno homicidio, si posteà fecit secundum homicidium, & impetrauit gratiam de secundo non facta mentione de primo nihil ualet.*

168 *Delicta quot modis committantur.*

169 *Pœna mortis naturalis in omnibus infrà scriptis casibus imponitur, Christianum*

L lapi-

DE

DE MILITARI IVSTITIA, ET de pœnis desertoribus infligendis.

1 IVSTI bellorum Imperatores, & honoris cupidi, Deum, proximum suum amantes si regnare intendunt pati non debent maleficos uiuere super terram; nec parcere ferro aduersus eos, nec contrà militiæ desertores in bello, neque contrà pacis turbatores populorum, & exercituum; nec contra illos, qui uim inferunt Annonarijs, & illis, qui esculenta, & poculenta, & alia necessaria pro uictu, & uestitu ad armandum ferunt in castris ad exercitium, & ad urbes amicorum, & omnes non suspecti ad exercitum bona ferentes, & ad amicos populos accedentes cum mercibus tutò die, noctuq; uenire ualeant, & recedere ad libitum suum, cum publico saluo conducto emisso proclamate. l.
2 1. C. quæ res uend. non poss. ¶ Pessenius Niger Romanorum Dictator necari iussit milites decem, qui pulum gallinaceum albatum cuidam prouintiali comederunt, restituto decuplo prætio dicto prouinciali; & exercitui pro illis præcanti interdixit ignem, & cibum coctum: nec eos uesci alia re mandauit, nisi aqua frigida cum pane concessit. l. desertores. §. miles. ff. de re milit. ¶ Et Lucium Palam Romanum Ducem damnauit Brutus pro furto facto in Sardinia, & illum declarauit infamem, & priuauit cingulo militiæ.
3 ¶ Impunè, & sine peccato publici latrones interfici possunt. capit. Cum homo esset. 23. quęstio. 5. & l. 1. C. quando liceat se sine iudic. uind. cap. inter alia. extrà de immunit. Ecclesi. nullum quæstum querere de iure habent milites, sed esse debent contenti stipendio suo cum Imperiali munificentia. authenc. de exhiben. reis. §. optimum. Peccatum est militare propter prædam. 23. quæst. 1. cap. militare. ¶ Et dum fuisset rogatus Alexander scribere Athenienšibus in fauorem Athenodori Atheniensis, quod facere noluit sed ab Atheniensibus condemnati, quia non interfuerat sacrificio Bacchi, sed pœnam illi magis remittere uoluit Alexander decem talentorum, in quibus condemnatus fuerat, quàm in eius fauorem scribere. Salinator uir Consularis damnatus fuit à populo Romano, quia non æqualiter diuiserat prædam militibus benemærentibus illam, ut aliàs dixi suprà in tractatu de continentia, & me-
4 moria. &c. ¶ Et dum bella gereret Lucullus contrà Mithridatem, occurit, quòd barbari sequentes ceruum uenerunt in Romanos, & cum ipsis fuit iniciata leuis pugna, quæ postea aucta fuit ex utraque parte bellatorum multitudine occurrente; & cum tunc Romani forent inordinati, & uerterent terga, rogarunt Lucullum Ducem suum, ut illos in acie instrueret, & illicò daret signum ad pugnam, & euidens factum Lucullus ipsos in aciem posuit dato sibi ordine, ut ità instructi quietè starent in aciebus, & descendens in planum prospexit quosdam ex suis fugere ad uallum, quos retinuit cum reliquo suorum, & iussit illis, ut secum ire deberent ad hostes, contrà quos impetum fecit, & fugauit, & restrinxit in uallum suum; & rediens ad suos, præcepit illis, qui fugerant, quòd induti alba soluta ueste foderent foueam unam duodecim pedum antè oculos aliorum militum.
5 ¶ Publius familiaris Mithridates mortuo Rege furatus fuit uaginam ensis ipsius Regis ualoris cccc. talentorum, & illam uendidit Ariæ; & Gaius commensalis Regis mortui coronam Mithridatis secretò dedit Fausto filio Syllæ, & demum fures à Phornace filio Regis Mithridatis interfecti fuerunt militari iustitia. ¶ Cassiani milites pro eorum diligentia, & solicitudine magis laudabantur, quàm milites Bruti, ex eo, quia in Macedonia primò aplicauerunt ad flumen, & primò pontem fecerunt, & transierunt amnem, quàm
6 Brutiani. ¶ Puniuntur quoque homicidę, & homicidiorum mandantes, & mandatores milites ultimo supplitio. l. ideò minus. C. de actus. ut pœna unius sit mœtus multorum. l. 1. C. ad leg. Iul. repetun. & habent operari Principes, ut peccata, & delicta teneant suos auctores. l. sancimus. C. de pœnis. ¶ Nec habent punire quemquàm contrà ius diuinum, & hominum; nec illos lædere, qui de iure puniri non debent, pro ut imprudenter facit Longobarda. l. si quis de libero in Longobar. de paric. lib. 1. Nam æquitas iuris gentium permittit delinquentes puniri, & innocentes
7 absolui. ¶ Nec miles interfector præsbyteri potest ulterius uti militia aliàs puniendus est.
8 capit. secundo. de pœniten. & remissìon. ¶ Iustitia erga omnes indifferenter locum habere debet cum æquitate & misericordia mixta; omnibus est æquæ regenda iustitia, quæ Regina est omnium uirtutum, & est à Deo prædilecta, quæ regna in pace conseruat; & sine ea quis diù regnare non potest; & locus ille ubi non est iustitia deserendus est, aliàs breui diuino iudicio dissipabitur. ¶ Et in exercendo iustitiam Anaxarsis sententia, est abolèda, quæ figurat leges similes esse araneæ telę, quæ muscas paruas detinet, & magnas mole for-
9 titudinis dimittit. ¶ Et reges, & magistratus sui prudentes, & iusti esse debent, & exemplares aliis: ità quòd nihil in se

habeant, quòd puniat ipsos, si alios rectè iudicare intendunt, Iuxtà illud Euangelicum. Tolle festucam, si uis de fratris oculis, Quæ tua conturbent lumina tolle trabem; & ut dicebat Cicero contra Salustium, Carere debet omni uitio, qui in alterum paratus est dicere. ¶ Marius ex duobus exercitibus, quorum alter militauerat sub Ruttilio, & alius sub Metello, nolens eligere unum ex dictis exercitibus, elegit illum, qui militauit sub Rutilio, quia magis expertus erat, quam alius,
10 licèt foret maior. ¶ Et pro iustitia Cæsar in Gallia apretiare fecit ligna omnia, quæ erant in castris suis, & præcium dari mandauit illis, de quorum prædijs, & nemoribus incisa fuerant: & iusti nomen adeò quæsiuit, quod sibi fuit in auxilium in acquirendo totam Gal-
11 liam. ¶ Et Magnus Alexander reddendo ius militibus suis, loquente actore obturabat sibi aurem, quam reo respondente detegebat; & ambabus auribus audiebat, inquiens, unam aurèm habere pro actore, & aliam pro reo, docens iudices nullam in causis habere debere personarum exceptionem, & unicuique dare suum, & falsos calumniatores puniri
12 præcepit Alexander. ¶ Filium Parmenionis ob proditionem occidit Alexander, & Orsoratem castri relictum ob desertionem custo-
13 diæ interfecit. ¶ Audito per Alexandrum Damonem, & Thimoteum, Macedones per uim cognouisse fœminas quasdam militum Parmenionis, scripsit, si constabat tale delictum per ipsos fuisse commissum, ipsos sine uenia, & misericordia ulla interfici præcepit, ut bestias inhonestissimas humani generis, subiungens ingenti experto bello contrà Regem Darium, & illo fugato, captis illius exercitus tentorijs, cum regio curru, & arcu, & maxima præda, & spolijs interfectorum hostium undecim millium, & magna captiuitate hostili: in qua Darij matrem Statiram, uxoremque, & filias eiusdem Regis pulcherrimas, adhuc inquit, se non uidisse, nec uerbum audiuisse illorum, qui loquuntur de illarum maxima pulchritudine: quas immò lugentes de Dario, consolari mandauit per Leonatum, Darium uiuere, & non esse mortuum, neque captiuum; & Reginas hortari, & uenerari ab omnibus iussit: & probè putabat Alexander plus esse uirtutis semetipsum
14 uincere, quàm hostes superare. ¶ Seruandæ sunt leges, mores, usus, & consuetudines locorum: & legum obseruator fuit Rex Agislaus Lacedemonius docens militarem disciplinam, & pacem per leges seruari: & quòd officium erat Optimi Imperatoris seruare leges, & operari, ut illę immaculatæ seruentur à subditis pro communi omnium beneficio, & ut Rex ueneretur, & cognoscatur: ut milites, & populi sanctè, & quietè uiuant, & prudenter militent seruatis iuribus; & uigorosa dicitur ciuitas quando politicè cum mo-
15 destia uiuitur secundum leges. ¶ Ciues, & milites tutandi sunt in pace, & bello: & cum foret nunciatum Regi Agislao in bello commissso apud Corinthum octo tantùm Lacedemones fuisse mortuos, & ex hostibus millia decē, non lætus fuit inquiens, Non lætaris, sed magis plangis, misera Græcia, quia isti octo, qui mortui fuerunt in bello contrà barbaros apti erant destruere omnes barbaros orbis: cuius exemplo Duces habēt peramare milites suos,
16 & pro eorū uita, & honore curare. ¶ Et uolēs Magnus Pompeus in Sicilia populum, & ciuitatem destruere unireorum, quæ fuit sibi acerrima hostis, & amica Carbono; & Sthenus illius Princeps urbis erga Pōpeum dixit, ciuitatem esse innocentem, & iniustum fore illam iniustè punire, & nocentes liberare: cui respondit Pompeus, qui nam erant nocentes, & qui innocentes; se esse nocentem Princeps dixit, & populum innocentem; & quòd ipsum Principem occidere deberet, qui coegit populum esse fauorabilem Carbonianis ciuibus Romanis, & Pompeus ob constantiam liberi animi Stheni Principis, liberauit ipsum, & populum à pœna: & maior gloria quidem fuit in uirtute magni Pompei Romanorum Imperatoris, quàm fuerit in Alexandro Magno, qui cruce occidit Calistenem affinē Aristotelis pro libertate loquendi in fauorem pa-
17 triæ. ¶ Et debent Reges uenerari sua uirtute & magnitudine suadente iustitia; & dicti sunt Reges à recto, & à rectè regendo. cap. Regū. 25. q. 5. & se hebent regere secundum iura, & canones; nec uti debent sua libera potestate cum peccato, nec mandare, neque pati homines bonæ famæ ità passim torqueri contrà iustitiam pro crimine, ut benè scribit Andr. de Iseru. in constitur. Regni Siciliæ incipient. Inquisitionibus, &c. de pugnis sublatis, & cunctis seruare teneantur iura sua, priuilegia, & iurisdictiones. ¶ Et legimus ueteres seruasse iustitiam, licèt ignari fuissent diuinæ legis, & quæ erant statuta, in seipsis, & suis plusquàm, & in aliis seruabant. ¶ Nec deueniri de iure potest ad torturam, nisi pręcesserint contrà reos inditia legitima. l. milites. C. de quæstion. & l. 1. ff. eod. & l. sicut. C. de fal. etiam si inquireretur, quis de crimine lęsæ maiestatis torqueri de iure non potest, nec debet absque legitimis præcedentibus indicijs habetur per Bald. & gloss. in l. si quis alicui. C. ad leg. Iul. maiest. Fallit in banuito, & legitimo contumace, quod si cōparuerit ad purgandū contumaciā retorqueri tunc

po-

poterint absq; aliis indirijs præcedentibus, ut tenet Bald. post Nirolaum de Maiarelis in l. 1. col. 8. C. de hæred. instit. & in l. quicunque. C. de seru. fugit. & per Franc. Brun. in tra-ctat. suo de indirijs, & torturis. colum. 35. & per gloss. in rapit. quæstionem. 12. quæst. 2. & tex. in l. si quis a trui, & per glo. ibi, & Do-ctor. C. ad l. Iuliam maiestat. Vbi numerantur plures rasus, in quibus peruenitur ad tortu-
18 ram sine præcedentibus indicijs. ¶ Nec iure possunt Principes farere contrà ius diuinum, & naturale: quoniam ipsi Principes ordinariè ligantur iure diuino, & naturali, ac gentium. cap. 1. & Doctor. ibi extrà de probatio. ¶ Et si absolnta sua potestate facerent absque legi-tima causa, malè quidem facerent, quia ex-cederent suam potestatem; & ut aliàs dixi, Deum lęderent, ruius iudicium, & sagittas uitare non poterint: & habent considerare Principes terreni, quòd sunt mortales, & Deo subiecti. cap. Regum. 25. quæstio. 5.
19 ¶ Et exredentes Reges potestatem suam, non seruando iura, parum equidem regnarent oc culto Dei iudicio: & tenentur in se habere iu stitiam cum temperantia, & moderamine ęquitatis, & misericordiæ, iuxtà illud Salo-monis, Noli esse nimis iustus, quia peribis cum iustitia tua: rap. serpens. de pœniten. di-stinct. 1. & debent esse prudentes, & mansueti Principes. cap. ultim. de sentent. excommun.
20 ¶ Et legitur Aristidem Regem Græcorum ob nimiam seueritatem, & iustitiam expul-sum fuisse à patria sua: & sic iustitia esse de-bet mixta cum uirtute temperantiæ: quia si modum non haberent, iustitia in se caderet sæuitia, & crudelitas; & uera est illa iustitia, quæ freno moderatur temperantiæ. l. 3. ff. vbi pupil. educ. deb. & l. rum filius. §. pater,
21 ff. de leg. secundo. ¶ Nolite, inquit Cato, exi-stimare maiores nostros armis rempubliram ex parua magnam fecisse, nam si ità esset, mul-ta plura nos, & maiora, quàm illi haberemus cum modo aucta sint, sed alia fuerunt, quæ il-los uiros magnos ubiq; fecerunt, quæ nobis nulla sunt, uidelirer domi industria, foris Im perium iustum, animus liber in ronsulendo, non libidini delictorum obnoxius. Propte-reà Regentes, & administrantes Rempubli-cam tenentur odire luxuriam, auaritiam, publicam ęgestatem, & fugere inertiam, & æquam iustitiam facere nullo personarum ha bito discrimine, & anxiè curare nè uirtutum
22 præmio possideat ambitio. ¶ Et tenentur Re-ges Iustitiæ zelo audire milium causas, & cri mina omnibus pandendo: quòd coacti prop-ter Deum iustitiam faciant; quam ipse Deus præcepit in terram seruari ob populorum pa-cem, quæ cum iustitia osculata est, & ueritas de terra orta est, & iustitiam de rœlo prospe-xit, & ueritas, & misericordia se inuicem ob-uiarunt (ut inquit Propheta) & quia Deus amat iustitiam, & iustos, & odit iniquitatem, iniustitiam, & iniustos: & præmissis, cuius-cunque militis animus reconriliari potest be-niuolentia Principum, qui, ut decet, uenerari debent ab omnibus, ut simularrum; si ergà omnes usi fuerint iustitia absque personarum exceptione. cap. in indiriis. de reg. iur. in 6.
23 ¶ Et dicit Ioan. Faber in prohem instit. quòd tempore belli non seruantur iura, scilicet de facto, sed quòd sanctius foret, quòd illo etiam tempore seruaretur magis iustitia, quàm in alio tempore, lirèt rigor ipsius seruari tunc non deberet. cap. fi. de trans. & cap. sciendum. 29. distin. & milites sua uirtute acquiescent iustitiæ, & sui uotis Imperatoris, & perpe-tuam ignominiam fugientes pugnabunt pro gloria; & odentes crimina uitabunt iniustu sui Ducis rumpere Nili, & fluminum ripas, & aggeres: & bono pro uirtute, & mali for-midine pœnę se abstinebunt à peccatis, & à delictis militaribus; ignis autem, & ultimi supplirij pœna infligitur rumpentibus Nili aggeres, absque sui Imperatoris præcepto.
24 l. 1. C. de Nili agger. non rumpen. ¶ Si iuf-su Principum fuerit proclamatum, quòd omnes stipēdiarij exeant ciuitatem, castrum, uel uallum sub rerta pœna antè consum-ptionem unius candelæ accensæ, quæritur si candela arcensa fuerit extinta uento, an in cidant in pœnam. Dir quòd debet consi-derari tempus, quo uerisimiliter fuisset con-sumpta candela, & habita dicta ronsidera-tione inridant in pœnam prorlamatis, ut di-cit Andr. Barba. in cap. cum in ueteri. de elect. & Ias. in l. talis. C. de his quib. ut in-dig. ubi ponit casum, quòd si fuerit statu tum, pœnas dupplicari euntibus per ciuita-tem post tertium sonum campanæ sonanti, post duas horas noctis, & fortè rampanæ non sonabunt, ut in ueneri sancto; & si quis reper-tus fuerit tunc de nocte, ut inridat in pœnam, considerabitur tempus quo potuisset uerisi-militer sonari campana si non fuisset ligata: & si talis repertus ire de nocte post dictum so num campanæ fuisset tunr in loco adeò distan te, quòd non audire potuisset dictum sonum campanæ nè incidat tamen in pœnam statuti, quia erat nox, & hora talis, qua debuisset ue-risimiliter sonari campana. ità tenet Bald. in l. liberorum. ff. de infam. & Alber. de Rosa. in serunda parte statutorum in 8. quæ-stio. & Barto. & Ludou. Roman. in l. 1. §. Hoc autem Senatus. ff. ad Silan. Senat. Con-
25 sul. ¶ Et si milites aliqui itinerantes ca-pti fuerint ab hostibus, parrendum erit illis,

nisi dedita opera id fecissent.l.non omnis. §.à
barbaris. ff.de re milit. & optima illorum est
consideranda uita. ¶Scipio Aphricanus in-
clitus Imperator largus fuit in remunerando,
& pius & clemens in puniendo, ità quòd mi-
26 lites suos deuinxit in æternum. ¶ Et si pater
tẽpore belli subtraxerit filiũ militem exulan-
dus est, & mulctandus in parte bonorum,& si
pacis tẽpore, fustigãdus est pater subtractor,
qui si filium militem debilitauerit deportabi-
tur. l.2.§.1.& §.his qui, & l.qui commeatum,
& l.3.& l.non omnes,& l.proditores.ff. de re
milit. ¶Et paricida filius, qui patrem occi-
dit puniri debet pœna ultimi supplicij.l.1.&
per totum titu.ff.ad leg.pomp. de paric. qua
pœna puniri debuit Fraortus Parthus, qui pa-
trem Hiroclem impiè iugulauit, ut illi succe
deret in regno, sed Dei iudicio laceratus pe-
riit cadens in præcipitem ex altissima rupe.
27 ¶Et si miles sine Principis imperio uallũ, ca
strũ, mœnia ciuitatũ, aut murũ aggressus fue
rit, uel ascenderit, aut descenderit non urgen
te belli necessitate, naturali morte puniendus
est, ut in §.muri.Institut. de rer. diuisio. ¶ Et
milites illos, qui sine Principis iussu ausi fue-
rint aggredi hostium castra exauctorizauit
Claudius Imperator, & illos Romam misit
puniendos, & quidem sunt priuandi milites
suo militiæ gradu, qui sine iussu Ducis per fos
28 sam fuerunt castrum ingressi. ¶Aurelius Cot
ta Consul Romanus iussit urgente necessitate
equites ad opus accedere, quorum pars acces
sit, & reliqui non obtemperauerunt, quæ-
stus fuit apud censores, & per paries nota-
ti fuerunt; ità quòd eos ignominiosè priua-
runt stipendio, & effecti fuerunt diruti aeris.
29 ¶Et quia Bruci fuerunt, qui se primò contu
lerunt ad Annibalem, & contrà Romanos mi
litarunt; uictis postmodum pœnis à maximo
Scipione in Aphrica, eosdem brucios pro car
nificibus, & eorum famulis ignominiosè te-
30 nuerunt Romani Claudij Pij sententia. ¶ Et
puniendi sunt illi milites militiæ gradu, qui
ex leui causa, uel querela inter milites se mo-
uerint susurrando in malum, & illi quoque pu
niendi sunt milites, qui in prælio defecerunt,
& desertores dolo fuerunt committentes con
trà proprium iuramentum, quod præstite-
runt de non uitando mortem pro republica,
& Imperatore suo: quo mortuo exercitus
est, ut Ciclopes sine oculo, ut dicebat De-
mades de exercitu Alexandri Magni mortuo
Alexandro suo Rege. cap.Prohibentur, & ibi
31 glo. 2. quæst. 1. ¶ Et illi excedunt milites,
qui non propter rempublicam, & ipsius ho-
norem, sed ob prædas, & diuitias quæren-
das militant. cap. militare. 23. quæst. 1. &
hoc Sertorio nocuit per ipsum rupto Pom-
peo; nam Sertoriani milites equum tunc uul
nerati Pompei ditissimè ornatum ab eo dimis
sum propter uulnus acceperunt, auidi præda,
insimul contendentes pro equo; & tunc Pom
peus aufugit, cui occurrit Metellus & in fugã
32 posuit Sertorianos. ¶ Desertores equites
tempore pacis iure priuantur dignitate mili-
tiæ, & desertores in bello ultimo sunt plecten
di supplicio. ¶ Qua pœna sunt puniendi etiã
dolo concitantes seditionem, ut Scipio fecit
in Hyspania, nam dum ipse existeret ad mor-
tem infirmus tumultuarũt milites sui duobus
ex infimis militibus creatis Ducibus suis per
exercitum Tribunorum ipsius exercitus Sci-
pionis spretis præceptis. Et pariter fecerũt pri
mates Hyspaniarum Mandonius, & Indibilis
procurantes se fieri Principes earum concita-
ta seditione, & cum Scipio foret conualida-
tus conuocauit exercitum in noua Carthagi-
ne ad cõcionem, omnibus primò monitis per
cæpit militibus præ uerecundia oculis in ter
ram affixis tenentibus duobus militibus Ro-
manis tantùm punitis in conspectu exercitus,
quoniam illi duo milites fuerunt, qui conci-
tauerant seditionem in exercitu, falsa semina-
ta uoce mortuum esse Scipionem: qui nouũ
iuramentum præstitit militibus, & in Susi-
tanios contrà Mandonium, & Indibilem bel-
lum indixit, qui se Principes Hyspaniarum
commissa rebellione cõtrà Romanos fecerat,
& illicò cum exercitu accessit in Susitaniam,
vbi Mandonius, & Indibilis exercitum seditio
sum tenebant uiginti millium peditũ, & duo
rum millium equitum: apropinquatis exerci-
tibus instructis ad bellum, & pertinaci com-
misso certamine in medio per Scipionem arte
reductis Hyspanis, qui uicti permanserunt ma
gna secuta cæde seditiosorum rebellium, & p
fugam euaserunt Mandonius, & Indibilis, qui
repentè legatos miserunt ad Scipionem ueniã
depræcantes de errore, & Scipio prudentissi-
mus Imperator sciens non minorem esse ho-
norem, & laudem uincere clementia, & man-
suetudine hostes, quàm armis pepercit illis, &
commisit exercitum solui tunc eorum pecu-
nia, quod sibi pergratum fuit tanti Impera-
33 toris iam perdita, & recuperata gratia. ¶Et
illi quoque milites, qui in Præpositum suum,
uel commilitones suos inferunt manus uio-
lentas; uel Ducem, & Præpositum suum non
defendunt in bello cum potuerint; uel circum
uentos in acie deseruerint naturali morte pu-
niendi sunt.l. cum euitandi.cum glo. 2. C. de
34 condi.ob turp.causam. ¶Et uirtus militũ Me
telli, uulnerato ipso Duce Metello ĩ bello Ser
toriano p defensionẽ sui Ducis, memor præ
stiti iuramẽti militaris, facto in sertoriũ ĩpetu
uictoriã habuit fugato Sertorio, & ibi obsesso
in montana

in mõtana urbe. ¶Et morte puniēdi sunt mili
tes illi q deportati, seu priuati militia fuerũt p
ignominiam desertionũ si passi fuerint absq;
Principis sui iussione se in milites eligi ob mi
litię dignitatẽ l. 1. C. de his q in exil. dati, uel
35 ab ord. moti sunt lib. 12. ¶Quæritur de mili-
te qui comeatum habuit à Duce suo discedẽ
di, an pro desertore habeatur. Dic quòd non,
& an ille desertor sit, qui per comeatũ abest,
& an ipse pro præsente habeatur, Dic non ha-
beri pro desertore, sed pro præsente cũ iussu,
seu licentia Ducis absit l. Hac lege, & l. in sa-
cris. cum similibus. C. de proxim. sacr. scrin. &
l. penul. C. de errog. milit. annon. etiam cum
36 sim. ¶Et iure statutum est militantibus, illum
puniri morte naturali, qui acie instructa pro
expeditione primus fugit ex acie, & fugam ar-
ripuit in conspectu militum l. 3. §. Remansor,
& l. omne delictum. ff. de re milit. & infames
ipso iure efficiuntur milites illi, qui de publi-
co bello fugiunt. cap. infames. 6. q. 1. & ut di-
ctum est sunt ultimo supplitio puniendi. l. 3.
ff. ad l. iul. maiest. ¶Et etiam illi sunt punien-
di simili pœna, qui bellare dimittunt anteq̃ sit
finita expeditio incæpta, uel secuta uictoria.
cap. 1. extrà de renunt. & ijs non est soluendũ
stipendium l. 3. C. de his qni nõ expleu. stipẽ.
37 ¶Fugitiuos quosdam Macedones ex suis fu-
gientes illicò fuit persecutus Lucullus cnm re
liquo equitatus, & peditatus acie instructa: &
hostes credentes Lucullum uelle pugnare, ag-
gressi sunt Macedones illos fugitinos cum im
petu maximo, ità quòd fuerunt coacti dicti
Macedones se tueri, & contra eorum uolunta
tem ex fugitiuis effecti, fuerũt fidi bellatores;
& hostes tũc Lucullus superauit celeritate sua.
38 ¶Et Calphurnius abstulit arma militibus il-
lis, qui ex bello Cannense fugerant in Siciliã:
qnos etiam uario corporum labore, & crucia
tu puniuit; & eorum persectum inter fundito
res descripsit, & ex ordine perfectorum dele-
uit militum; & illis decem millibus militum,
qui de bello Cannense fugerãt parcere noluit
Romanus Senatus, sed illos priuauit militia,
39 & exules misit in insulam Siciliæ. ¶Et punien
di sunt illi milites, qui ultrà debita stipendia
aliquid acceperint indebitè cap. Militare. 23.
q. 1. & conueniri de inre possunt stipeudiarij
in loco ubi mærentur stipendia. l. municipes.
40 §. fin. ff. ad municip. ¶Et seruo illi, qui occi-
dit dominum suum Sulpitium tribunum ple-
bis accerrimum hostem Syllæ, ut moremgere
ret Imperatori Syllæ, Sylla libertatem dona-
uit, & eundem seruum factum libertum, ex Sa
xo post Tarpeio Capitolij proiecit Sylla non
præcipitem in aliorum exemplum qui domi-
41 nos suos impiè audent occidere. ¶ Vitupera-
tur Venus in gloriosa, uirtunsaque militia
triumphante, & hac de causa Arthemades Ar-
menus plenus uirtute, dum in suffragium Mar
ci Antonij uenisset contrà Parthos cum sexde
cim millibus equitatus, & septem millibus pe
ditatus, & uidens Antonium esse obcæcatum
venere, & non esse sui iuris ob amorem Cleo-
patræ, se absentauit ab eo cum gente sua, & in
patriam reddit ab Antònio transfuga. Et Do-
mitius Aenobarba unà cum Regibus Amin-
tha, & Deiotero, & plnribus alijs ab Antonio
aufugit ad Cæsarem Augustum relictis serui-
cnm omnibus aliis suis bonis; cui Domitio se
quenti die Antonius utens munificentia erga
ipsum misit seruos cum reliquis bonis suis, q
adeò molestum fuit Domitio, quòd mori per
cupiebat magis quàm uiuere. ¶ Et illi efficiũ
tur infames milites, qui ob hostium timorem
fingunt langores: & rixosi milites sunt punien
di absque uenia, & illi quoque qui gladio vul
nerant commilitonem suum, & si cum lapide
42 priuantur militia. ¶ Audito per Cęsarem Bel
ges tertiam partem Galliæ incolentes rebel-
lasse, & aliam partem Galliæ inuasisse, contra
illos accessit quàm celerrimè Cęsar cum exer
citu, quos rupit & occidit: ità quòd flumina,
& paludes ob occisorum cadauera, uiam tran
situs fecerunt Romanis, & reliqui rebelles, qui
euaserant, sine bello usque ad occeanum Cesa
43 ri obedientes spontè fuerunt. ¶ Desertores ui
giliarum nocturnarum, & pacis turbatores ca
pitali pœna mortis naturalis puniuntur, & ex
cedentes agmina cæduntur fustibus, & bona
desertorum mortuorum confiscantur. l. non
omnes. ff. de re mil. & qui à loco, & signis ces-
serit; uel proprię cohortis desertor fuerit pru
44 dentis arbitrio Ducis puniatur. ¶ Et rum-
pentes ordines in militia nunquàm coronan
tnr, sed puniendi sunt milites iure, sententia
Themistoclis Atticorum Ducis excellentissi
mi. l: omne delictum. ff. de re mili. & l. 1. C. de
45 deser. & occult. lib. 12. ¶Pœnam quandoque
minuit, & quandoque agrauat nobilitas. cap.
qui contra. 24. q. 1. Et in constitutione Fæderi
ci Imperatoris de qua in lib. 3. constit. Regni
Siciliæ. incipiente pœnam corum. de for. ban
nitis, & foriudicatis. in §. & in casu pręsenti, &
quando sit melioris conditionis miles, & quã
do deterioris quàm sint alij non milites habe-
tur in l. frustra. C. de re milit. Et grauius sunt
puniendi milites, quàm alij pro delictis mili-
46 taribus. l. si desertorem. C. de desertor. ¶Pla-
cidus, & lenis quãdoque esse debet Imperator
circa punienda delicta militaria. cap. Domi-
no sancto. 50. dist. & l. desertorem. ff. de re mi-
lit. qualitate attenta criminum, temporũ, per-
sonarum, & locorum, exemplo Q. Fabij qui
prudenter uitam donauit quandoque militi-
bus ipsis primò bene monitis, iuxta illud Poe.

Hic grauis Entellum dictis castigat Acestes.

Et probè castigatos uerbis milites sæpe mune
ribus ornauit,& præmijs pluribus ; ità quod
ipsos ad bellum prõptiores , & sibi deuinctos
reddidit Fabius in perpetuum,& pro uictoria
magis est timendus Imperator quàm hostis,
47 ¶ Et Marius Capitolinus , qui primus gallos
expulit è Capitolio,ob seditionem popularẽ
per ipsum ortam,seminata discordia in popu
lo in contẽptum legum superbia elauatus con
tra Dictatorem Q. Capitolium,iuxta illud,

Venit honos sceleri misera ut discordia regnat:

Et fuit per Tribunos militum damnatus in Pe
thilia Sylua,& proiectus in præcipitem de Ca
pitolio,& periit in Tharpeium relicta ibi me-
48 moria gloriæ,& pœnę suæ.¶ Et pauidos illos
mille milites,qui discesserunt ab exercitu Thi
moleonis Ducis Corinthi, antè pugnam quã
præparabat facere contrà pœnos , & Tyrãnos
Syculos iussit Thimoleõ illos antè ortum so
lis adesse Syracusis,qui nauigando uersus Ita-
liam cum saluo conductu præda extiterunt po
pulorum Blenectorum,& in seruitutem redu-
49 cti fuerunt.¶ Et segnes milites , contumaces,
desides,& negligentes, seditiosi , & desertores
sunt sæuiter puniendi,& sine uenia: quia hæc
non solum ad singulorum mores, sed ad sum-
mam rerum , & ad salutem omnium pertinẽt,
utriusq; Scipionis exemplo Aphricæ domito
ris & destructoris.Q.Fabij maximi, Cæsaris,
Pompei,Marij,Catonis,Seueri, Alexandri, &
Aurelij Imperatorum Sententia. ¶ Et dum in
telligisset M. Scaurus filium eius in Sylua Tri
dentina locum dedisse hostibus , interdixit illi
præsentiam suam ; & filius uerecundia ductus
se propria manu interfecit, ¶ Clearicus Lace-
demonius præclarè inquit,magis fore à mili-
tibus timendus Dux suus, quàm hostilis exer
citus, & ꝙ melius etiam militibus pro hono-
re gloriosæ militiæ ipsos perijsse ĩ bello,quàm
superesse suo glorioso Duci . ¶ Et Romanus
Senatus de consilio Appij Claudij iussit mili-
tes suos,qui capti à Rege Pyrrho fuerunt,& in
dè ab eo licentiati hoc modo puniri illos ius-
sit: si fuerint equites in numero esse peditũ; &
si pedites in numero fore pilariorum, & fundi
torũ,& ꝙ extrà uallũ manere deberent; donec
eorum quilibet spolia hostium reportasset in
exercitu Romanorum . ¶ Et Consul Othocil-
lius Crassus iussit omnes illos milites qui ca-
ptiui fuerant Annibalis extrà castra stare de-
berent,donec propria uirtute honorem in bel
lo amissum recuperarẽt.¶ Et Q. Metellus Ma
cedonicus existẽs in Hyspania intellecto quòd
quinque ex cohortibus suis loco cessarent ho
stibus,illas astrinxit publico instrumento ad
recuperãdum locum amissum,& illos fuit mi
natus,quòd illos non erat recepturus in alio-
rum numero,nisi prius uictoriam cohortum
reportassent,& prohibitus fuit usus balneorũ,
conuiuiorumq; T. Præfecto sibi inciso tuni-
cæ cingulo,& quòd ità pedibus nudis stare de
beret,& tota die donec uenirent custodiæ to
50 tius diei iussu Lelij Pisonis Cõsulis.¶ Scipio,
Cato,magnus Alexander, & Aurelianus fue-
runt in re militari castigatores libidinis; hi
quidẽ uirtute sua ratione liberi arbitrij se pro
bè continuere diuinis armis induti triumpha
runt prudentia sua obtenta uictoria contra Ve
nerem,Bacchum,& Cupidinẽ;adulteros mili
tes,& uiolantis hospitis uxorem fune alliga-
uit duabus inflexis arboribus,& indè dimissis
occubuerunt lacerati,& Mactinus Imperator
ob simile crimẽ , milites adulteros in bouino
coreo sepeliri uiuos mandauit.l.desertores,&
l.qui comeatum.ff.de re milit.Ex lege Mosay
ca lapidabantur adulteri , teste Euangelio , &
decapitantur imperiali lege l.Iulia.C.de adul
51 ter. ¶ Regula est in re militari quòd transfu-
gę ex hostibus proderint ualdè,si certa de ip-
sis potuerit fides haberi; quoniam per ipsos ui
res minuuntur aduersariorum , ut fit de occi-
sis hostibus,licèt sit suspectum,& exosum no-
men fugitiuorum;& ualdè nouis,& ueteribus
52 amicis odiosum.¶ Equites illi tercentum Hy
spani,& Scythæ transfugę Annibalis profue-
runt Marco Marcello,& hostes fuerunt accer
rimi contra Annibalem , & Romanis amici,
cum quibus,Duce Marcello,occuparunt Sira
cusas, Garesium, & reliquas Siciliæ urbes , &
alia multa loca experto bello ruptis Carthagi
nensibus, & exercitu Hypochratis capto Spar
tano Damnipo qui nauigabat Siracusas triũ-
pharunt in urbe Romulea, aliorum caput Re
53 gina locorum,& urbium orbis terrarũ. ¶ Et
de iure puniri possunt transfugę pœna ultimi
supplitij,qua pœna & illi damnantur, qui pa-
rati sunt ad fugam moderna uigente consuetu
dine. ¶ Et si qua cohors mala mente fugerit
ad hostes,ut quandoque contigit, consilium
erit ut Duces exercitus transfugę cohortis cal
lidè faciant proclamare in exercitu, uel secre-
tò propaletur suis,uel ut arte certiorentur ho
stes qualiter hoc processit consilio Ducis , ut
aliqui ex illis ualeat per dies certiorare ho-
stiũ secreta : quod fieri poterit uarijs modis,
ut hostes sint in suspitione proditionũ,& per-
dantur transfugæ illi , & ut ex suorum animo
tollatur terror.& mætus,& magis audaces, &
forciores reddantur ad pugnam, & suspitionẽ
hostibus incutiant: uel eductis copiis inconti
nenti acie instructa,& illis nunciato, qualiter
miiit illam cohortem ad hostes callidè ipsis in
sidiando,ut eos ponerent in medio . Manlius
filium

filium inobedientem, qui pugnauerat licèt ui
ctoriosè cõtrà hostes iniussu patris, primò uir
gis cæsum securi occidit. Et Lelius Papirius
Cursor Dictator Romanorũ Fabiũ Rutilium
equorũ magistrũ securi punire intẽdebat, quia
iniussu Dictatoris pugnauerat quãtũcũq; fœ
liciter, & cum fugisset Romam, illum fuit inse
cutus, & illi nunquàm parcere uoluit, nisi ad
præces patris, & filij genuflexorum ueniam pe
tentium corã Dictatore, & Senatu, populoque
Romano, & militum perorantium. ¶ Ad
Ameliæ Ruffo Præfecto equorum manu licto
ris lacerata fuerunt uestimenta in Armenia ius
su Consulis Domitij Carbuli, ex eo quòd pro
cessit, quia inordinatum equitatum tenuerat:
& hic Domitius parua militũ manu Parthos
longa multitudine substinuit sua uirtute. Co-
cta Consul in Sicilia Valerium tribunum mili
tum nobilem Romanum proprijs manibus
uirgis castigauit de desertione; & idem Con
sul uirgis cæsit Publium Aurelium eius agna
tum, quia in Lyparia fuit sibi combustum ual-
lum negligentia, Consule tunc ito in Mesinã
pro certo negocio Romanæ Reipublicæ, & ip
sum exauctorizauit, & in numero peditũ po-
suit. Viso per M. Antonium aggerem, qui fie-
bat pro uallo fuerat incensus, decimauit mili
tes illarum duarum cohortum, quæ fuerant in
opera, & illos castigauit supplicio iusto, & ea
rum centurios puniuit, & legatos priuauit offi
cio uituperosè, & reliquo dictarum cohortũ
iussit pro cibo dari ordeũ, & millia quatuor
illius legionis qui sine iussu sui Imperatoris
Regium Oppidum deprædarunt, primò carce
ratos morte puniuit, & idem fecerunt transfu
gis Annibalis; & iussu Senatus remanserunt in
sepulti, & quòd nullus illos ploraret sub pœ-
na Senatus Consulti. C. Curius Consul in bel-
lo Dardanico apud Dirachium legionem tu
multuantem puniuit, quę dixerat se nole sequi
Consulem in locis asperrimis, & illã exaucto
rizauit, & armis priuauit, & ità ipsam tenuit
pro aliorum seruitio ad faciendum paleam, &
lectos militum, & ad fodiendũ foueas pro ual
lis, & castris; nec unquàm uoluit suppleri de il
lis legionibus alijs, nè insigne leuaret militare
illis priuatis armis. ¶ Exemplo Annibalis qui
Numidas 600. equites arte trãsfugas fecit do-
los præparando Romanis apud Cannas anteq̃
expeditio fieret, & tũc tũc educto exercitu acie
instructa ad celerẽ pugnam peruenit, deceptis
Romanis, & famosam uictoriã nullo æuo peri
54 turam habuit. ¶ Et Strenuus Imperator Ditha
mis contra tumidum Xersem simili consilio
uictoriam arte habuit sui Ducis uerbis incita
55 to exercitu ardore maximo pugnante. ¶ Ro-
mani antiqui transfugas punierunt incisione
dexteræ manus, & ut proditores sunt torquen
di transfugæ antequàm puniantur debita pœ-
na, ut propalent cõsocios, & archana suorum.
56 ¶ Pro transfuga miles habetur ille qui captus
fuit ab hostibus, & reddire potuerit & non red
dijt; & si reddierit recipiẽdus est ad militiam,
si constiterit ipsum euasisse, & non transfugas-
se, & transfugæ reuersi & non recepti, ciuitatẽ
non recuperant. l. 3. & l. iam, & l. postliminiũ.
57 ff. de capti & postlim. reuers. ¶ Et morte natu
rali puniendi sunt illi, qui nunciant secreta ho
stibus. l. ob delictum. §. qui in acie. cum l. seq.
ff. de re milit. qua pœna etiam milites, qui lo
co sibi dato per Ducem dolo cesserunt puniẽ-
58 di sunt. ¶ Capitale delictum est militibus cu-
stodiam deserentibus, & illis quoque qui ex-
trà castra aliqua portassent iniussu Ducum.
59 ¶ Et iactatoribus qui se iactãt fecisse ægregia
facta in pugna, & illis qui præter uoluntatem
sui Ducis pugnassent, uel præ timore arma ia-
60 ctassent. ¶ Et publicè puniebãtur ab exercitu-
pro desertionibus, & præmiabantur etiam pu-
blicè pro eorum gestis ęgregiis; ideò Romani
pro legum obseruatione, & præmiorum re-
muneratione pro optimis gestis imperiũ suũ
accreuerunt, & illud æterna gloria corona-
61 runt. ¶ Exploratores autem qui hostium præ
cibus tardi fuerunt ad referendum hostium se
creta Imperatori suo, ità cum hostibus conuẽ
62 ti, uiui concremãtur. ¶ Qua pœna ẽt puniẽdi
sunt sodomitæ cum infamiæ nota habes auth.
nè luxur. cont. natur. §. 1. & l. cum uir, & l. fœ-
dissimam. C. de adulter. & institu. de interdic.
63 §. lex iulia, & l. fi. ff. ad leg. iul. de adul ¶ Pro-
bè laudatur Marius à senatu tertiò Consul ele
ctus ob uirtutem, & iustitiam suã. ¶ Contigit
Duci cohortis C. Lucio Marij nepoti, quòd
cum in eius Lucij cohorte descriptus esset
Trebonius iuuenis ægregiæ formæ, quem
C. Lucium de inhonesto actu pluries interpel
lauerat, & dum una nocte ad se illum uenire
mandasset, & ille parendo iuisset ad ipsum, &
dum illum turpiter cognoscere noluisset, Tre
bonius euaginauit ensem, & C. Lucium inter-
fecit, Mario tunc absente, quo reddito, pluri
bus de Trebonio habitis accusationibus de
morte nepotis, & ad ipsum uocato Trebonio
& illo comparente ad iudicium, & uidens Tre
bonius se multos habere accusatores, & defen
sorem neminem; tunc totum factum narrauit
inducendo testes, quibus probabatur qualiter
pluries resistit uiolentiæ C. Lucij, & qualiter
sibi munera multa dederat, & quòd nunquàm
uoluit illi facere copiam sui corporis, & tunc
miratus C. Marius de uirtute iuuenis Trebo-
nij, illum coronauit corona patriæ quo re-
lato in urbem, Senatus in præmium tam pul-
chri gesti Marium tertiò Consulem creauit.
64 ¶ Pollimacum occidit Alexãder, quia in Per
sia

sia sepulchrum Cyrri Regis destruxerat, & cum Abolitus, & eius filius Orixartes Præfectiq; Alexādri forēt adeò oppressi auaritia, quod furmēta non portarunt Alexandro pro exercitu, licèt illi thesaurū seruassent, Alexander iratus lancea trāfixit Orixartem; & cum Abolitus pater Orixartis tria millia portasset talenta argenti coram Alexandro, illa iussit poni antè equos ad comedendum, & cum equi illa non edissent, inquit ei ga Abolitum, qualem commoditatem attulit apparatus tuus honori, & exercitui meo, & illum fecit in carcerem poni, & ibi mori cum uituperosa miseria ana-
65 ri hominis. ¶ Pro benè gestis Thesalorum contra Darium, Alexander dedit militibus suis ultrà stipendium illis statutum millia duo talenta pro quilibet, & illos remisit ad domos eorum morte punito Besso eorum Duce; qui Darium iam captum occiderat, & illum non duxerat Alexandro secundum militiæ regulas.
66 ¶ Pro benè meritis in bello, & pace feuda, & seu beneficia conferuntur per Principes benè merentibus, quæ quadrupliciter aperiuntur uidelicet morte, refutatione, defectu, & delicto; nam aperto feudo per mortem ad dominū, uel ad agnatos masculos deuoluitur usq; in infinitum fœminis exclusis cap. 1. §. & quia. qui feud. dari poss. nisi aliter foret in pactis, refutationem etiam absque domini uoluntate cum quilibet possit refutare fauorem suum, & illi renuntiare: quod secus foret in domino uolente feudum accipere pro se absq; cōsensu uasalli, cum tractaret de proprio lucro, & cum in iuria uasalli, cui est ius quæsitum per inuestituram. l. Si quis in conscribendo. C. de pact. c. 1. in fine de uasal. qui contra constitu. Lotharij feu. alien. Defectu quādoq; aperitur feudū nonum muto, surdo, uel naturaliter aliàs imperfecto cap. grandi. de suppl. negli. prælat. de feudo antiquo: secus erit si uitium fuerit accidentale quantuncūq; perpetuum c. 1. in tit. an mutus. &c. Delicto aperitur feudum iisdē causis quibus uasalli priuātur, ut aliàs dixi.
67 ¶ Quæro de casu, an socius criminis sit idoneus testis, & probet contra consocium criminis in casibus, in quibus admittitur pro teste socius criminis: regulariter dicendum est hoc sanè fore intelligendum uidelicet si socius criminis non sit inimicus, uel aliàs infamis ex alio crimine, quoniam ipsi non crederetur, nec est sibi credendum proinde ac si nō testificasset, ità cōmuniter tenēt Doctores, & præcipuè Ang. de Perus. & eius frater Bal. in l. qui in iudicio. ff. de accusation. & Ant. Corf. in singul. suis in uerb. integer, & Franc. de Aret. in cap. Cum Petrus Malenconella. extrà de accus. & est bonus tex. in cap. in fidei. in §. fi. de hæret. in 6. & Hippolit. de Marsil. in consi. 74. in 5. col. 1. uolu. suorum consiliorum criminalium, & per Thomam Gramaticum Parthenopeum in decisio
68 ne sua 34. col. 2. ¶ Quæritur de Duce, Marchione, Comite, Barone, milite, aut de alio priuilegiato accusato de crimine læsę maiestatis, an pro hoste habeatur, constito legitimè primitus de delicto. Dic quòd sic, & nullo tūc iuuabitur priuilegio. l. Prodiitores. ff. de re mi-
69 lit. ¶ Contigit in dies in Regno Siciliæ, ubi Rex pluribus Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & Baronibus concessit iurisdictionem meri, & mixti imperij cum gladij potestate liberaliter in uasallos: & quidam ex prædictis abutentes priuilegijs suis, prohibent uasallos sibi commissos accedere ad regios officiales superiores, & magistratus regios ex causa criminum in eorum territorio, & extrà per ipsos comissorum, uel causa grauaminum sibi illatorum per suos dominos barones, & Regis feudatarios, qui prohibēt quādoq; uasallos suos indirectè uia se exclamare ad regiam curiam sibi superiorem, & uasalli iniuriantur diuersimodè contra iustitiam prohibentes de facto ipsos habere recursum ad Regem, & ipsius regios magistratus, in quā pœnam incurrant dicti feudatarij Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones & milites? Dic incurrere in crimen læsæ maiestatis argum. l. cuiusq;. tertio respōso. ff. ad leg. iul. maiest. & per Lucam de penna. in l. si quis. C. ut nemo. ad suum patro. suscip. uicos, & rusticorum. Et abutentes iurisdictione sibi cōmissa, & concessa, ea possunt, & debent priuari ità tenet Bal. in c. 1. in. §. Publici latrones. de pace tenēda, & in cap. 1. qualiter domini propr. feud. priuan. ¶ Et ut supra dixi in tract. de consiliar. Princip. Princeps in concedendo iurisdictionem in uasallos propter hoc non intēdit à se eximere, & abdicare iurisdictionem quin ea, & ipse uti ualeat cum ualuerit in eosdem met uasallos cap. dudum. de preben. in 6. & l. 1. C. de offic. Præfe. urb. & cap. Per hoc. de hæret. in 6. & potest ad libitum suum causas inferiorum ad se aduocare cap. ut nostrum de appellat. & l. meminisse. ff. de offic. proconsul. & lega. & per Card. Alexandr. in cap. perpendimus. de senten. excom. & per Innoc. in cap.
70 quæ in ecclesiarum. de constit. ¶ Et dum foret Sertorius amicus Mario, & Cecinæ; uidēs millia quatuor seruorum delinquētium fuisse descripta per Mariū in militia, & per ipsos multa fieri crudelia, & inhonesta contra patronos suos, & eorum coniuges, & liberos; & non ualens aliter illis prouidere in setuos huiusmodi facinorosos impetum fecit, & illos oēs trucidauit usq; ad unum: & post illinc ad paucos dies defuncto Mario Cecinam occidit, & se in Hyberiam contulit, & prouintiam illam sibi

beniuolam

beniuolam fecit liberando illam ab angarijs,& à tributis:& reddito Sylla in urbe cum victoria Mithridatis contra Sertorium misit C. Anium cum maximo exercitu;& Sertorius cum suis se reduxit in Hyspaniā in noua Carthagine, post reddit Hyberniam rednctis Piratis CiIeciis,& præsidium Anij quod posuerat in Pithusiam insulam superauit, & Pacianum occidit Syllæ legatum ipsius per uim capto e-
71 xercitu.¶Quæro de milite,qui fracto carcere aufugit,an puniri de iure possit.Dic quod sic, & qua pœna.Dic ultimi supplicij,aut Desertores militiæ: qui pnblicatis bonis suis morte naturali puniūtur.l.milites.§.eius.ff. de re mi lit.& l.defunctorum.C. eod. titu.& l.1.& 2. ff.de expil.& eadem pœna puniuntur fidei ruptores,& fraudatores,& pacis fractores,& tur batores.l.fin.ff.de re milit.T. autem Suffetius Albanus qui perfidè rupit pacem, & pacta nō seruauit Regi Tullo binis quadrigijs,meritò
72 fuit laceratus iussu populi Romani.¶Et dantes gladios,& arma carceratis,ut carceres rūperēt,& effugerēt de carcer.bus, natrali mor te sunt puniendi.l.Omne delictum.ff.de re mi lit.Et fugientes è carceribus sine legitima cau sa capti,aut nulliter detenti, & carcerati non habebuntur pro desertoribus,cum nulla fuerit captnra, & puniri de iure non debent illi, qui euasi fuerunt propter talem fugam: quia id ritè fecisse videntur gratia libertatis,& pro priæ salutis,quibus iniuriabatur de facto propter iniustam detentionem à iudice: cui iniustè exequēti est licitum resistere cap.Ex parte. extrà de accusat.& cap.pōderet.50.dist.& per Dominicum de sancto Geminiano ibi,& Petrum de Anchar.in conf.82.suorum consilio rum,& per Roman.in l.2.ff.de re iudi. & Hip pol.Marsil.in conf.38.1.uolum.consil.crim.
73 ¶ Et valdè excedunt Principes, & milites illi qui militant nocendi cupiditate, & ulciscendi crudelitate rebellandi feritate; & affectionem dominandi animo implacabili cap.pręcipuè. 1.q.5.& ca.quid culpatur,& cap. summa.23.
74 q.1.¶Exceduntq; milites negociando,mercādo,usurando,placitando, luxuriando, procurando,& se ingerendo,& immiscendo uilissimis ministerijs, deturpando militię dignitatē & gloriam cap.ius militare.dist.1.& l.militē. C.de procur.& l.filius.§.ueterani.ff.eo. tit. & cap.bonæ.iuncta glo.de post.prælat.¶Et semper excedunt milites,quando non utuntur militia ad id,ad quod est instituta cap.1.23.q.1. uidelicet ad iniuriam propulsandam, & uindictam inferendam contra impios hostes reipublicæ.¶Et milites illi,qui in se manus intulerunt propter delictum, vel se occiderunt, aut se in præcipitem dederunt, pœna mortis plectendi sunt,eorum confiscatis bonis:si autem id fecerunt ob tædium uitę doloris, aut morbi,amoris,uel impacientiæ, dictas pœnas necis non patientur, neque bonorum cōfiscatione,ut in dicta l.ob delictum. ff. de re militari.
75 ¶Fures,& latrones milites, uiarumq; disrobatores publicarum, pacisq; raptores, & aliena bona furantes,& eorum auxiliatores,& participes criminum huiusmodi;& de furtis ipsos, & illa scienter receptantes cum furtis sunt pœna plectendi mortis naturalis.l.1.& l.quicunque.C.de Episcop.& cler.& l.1. C. de infam. ¶Nam latrones,stratarū disrobatores,à quocunque possunt occidi impunè.l.1.& 2.C.quā
76 do liceat sine iudice uendicare. ¶ Et naturali morte puniri debent milites illi, qui relictis castris se cōtulerunt ad latrocinia,& ad depredationes.l.fin.C.de desert. & hoc casu debent furca suspendi milites latrones, quia infames sunt ipso iure: & infamia talis priuat ipsos militia,& priuilegijs omnibus militaribus.l. 2.§.miles.ff.de his qui notan.infam. & per Felyn.post Abb.in cap.querelam.de iure iuran.
77 ¶An iura sanguinis excusent receptatores latronum, dixi superius in tract. de obedientia; & an omni tempore procedi, & exequi possit contra latrones etiam festiuo die Natalis domini,& sanctę ipsius resurrectionis.Dic quòd
78 sic.l.prouinciarum.C.de ferijs.¶Præstari nēpè possunt iuramenta testibus in causis criminalibus,& captiuorum in festiuis diebus,& il los recipi,& examinari festiuo tempore:quoniam omni die,& tempore est danda defensio reis.l.Custodias.ff.de publ.iudic.Nec ipsis est deneganda defensio petentibus illam.l. unius. §.fin.ff.de quæstion.& ille pœna mortis etiam punitur.qui in propria domo,uel uilla priua-
79 tum carcerem facit.l.1.C.de priua.carc.¶Tu multuantibus suis Cæsar licentiam concessit turbato minatorio vultu accesso ad ipsos: & illi pœnitentia ducti rogarunt Imperatorem suum, ut ipsos non haberet pro desertoribns, & quòd magis erunt sibi obediētes in futurū, prout fuerunt. ¶ G. autem Pompeus milites suos puniuit,qui Senatum truncauerant Mediolani uocatis nocentibus, & innocentibus ad concionem: qui libenter omnes uenerunt, & indè iussit per innocentes capi nocentes, & ità factum fuit,& illos securi puniri mādauit sui prudentia Ducis. ¶Cæsar cognita discordia ipsius militum,& uiso qualiter eorum ani mi erant pleni odio,totā illam legionem priuauit stipendio,& honore militari; & Duces seditionis huiusmodi priuauit capite, & indè pœnitentibus militibus, pepercit,& illos
80 obedientissimos habuit.¶Quæro si seruus incurrit in aliquam pœnam ex eo quòd fuit se tutatus contra dominum suum in ipsum sæuientem,& illum interficere uolentem,& conantem,

nantem, An puniri debeat ſeruus. Dic quòd
non: quia defenſio eſt de iure naturæ, non im
probata à lege. l. ſeruos. ff. de his qui ſunt ſui
uel alien iur. Nam iure cautum eſt, quòd in ijs
in quibus iura permittunt ſe non tutari, non
debent ſe defendere, ſecus in his in quibus iura
non permittunt, & faciant contra iuris debitũ.
¶ Et pro hoc ſoluitur quæſtio illa quoque de
domino ſcæuiente in uaſallum: & marito cõ-
trà uxorem ſcæuiente; & de magiſtro contra
diſcipulum irato, & atrociter uerberante, &
de patre contra filios inordinatè ſcæuiente: ꝙ
impunè ſe poterint tutari, quia defenſio eſt de
81 iure naturæ. ¶ Obedientia, & de eius virtute
aliàs pluries diximus ſuprà, quæ in çunctis eſt
præſtanda in re militari: quia eſt uexillum ſa-
lutis, & uictoriæ, & Regum ueneranda Coro-
na cap. in ſumma, & cap. quid culpatur. 23. q.
82 1. ¶ Puniuntur de falſo illi, qui non ſunt mili
tes, & ſe pro militibus gerunt. l. eos. §. qui ſe
pro milite geſſit. ff. ad leg. corne. de falſ. & pro
pter delicta puniendi ſunt milites in perſonis,
& iu ſubſtantia delictorum, & locorum, & tẽ
porum attenta qualitate, ut eorum accerbitas
uindictæ, ſeu ſupplicij in aliorum tranſeat e-
xemplum, ità iubente & permittente iuſtitia;
uirtus repellit bonos delinquere, & pœna te-
83 ret, & repellit malos à delictis. ¶ Et ſi iudex ha
bet ius comune, & ſtatutarium, an poſſit in iu
dicando amplecti, & ſequi illud ius quod ue-
lit, habetur per Bald. in §. iniuria. de pace iura.
84 firman. ¶ An miles exiſtens in comitiua cuiuſ
dam baronis, cui fuit in uia facta uiolentia, &
iniuria, liceat dicto militi impunè uim repel-
lere, & uiolentiam paſſo ſibi coniuncto, uel
extraneo: & de coniuncto dic, ut in gloſſ. l. ut
vim. ff. de iuſtit. & iur. illam limitando per le-
gem in priuatis. ff. de iudic. & l. Cornelia. ff.
de iniur. In extraneo, dic ut de dicto milite,
ſi erat pro comitiua uiolentiam paſſi, & tunc
licèt impunè tueri. l. Labeonem. §. ſi quis uir-
ginem. ff. de iniur. & ſi non erat deputatus pro
comitiua, & tunc ſibi licuit incontinenti, ſed
non ex interuallo uim repellere. l. cum fundũ.
ff. de ui, & vi, armata. Nam propriam facti ex
interuallo nõ poſſet de iure repellere iniuriã,
poſſet tamen iuris iniuriam repellere ex in-
teruallo, ubi iura hoc permittunt. l. Non tan
85 tum. ff. de appellat. ¶ Et licitum eſt uiolentiã
paſſo uocare amicos pro defenſione rerum
ſuarum. l. 2. & 3. ff. de ui & ui arma. & multo
magis pro defenſione perſonæ. l. ſancimus. C.
de ſacroſan. Eccleſ. cap. dilecto. de ſenten. ex-
commun. lib. 6. & l. 1. ff. de iur. deliberan. &
cap. De cauſis. de offic. deleg. etiam pro defen
ſione rerum depoſitarum, & comodatarum
licitum eſt cum ui repellere. l. cui damus. ff. de
reg. iur. & cap. quid agendum. de regul. iur. &

86 l. unica. ff. de font. ¶ Et an liceat hoc facere
cum moderamine inculpatæ tutelæ. Dic ꝙ
ſic, & ad hoc, ut hæc defenſio procèdat requi-
ritur in illo actu uiolento, ne aliàs cenſeatur
extendenda uindicta habito reſpectu armorũ
qualitatis, & concurſus temporis, uidelicet
an incontinenti, antequam diuertatur ad ex-
traneos actus, uel ex interuallo. l. quod ait. in
fin. ff. de adulter. & ſic ſi illata fuerit iniuria
perſonæ incontinenti, eſt uindicanda, ſi autẽ
rebus, & res fuerint uiolenter ablatæ, poterit
ex interuallo uocatis amicis illas recuperare,
ſi per uiam iuris illas habere, & conſequi nõ
poterit. l. ut uim. ff. de iuſtit. & iur. & l. ſcien-
tiam. ff. ad leg. Aquil. & per glo. ibi, & l. qui
poſſeſſionem. ff. de ui, & ui arm. & ratio diuer
ſitatis eſt, quòd illata uiolentia in perſona, re
ſtaurari plus non poteſt; in rebus autem po-
teſt, & actus defenſoribus fieri debet ad defen
ſam, & non ad uindictam inſpectis conditio
nibus perſonarũ, quibus facilè percipitur an
uideatur defendiſſe, uel uindicaſſe, habetur ꝑ
Ioan. de Lign. in lib. ſuo de bello circà finem.
87 cap. 97. & cap. 113. & cap. 119. ¶ Tenentur
milites in bello ſtrenuè, & pertinaciter pugna
re, nè capiantur: nam ſtatuit Senatus milites
illos, qui capti fuerunt à Pyrrho Rege Epiro-
tarum ultrò remiſſi, ſi equo militabant pedi-
tum numero deſcribi, & ſi pedites militabant
fonditorum auxilijs denotari, nè in priſtinũ
ordinem, & honorem militiæ redderent, niſi
bina quiſque ſpolia hoſtium reportarent.
88 ¶ Et aliquorum militum uenas propter deli
ctum ſoluebant antiqui, ut dimiſſo cruore pe
rirent. ¶ Et Craſſus græco Architecto, cui
ſcripſerat ex duobus lignis maius ſibi mitti ꝓ
faciendo oneagro, & cum minus aptius fuerit
id miſerit, & quia non paruit in mittendo ma
ius, ipſum primò uirgis cæſum priuauit ſtipẽ
89 dio. ¶ Et Titus Præfectus equorũ fuit igno
miniosè priuatus dignitate, tunica ſibi decin-
cta à Lucio Calphurnio Piſone Conſule, & in
numero funditorum tranſcriptus eſt, ex eo,
quòd, cum bellum gereret in Siciliam aduer-
ſus fugitiuos tumultuantes, hoſtium multitu-
dine fugitiuorum circumuentus, arma ipſius
90 tradidiſſet. ¶ Et an miles pergens ad bellum,
teneatur pro equo ſibi mutuato, & in bello
uulnerato, & in ciuitatem deducto, qui po-
ſteà mortuus eſt. Dic non teneri, quia per-
indè habetur, ac ſi mortuus fuiſſet in bello ſe-
cũdum pactum initum inter milites. l. ait lex,
& l. Huic ſcripturæ. ff. ad leg. aquil. & l. dan
num. §. Sabini. ff. de damn. infec. & per Bar. in
l. 1. ff. de incend. ruin. naufra. & in l. quod ait.
C. de adult. & in l. Item mella. §. ti. ff. de excuſ.
tutor. ¶ Nam turpiſſimum eſt in re militari
perdere arma, & equos. l. qui comeatus ſpa-
tium

tium, & l. 3. §. qui plures. & l. qui cum uno, ff. de re milit. ¶ Et nihil est deterius in re bellica, quàm ipsa inobedientia. Ideò Aulus Fuluius ordinis Senatorij inobedientem filium occidit, quoniam in acie iuerat iniussu patris: quia per inobedientiam militum
91 Princeps redditur ingloriosus. ¶ Emphistion uerò Alexandri amicus dum foret infirmus, non parens Glauco medico comedit hædum, & potauit uinum: & propterea perijt febre crescente; & impaciens Alexander de morte amici Emphistionis imprudenter inebriatus ira, Glaucum medicum innocentem occidit.
92 ¶ Puniendi sunt milites illi, qui recedunt è castris iniussu Ducis; & pariter illi, qui suspecti accedunt ad castra; & illi, qui signa reliquerunt, aut pulsi loco cedere ausi fuerant, Augustus laudabiliter militarem disciplinam gessit seuerissimè, & priuatos militari cingulo nunquam restituit, nisi illos præcæteris uirtutum merita insignirent: & centuriones relicta per ipsos statione; & legiones contumaces exauctorizauit, & manipulares desertores militiæ priuauit capitali sententia, & alios desertores milites uarijs ignominijs af-
93 fecit pro delictorum genere. ¶ Et Publius Cornelius Scipio Nasica desertores milites per ipsum damnatos primò uirgis cæsos publicè uendidit, inquiens, ipsos non esse liberos, sed seruos ex præda captos, aut seruos factos de iure gentium, ut Instit. de iur. natur. gentium, & ci-
94 uil. §. 2. ¶ Et Victo Rege Perse transfugas exteros mandauit per elephantos conculcari. Et transfugam quendam Aphricanus Scipio in
95 spectaculum populi bestijs obiecit. ¶ Nec pœna homicidij punietur ille, qui transfugam, uel hostem ciuitatis occiderit. l. 3. §. fin. ff. ad leg. Cornel. de sicc as. & l. Proditores, ff. de re milit. & c. cum homo. 23. q. 5.
96 ¶ Et Xerses Rex Persarum, Medorum, Aegypti suo innumeroso descripto exercitu ambulaturus in græciam Phicio patri quinque filiorum in exercitu descriptorũ petenti unius uacationem, quem uelet eligere promisit; deinde electum in duas partes scisum, & distractum ab utroque latere uiæ posuit, ubi uniuersus ipsius pertransiuit exercitus: & Mithridates uarijs cruciatibus crudelissimis desertores affecit. Et Crassus cruciauit deserto-
97 res igne, fumo, & cruce. ¶ Et in bello Spartico, seu seruile, uel gladiatorio contrà Spartacum Thracem uirum, & Ducem fortem, prudentem, & excellentem, uirtutibus uarijs ornatum; gladiatorum, fugitiuorum, seruorum cumulato exercitu, & illo probè ordinato, contrà quem M. Cassius missus fuit ad expugnationem, rupto iam per Spartacum Claudio Consule, qui illum obsederat in monte, in quo unam tantum uiã habebat ascendendi super ipsum, & illam Claudius interceperat, & non ualens Spartacus cum suis euadere de nocte, insciis Romanis cum suis de ruposo monte, seu saxo incustodito descendit cum armis suis arte missis deorsum, & Claudium fuit postea terga aggressus, quem fugauit cum suis sibi lenato uallo, & Publium Vatinium Romanorum Ducem, & Consulem alia uice fugauit positis illi, & suis legatis Furio, & Cosinio insidijs in uia, quem occidit Spartacus cũ multis ex suis: & Romanorum cepit impedimenta, & rupto Consule uatinio, & capto illius equo cũ lictoribus, deprędabat Spartacus Italiam, suo cum gladiatorum seruili fugitiuorum exercitu, unà cum latronibus multis in eo congregatis: quibus Lentulum Consulem, unà cum legatis suis fugauit. ¶ Nam Lẽtulus contra Spartacum posuerat insidias, credens ipsum habere in medio, sed illos post terga fuit Spartacus adhortus per ipsum prius positis insidijs Romanis, quos rupit, & uallum cœpit eorum cũ impedimentis, post Cassium Prætorem galliæ Cisalpinæ rupit, & fugauit cum magna cæde Cassianorum: contrà quem demũ missus fuit Crassus, qui Mumium Legatum suum, cum duabus legionibus antè misit, ut in nemore se occultaret, & quòd post terga incępta pugna cum Spartaco illum feriret, & Mumius iniussu Consulis uisis hostibus non aliter positis insidijs pugnauit, & in belli initio quingentis ex suis fugierunt, & ni Crassus illis occurisset
98 cum exercitu, cæsi fuissent à Spartaco. ¶ Et Crassus post illis omnibus, qui fuerant cum Mumio sustulit arma, quæ illis primò non restituit, nisi cum nouo iuramento, & uadimonio: & quingentos illos, qui antè alios fugerant, & illis causam dederunt timoris, diuisit in quinquaginta partes, & unum ex qualibet parte forte extraxit, & extructos primò uirgis cæsos coram exercitu fecit occidere securi: & fuit demum insecutus Spartacum, quem in Sicilia obsedit Crassus in Cheronesio Reginorum per medium cincto muro, & fouea magna, ità quòd fugere non potuerat; sed ipse Spartacus, post sibi deficiente alimonia in nocte quadam nubilosa foueam impleuit, & fugit: quem fuit Crassus insecutus unà cum suis Legatis. C. Caninio, & C. Cassio positis illis insidijs, quæ reuelatę fuerunt Spartaco per fœminas duas, & Spartacus in insidiantes occultos impetum fecit, & multos ex illis occidit: quibus si per Crassum non fuisset cum essercitu celerrimè occursum cæsi permansissent illi, qui se occultauerant contra Spartacum: qui gloriosè in pugna unà cum millibus, & tercentum ex suis gladiatoribus, seruis, non sine tamen hostium

tamen hostium suorum sanguine interfectus fuit ob seruilem,& inordinatã inobediẽtiam,
99 ¶ Macrinus Opilius metu, timore,& cathenis uinctos desertores mersit in profluentem. Et Dirus Mezentius diuũ contemptor cadauera pro cruciatu iungebat corpora uiuis, Iuxta il lud Poetæ,

Mortua quin etiam iungebat corpora uiuis,
Componens manibusq; manus, atque orib. ora.
Tormenti genus, & sanie, tabo'q; fluentes.
Complexu in misero longa sic morte necabat:

vt milites ex alieno malo discerent præcauere, uel alienę uirtutis prouocarẽtur exemplis; & boni milites parent libenter Ducibus suis, licèt iuris uincula ad id teneantur illis, & eorum ædictis obedire; aliàs possent, ut deserto-
100 res puniri uariis,& diuersis pœnis. ¶ Desertor nomen est generale in re militari, compræhendens in se genus omne delictorum, quæ committuntur per milites in exercitio militari; & quæ committi in re bellica possunt. ¶ Et Fuluius Amicus Dictator dum mandasset ut insignia legionũ in hostes phaliscos portarentur; & uiso uexilliferum super hoc fuisse somnolentum,& pigrum illum, occidere fecit, & alij timore mortis similis illicò irruerunt hostes, & uictores extiterunt. Et debent puniri milites illi, qui proditoriè tractant mortem amicorum suorum, & comilitonum cum inimicis eorum.l.si quis à barbaris,C.de re milit.& l.uniuersis,C.ubi cau. fisca.& l.milites,§. reuertentes, & l.omne delictum, ff. de
101 re militari. ¶ Et cum uicto Rheste putauerit uincere Brutus armatus expertorum militum suorum iudicio, regebat:& Cassianos ualdè licentiosos, & ineffrenatos mortuo Imperatore suo Cassio, arte eum munificentia retinuit in fide in castro, cænoso, & glatioso autumnali tempore pluuia congelata reducto exer-
102 citu in tuto loco Romana uirtute. ¶ A patre si quis desertor miles oblatus fuerit curiæ, nõ capite, sed mitius punietur iudicis arbitrio citrà tamen pœnam mortis, tenet Paul. de Castro post Iaco. de Rauenna, & Rain. de Forliuio antiquos Doctores. in l.milites.§. desertorem,ff.de re mili. & Fely.in cap. Accusasti. in ult.col.de accusat. & per Ang. de Perus. in l.Si adulterium,ff.de adult. & per Hyppol. de Marsil.Bonon.in l.1.§.quæstionẽ,& in l.uni.
103 ff.de quæstio. ¶ Inter hostes, & militaria crimina est pigritia, quæ punienda est omni ferè die cum hostis sit uirtutis:in obsidione Troię in exercitu græcorum fustigabatur Liptopus propter pigritiam suam, Nam illo segnior fuit nemo in toto exercitu argolico: qui hic Liptopus existens in lecto, striglia fricabat equos domini sui propter ignauiam suam.

104 ¶ Nec pro desertore habebitur miles, q intrà tempus comeatus non reddit, si probauerit legitimam absentiæ causam.l.desertorem,
105 ff.de re militari. ¶ Et milites excedunt nimis loquaces, & uociferantes in Castris silentii tpe, Cleones Atheniensis nimis fuit iactator, loquax,& gloriosus, aptus clamare sine uerecundia; & diues tantum fuit audacia, & ritè habitus ꝓ desertore, q meritò à Duce suo punitus fuit,& priuatus militari cingulo. ¶ Et quædam pertinentia ad materiam præsentis tractatus diximus suprà in tractatu de obediẽ
106 tia circa finẽ. ¶ Desertores sunt quidam nostri temporis milites & Duces illi, qui nõ pro bè, & fideliter seruiunt dominis suis, uel seruiunt, sed non eum eo numero militũ,& equorum, pro quibus accipiunt stipendium: quod restituere habent indebitè acceptum militib. non datum, uel per se retentum.cap.Instantia.
107 extrà de cens.c.si quis satis.8 t.dist. ¶ Et desertores sunt, ut aliàs dixi, qui de bello fugiũt, & illi, qui dominos deserunt in prælio inter hostes: & rei sunt hi maiestatis crimine.l.omne delictum.§.qui in acie, & l.proditores. ff. de re milit.& l.3.ff.ad l.Iul.maiest. & c. infames.6.q.1.& per Bar. in l.utrũ.ff. de paricid. & l.quisquis,C.ad l.Iul. maiest. & per glo. in l.1.C.si reus, uel accus.& l.1.2.& 3 in fi.ff.ad leg.Iul.maiest. ¶ Vbi habetur, q ille cõmittit crimen læsæ maiest. qui bellũ gessit sine iussu Principis sui, & etiam ille, qui sciens nõ propalauit ꝓditionẽ cõtra Regẽ, & dominũ suũ; & q i non propalanit illos, qnos uidit cudere falsam monetã sui Principis,& qui elegit militẽ sine iussu sui Ducis,& qui bellum,& exercitum præparauit ẽt iniussu Principis; & qui nõ dedit exercitũ suo successori, qui in eius locũ successit, & missus fuit; & qui officiũ dare noluit successori suo;& ille qui imperiũ, uel exercitũ pro Romano populo deseruit; & ille qui priuatus est,& dolo malo fuit usus auctorita
108 te magistratus, ut in dictis iuribus. ¶ Et Duces illi, qui stipendia hmõi derobant Regibus suis, ultimo sunt puniendi supplicio: quia ipsi sunt in causa ruinæ, & perditionis exercituũ, & Regnorũ ob auaritiã hostẽ intrinsecum militiæ. Nã eaſu accidente comisſi prælii suorũ deficiente nnmero sibi prætaxato, uerecundiam posteà reportant, pereunt, aut captiui fiunt, regnum anichilantes Principum suorum, quos non ambigimus posse legitimè puniri, ut proditores & latrones imaginariã militiã sui causa generatã ꝓpter absentiã militum; & quibus parcere non est misericordia, sed iniustitia, c. est iniusta, 23. q.4.
109 ¶ Et Bessum à Dario corruptũ lacerari arbo
110 rib. fecit Alexãder Magnus. ¶ Nec ob hoc iudices putamus esse crudeles, sed pios magis

&

& misericordes, cũ crudeles damnentur, & iugulent pro salute populi, & pace regnorum; & ut humana audacia cohereatur à sceleribus & abstineatur à delictis, cap. non est crudelis, 23. quæst. 5. & cap. ipsa pietas. 23. quæst. 4. &
111 cap. facta, 4. distin. ¶ Quæro de milite, qui gratis seruiebat ciuitati, & sibi fuit in pugna pro ciuitate mortuus equus suus, an ciuitas illa cui gratis seruiebat teneatur ad emẽdam. Dic quòd sic, secus si fuisset stipendiatus ab ea, ità tenet Alex. de Imo. in l. 1. ff. ad leg. Rod. de ia-
112 ctu. ¶ Quæro an exercitus possit bona amicorum accipere, & uendere, donare, & alienare. Dic quòd sic necessitatis tẽpore, habetur per Bal. in l. Neminem. C. de sacrosan. Eccles. & Bar. dicit. in l. 2. & 3. C. quibus muner. licèt se excus. lib. 10. ¶ quòd quãdo dominus equitat ad aliqua loca, debentur sibi expensæ; nec poterit, quis se excusare immunitate aliqua, uel priuilegio; nec ullus põt se excusare, quãdo Princeps facit exercitũ de his, quæ sunt necessaria, ẽt si aliàs quis sit exemptus. ¶ Idẽ est dicendum si collecta imponatur propter aliquam necessitatem, nullus etiam habens immunitatẽ excusabitur. l. j. de super. interd. lib. 10. l. Prætor, §. Diuus, ff. de sepul. uiol. & est ratio, quia non est ordinaria præstatio, sicut fuit ab indè retrò per dicta iura. ¶ Et si dominus transiuerit per loca sua cum exercitu, alimẽtari debet ex prædijs, ubi transit. l. si pendentes, ff. de usufru. & per Bal. ibi, & in l. neminem. C. de sacrosan. Eccles. cum similibus prædictis.
113 ¶ Quæro de milite discedẽte antè tempus suæ conductæ, & per ipsum stetit, quòd tempus nõ adimpleuit, an satisfieri debeat pro tempore quo stetit. Dic quòd non, l. si ità fuerit, ff. de manum. testam. & rõ est, quia in actu ubi honor publicus consideratur, ut in Doctore conducto ad legendũ, uel ad aduocandũ, aut in milite conducto ad stipendium, aut in medico cõducto ad praticã medellæ, & ad medendũ, ubi unus casus potest ualere quantũ mille, nihil ipsis debetur, si discesserint ante tempus, quia nihil uidetur impletum cum aliquid notabile restat ad implendum, & per eosdem steterit. ¶ Stipendiarius. n. conducitur propter casus fortuitos, & si recedit antè tempus nihil habere debet; & idem in Aduocato, qui litẽ dimittit tempore substantiali, & periculo imminenti. l. 1. §. Diuus. ff. de uar. & extraord. cognit. ¶ Sed in actis in quibus consideratur interesse pecuniarum, & nobis damnum non est, neque interesse, ut in famulis militum, & ciuium discedentibus soluitur pro rata temporis. Sed si tantum damnum patiuntur milites, uel ciues ex eorum recessu quantum comodum habuerunt ex seruitio, & accessu non tenentur propter compensationem hinc indè: & sic non cadit distinctio partitiua operis, nec rata temporis, ubi de honore tractatur, ut in stipendiario, & Doctore superius diximus, & per notata per Bal. in l. ædem. C. de locat. &
114 conduct. ¶ Et dicebat Bar. in l. 1. §. familiæ, & per modernos ibi. ff. de public. quòd seruitores debent esse morigerati, aliàs tenentur ex facto ipsorum domini sui. ¶ Doctor, seu stipendiarius si de licentia domini itineretur, debent habere salarium suum per glo. in l. exactorẽ. §. diem. ff. de re milit. & l. Hac lege. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. & per Bal. in l. si ea conditione. C. de condit. insert. & per Bar. in l. j. §. Diuus. de uar. & extraord. cognit. & glo. in l. de-
115 sertorẽ. §. si ad diem, ff. de iure fisci. ¶ Et si pediatus Germaniæ conductus ad certum tempus, & pro certo stipendio per Ducem Mediolani; & dum est in itinere captum fuisset Mediolanum ab aliquo Principe, an dictus peditatus debeat habere suum stipendium, cum p ipsum non steterit; & an pro toto, uel pro parte. Dic pro rata temporis quo seruiuit. & etiã seruire dicitur quando est in itinere. l. penult. C. de errog. mil. annon. & D. Ioan. de Lign. in suo lib. de bello. ità benè distinguit hunc ca-
116 sum. ¶ Quæritur si famulus infirmetur an debeat habere salarium tempore quo stetit infirmus, uidetur dicendum quòd sic per glo. in l. arboribus, §. illo, ff. de usufru. & in l. si una, §. item cum quidam, ff. locati, ubi tex. est contrarius, & Bar. dicit ibi, quòd si non potest præstare operas infirmitatis causa, nõ debet habere salariũ, reprobata dicta glo. in l. arboribus. Et si famulus nõ potuit seruire certo tpe pp infirmitatẽ, & uult seruire alio tpe, ut integrã habeat mercedem suã, utrum possit? Dic esse distinguendum, aut famulus promisit operas certi tpis, utputa præsentis anni, uel mẽsis Augusti, & nõ põt supplere operas alio anno, uel mense, argũ. l. si usufructu, ff. de usufr. leg. aut quis tenebatur ad operas unius anni, uel mensis simpliciter non adiecto, de quo anno, uel mense, tũc poterit alio anno, uel mẽse supplere, si fuerit impeditus ĩ primo anno, uel mẽse. l. seruus, ff. de statu. liber. in fin. & per Bar. in l. si uno. §. itẽ cum quidã. in fi. ff. solu. matr. & in l. operę. ff. de usufruct. leg. & ratio est, quia in cõductione operarũ alicuius, si habetur respectus ad opus certũ tantum, nulla habita consideratione de tẽpore, uidelicet, si conduco operas tuas, ut scribas mihi librum, tũc quia idẽ est liber, q scribitur cras, q̃ ille q scribitur hodie, iõ si quis primo tpe impeditur casu, poterit operari alio tpe, & dẽt sibi tẽpus suppleri, l. ideò minus, ff. de uerbor. obligatio. si autem habetur respectus ad certum tempus, & opus certũ, tunc aliæ dicuntur operę hodiernæ, & aliæ crastinæ, l. si non sortem, §. liber-

 tus,

ius,ff.de condict. indebi. Ideò est distinguen-
117 dum, ut suprà. ¶Et an dominus teneatur fa-
cere expensas famulo infirmo. Dic teneri ad
modicas, & non ad magnas. ità tenet Bar. in
l.si cum dotem,ff.solu.matrim & in l. operæ,
118 de usufructu legato.¶Quæro de stipendiario
infirmo, an debeat habere salarium, seu sti-
pendium suum, Dic quòd sic, quia seruire
uidetur,Abb.in c.1.de cler.ægrotan. & Doct.
in l.si hæres, §. Stichus, ff. de stat.liber.& per
Bar.in l.si uno,§.cum quidam, ff. loc. & in l.
operæ,ff.de usufruct.& Bal.in l.cum quidam,
119 C.de condit.insert. ¶Quæro an pactũ ualeat,
uel consuetudo, quòd pro conducendo pedi-
tes mutuentur pecuniæ,& equi;& si spolientur
in itinere, an debeantur sibi resarcire ablata.
Dic ualere pactum,& consuetudinem, & non
teneri ad aliquam refectionẽ sibi ablatorum
120 in itinere,l.si quis,ff. locati. ¶Excedunt mili
tes,nè dum illi,qui sine sui Ducis licẽtia disce
dunt, & se absentant à castris, & desertores
fiunt;sed etiam illi, qui in propria domo ma-
nent uolẽtes gaudere priuilegijs militaribus,
& habere stipendium, non manentes,ut tenen
tur in castris committendo in legem,l. miles;
& l.qui mittuntur,ff.quibus ex cau. maior.&
c.qa. iuncta gl.in uerb. sit miles, de cõcess.præ
121 ben. ¶Nec desertor miles à Principe restitu-
tus, neq; miles ab hostibus captus,& ad suos
reuersus stipendium consequi debet,temporis
quo fuit desertor,uel captus.l.1.& l.cum alle
122 getis C.de re milit. ¶Et portantes arma, uel
ferrum ad hostes puniri debent morte natura
li,l.Cotem ferro ff.de publ.& l.1.& 2.C.quæ
123 res uend.non poss. ¶Quæro de casu, cuius ex-
pensis uiuat præstãs operas conductas,uel pro
missas. Dic uiuere ex pecunia sua sibi data pro
mercede;si uerò seruierit ex liberalitate,expẽ
sis eius uiuet cui seruit, nisi causa remunera-
tionis seruiret pro beneficiis acceptis, uel ser
uitiorum causa ab eo, ptimò receptorum:
quia tunc si non est pauper uiuet sumptu suo,
secus si pauper, ut dicit Bar. in l. si non for-
tem,in §. si libertus, ff. de condit. indeb. & in
hoc ultimo casu seruabitur consuetudo pa-
triæ,habetur per Bal.in l.quoniam,C.de test.
124 ¶Desertores etiam sunt milites illi, qui con-
cuciunt, & opprimunt populos,petendo quid
indebitè per minas, ut pecunias, & salgma
extorquentur,l. 1.& 2.C.de excusatio,& cap.
Paratus, & ibi glo.in fin.23.quæst.1 & qua-
drupli pœna puniendi sunt.cap.militare, cum
glo.in fin.23.quæst.1. ¶Et contenti stipen-
dio suo esse debent milites, ut alias dixi. cap.
paratus, & cap.militare, 23.quæst.1. & cap.
125 non satis. 76. distinct. ¶Et si pro delicto
damnatus miles ad insulam deportatus fuerit
pro fodiendo metallum, lapidesvè, aut cal-
cem,captus fuit, & uenditus à latronibus ali-
cui mercatori, restituendum est præcium
suum emptori,& in antiquam pœnam remit-
tendus est,l.Mulier,ff.de capt. & postlim. re-
uers.Omnis contumacia in re militari punien
126 da est. l.3.§.1.C.de Castren.¶Castrensiani
autem tenẽtur custodire castra, & Principum
tentoria, aliàs possunt castigari militari iure:
& ritè antiquitus tertiam partem sui stipendij
deponebant gloriosi milites apud uexilliferos
suos,qui nihil restituebant illis, nisi finito bel
lo,& pro hæredibus mortuorum militum in
bello cõseruabatur: & milites ꝓ honore suo,
& sui stipẽdij cõseruatione strenuè pugnabãt:
& ita conseruabatur peculium suum castrense.
127 ¶Et Magnus Alexander, ut facilius Persas
debellaret, pecunias,prædas, spolia, & capti-
uos Persarũ posuit in Damascho, & post secu
ta expeditione cõtra Persas, illa quæ in Dama
scho deposuerat distribuit in Thesalos, & Ma
cedones milites suos strenuissimos, & illos di
128 tauit munificẽtia sua. ¶Et nullus debet ma
lè loqui de Principe suo,quod si fecerit,ex lu-
dibrio linguæ, arbitrio Princi pis puniri pòt,
personarũ attẽta qualitate.l.famosi,ff. ad leg.
Iul.maiest.& l.1.C.si quis Imperat. maledixer.
& horum bona maledicentium, quandoq; pu
blicabuntur, & quandoq; ipsi morte naturali
puniuntur ut in glo.1.§.In suam.Instit. de in-
iur.¶Et quia Aphilates,& Cyssus fuerunt pri
mi,qui falsam uocem posuerant Arpalum fuis
se ruptum in bello, illos carcerari fecit Alexã
der puniendos secundum regulas militiæ arbi
129 trio suo.¶Seruus militiã exercẽs meritò pu
niri potest militari iure, l. qui ab omni, ff.de
re milit. Nã militaris dignitas,& gloriosa no
bilitas excludit seruos à nobilissimo militiæ
exercitio,& illos militare nõ permittit. ¶Li-
cèt iura permittãt seruis se defendere sine iussu
dominorum,qa defensio est de iure naturæ,&
nõ possunt domini tollere actus naturales,nec
illis interdicere,ità ꝙ pereãt serui,l.j.ff. de his,
qui sunt sui,uel alien.iur. & p Bar.in l. cũ fun
dus,ff si cer.pet. & in l.j. & in l. liber hõ ff. de
stipul.seru.& per Inn. in c. cũ olim.de priuil.
130 ¶Quid si ciuitas iuerit ad exercitũ castramẽ
tatũ in territorio suo, & aliquis de exercitu
deliquerit in territorio illius ciuitatis,uel exer
citu illo:an Potestas illius loci potuerit illum
punire delinquẽtem, Dic ꝙ sic, secũdũ Bar. &
Alex.in l.Pupillus,§.territorium,ff.de uerbo.
signifi. Quia illa ciuitas potest cognoscere de
commissis in suo territorio, quòd dicitur, &
deriuatur à uerbo terreo,terres. ¶Et est terri
torium uniuersitatis agrorum inter fines ci
uitatis,& magistratus:& hẽt ius in eo terrẽdi,
& summouendi intra fines suos; quod proceditur
nisi ille exercitus mouisset bellum iniustum,

se-

secundũ Albe.de Rosa. in prima parte statut. in q.ibi.& per Abb.in c.fi.col.17.de for.cõp. & in consi.20.incip.super qõne uertente,et p
131 Fel.i c.Rodulphus.§.territorio. de rescr. ¶ Et si qs fuerit in uno loco captus, & in alio spoliatus, quis locus maleficii dicatur,habetur p
132 Bal.in §.iniuria.de pac.iuram.firman. ¶ Nec possunt regulariter suspendi de iure milites, neque de abusiua consuetudine,propter nobilitatem rei militaris.l.3.§. his. ff. de re milit. Nisi propter rebellionem, crimen læsæ maiestatis,& latrocinium, propter quę delicta omni priuantur priuilegio.l. Veterano,C. de neter.& l.1.& 2.C.quãdo liceat sine Iudi. uend.
133 ¶ Et licèt regulariter bona mortuorum nõ ueniant ad fiscum,nisi in uita propter reatum fuerint condemnati.l.eorum,C.de iur.fisc. & per Doctor. ibi,Fallit tamen in crimine læsę maiestatis,ob quod rei criminis post mortem damnantur in bonis, & in cadaueribus; & similiter in crimine hæresis: quibus criminibus possunt inquiri post mortem de nouo, & accusari,ut eorum damnetur memoria,& bona applicentur fisco.l.fi.C.ad leg. Iul. maiest. & l.fi.ff.eod.titu.& l.ex iudiciorum.ff.de accus. Deformis, & turpissima mors est, & seruile supplicium suspendi,& mori in furca.cap. sceleratior Iudas. de pœnit.distin.3.& l. capitalium.§.Famosos latrone.ff.de pœnis. ¶ No-
134 bilis, & armipotens ciuitas Neapolis habet capitulum cum Rege suo,ut nullus ciuis Neapolitanus suspẽdi furca possit pro aliquo delicto, licèt enormissimo ob eorum nobilitat. Ideò Neapolitani illi, qui sunt rei criminum à curia capti, decapitantur, ut plures uidimus obseruari in dicta ciuitate Neapolis, & ipsius Regno : & vt prædiximus puniendi sunt milites desertores,& rei criminum secundum personarum dignitates, & qualitates delictorum acrius quandoque, & quandoq; mitius. cap. Viduas.27.quæst.1. & cap. Contu-
135 maces.50.distin. ¶ Rebelles propriè sunt illi, qui iurant fidelitatem Imperatori,& Regibus dominis suis;& posteà contra ipsos,& eorum statum,& patriam propriam coniurarunt, & hostes sunt illis effecti dolo machinantes in honorem, & statum sui Principis, contra ipsum arma summentes,& pro ipsius hostib. cõtra personam eiusdem, & statum suum proditoriè:& hi ab omnibus possunt impunè occidi.l.Proditores.ff.de re milit.& l.3.§.fi. ff. ad leg.Corn.de siccar.& l.ut uim.ff. de iustit. & iur.cap.summa.23.q.1.& l.minimæ. ff. de religion.& sumpt.funer. Et qualiter contra rebelles procedatur notat Bar. in extrauaganti, qui sint rebelles:& And.de Iser.in tit. de cap. qui cur.uendidit in fin. ubi dicit qualiter puniatur ciuitas rebellis,& l.1.ff.ad leg.Iul. maiest.& per Iserniam in cap.1.§.item si fidelis.in tit.quib.mod.feud.amit. Dolus in rebellione requiritur infidelitatis,& proditionis: & probè cumulauit D.Ioan.Ant.de Nigris de Campanea in addit. suis super Napodano Sebastiano de Neapoli super capitulis regni Neapolis in cap. nuper ad uindictam ; & D. Matthæus de Afflictis,in titu.quę sint regalia, & in decisio.cccvij.& Isernia,in cap.1.§.porrò.in titu. quæ sit prima causa benefi.amitten. & Dominus meus D.Carolus Rui. in consilio suo facto pro Duce Garauinæ,incipiente uiso thamate,& per D. Ant. Capytinm de Neapoli in decisione cxxx. incipiente primum dubium, ubi pulchra de hac materia rebell.& de crimi
136 ne læsæ maiestatis descripsit. ¶ Legitur Regem Tartariæ Abbaga Canis Magnus nuncupatus,pro Duce Christianorum olim misisse nepotem suum contrà Saladinum Regem Babillonis,& illum ingressum fuisse Syriam, & se cum Rege Armeniæ iunxisse.& nepos dicti Magni Canis auro corruptus proditoriè trucidari artè fecit Christianos in pugna;quo intellecto per Magnum Canem exequendo iustitiam contrà proditorem nepotem suum, illũ super cratera ferrea posita super ignem fecit adustum,& aliis Ducibus militorum suorum capita incisit:& milites, qui cum nepote fuerunt in expeditione proditoria contra Christianos impiè occisos,priuauit militia,tonsis illis capillis, & ità tonsos perpetuo tempore suæ uitæ indui mulieribus uestibus incedere, & manere percepit, qđ laudabile gestum fuit barbari Regis:qui uirtuosior fuit Iugurta,cui placebant proditiones,& proditores amabat.
137 ¶ Imperator Manlius Chilo occidere fecit quemdam qui patriam suam proderat,& illã sub ditione Manlii posuerat: & increpatus à suis Manlius, quòd passus fuerat dictũ hominẽ occidi, respondit illis, libenter passus sum cum proditorem cernere, & amare non potuerim: nec is nobis fidem seruare potuisset,qui propriæ patriæ fidelis non fuit,nec ipsi fidem seruauit,neque propriis parentibus,filiis,uxo
138 ri, & cognatis pepercit. ¶ Regna illa q̃ dolo & fraude proditorum quæsita sunt, pari ẽt fraude, & proditione perduntur, exemplo Pyrrhi Macedoniam occupantis per proditionem,& illam dimittentis proditione, & quale fuerit initium suum in capiendo, talis fuit & erit finis in perdendo, sic diuina permittente iustitia.l.3.ff.ad leg.Corn.de sicc.& l. si quis, & l.capitaliũ.§.solent,ff.de pœn.& l.denũtiamus,C.qui ad Eccl.cõfug.& l.3.§.qui seditionem.ff. de re milit. Vbi habetur de seditione, tumultu,impetu,conclamatione,& conuenticula,ff.de sedition.per totum titu & in §.Conuẽticulas,de pace iur. firm in usibus feudorũ.

139 ¶Et de conspiratoribus, & de eorum pœna habetur. C. de monopol. l. vnica, & per Doct. in cap. constitutiones. de nerbor. signific. & in cap. conspirationum, & in cap. statuimus. 12.
140 quæst. 1. ¶Quæro de milite illo, qui interfecit adulterum repertum cum eius uxore in adulterio, an puniri debeat. Dic quòd non, l. Marito, & l. capite quinto. ff. de adult. & l. Grachus. C. eod. Ad hoc facit etiam, quòd non incidit in pœnam canonis ille, qui monitum clericum uetberauit confabulantem cũ uxore sua. cap. si uero. de senten. excommun.
141 ¶Leges factæ sunt, ut humana coherceatur audacia, & appetitus noxius, limitatur sub regulis iuris; & iustè infertur, quòd sit legis au-
142 ctoritate. l. iustæ. ff. de acquir. possess. ¶Rebello uerbum, quod est repugno, à quo dicti sunt rebelles: & rebellio dicitur repugnantia, quia repugnant rebelles permanere in fide; nec præceptis parent dominorum suorum: & rebella re uulnera dicuntur, quando semel curata re-
143 cidunt, seu repullulant. ¶Pro qualitate delictorum in conspectu uiuentium, mortuorũ cadauera delinquentium suspenduntur, & uariis modis laniantur, lacerantur, & cruciantur ad terrorem. cap. si habes. 24. q. 3. & l. Iaculari. §. in Aegypto. ff. de uar. & extrord. crimi. & l. & si excepta. C. de malefi & mathem. Nec pœna debita dimitti debet prætio, nec inferri cupiditatis uitio. l. Iubemus. ff. ad leg. Iul. re-
144 petun. ¶Nam lege diuina pro mensura delicti imponebatur pœna, oculus, uidelicet pro oculo, & manus pro manu, & dens pro dente in 19. & 20. cap. Deutor. ubi etiam dicitur prętium non recipies ab eo, qui est reus sanguinis. cap. illud. 16. q. quin. cap. Grauem. ex-
145 trà de prębẽdis. ¶Nam scælestorum augetur iniquitas, & audacia; si eorum delicta transeunt impunita. Ideo est opprimenda per magistratum cohertione legitima. cap. Relegentes, 23. q. 5. cap. Regum. 23. quæst. 2. ut abstineantur iniqui à malis propter pœnarum impositionem, & boni propter uirtutem. Iuxtà illud Horatij.

Oderunt peccare boni uirtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pœnę.

146 ¶Et pro nimia indulgentia criminum datur audacia incentiua peccandi delinquentibus, et reiterandi delicta. l. apparitor. C. de cohortalibus. lib. 12. cap. His. 50. dist. Et sine causa legitima componi delictum non debet, neq; cũ omnibus indifferenter delinquentibus, neq; illis indulgeri pro delictis omnibus sæpius, &
147 reiteratis. ¶Et compositio pecuniaria fieri debet cum iis, qui semel deliquerunt, & speratur non amplius delinquere. l. 3. in fin. C. de episcop. audien. l. aut facta. §. fin. & l. capitalium. §. solent. ff. de pœnis, capit. sicut dignum. de homic. habito respectu ad nimiã senectutem, uel iuuentutem, aut delictum non dolo commissum, siue ratione publicæ honestatis, aut scientię alijs profuturæ. l. ad bestias. ff. de pœnis. cap. scientiam. 2. q. 7. uel ad filios plures nutriendos, & nubendas filias. c. 11. de his, qui filios occider. & l. qui in prouincia. ff. de ritu nupt. aut ratione nobilitatis, dignitatis, & personæ. de quibus in cap. notandum. 11. q. 3. & ibi per Doctor. Nam cum solito criminari non dispensatur, neque componitur. cap. ult. de transact. & l. transigere. C. eod. & l. fin. C. de abol. consideráda est qualitas facti, nè sit de atrocioribus, ut est sacrilegiũ, hæresis, & crimen læsæ maiestatis, & de si
148 milibus. ¶Considerandum est quoque tẽpus, locus, dignitas, nobilitas, qualitas, & ætas delinquentium, intentio, & sexus. Nam muliebri sexui, qui fragilis est, facilimè est ignoscendum, nisi esset aliqua mulier rixosa, maligna, crudelis, & assueta delinquere: ut quasdam uidimus, & nouimus esse in regno Neapolis; quia huiusmodi fœminæ sagaces, & crudeles non sunt dignæ legis benignitate, neque Principum largitate. l. 3. C. de Episcop. audien. quoniam facilitas uenię tribueret incentium delinquendi. cap. clericorum. de uit. & honest. cleric. cap. est iniusta. in fin. 23. q. 4. & l. 1. C. de emend propinq. Et tunc non est seueritas, sed pietas pro Deo punire crimina, l. 1. §. 1. ff. de obseq. liber. & cap. legi. 23. q. 8.
149 ¶Nam propriũ legis est dare pœnã malis, & præmia bonis diuina iustitia duce. cap. fin. 3. distinct. Et quando delinquentes luunt pœnas ob eorum crimina suadente iustitia, homines defenduntur ab iniuriis: & cum malis compescuntur, Deo offertur sacrificium magnum. cap. qualibet. 23. quest. 3. c. peruenit.
150 93. dist. ¶Quæro de casu occurrenti, an Iudex iustè, & sine culpa occidens clericum incidat in irregularitatem. Dic quòd sic, cap. opera. de spons. cum simil. Nec licitum est clerico occidere paganum propter metum irregularitatis; habetur per Innocen. in cap. cum olim. de rest. spoliat. & in c. sententiam. nè clerici, uel monaci, & in cap. significasti. el ij. de homic. & per glo. in cap. suscitatus. 7. q. 1. & tex. in c. literis. cum similib. de excessu prelat.
151 ¶Quæritur qua pœna puniãtur zuntatores, qui falsas gẽmas uendunt pro bonis, & bonas quãdoq; ostẽdũt, & illas posteà mutãt, & falsas dolo supponũt & uendũt pro bonis, ipsis bonis similes, decipiẽdo, & fraudãdo hoies uariis modis zũtationum, & deceptionũ fraudulosarũ. Dic pęna furti, & ẽtacrius. l. saccularii. ff. de extraor. cri. & p Io. Bapt. de S. Senerino in

in l cunctos populos.C.de sum.triu.& fid. ca
152 thol.¶Et coram quibus iudicibus, & magi-
stratibus conueniantur milites, habetur in l.
Tam collatores.C.de coll.& in titu.de re mi-
lit.Cod.lib.12.videlicet coram Ducibus,ma
gistro militum,Presecto prætorio,& similib.
Et in hoc est attendenda consuetudo,& mites
ac seueri quandoq; esse tenentur Reges in pu-
niendo milites suos l.Desertores iuncta gl.ff.
153 de re milit.in uerb.Ellogio.¶Quero de mili
tibus qui ob necessitatem acceperunt auctori
tate propria utensilia quædam pro se,& equis
suis; si ea uenalia aliter inuenire non potue-
rint,an puniri de iure debeant. Dic quòd non.
154 l.2.C.de pasc.publ.lib.11.¶Licitū est quoq;
accipere boues,curus, & alia iumēta pro cau
sa urgente, & necessaria militiæ unà cum in-
strumentis alijs quantumcunque alienis etiā
glebi descriptis.l.Pro locis.C.de anno. & tri-
115 bu.lib.10.¶ Nam principis est priuilegium,
& gloriosæ militiæ,currus, & naues accipere
subditorum pro uehēdo res de loco ad locū,
si sibi necessarium fuerit,tam pro casu suo, q̄
156 pro bello. ¶Et si fiscus acceperit plaustra, &
naues pro exercitu,& classe;an soluere illi te-
neatur mercedem plaustrorum,& nauium,ha
betur in.§.Plaustrorum in tit.quæ sint rega,&
ibi per And.de Iser. & Bal. Vbi dicunt teneri
soluere mercedem,ubicunque cōtigit pro pu
blica utilitate auferri rem à subditis.l.3.C.de
157 adulter.& l.Proculus.ff.eod.tit.¶Et si naues,
& plaustra tempore exercitus occultentur, po
terūt cōfiscari de iure,si bellum iustum fuerit.
Ità tenet Excellentissimus Doctor dominus
Alber.de Rosa.in l.Iubemus. C. de sacrosan.
eccl.Et talem confiscationem puto esse legiti
mam. cum agatur de honore, & cōmodo uni
158 uersali,ac de Principis imperio. ¶Et an sit li-
citum stipendiarijs necessitatis tempore de-
prædari impunè in bello iusto pro usu, & ui-
ctu suo,tenet Ang.quòd sic in l.2.ff.ad leg.ro
di.de iactu;& idem tenet Felyn.in cap.quere-
lam.de iur. iuran. Nec peccare credūt milites
quibus non præbeatur necessaria, dum mater
criminum necessitas tollatur cum occasione
peccandi & ambitu relinquitur, seruare disci
plinam non potest ieiunus uenter exercitus,
iuxtà illud.

Ieiunus uenter non audit uerba libenter.

Et nescit plebs ieiunia timere, & id quòd sibi
deest, semper cogitat habere armatus exerci-
tus,& emere non cogitat;quia necessitas non
habet legem, nec moderamen diligit.cap.lu-
mina.30.q.1.cap.remissionem.1.q.1.nec im
perare potest multis,qui nequit custodire pau
cissimos. Et quis excusatur à furtò propter
necessitatem famis.c. fraternitas.12.quæst.2.
cap.3.extrà de fur. Igitur est prouidendum in
his,nè dum sumptus quæratur, prædo grasse-
tur cap in lege.23.q.1.Non semper laudabi-
lia sunt opera facta urgente necessitate cap. si
quis.56.dist.Quid de bobus aratorijs,& plau
stris,& instrumentis fundi instructi, an pro pi
gnore capi possint.Dic quòd non,cum inter-
sit reipublicæ nè capiantur. l. agricultores.C.
159 quæ res pigno. ¶Quæro de officiali an pro
sua utilitate,fisci pecunias publicas alicui mu
tuare potest.Dic quòd non potest impunè. l.
1.C.de his quæ ex publ.collatione illata sunt
non usurpanda:poterit tamen sub usuris pecu
nias prædictas mutuare stipendiarijs,propter
necessitatem ipsorum stipendiariorum mili-
tum,pro cōmuni lucro reipublicæ,& non suo
l.1.C.de auri publ.prosecuto. lib. 10. secun-
160 dum Bar.in l Diuus.ff.de bon.dāna. ¶Vbi
etiā dicit,quòd si iudex propria pecunia apta-
uerit cameram suam palatij cōmunis ciuita-
tis,ad ipsam expensam cōmune ciuitatis tene
bitur,à quo si nō posset habere pecunias suas,
illas retinere poterit de pecuniis cōmunis im
161 punè.¶Quid si iudex ex causa quærendi ali-
quod maleficium pecuniā dederit de sua pro-
pria crumena, dic ꝙ nō ualēs habere pecunias
publicas pro faciendo dictum effectum pote-
rit hoc licitè facere, & indè illas extrahere de
pecunijs quę exiguntur, & rediguntur ex qua
162 libet ordinaria mulcta. ¶ Quero de milite
qui sine sui Ducis præcepto exclamauit ciui-
tatem,arcem,uel oppidum aliquod deprædā-
ri, uel comburi; & secutà fuerit deprædatio,
uel incendium, aut damnum illud,qua pœna
plectetur. Dic pœna mortis naturalis illum
puniri,& abijciatur post eius cadauer, ut ca-
reat sepultura statuto senatus consulti. l. pen.
ff.de ui publ.& l.si quis. ff.ad leg. Corn de si-
car.& cap.pessimam.33.quæst. ulti. Et Mar-
cus Antonius quatuor millia militum necari
mandauit dicti senatus consulti statuto, quia
oppidum Regium iniussu sui Ducis dirrupe-
163 rant.¶Furca suspendi,iura præcipiunt pira
tas,& latrones famosos,sacrilegosque,& trās
fugas ad hostes fugientes,auctoresque seditio
num,& reuelantes secreta suorum Principum
Regumque: seruo alicui mortem inferentes,
& illos qui falsos deos adorant;habetur in.§.
iniuria,& ibi per Doct.de pac.iuramen.firm.
164 ¶Quæro an puniendus sit seruus, qui iussu do
mini sui interfecit uxorem ipsius domini, qui
ipsum seruum fuerat minatus se interficere il-
lum si dictum homicidium non faceret. Dic
ꝙ si seruus euadere aliter non potuerit mor-
tem à domino,qui illum iugulare uolebat, &
erat in facto illum occidendi; & aliter neces-
saria causa non potuerat euadere suam nisi in
terficeret dictam uxorem domini, excusabi-
tur

192 ¶Item qui pacem iuraméto firmatam fregit occidendo, uel vulnerando.in titu.de pac.tenen.uel uiolatoribus eius. cap.1.§.si quis hominem.

193 ¶Item concitantes populum clamádo uiuat, aut moriatur quis l.1.C.de sedition.

194 ¶Item seruus, qui dominum prodit, uel occidit l.capitalium, §.igni.ff.de pœn.

195 ¶Item seruus, qui cum domina cõcubuit l.1. C.de mulier quæ se ser.propri.iunser.

196 ¶Item qui adulterium comittit.l.ipsius adulterium.C.de adulter.

197 ¶Item qui eam cuius tutor est corrupit.l.1. C.si quis eam cuius tut.fuer.corrup.

198 ¶Itẽ qui in se manus proprias intulit l.si quis aliud. §.si.ff.de his qui sibi mortem cõsciuer. & l.omne delictum, ff.de re milit.§.qui se.

199 ¶Item turbator pacis l. finali, §.finali, ff.de re militari.

200 ¶Item qui fulsit hostes, uel uendit eis arma l. errorem.ff.de publi.

201 ¶Item tenens puellas in prostibulo, ut in authen.de lenonib.

202 ¶Item qui homines castrat.l.1.C.de eunuch.

203 ¶Itẽ qui fracto carcere fugit.l. j. C.de effrac. l.milites agrum, §.eius fugam.ff.de re milit.

204 ¶Item miles custos qui captiuum dimisit.l.si quis aliud.§.miles.ff.de pœn.

205 ¶Item Commentariensis qui reum mortis euasit l.Commentariensem, & l.in reos. C. de custodibus reorum.

206 ¶Item qui priuatum carcerem facit l.1.C.de priuat. carcer.

207 ¶Itẽ qui sua auctoritate erigit furcas, aut cũ sit priuatus utitur imperio, uel insignis repræsentantibus magistratũ; quoniam hoc est crimen læsæ maiestatis l.3.§.fin.ff.ad legem iul. maiest.& l.omnes, §.qui se, de falsis.

208 ¶Item miles qui socium comilitonẽ suum ferit, aut percutit ferro.l.omne delictum. §. si quis.ff.de re milita.

209 ¶Item miles, uel alius qui manus intulit Duci, aut Præposito suo, Potestatiq; , uel Capitaneo illius terræ l.omne delictum, §. qui manus.ff.de re militari.

210 ¶Item iudex qui subtraxit publicam pecuniã §.si lex. instit.de pub.iud.

211 ¶Item miles qui integra acie instructa, fugit de acie, seu bello. l. omne delictum. §. qui in acie. ff.de re mili.

212 ¶Item qui mœchat prægnantem mulierem, uel abortum faciens. l. si quis aliquid. §. qui abortionis, & l.Cicero.ff.de pœnis.

213 ¶Item qui duos, aut plures occidit argumen. eiusdem §.qui abortionis.

214 ¶Item Auctor aggressuræ, uel uiolentiæ ubi cædes facta est. l. quoniam. ff. ad legem iuli. vnde vi.

215 ¶Item musclantes liberos homines l.fi.C. ad leg.iul.de ui priua.

216 ¶Item miles, qui nè pugnet, simulat languorem.

217 ¶Item contumacia omnis militis in sua arte gloriosæ militiæ capitalis est, ut in l. omne delictum, §.contumacia, ff.de re militari.

218 ¶Item iudex qui in publicum uocat matrẽ familias, l.j.C.de offi.iud.

219 ¶Item qui Nili aggeres, aut ripas destruit, aut in ciuitatibus maris, terrǫuè clusas publicas fluminum rumpit, undè posset eosdem respectiuè exitus ibi sequi, qui in Aegypto de Nili aggeribus, ut C.de nili agger. non rumpendis.

220 ¶Item qui receptãt latrones, aut alios reos insignes l.ultra, ff.ad leg. iul. de ui publ.& l. 2.ff. de his qui latrones: hoc in regno Siciliæ est limitatum per Regiam pragmaticã in pęnam sex millium ducatorum.

221 ¶Item furantes liberos, seu pueros alienos, l.fi.ff.ad leg.flaui.de plagiar.

222 ¶Item qui furantur, aut inuadunt castra, ciuitates, uel oppida.habetur C.de sedition.per tot.& in l.j.§.loca.ff.ad leg.iul.maiestatis.

223 ¶Item qui permittit hostes uenire, quos ratione officij prohibere tenetur, l.si quis à barbaris, C.de re militari.lib.12.

224 ¶Item facientes uastum de nocte in uineis, uel campis, l.j. C. quando liceat se sine iudic. uindic.

225 ¶Item abstrahentes aliquem de religione, ut puta rapiendo nouicios à fratribus l. cum qui, C.de Apostat.& committentes hæc malefícia, & similia, naturali morte puniũtur; quoniam in puniendis maleficiis proceditur de similibus ad similia l.milites aurum.§.fin.ff.de re militari. Triplex enim est similitudo scilicet probabilis, & necessaria, quando lex assimilat l.fi. ff. si quadrup.paup. fecisse dicatur. Ista est similitudo, à qua non potest appellari, l.si qua pœna, ff.de uerb.signi. Quoniam à statuto legis non appellatur, l.1.de appella. reci piend. Alia est similitudo quę non est adeò uera, sed est probabilis, ut quando index assimilat, & si iudex in hoc errat, potest appellari, faciunt ad hoc notata per iuris Specul. in tit. de disputa.aduoca.& in authen. de instr. caut. & fid.§.si quis, ibi quę insunt, uel ut similia, non tamen per omnia similia. Quædam est assimilatio, quæ tãtũ est probabilis, undè quãdo aduocatus allegando nititur facere assimilationem personæ ad personam, uel rei ad rem, uel facti ad factum, ut notatur quando tacitè tantum uidetur inesse in quo eadem ratio reperitur, ut in materia pœnali, ut de reuocatione donationis l.his solis, & l.non solum.§. Senatus, & l.sed & posteriores, ff. de leg.& l. fin.de in

in diem adiec. Et ubi duo sunt similia est eligẽ dum maius simile l. de quibus, ff. de leg. & ibi per Doctor. & quando arguitur de simili ad si mile, esse debet certum & simile ad quod trahitur, & non dubium l. in testamento, ff. de condition. & demonst. & l. comparitiones, C. de fid. instrum. Et adde ꝙ ubi est eadem ratio ibi non dicitur similitudo, sed eadem, & id ius est statuẽdum, ut. C. de sacrosan. Eccle l. illud. Sed ubi est similis ratio, ibi dicitur fieri extensio, quæ non fit ubi casus legis, uel statuti est contrarius. Nam argumentum à simili est argumentum ex coniectura, & ideò cessat argumentum in casu non dubio à coniectura, ut habetur in authẽ. Quas ruinas, C. de sacrosan. ecclesi. ¶ Item est notandum quòd istę pœnæ possunt per statuta terrarum, & consuetudines locorum permutari tam in terra, quàm in mari. Nam consuetudo maris debet seruari prout seruatur consuetudo terræ, & ciuitatum ut in authen. de usur. mari. §. fin. col. 10. Et si statutum, uel consuetudo loci delicti minuit pœnam capitalem, uel pœnam mortis cõmutat in pecuniariam, recessum est à pœna mortis, l. qui cum uno, §. post. ibi dum dicit recessum est à capitis pœna. ff. de re milit. cum simi. Et è contra de pœna pecuniaria delictorum potest statutum, uel consuetudo facere capitalem, l. saccularij, §. sunt quædam, ff. de extraor. crim. ¶ Mortalis quæ nam sit iustitia, Dic esse in iudiciorum æqualitate, & si fortè aliter contra precepta naturalia foret, iure namque naturæ cauetur neminem locupletiorem fieri cum alterius iactura, ut in regula iuris iure na turæ, & quod tibi non uis fieri, alteri non facias cap. 1. dist. 1. Et nutriret peccatũ ille qui ad peccatum, & ad delinquẽdum inuitaret proximum, l. conuenire. de pact. dotal. argu. cap. fin. de consuet. ¶ Et si domini uasallorum iudices nõ eligerent ipsis uasallis nõ suspectos; ipsos ritè dominos habebunt. & in eorum causis suspectos iudices: quoniam Deus in suo iudicio seruat æqualitatem, l. si cum dies. de arbitr. cum glo. ibi. Nec ad imparia iudicantur domini, & uasalli ca. de forma. 22. q. 5. & per glo. in cap. ad finem, & per D. And. de Iser. ibi de form. fideli. ¶ Quæro de priuato qui militem in matricula militiæ descriptum tenet ad obsequium suum pro bello ciuili, contracto odio intestino, qua pœna teneatur. Dic ipsum esse puniendum pœna librarum quinque auri, l. nemo, C. de re milit. authen. ut neque mil. in princi. Et ut aliàs dixi ciuitatũ discordiæ sunt ruinæ ciuitatum, iuxtà illud Poetæ.

Impius hec tam culti noualia miles habebit,
Barbarus has segetes, en quo discordia ciues.
Perduxit miseros &c.

230 ¶ Quæro de occurrẽti quæstione, Baro qui
dam promisit, quòd certus eius uasallus se prę
sentabit in regia audientia sub certa pœna in-
fra mensẽ, & dictus uasallus antè mẽsem mor
tuus est à latronibus in Apulia, & elapso men
se uexabatur Baro pro pęna à regio fisco, quia
non præsentauit dictum uasallum suum in mẽ
se prædicto, secundum quòd promiserat; & ca
sus talis fuit mihi transmissus consulẽdus. Cõ
sului Baronem non teneri propter difficulta-
tem & impossibilitatem; impossibile tamẽ est
facere quòd mortuus se præsentet, & impossi-
bilium nulla est obligatio, l. si uehenda, ff. ad
leg. rod. de iact. & l. impossibilium, ff. de reg.
iur. & per doct. ibi, & l. si cõtinuus, ff. de uerb.
oblig. & per Abb. in cons. suo 90. incip. Circa
primum dubium, & per Doctores post glo. in
cap. quæstioni, de appel. & in l. inter stipulan
tem, §. sacram. ff. de uerb. oblig cum uulgar. &
latè per Hyppol. de Marsi. in rub. titu. ff. de fi-
deiuss. Et benè scripsit Gul. Budeus. de re milit.
& de desertor. militum in anotation. suis ad
231 Pandectas lib. 47. fol. 67. ¶ Quæro de mili-
te delinquente in exercitu, an puniri possit ex-
trà exercitum, & territorium? Dic quòd sic se
cundum Bal. in l. 2. §. exercitum, ff. qui notan.
infam. & in l. cũctos populos, C. de sum. trin.
232 & fid. cathol. ¶ Et est sciendum quòd Mars
armatus, & inermis in arte, & exercitio suæ
gloriosæ militiæ cedit prudentiæ Palladis, &
paret legibus, & illas seruat, & amat, & ipsarũ
pœnas timet propter uirtutem. Et ità optimi
Duces, & milites facere debent pro honore,
gloria, salute, uictoria, & triũmpho militię
sanctæ: quæ uictis hostibus pacem dat & quie
233 tem Populis. ¶ Quæro de inuestitura facta
per Regem cuidam Comiti de uno castro, &
indè per quẽdam Baronem dictum est Regi,
dictum Comitem esse mortuum absque filio,
& petit se inuestiri, quem Rex inuestiuit. Quæ
rit, an talis inuestitura ualeat, ex quo uiuit pri
mò inuestitus? Dic non ualere quia nõ debuit
fieri absque uiuentis uasalli consensu castrum
possidẽtis, neq; in præiudiciũ eorum ad quos
debet peruenire feudum post mortem uasalli
uiuentis per cap. 1. qui succed. tenẽ. & in cap.
1. §. si quis fecerit. quo tẽp. mil. cap. 2. de feud.
dato inuicem leg. commu. & per D. Andr. de
Iser. in cap. moribus, col. fin. si de feud. fuerit
controuer. Nam si dominus feudi inuestiue-
rit alium, credẽs primò inuestitum fore mor
tuum, & feudum peruenisse ad ipsum dominũ
feudi, & ille qui præsumebatur mortuus uiue
bat, quòd talis ultima inuestitura est nulla,
nec habet effectum; licèt posteà dictus prius
inuestitus moriatur, & concessio ultimo loco
facta, non habet præiudicare concessionibus
primò factis, comprobatur per Alex. de Imo.
in

in conf.23.& 111.incipien. Viso processu,& ijs quæ in themate 5.uolum. & per Roma. in conf.298.incipien.circa præmissa,& Paul. de Cast.in consi.156.incipien.uiso,& examinato, & per Philipp. Decium in consilio 185. 1.uolumin.

SVMMARIVM.

1 *Bellum iustum dicitur quod à Papa Catholico contra non recognoscentes Romanam Ecclesiam indicitur.*

2 *Romana Ecclesia,est caput omnium Ecclesiarum uniuersi orbis.*

3 *Papa tenet uniuersale Imperium in spiritualibus inter omnes fideles, & infideles.*

4 *Papa est Christi Vicarius,et Petri successor, & omnium Ecclesiarum proprietarius dicitur.& nu.17.*

5 *Pugnantes contrà infideles, merentur apud Deum.*

6 *Pax in omni bello offerenda est inimico antequam bellum fiat.*

7 *Bellum etiam iustum dicitur,quod indicitur ab Imperatore Catholico.*

Imperator iurisdictionaliter est totius orbis Dominus,& num.17.

8 *Bellum iustum quoque dicitur quod indicitur à Principibus non recognoscentibus superiorem.*

9 *Bellum semper præsumitur iustè indictum à Papa,Imperatore Orthodoxo, & à Principibus,superiorem non recognoscentibus.*

10 *Bellum a populo Romano indicebatur, & iustum erat.*

11 *Principis Priuilegium est indicere bellum.*

12 *Bellum propriè quando dicatur.*

13 *Bellum,& Duellum quare ita dicantur.*

14 *Bona,& mala quæ inducantur à bello.*

15 *Bellum unde deriuatur.*

16 *Persiciariorum officium est indicere bella,& alijs pœna mortis imponitur.*

17 *Papa habet utrunque gladium,& contrariũ afferentes sunt hæretici.*

18 *Deus ex se rexit mundum sine ministris tempore multo.*

19 *Deus quo tempore cœpit regere mundum per ministros.*

20 *Imperium undè ortum habuit,& n.23.*

Imperator an sis in bona,uel mala fide Imperij sui,& nu.24.

21 *Quæ iusto bello quæruntur licitè,& iustè quæsita sunt,& sunt præscripsibilia.*

22 *Christus in hoc seculo exercuit utrunque gladium,& nu.24.*

23 *Papa uacante Imperio potest utrunq; gladium exercere.*

24 *Principes omnes, excepto Papa,subiacent imperio.& nu.23.*

25 *Principes christiani bella inter se gerentes, an ritè acquirant Regna aliena.*

26 *Imperator an possit reuocare priuilegia per ipsum,uel prædecessores suos concessa.et nu.29.*

27 *Priuilegia concessa ab Imperatore ante eius coronationem tenent.*

28 *Imperator non coronatus improprius est.*

29 *Priuilegia ampla concessa alicui baroni primarum,secundarum,& tertiarum causarum. possunt per Imperatorem renouari,cũ sint in præiudicium suæ iurisdictionis.*

30 *Baro abutens priuilegio, potest eo priuari.*

31 *Priuilegia quæ in uim contractus transierunt, an possint à concedente reuocari.*

32 *Priuilegia meritoria an possint reuocari à concedente.*

33 *Bellum iustum dicitur intuitu principis præcipientis, & obedientis;cũ ipsi principi obediẽs necessariò parere tenetur.*

34 *Bellum iustum multipliciter quoque dicitur.& num.35.cum seq.usque ad nu.47.*

36 *Bellum legitimum quibus sis concurentibus.& num.37.& 38.*

Bellum quid sit.& nu.196.

38 *Clerici an possint ministrare gladium sanguinis bello,& bello interesse.& n.195.*

39 *Clericus præstans consilium bello,an sit irregularis.*

46 *Episcopus an & quando possit indicere bellum sine incursu irregularitatis.*

47 *Pugnandum quando, & qualiter pro fide, & pace.*

48 *Clerici parantes sagittas, insidias militares,et tormenta,an incidant in irregularitatem.*

49 *Imperator non potest contra ecclesiam catholicam indicere bellum.*

50 *Papa ritè liberat à iuramento fidelitatis subditos Imperatoris indicentis bellum contra Ecclesiam catholicam.*

51 *Papa contra Imperatorem hæreticum ritè potest bellum indicere.*

52 *Imperator est filius Ecclesię,cui parere debet,ut bonus filius patri,& matri suæ.*

53 *Bellum contra iudeos,& saracenos quo iure indicatur remissiuè.*

54 *Bella omni die etiam festiuo gerenda sunt urgẽte necessitate.*

55 *Christus dominica die surrexit pro necessaria salute humani generis, & omne insigne illo die fecis.*

56 *Expeditio Rauennæ magna extitit, & fuit in die Paschatis,& quare.*

57 *Morientes in bello pro Ecclesia cæleste regnũ merentur.*

58 *Moriẽtes in bello iusto siue peccato mortali, salui fiunt.*

Arma

59 *Arma generant multa mala, ideò à Populo ferri non debent.*
60 *Odia intestina per mortales sunt fugienda. et nu.61.& 68.*
61 *Fides suspecta quando sit tyrannidis.*
62 *Principes regnare cupientes, quales esse debeant.*
Iustitia recta separat Reges à tyrannis. & num.63.
63 *Iusti Principis uita fœlicior est illa tyranni. Tyranni uita quæ sit.*
Populi iniustè grauari non debent. & nu.64.
64 *Tiberius Imperator qualiter fuerit uirtute præditus, & clemens erga populos.*
Boni Imperatoris proprium est amare Deũ, & proximos cum charitate subditos suos, inuestigare eorum commoda, & illorum damna remouere.
65 *Tyrannia non cadit in Papam.*
Papa non potest a mundo iudicari, nisi pro hæresi.
66 *Papa gestum præter ordinem rectũ an teneat.*
Bellum iustum, & necessarium quale sit, & quæ dicantur bella licita. & num. 67.68. 69.96.97.
68 *Bellum semper est faciendum in infideles.*
69 *Discordia christianorum accrescit infidelium regna.*
70 *Homicidę non sunt qui hostes in bello iuste occidunt.*
71 *Fugientes ex publico bello infames fiunt.*
Capti in bello iusto fiunt serui capientium.
Capti in bello, non sunt occidendi secuta uictoria. & num.72.75.& 171.
72 *Bessus Dux Thessalorum ab Alexandro Magno occisus fuit, quia Regem Darium captiuum interfecerat.*
73 *Capti in bello iusto, non possunt dominos suos derelinquere. & nu.74.*
Captiui christiani non efficiuntur serui capientium.
75 *Principes Catholici tenentur captiuos christianos redimere.*
76 *Ius postliminij quibus competat.*
77 *Ius postliminij quid sit, & undè deriuatur.*
78 *Filius captus ab hostibus si in hoc interim pater suus fuerit arrogatus, si reuertatur efficitur nepos arrogatoris.*
79 *Filius apud hostes susceptus, postliminio reuersus filij iura habet.*
80 *Mortuus apud hostes fingitur mortuus prima hora captiuitatis.*
81 *Filiusfamilias in bello captus, & indè reuersus; pristina iura filiationis recuperat.*
82 *Vxor capta ab hostibus, an reddiens recuperet uirum.*
83 *Captiuorum attenditur hora prima suę captiuitatis ad contractus, et ultimas uolũtates.*
Filius sequitur conditionem patris.
84 *Capta in bello, an liceat retinere cum bona conscientia. & nu.178.*
85 *Milites, & filij familias milites, qualiter possint testari in conflictu.*
86 *Patre capto, & ab aliquo redempto potest filius redemptori reddere solutum pro patre, & illius esse hæres.*
87 *Seruus captus & reddiens, an consequatur pristina iura.*
88 *Mortuo hærede ante testatorem testamentum rumpitur.*
Filius natus apud hostes ex uiro, & uxore captis ab hostibus, & cum ambobus reddiens iura filiationis habet, cũ sola uerò matre reuersus pro spurio habetur.
89 *Ius postliminij quando locum habeat.*
90 *Capti in bello non iusto licitè fugere possunt.*
91 *Repræsaliæ quæ sint.*
92 *Confœderati possunt represalias impetrare.*
93 *Rei confugientes ad Ecclesias, an in eis tuti esse debeant. & nu.94.& 95.*
95 *Capientes, & extrahentes existentes in temple Dei, in pœnam incidunt criminis lęsæ maiestatis.*
Delinquentes in Ecclesia, & diffidatos latrones non tutatur ecclesia.
98 *Iniustum, & præsentuosum quando dicatur bellum, & pluribus modis dicitur iniustum. nu 106.107.108.109.*
99 *Iudices Catholici esse debent, aliàs sunt incompetentes.*
100 *Iudices non debent esse suspecti, neque inimici Regi suo, neque partibus litigantibus.*
Iudices ex quibus casibus repellantur à iudicando remissiuè.
101 *Iudæi prosequi non debent.*
Saraceni iustè prosequuntur, & illis bellum indicitur.
102 *Iudæi sunt infames, nec possunt esse officiales, neque iudices inter christianos. & nu. 103.*
103 *Iudęi non iurant per sancta Dei Euangelia.*
Iudæi à tutela christianorum repelluntur.
Iudæi non gaudent beneficio cap. quamuis de pactis libro sexto.
104 *Iudæi non possunt habere dignitates, nec esse Doctores. et suprà nu.102.*
105 *Iudæi medici uocari non debent à christianis.*
110 *Bellum ex parte christianorum semper est iustum contra infideles.*
111 *Principibus christianis, an liceat inuocare auxilium infidelium, & cum ipsis facere ligam. & num.115.*
112 *Papa omnimodam potestatem habet in terra, & potest Principes non obedientes mandatis suis pro pace seruanda, priuare dignitatibus, Dominijs, & Regnis.*
113 *Papa dat, & tollit Imperium, & Regna auctoritate*

160 *Paria delicta mutua cōpensatione tolluntur.*
161 *Clericus existens in bello licito, an licitè fugiat aliis relictis.*
162 *Clericus militando,& occidendo homines in bello iusto,non fit irregularis.*
163 *Clericus celebrans missam,ab aliquo aggressus potest se defendere, & ad altare reddire, & missam perficere aggressore occiso.*
Idem est in baptizante, & alios ordines Ecclesiæ dante,& num.164.& 165.
Clerici scandala, & pericula fugere tenentur.
Clericis licet in Ecclesia Dei se defendere.
164 *Peccatum non committit, qui aliquid iur permittente facit.*
165 *Clericus baptizās puerum,uel infantem morientem, aggressus,an debeat se tueri,uel pati mortem,nè pereat infans.*
166 *Inuasores Regnorum alterius, quādo teneātur restituere bona ablata in bello.*
167 *Miles accedens in bello militando, & occidens,an peccet.*
168 *Damnum datum pro repetendis rebus,an teneatur quis ad restitutionem.*
169 *Clericis an liceat bello corporali se,& bona sua defendere.*
170 *Indicantes bella absque Principis licentia, in quam pœnam incurrant.*
Crimen lesæ maiestatis quibus modis, & per quos committatur.
172 *Captis in bello est miserendum.& nu.173.*
173 *Regi Armeniæ Tigrano in bello capto pepercit Magnus Pompeius.*
174 *Capti in bello an serui fiant.*
175 *Notarii serui publici dicuntur.*
Seruus uerus Notarius esse non potest.
176 *Captiui detineri, & non uenundari debent.*
177 *Bona captiuorum,an licitè capi possint. & num.178.*
Bruti gestum nitnperatur circa mortem illatam captiuis.
178 *Deprędantes in bello iusto restituere non tenentur.*
179 *Bona nostra ab hostibus capta,an sua fiant.*
180 *Dominus an teneatur dare uasallos suos delinquentes in posse iustitiæ.*
181 *Receptantes malefactores qualiter puniantur.*
182 *Duces,& milites qualiter se gerere habeant pro conseruandis Ecclesiis, piis locis, & populis.*
183 *Crudeles persępe mala morte moriuntur. & num.185.*
184 *Constantinus Imperator pepercit paruulis gratia salutis.*
185 *Dei bellum immortalis fugere non potest homo mortalis.*
186 *Securitas faciēda est per exercitum illis,qui afferunt annonas populis, & laborantibus in agris.*
187 *Domini inter se bellantes,an possint inter se cō ponere super damnis subditorum. & nu.188.*
189 *Episcopi an licitè possint interesse bello sine licentia Papæ.*
190 *Prælatus an possit indicere bellum pro iniuria subditi sui, & alios, quàm iniuriantes bello capere.*
191 *Bella distrahunt mentem clericorum à diuinis, & inquietitudinem pariunt.*
Clerici nō possunt arma portare sine iusta causa.
Prælatis licet inuocare brachium seculare pro defensione Ecclesiarum,suorumque bonorum.
192 *Legatus D.Papæ an possit indicere, & facere bella,& inuocare brachium seculare.*
193 *Bella inducta per Ecclesiam contra excommunicatos hæreticos, et rebelles ipsius sunt meritoria.*
194 *Miles secularis, an possit ad sacros ordines ordinari sine licentia Papali.*
195 *Clerici interessentes bello sine licentia Papæ irregulares efficiuntur.*
196 *Bellum quotuplex sit,et unde dictum.*
197 *Subditi an licitè possint habere bella cum suis Dominis,et e contrà.*
198 *Rex iustè militans contra eius superiorem, an possit facere ligam cum aliis.*
199 *Excommunicatus existens in excōmunicatione per annum qualiter puniatur.et suprà nu.198.*
200 *Vasalli Baronum an teneantur magis Regem, quàm baronem iuuare in bello.*
201 *Principes tenentur periti esse in re militari, et literis.& num.102.*
202 *Fabritius Iesualdus Comes antiquę Vrbis Cōpsæ doctus fuit literis,& armis, & bonitate plenus.*
203 *Ciuitas obligata dare Imperio tempore belli tot gētes, licèt steterit per centum annos,quòd illas non dederit,talem obligationem non pręscribit.& nu.104.*
Iura Ecclesiæ Romanæ, & Imperij per centū annos præscribuntur.
204 *Ius patronatus eligendi Rectorem Ecclesiæ nō perditur per electionem non factam spatio centum annorum quia non expediuit.*
205 *Priuilegia,& rescripta realiter perpetua sūt, nisi aliud tempus sit in eis dessinitum.*
206 *Priuilegium perditur per uoluntariam abusionem decennalem.*
207 *Priuilegium multum largum habens de aliquo faciendo, si eo utitur multum strictè,sibi præiudicat.*
208 *Iurisdictio non usa per centum annos,an perdatur et ius oneris imponendi, quāto tempore perdatur.*
209 *Lex, uel statutum an tollatur tempore per non usum.*

210 *Tneri*

DE IVSTO, ET INIVSTO BELLO.

1 IVSTVM est bellũ illud quod
indicitor à Papa Catholico con
trà non recognoscentes Roma-
nam Ecclesiam, quod Romanũ
dicitur, quia Papa Romanum
2 tenet Imperium in urbe. ¶ Et Romana Eccle-
sia est caput omnium Ecclesiarum uniuersi
Orbis cap. Hæc est fides. 24. q. 1. & cap. quo-
niam, & penulti. de summa trinitate & fide ca
3 tholica. ¶ Et uniuersale Imperium tenet Pa-
pa Catholicus in spiritualibus inter omnes fi-
deles, & infideles per uniuersum orbem.
4 ¶ Et Christi uerus est Vicarius, & Petri suc-
cessor in terra: & dicitur proprietarius om-
nium Ecclesiarum, firmat And. de Isernia Do
ctor ueritatis in l. Imperialem. in addit. 2. in
titulo quę sint regal. & in capitulis Corra. &
textus in cap. iustum, 23. quæst. 2. & cap. ex-
communicamus, el secondo, de hæret. & tex.
in cap. hæc est fides, & cap. quoniam. 24. q.
1. habetur per Imol. in cap. super his, de uot.
& per Hostien. ibi, & per Bartol. in l. Chri-
stianis, C. de pagã. & in l. ex hoc iure, ff. de iu
stitia, & iure, & per Ioan. de Lign. in tract. suo
de bello, & Abba. in cap. nonnullis. de iudi.
& Ioan. And. in cap. gaudemus. de iudi. & gl.
in clemen. 1. de testi. & in clemen. fin. de iud.
& Paul. de Lignano in addit. secundi tract. 3.
principalis libri de bello domini Ioan. de Li-
5 gna. olim aui sui paterni. ¶ Et pugnantes con
trà infideles, & hostes Reipublicę Christianæ
mærentur ualdè ualdè, & consequuntur æter-
nam gloriam morientes in tali bello, & plus
acquirũt quàm si uiuerent in hoc seculo, quia
æthernaliter uiuunt in Paradiso. Nam illi bea
ti sunt, qui moriuntur pro Deo, ad prędicta
6 facit cap. excommunicatus, de hæret. ¶ Et li
cèt sit iustum bellum, antequàm moueatur, of
ferenda est pax inimico; quam si acceperit, &
portas suas aperuerit populi sunt in ea seruan
di: quibus est parcendum in quantum fieri po
7 test, ut in 20. cap. Deuteronom. ¶ Iustum est
etiam bellum illud, quod indicitur ab Impe-
ratore Catholico iurisdictionaliter in tempo
ralibus domino totius orbis, locum Cæsaris
Augusti tenente, iuxtà illud Euangelium.
Exiuit ædictum à Cæsare Augusto, ut descri-
8 beretur uniuersus orbis. ¶ Iustum est quoq;
bellum quando indicitur à Regibus, & Prin-
cipibus non recognoscentibus superiorem ip-
sius belli præcipiendi, potestatem ordinariam
habentem, cap. Iulianus. 1 t. q. 3. & per glo. in
cap. auctoritatem. in verb. materiali. t 5. quęs.
6. & per Bart. in l. Hostes, ff. de capt. & post-
lim. reuers. & in l. 1. in gloss. in uerb. bello, ff.
de acquirẽ. possess. & in cap. quid culpatur. in
9 gloss. instituì, 23. quæst. 1. ¶ Et in dubio sem
per præsumitur esse legitimè indictum bellũ
à Papa Catholico, & ab Imperatore Ortho-
doxo, & à Principibus non recognoscentibus
superiorem, ut tenent Doctor. in cap. sicut. de
iur. iuran. & in cap. quæ in Ecclesiarum. de cõ
sti. & in l. præscriptione, & l. fi. C. si cõtra ius,
10 uel util. publ. ¶ Et à populo Romano tunc nõ
recognoscente superiorem indicebatur, & iu-
11 stum erat l. 1. C. ut armorum usus. ¶ Principis
enim priuilegium est indicere bellum, l. 3. ff.
ad leg. Iul. maiest. ad quæ faciunt not. per Bal.
in consil. 12. & in consil. 50. & in consil. 322.
12 in 1. uol. ¶ Et impropriè bellum dicitur, quan
do indicitur ab inferioribus Principibus reco
gnoscentibus superiores, cap. sicut. el terzo. de
iur. iuran. quod in dubio pręsumitur iniustũ,
l. unica, C. de gladi. c. 1. de purg. cano. & per
13 Oldr. de Laude, in consi. 70. 71. & 72. ¶ Qui-
dam bellum à bono, & duonum pro bono à
duello per antiphrasim. i. per contrarium di-
cũt deriuari, quia in eo multi sæpe malũ reci-
piũt in perditionẽ animarum corporũ, & sub
stantiarũ, l. 1. C. publi. lætic. lib. 12. & per Ar-
chid. in c. 1. 12. quæst. 1. & in c. fin. 14. dist. &
ut dixi scd̃m quosdã bellũ à bono dici posse;

quia fit propter futurũ bonum, id est propter pacem ¶ quæ sequitur post bellum ex causa finiti belli, & quæ bona, & mala inducant bella habetur in gl. in uerb. paciuntur auth. de arm. collat. 6. in princip. ¶ Et quidam de iure naturali deriuari bellum firmãt, quorum opinio probatur propter appetitus naturales; quorum sententiam non improbamus, sed dicimus esse de iure gentium, ciuili & canonico: quia inclinatio illius inclinationis introductæ à principijs naturalibus insurgit ex iure gentium, id est ex æquitate generalis rationis intelligentiæ cap. Ius gentium. 1. distin. & per gloss. & Doctor. in l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iur. & cap. ius naturale. distin. 1. & l. ius ciuile, ff. de iustit. & iur. & quando aliquid addimus, uel detrahimus iuri communi, ciuili, uel canonico ius proprium est ciuile, uel canonicum: dic igitur bella esse de iure ciuili, & canonico, id est de ipsa rectitudine, quę est ius ciuile, & canonicum, ut dicit Ioan. de Lign. in lib. suo de bello. ¶ Et bellum indicitur per perficiarios, quorum proprium est officium indicere bellum, l. 1. C. de perficia. digni. lib. 12. & per Bar. in l. Hostes, ff. de capti. & postlim. reuers. Et pœna mortis naturalis est in alio indicente, & non deputato indicere bellum si illud indixerit, glo. est in titu. de mand. Princip. & habetur in titu. de arm. authen. & in titu. ut armo. usus lib. 11. Codicis. ¶ Et ut prædiximus Catholicus Papa est Dei Vicarius, & iurisdictionaliter Dominus in spiritualibus, & Proconsul, Dictator, & Imperator totius Orbis, Et Imperator etiam Catholicus est Dei Vicarius, Dictator, & ordinarius Legatus, Dominus, & Proconsul iurisdictionaliter uniuersi Orbis in temporalibus: & hi sunt illa duo Luminaria mundi, Papa enim habet utrunque gladium, & qui contrarium dicunt hæretici sunt cap. violatores. 25. quæst. 1. ¶ A principio creauit Deus in mente sua, & post cum effectu Cœlum, & Terram; & Mare separauit, & omnia quæ in eis sunt cum angelica, & humana natura: & spiritualia, & temporalia per se ipsum rexit; & homini quẽ creauit ad imaginem, & similitudinem suam præcepta dedit, & transgredienti pœnam imposuit, & dedit Genes. 11. Rexit per se Dominus usque ad tempora Noe, puniuit Caym, & Lamech Reges, & Sodomos nephandos, & peccatores. ¶ A tempore uerò Noe incœpit Deus mundum regere per ministros Genes. 4. 5. & 6. Et primus fuit Noes cui commissa fuit Archa, quæ significat populum, & Ecclesiã Dei Genes. 8. & 9. in hoc gubernio successerunt Patriarchæ, & Reges, ac Iudices: qui pro tempore fuerunt in regimine populi Iudæorum, & hoc durauit usque ad tempus D.

nostri IESV CHRISTI, qui post se re
liquit prædicta duo Luminaria magna cap. 1.
20 & per Bal. ibi de pa. Constan. ¶ Et licèt Impe
rium uideatur habuisse originem à uiolentia,
& in mala fide uideatur, nè præscribere ualue-
rit iura Imperij, hoc tamen fuit iustificatum
à Deo, & ab eo comprobatum authen. de nõ
alien. §. si minus. secundum Bald. & alios scri
bentes ibi in l. cunctos populos. C. de summa
trinita. & fide cathol. dum CHRISTVS di-
xit imaginem Cæsaris reddi Cæsari, nec fuis-
set ab ecclesia defensus possessor iniustus, si nõ
fuisset iniustus possessor Cæsar Augustus in
21 sua possessione Imperij. ¶ Nam quę iusto bel
lo quæruntur, licitè & iustè quæsita sunt, &
præscribilia sunt, habetur per Innocen. in cap.
super de uot. & de iure ciuili etiam cum ma-
la fide præscribitur spatio xl. annorum. l. si-
cut, de præscriptio. Et tot Reges, & Principes
Christiani Sancti fuerunt, quos Dominus nõ
permisisset errare si fuisset in errore possessio-
nis iniusti Romani Imperij quod dependet, &
dependebat antè CHRISTVM à solo Deo: &
post CHRISTVM cępit esse CHRISTI, ut pro
phetauit Daniel, & successiuè in eius Vicariũ
per quẽ fuit translatum Imperium limitata po
testate cap. solitæ. de maior. & obedien. & cap.
venerabilem. extrà de elect. gloss. in authen.
22 de mãd. Princ. ¶ Et CHRISTVS ipse exercuit
in mundo utrunque gladium, spiritualem ui-
delicet, & temporalem: de spirituali plenæ sũt
cartæ; de temporali patet in liberatione adul
teræ, & in expulsione ementium, & uenden-
tiũ in templo; & in incisione auris facta per Pe
trum Malcho, & in restitutione dictæ auris,
eidem Malcho restitutæ per Omnipotentem
dominum nostrum IESVM CHRI-
STVM vtroque per ipsum respectiuè adim-
pleto testamento Nouo, & Veteri; & aliis
actibus spectantibus ad Regem, & cum coro
na regia coronatus fuit, & crucifixus cum Co
rona, ut Rex coronatus Iudęorum mor-
tuus fuit, ut patet in titulo Sanctæ Crucis.
IESVS NAZARENVS REX IV-
DAEORVM. habetur per Ang. Aret. in-
stitu. de milit. testamen. in fin. & Nouum, &
vetus, ut dixi adimpleuit testamentum DO-
MINVS NOSTER IESVS CHRI
STVS. & per ipsum distincta sunt lumina il
la duo in excellentia, & iurisdictione iuxtà
determinationem Canonum sanctę matris Ec
clesiæ Catholicæ, & iuris diuini dispositio-
ne; exiuit ædictum à Cæsare Augusto ut de-
23 scriberetur uniuersus orbis, ut dixi suprà. ¶ Et
uacante Imperio, potest Papa exercere utrun-
que gladium, uidelicet iura sua spiritualia, &
temporalia Imperij. Imperium aũt à Deo est,
& nõ à fortuna habeẽ p D. And. de Iser. in tit.

de pac.tenen.& est bonus tex.in cap.quęsitű.
24 23. quæst. 4. ¶ Et omnes Principes,excepto Papa, subiacent regulariter Imperio, & suo Catholico Imperatori à quo priuilegia hēnt, vt est uidere in Constit.Imperat. uniuersi ferè Orbis Principibus factis:& illi qui non habēt priuilegium ab Imperatore,vsurpatores sunt iurium,regnorum Imperij,nisi illa sua uirtute recuperauerint ab Infidelibus primò occupata:ut de Hyspaniarũ, & Lusitaniæ Regibus habetur, notat D. Iason modernus Doctor insignis in l.id quod.ff.de legi.l.deprecatio,ff.ad leg.rod.de iactu:& aliàs posset Imperator illa ritè debellare, & Imperij sui ditioni submittere.ità tenet legũ Magister D.Bar.in l.Si duas, §.Gramatici,ff.de excusat. tutor.& per glo.in l.Hac ędictali.de pace iur.firm ubi notat quæstionem illam de Rege Franciæ quam subegit Cæsar, & de alijs Regibus Orbis subiectis Romano Imperio. Nec fallit sacra litera firmans Tiberium Cæsarem Augustum fuisse Dominum uniuersi Orbis, cum etiam legatur in historijs tēpore Octauiani Augusti,qui Imperauit antè Tiberium, omnes populos sponte seditioni tanti Imperatoris Romani Imperij supposuisse,& illi obedientiam dedisse,habetur p Euangelium, exiuit ędictum à Cæsare Augusto, ut describeretur uniuersus orbis.habetur per Ang.de Aret.instit.de patr.potest.§.fin.& per Ioan.Bapt. de Sancto Seuer. in l. cunctos populos.C.de sum.trini.& fid.cathol.& alios
25 communiter ibi scribentes. ¶ Nec principes Christiani inter se gerentes temeraria bella rectè tenent Principatus per ipsos occupatos illegitimo titulo,& occupantes aliena loca per uim,uel alia illegitima uia, uel modo indirecto cum peccato; illa dominis suis legitimis restituere de iure tenentur cum fructibus illis iniustè perceptis ob malam fidem eorum cap. miles.23.q.5.firmant Ant.de Butr.& Hostiē. in cap.super his.de uoto,quia tales præscribere non possunt,cum sint in mala fide.cap.fi. de præscript. Et confessores illos absoluere non possunt,qui habent canere nè ipsi, & confitentes cateruatim damnentur ad æthernas pœnas in inferno ubi silet lux, & alios secum ducant in foueam profundam (ut dicit Euangelium) Si cœcus cœcum ducit, ambo in foueam ca-
26 dunt. ¶Quæro de casu quem habui Romæ in facto, An Imperator possit reuocare priuilegia huiusmodi ad libitum suum, tam per ipsum concessa, quàm per suos prædecessores; & iudicaui posse per tex.in cap.is cui.de præb. in 6.& cap.subiectum.de decim. & per Franc. Aret.in cap.nouit.de indi.& l.si quis in principio testamenti,ff.de leg 3.& per not.per Bar. in l.hostes,ff.de capt.& postl. reuersis, & in l. Imperium, ff.de iurisdict. omni. iudic. & per

27 Alexand.& alios ibi scribentes. ¶Et an ualeat Priuilegium alicui concessum per Imperatorem non coronatum.Dic ualere ut not.Ange. de Aret.in Instit.in prohem. & Cyn.in l.fi. C. de quadri.præscrip.& Bar.in l. sed si reprobati,ff.de excus.tutor.& per Innoc.in cap. uenerabilem.de elect.& per Luc. de Pęnna in rubr. C. de aur. coronat. lib. 11. Et ratio est, quia corona signum est Regis, sed Regem ex se corona non facit,neque tribuit Imperium sed in signe honoris, igitur ualet priuilegium.
28 ¶Nam improprius est Imperator sine triplici corona,& cum ea proprius est Imperator:qui si tempore suæ creationis, uel coronationis, aut bellorum uictorię,uel status acquisitionis aliquid promiserit,seu donauerit aliquam urbem sibi pręiudicialem, & contra proprium & imperij sui honorem,non ualebit tale promissum, aut datum; nec seruare tenebitur cap. cum uenissent. extrà de institutio. & per Abb.
29 in cap.sicut.el secondo de iur.iuran.¶Et ampla priuilegia per ipsum, & antecessores suos concessa alicui iurisdictionum primarum,secundarum:& tertiarum causarum in præiuditium suæ iurisdictionis similiter seruare non habet,& illa potest reuocare,& contra illa facere ad libitum suum cap.subiectum. de decimi.& per Fely.& Franc.de Aret.in cap.nouit.
30 de iudic.& cap.1.de probatio. ¶ Et de facili quidem possunt priuari Barones priuilegiis sibi concessis,si fuerint illis abusi.habetur per Bald.in c. 1. in §. publici latrones . de pac.tenen.& in cap.1.Qualiter domi.proprie. feud.
31 priueu. ¶ Et quia Deus non subiecit contractus in potestate Principum,ideò non potuerint reuocare priuilegia illa, quæ transiuerint in uim contractus, nisi ex legitima, & urgenti causa de iure subsistente secundum Bald. in cap. 1.de natura feudi,& in l.penul.C.de donat.inter uir.& uxor.Petr. de Anchar. in cap. canonum statuta.in 14.q.col.2. de constitut. & per tex.in l.fundum .C.de fun.patrim. & Petrus de Anchara.in cap. quoniam .de concessi.
32 præb.in 6. ¶Meritoria quoque priuilegia de iure non possunt reuocari sine legitima causa, ut magistraliter docet D.Andr.de Isernia insignis Doctor & maximæ auctoritatis in cōstitu. Ea quæ.sub Rub.quòd nullus Prælatus,Comes,uel Baro,& per D. Math. de Afflì. ibidē.
33 ¶Iustum bellũ,dicitur intuitu Principis pręcipientis,& obediētis:si ipse præcipiens sit talis, cui obediens necessario iure parere teneatur. cap.quid culpatur in bello.23.quæst.1.& cap. Dominus.23.quæst.2.& per Andr. de Iser.in cap.1.de consu.feud.cap.perpendimus.de sen
34 ten. excommunica. ¶ Iustum quoque dicitur bellum intuitu illius contrà quem fit, & licitè indicitur iuris autor.cap.1.& ultim.23.

quæſt. 2. Inductum bellum fuit,|ut aliàs dixi, pro pulſanda iniuria, & inferenda uindicta,nè impunita tranſiret aliàs excitatura ad peius in ferendum , & nè manifeſtum immineat nobis periculum,quod iuſtum, & neceſſarium dicitur,vt mali puniantur,& eorum audacia reprimatur, & ut emendentur; & boni ſubleuentur ſtudio pacis.cap.reos.23.q.5.& cap. cum homo.ead.cau.& q.& fit, geriturq; bellũ, ut pax quæratur,& non è conuerſo quæritur pax , ut bellum exerceatur cap.noli. 23.q.1.Et de iuſti, iniuſti que belli materia habetur per Hoſt. in tit.de treug.& pac.in,§. quid ſit iuſtum bellum.quod iure gentium fuit introductum , ut inſtitut.de iur. nat. gent. & ciuil.§.ius autem. ¶Bellum iuſtum multipliciter dicitur, & quãdo ſit permiſſum,& quando non notat glo.in cap.1.dicta ſecunda q.10.¶Legitimum dicitur fieri bellum ſex concurrentibus,uidelicet, quando fit pro fide,iuſtitia, & pro republica chriſtiana amplianda,& tutanda;& non ſudendi ſanguinem deſiderio ; & primò fit propter charitatem , ut pacis lenitate tollatur id quod belli calamitas introduxit cap.quid culpatur, & cap.militare.23.q.1.& l.fi. C.ut arm.uſus lib.11.Nam ſæpe per bellum perditur anima, corpus,& ſubſtantia; ideò calamitoſum bellũ nuncupari poteſt,ut dicit Bal.in l.vnica. C.ut publ. lætic. & eſt bellum quædam animoſitas orta ad propulſandum iniuriam , uel ad inferendum uindictam cap.in ſumma.23.quæſ.1. Hyere. 33. cap. ¶ Et iuſtè pugnantibus fauet Deus:& quia Græci in Theucros iuſtè pugnarunt , propterea iacet ſuperba Troya à græca deuicta uirtute. ¶Secundò à perſona indicente bellum habente ſuperioris poteſtatem ordinariam indicendi bellum.l. unica. C. ut arm, uſus lib.11.& l.1.C.de perfectiſſ.dignit.iũcto cap.quid culpatur.23.q.1. Prohibent iura per ſonas eccleſiaſticas miniſtrare gladiũ ſanguinis,& ſe non inquinare ſanguine etiam miniſtrando iuſtitiam cap. 2. & cap. Pro humani de homic.in 6.& cap.clerici. 23. quæſtio. 8. niſi cogente neceſsitate.Poſſunt tamen clerici antequàm prælium committatur alios pro fide,& republica Chriſti hortari ad prælium,& ipſis aſſiſtere in bello hortationibus, & abſolutionibus ſpiritualibus, ut fidem catholicam tueantur,iuſtitiam,& patriam liberent; ſed nõ ut aliquem interficient,aut mutilent; & ſi aliqui interficerentur, non ſibi poſteà imputabitur ad peccatum,immò peccarent,ſi illis non ſubuenirent hortationibus ſpiritualibus cap. de occidendis.23.q.5.& cap.poſtulaſti.de homic.& cap.quia te, 50.diſt. ¶Et ſi clericus cõſuluerit ſ aliqua re , ex qua potuit ſequi mors, uel dedit conſilium,quod inſtrumentum bellicũ,uel inſidiæ ponantur in aliquo loco,quo

poſsit humanum genus inſidiari catholicorum,& ſequi mors quorundam ex ipſis orthodoxis,& an ſecuta morte efficiat irregularis. Dic quòd ſic ut tenet Fely. in cap. 1. de offic.

40 iud.deleg.¶Tertiò,perſona legitima non ob temperari neceſſario iure tenẽte præcepto præ

41 cipientis.¶Quartò, legitimata pro defenſione ſua,uel ſuorum cap.ſi nulla.23.quæſtio.8.gl.

42 ibi. ¶Quintò,propter res occupatas, uidelicet pro reſtitutione,& recuperatione,aut repetitione rerum ſibi ablatarum per uim,vel alio modo doloſo,ſtrepitu in hoc ceſſante iudicio rum ob hoſtium potentiam cap.cum olim.de

43 reſtit. ſpoliat. ¶ Et Iuſtum bellum eſt in republica ut inquit M.Tullius Cicero cõtrà Catillinam,quod denuntiatur,& indicitur Principis auctoritate,& geritur pro rebus repetundis , nõ de iure ablatis;& etiam pro pulſandis hoſtibus, & eorum iniuriis reipublicæ factis,

44 & fieri cõminatis. ¶Sextò,quòd non ex odio, ſed ut ſuum conſequatur debitum cap. quid culpatur, & cap. militare nõ eſt peccatum,23.

45 quæſtio.1. ¶Hoſtienſis Doctor magnæ auctoritatis, iuris ſpeculi magiſter dicit in ſumma, quòd poteſt fieri,& indici bellum iuſtum auctoritate Epiſcopi,quando pro fide pugnatur cap.ſi non ex fide, & cap.diſplicet. cum ſimili 23.q.4.& ſi pro auctoritate eccleſiæ bellũ indicatur habetur in d.cap.excõmunicatis,in §.

46 acolitis.in gl.acceſſerit.¶Et poteſt indici bellum contrà illum qui pro peccato mortali excommunicatus non vult parere Eccleſię Dei indurato corde,& in cõtemptum clauium, & ſic etiam requiritur perſona contrà quem indicatur bellum. Et quando Epiſcopus poſsit indicere bellum, & ipſi bello intereſſe ſine incurſu irregularitatis habetur in cap.Clericus qui paganum. cum ſequẽti capitulo.50.diſt.& in cap.ex multo,extra de uoto, & in ca.cũ olim.

47 .& ibi per Doct.de reſtit.ſpoliat.¶Et quando & qualiter ſit pro fide,& pace pugnandum habetur de conuerſio.infidel.cap.1.& de homic. cap. ſuſcepimus;& 23.queſ.3.cap.fortitudo.

48 ¶Et an clerici parantes ſagittas,uel alia mortifera inſtrumenta, & tormenta ad interficiendum,perdendumque,aut vulnerãdum,uel mutilandum homines in bello iuſto incurrant irregularitatem? Dic illos incurrere irregularitatem in caſibus prædictis ſecundum Innoc.in cap.fin.extra de poſtul.Prælat.& in cap. ſentẽtiam.extrà nè clerici,uel monaci;& in cap.ità. extrà de iudæis,& cap.unico.extrà de ſagitta.

49 ¶Quæro de caſu , an Imperator Catholicus poſsit indicere bellum cõtrà Eccleſiã catholicam;& ſubditi habeant illi parere . Dic quòd non,quia Imperator eſt filius, ſubiectus, Defenſor, & Aduocatus Eccleſiæ Dei, quam tutari tenetur ex debito ſuo; & ſi aliter faceret per

deret

deret priuilegia tota Imperij; & priuari per Papam Catholicum, & deponi legitimè posset ab Imperio. cap. priuilegium. 11. q. 3. cap.
50 suggestionem. de decimis. ¶ Et potest Papa Catholicus tunc rectè liberare subditos Imperatoris, & sui Imperij à uinculo iuramenti fidelitatis, ne sibi pareant. cap. nos sanctorum, & cap. Iuratos. 15. q. 6. & cap. excommunicamus. de hæreticis: & per Ioan. Andr. & Host. in cap. cum olim. de resti. spoliat. & per Abb. & Fely. in cap. nouit. de Iudicijs, & per Ioan. de Lign. & eius nepotem Paulum de Lign. in tract. suo de bello in titu. an bellum motum per Imperatorem contrà Ecclesiam sit iustũ.
51 ¶ ubi etiam tenent Papam posse indicere bellum contrà Imperatorem hæreticum, & occupantem iura Ecclesiæ, & subditi Imperij tenentur tunc reuerenter parere. D. Papæ Catholico, & non Imperatori, ut in dictis iuribus; & per Abb. in c. sicut. de iur. iuran. & de elect. cap. venerabilem, & per Doctor. in cap. & gestis. de cleric. non residen. & in extrauaganti
52 Bonifacij, incipiẽte unã sanctam. &c. ¶ Imperator est filius, & non Dominus Ecclesiæ: cui parere habet, ut bonus filius patri, & matri suæ; pro quibus, ut CHRISTVS obediẽs patri, debet esse. & fidelis usquè ad mortem.
53 ¶ De bello Iudæorum, & Saracenorum habetur in cap. Auctoritatem. 15. q. 8. & quo iure indicitur bellum contra Saracenos, scribit Innoc. in cap. super his. extrà de uoto, & per Oldra. in consi. lxxj. incipiente, an contrà Sara-
54 cenos Hyspaniarum sit licitũ bellum. ¶ Item quæro an omni die etiam dominico, siue festiuo sint bella gerenda. Dic quòd sic urgente necessitate: quia premente omni die bellandũ est, cessante autem causa necessitatis, cessare & debent tumultus bellorum. cap. si nulla. 23. q. 8. & per totam etiam. 23. q. 2. & l. Ex hoc iu-
55 re. ff. de Iustit. & iure. ¶ Et die dominico Surrexit Dominus pro necessaria salute humani generis, & omne insigne illo die fecit. cap. si
56 nulla. 23. q. 8. ¶ Et die enim primo Paschatis dominicæ Resurrectionis 1512. 11. Aprilis, sedente Iulio Secundo Pontifice Max. & Maximiliano electo Romanorum Imperatore, facta fuit expeditio illa apud Rauennam patriã meam, necessitate quidem tunc urgente ex parte Gallorum. Vbi triginta millia, & ultrà bellatorum cæsi permanserunt utriusque partis; & quia præsentes fuimus uerum testimonium perhibemus: maxima ibi uiguit crudelitas, exulata pietate, & sepulta misericordia. Et cæsi pro Ecclesia in terra iacentes supini, oculos tenebant apertos ad cœlum, & nimi-
57 rum: quia illi ¶ qui in bello pro Ecclesia pereunt, cœleste regnum merentur. cap. omnium, & cap. excommunicatorũ. 33. q. 5. & cap. cum olim. 23. q. 8. Et reliqui mortui, qui maioris numero erant, qui pugnarunt contra Romanam Ecclesiam in terram fossi cum uultu iacebant occulto Dei iudicio: & tunc fama fuit præter captiuos, plures nobiles interfectos fuisse, ut prædiximus, ultra triginta millia bellatorum utriusque partis: & tali facta expeditione, & cæde, urbisq; Rauennæ depredatione sequenti die sequuta, lachrimãdo piè transcendi Amnem Tauri pedibus super aceruo cadauerum ibi mortuorum; ità quòd aqua fluminis non madidit pedes meos, hostes Ecclesiæ in maiori numero occisi fuere in dicta crudeli expeditione: & uidimus post lupos, & canes insimul longo numero cõgregatos fuisse effectos concordes, & amicos; & sine rixa humanam carnem inhumatam fœtentem edẽtes occisorum in bello prædicto, & niuos homines tempore in illo calamitoso aggrediebantur, & quorum plures occiderunt, & deuorarunt, assistentibus ibidem vulturibus, coruis,
58 & cornicium copia magna. ¶ Et morientes in bellis iustis sine peccato mortali salui quip-
59 pè sunt. cap. fratres. de pœnit. distin. 5. ¶ Et cũ arma habent pacem, & quietem ciuitatum, Regnorum, Populorum, & Prouinciarum: proptereà iusti Duces, & Magistratus optimi esse debent soliti pro pace conseruanda, nè ità passim populi ferrant arma, ut rixæ, & tumultus tollantur inter ipsos, puniendo delinquentes, seditiosos, & scandalosos cum seueritate, & ferrea uirga. l. 1. §. Quies. ff. de offic. præfect. urb. & in authen. ut iudi. sine quoquo
60 suffra. §. interdicere. col. 2. ¶ Ciuium odia intestina pariunt seditiones arte paratas Diaboli propter superbiam, & Principum incuriam, & iniustitiam non æquè regentium. l. unica.
61 C. de cadu. tollen. ¶ Proprium est Tirannidis habere suspectam fidem amicorum; & quanta mala occurrerint in ciuili, sociali, & seruili bello in urbe, & aliis orbis locis ciuium causa, longæ sunt historiæ de Mario, de Silla, de Catillina, de Cęsare, & Pompeo; de Antonio, & alijs quàm pluribus, ob odia intestina nutrita sibi duce antiquo hoste malo spiritu:
62 ¶ Et si diù Principes regnare cupiunt, fugiant nomen Tyr anni, & rectam ministrent iustitiam, quæ residet in medio inter uerum Regem, & Tyrannum quos separat: quoniam uerus Rex dictus est à recto, iustitiam æquè omnibus regit, & illam peramat; & è contrario Tyrannus odit iustitiam, & negligit illam facere: & quando Rex non facit iustitiam perdit nomen Regis, & nomen summit Tyranni, cuius est officium decoriare populos Tyrannide, afflictionibus, & impositionibus uarijs cum æterno peccato ossibus suis affixo auaritia duce, animam ipsius ad inferos comitante.

habetur per And. de Iser. in §. vectigalia. in tit.
63 quæ sint regal. ¶ Et omnes homines esse fortiores tyrannis, inquit Plato; & circa iustitiã, & uitam iustorum, esse fœlicem & beatam iudicauit, tyranni uerò uitam impiam fore calamitosam, & miserabilem ut de Dionisio Syracusano legitur hoste diui Platonis, & Dionis philosophorum pro libertate, & uirtute loquentium, Dionis uirtus adeò magna fuit, quod Syracusam patriam suam liberauit à tyranno, cuius arte demum periit Dion uentoso populo Syracusano, silente sua pigritia tri-
64 sti. ¶ Et scribit Eusebius de temporibus, Tiberium Imperatorem filium Octauiani Augusti adoptiuum, nunquam uoluisse grauare plebẽ, nè nomen Regis perderet, quod dictum est à recto, & à rectè regendo. Tyrannus autem à Regis nomine, & facto differt: & probè respõdisse fertur Tiberiũ cõsulentib. ipsum, ut plebẽ grauare uellet uarijs impositionibus, extraordinariis exactionibus, taleis, oneribus, angarijs, & perangarijs. Boni Pastoris officium est se tondere pecudes, & non decoriare; bonorum Imperatorum utique est officiũ propriũ amare Deum, & proximos cum charitate subditos suos, & inuestigare eorum commoda, & remouere illorum damna. cap. Imperiali de prohib. feud. alien. & per And. de Iser. in dicto
65 §. uectigalia. ¶ Tyrannia non cadit in Papam, sed si Papa erraret, ut homo erraret, & non ut Apostolicus, sed Apostaticus; & solum Deũ habet iudicem Papa Catholicus, nec potest à mundo iudicari, sed à solo Deo, à quo dependet, & suam habet auctoritatem. Nam Papa omnes mortales iudicat, & ipse à solo Deo iudicatur; & non à mundo, nisi in uno solo casu peruersæ hæresis. cap. Aliorum. 9. quæst. 3. & cap. si Papa. 40. distin. & cap. Iustum. distin.
66 9. ¶ Et licèt in Papa sit ordinaria, & soluta potestas; absoluta tamen non utitur præter iuris ordinem; & sine causa: & illa rata sunt, quandò sua clauis non erat; & cum causa legitima fiunt. cap. manet. 24. q. 1. & cap. quodcunque. 11. q. 3. & cap. quantò. extrà de iure iuran. & c.
67 1. de uoto. ¶ Bellum iustum, & necessarium dicitur esse illud, quod fit per fideles christianos contrà infideles, & rebelles Ecclesiæ, & fidei Catholicæ iuris auctoritate, defendendo se contra ipsos inuadentes catholicos, nam uim ui repellere licèt. l. ut vim. ff. de iustit. & iur. & per Anchar. in cap. iustum. 23. q. 2. & per Hostien. in cap. pro humani. de homic. in 6. & propterea licita bella dicuntur ratione iusdicentis illius rei pro qua bellatur, & actione illius rei, & causæ de iure non permittentis illicita, ut in cap. quid culpatur. 23. q. 1. & per Hostien. in Summa. de treug. & pac. & per Imol. in cap. cum olim. de restitut. spoliat. ¶ Bellum fieri debet, ut sæpe dictum est, cum bona intentione pro pace habenda, & habita, conseruanda; & non cum cæca dominandi cupiditate, uel crudelitate, aut diuitiarum libidine: considerando primò, an sit iustum, uel iniustum; ut Deus sit suffragium iustè bellãtibus, & gladiũ non immineat eorum capitibus, ut contigit Philisteis, qui à tercentum uiris populi Israhelitici aquam manu labentibus, & alia arma non habentibus nisi tres enses ferreos, & reliqui fustibus armati fuerant; & Dei auxilio tercentũ illi Israhelitici iustè pugnantes superarunt innumerabilem exercitum Philisteorum iniustè
68 bellantium. ¶ Licitũ est Christianis pro Deo bellare contrà infideles occupantes regnum ipsius Dei, qui in terra pacem reliquit mortalibus, ut regna sua crescerent concordia: quoniã per discordiam paci contrariam imperia magna dilabuntur, & reducuntur ad nihilum; Pax est hæreditas Domini, quæ firma esse debet inter ipsius fideles, & de manu infidelium tollatur sancta ciuitas Hierusalem, nam uirtus unita CHRISTI fidelium ipsis uictoriam donat: pro quibus pugnabunt Angeli Dei, cuius potentię resistere poterit nemo, quia unus fiat Pastor, & unum Ouile, ut dicit Euãgelium. Et habent mortales Catholici fugerę odia sua intestina pro æterna salute, præcauentes inter se non exercere arma hosticè bellando: quoniam ipsos per dies consumit discordia, & minuit Imperium suum, hostiumque, & infidelium auget audaciam; & illis noua dominia prebet prouintiasque nouas, & recen-
69 tia regna. ¶ Legimus Euthidomum, & Menandrum, & præter hos Demosthenem; & Niciam Duces Atheniensium in magnis classib. ob discordiam perijsse in Sicilia; & legimus quoque discordiam Proculi, & Paulini Ducũ Octonis primi Imperatoris nocuisse Imperio suo, & concordiam illius auxiliarię legionis Othonis ipsi profuisse, & rapacem legionem Vitelli superasse aquilis sibi ablatis militaribus signis; unio & pax Catholicorum, quòd discordia substulit, acquirit; propterea uestis Domini inconsutilis non est lanianda, nec lupis est relinquenda deuorari respublica sua. Pax, & unio Catholicorum tollere habet infidelium uires, ut unus fiat Pastor, & unũ Ouile, ut dictum est, aqua igitur, & terra est armis exercenda pro fide CHRISTI cum uexillo salutiferæ Crucis, pacis, unionis, & concordiæ, amoris, & charitatis; optima fide, & firma intentione iustè bellandi pro Deo, & iniuriam propulsandi ob tutelam corporis, & rerum, quæ iustum, & licitum faciunt bellum; & è contra mala intentio iniustum, & illicitum parit bellum. cap. Militare, & cap. noli. 23. q. 1. Et iustum est bellum pro libertate, pro

pro qua iustè pugnatur. cap. 2. & ibi glo. extrà de pœnit. & remissio. & cap. in Summa, 3. q. 2. & morientes in bello iusto cæteris paribus salui fiunt. cap. omnium, 23. q. 5. & cap. omni
70 tempore. 23. q. 8. ¶ Nec homicidæ sunt Catholici, nec dici ritè possunt de iure illi, qui occidunt in bello iusto Maumethanos, Saracenos, & infideles hostes; rebelles, & inimicos Ecclesię Dei, & fidei suæ catholicæ. cap. omnium, & cap. excommunicatorum. 23. q. 5.
71 ¶ Et illi sunt infames, qui fugiunt ex publico bello. cap. infames. 6. q. 1. & ultimo supplicio puniri possunt, ut aliàs dixi. l. omne delictum. ff. de re milit. & capti in bello iusto fiunt serui capientium: & indè fugere non possunt huiusmodi captiui, qui postquam sunt capti, de iure occidi non debent, etiam si capti fuerint inimici mortales capientium. l. libertas, ff. de stat.
72 homin. ¶ Ideò magnus Alexander occidit Bessum Ducem Thesalorum, quia Regem Darium captiuum interfecerat, & ad ipsum Alexandrum non duxerat secundum regulas
73 militiæ. ¶ Et capti in bello iusto absque peccato non possunt discedere à dominis suis. c. ius gentium, & ibi glo. distin. 1. & per Abb. in cap. sicut. de iur. iuran. & cap. dicat. 23. q. 5. & cap. si quis seruum, 17. q. 4. & hoc de iure procederet cōtra Saracenos, & infideles captiuos: & hodie de consuetudine Christiani captiui non efficiuntur serui hostiū, habetur per Bar. in l. hostes. ff. de capt. & postli. reuers. & Abb.
74 in cap. 1. de conuers. infidel. ¶ Dromichatis Thracensis exemplo, qui dnm Lysimachum bello cæpisset, illum cum maxima liberalitate dimisit; & prudenter faciunt illi, qui seruāt captiuos suos etiam infideles, ut se recognoscant, & fiant fideles errore dimisso infidelitatis, & ut seruiant ipsi in cultura agrorum pro uictu humano, & ut baptizentur Cathecumini primò effecti, & secundum merita manumittantur.
75 ¶ Et tenentur Principes catholici ꝓ Dei amore redimere captiuos christianos in quantum possunt ab infidelibus; & pro tali pietatis, & charitatis opere non parcere auro, quia non solum tractatur de corpore, sed de salute, & libertate ipsorum, & de immortali anima sua gratissima Deo: quæ non auro, neque argento, nec ullis pretiosis gemmis, & lapidibus apretiari, & comparari potest, nam nihil ea excellentius, & pretiosius fuit à Deo creatum, qui propter hanc hominis animam ad imaginem, & similitudinem ipsius Dei creatam in mundo, mortalia cuncta fecit; nec unquàm obliuiscitur Deus munus pietatis redemptionis captiuorum huiusmodi.
76 ¶ Quibus ius competit postliminij, quod habere nō dicitur, nisi habuerit animum in patriam reuertendi quomodocunque capti sint, scilicet pacis, aut belli tempore. ff. de capt. & postli.
77 reuers. l. Postliminij. ¶ Postliminium autem est ius libertatis amissæ, reiq; recuperandæ ab extraneo, & in statum pristinum reducendæ: quamuis propter captiuitatem, uel per seruitutem amiserat legibus, & moribus institutiū. l. Postliminium. ff. eod. tit. uel est ius per quod restituitur res usucapta, uel præscripta ab aliquo, quam per captiuitatem amiserat. cap. Pręterea, 15. q. 3. & deriuatur à limine, & post, id est iusta quasi iuxta limen domus suæ semper fuisset; uel ut primò ante captiuitatē possedisset; uel quia captus ab hostibus, & ultrà limina meri Imperij deductus; posteà infrà eadem limina reuertitur, & quæ amiserat per captiuitatē recuperat, & ipso reuerso, fingit hoc iure ipsum semper in ciuitate fuisse, & in ea cō
87 morasse, tanquā si captus nō fuisset. ¶ Quæro de casu, Pater quidā fuit arrogatus filio suo captiuo existēte apud hostes, reddeūte filio suo ab hostib. patris arrogatoris nepos erit, & aui respectiuè reuersi. l. si me. ff. de capt. & postli. reuers. inter populos confœderatos, & liberos Christianos non habet locum ius hoc postliminij quantum ad personas uigente consuetudine. l. non dubito, & l. Hostes, & per Bar. ibi, & in l. ingenuam. §. penul. & l. licèt in fin. ff. de capt. & postl. reuers. & ī l. nullus. C. de Iudæis.
79 ¶ Quæritur de filio suscepto apud hostes, & indè ad patriam reuerso, an recuperet iura filiationis, scilicet iure postliminij, & patri, & aliis agnatis, & cognatis gradatim succedere possit. Dic quòd sic. l. apud hostes. ff. eod. tit.
80 ¶ Et qui mortuus est apud hostes, fingitur iure postliminij, quòd mortuus fuerit, prima hora captiuitatis. l. in bello. §. si quis capiatur, & l. si quid. ff. de capt. & postl. reuers. ubi dicitur, quòd si ui caperetur in bello habet postliminium, etiam per pacem, nisi pactum
81 obstaret, ut dicta. l. in bello. ¶ Quæro modo de filio familiàs capto in bello ab hostibus, & indè in patriam reuerso, an recuperet pristina iura sua, & an pater recuperet ipsum, & iura sua postliminio iure? dic quòd sic, ut dicta. l.
82 in bello. ¶ Sed uxor de iure ciuili capta ab hostibus, & reuersa non recuperat maritum suū iure postliminij, nisi reintegraretur matrimonium l. cum duæ, & l. non à patre. ff. eod. titu. Secus de iure canonico, quod præualet iuri ciuili in matrimonialibus, & spiritualibus causis, per causam. in cap. cum contingat, in uerb. debeat. extrà de iur. iuran. & per tex. in cap. fi. de præscripr. cum simil. & est una de contra-
83 rietatibus iuris ciuilis, & canonici. ¶ Circa ultimas uoluntates, & contractus omnes captiuorum attenditur prima hora captiuitatis, & finguntur mortui iure postliminij: & sic in patre, & filio institutis, & substitutis seruatur.

l. pater

l.pater.cum duabus leg.sequētib.ff.eo. q leges multos casus decidunt; & patris conditionem sequitur filius, l. si me. ff. de capt. & postli. reuers.
84 ¶ An in foro conscientiæ liceat capta in bello retinere, Dic ut aliàs dixi superius; & ut tenet Bal. in c. 1. de milit. vassal. qui contumax est. Et an hæc habeant locum in bello iniusto not. Bal. in l. 1. C. de cad. tollen. & per Ioan. Andr. in rubr. de Raptor. & Paul. de Lign. in addit. suis factis. lib. de duello. D. Ioan. de Li-
85 gna. aut sui paterni. ¶ Et qualiter testari possint milites, & filij familias milites in conflictu, dic illôs posse priuilegio suo militari testari cum duobus testibus rogatis, & tale testamentum ualebit. l. diuus, ff. de testam. militar. & per glo. in l. milites, C. eod. titu. & per Ias. in authen. nouissima, col. 5. C. de inoffi. te
86 stam. ¶ Quid si captus fuerit pater, & indè redemptus ab aliquo, an poterit filius redempto ri offerre pretium, & esse hæres patris; & quid si sine pretij oblatione non mutato iure postliminij. Dic q sic, per tex. in l. si captiuus, & in d. l. si me, & in l. si patre, ff. de capt. & postl. reuers. retrò enim creditur in ciuitate fuisse, qui ab hostibus aduenit, & in prima captiuitatis hora, vt dictum est, mortuus liber fingitur
87 quantuncūq; uiuat apud hostes. ¶ Et si aliquis Sempronij seruus foret ab hostibus captus, & aufugerit Romam, non dicitur reddijsse iure postliminij, nisi in potestate sui Domini redierit, uel alij, ut seruus seruiret. l. si. ff. eod. titu. Et si seruus prædicti Sempronij esset captus à latronibus, & in potestatem hostium peruenerit, & ab aliquo posteà mercatore emptus, emptor propterea ipsum seruū usucapere non poterit. l. latrones, ff. de capt. & postl. reuers. & ab hostibus captus Dominus potest nihil per se usucapere, sed benè per seruum suum peculiari nomine poterit, & ipso ignorante augeri patrimonium, & hæreditas sua. l. penul. ff. de
88 capt. &c. ¶ Et mortuo hærede instituto antè testamentum rumpitur testamentum, ut in l. bona. §. si quis, ff. eod. & si uir, & uxor prægnās capti ab hostib. fuissent, & uxor peperit apud hostes, & ambo reuersi sint, filius recuperat iura filiationis; Sed matre sola reddeūte pro Spurio habebitur filius, quasi natus sine patre iusto. l. diuus, ff. de capt. & postl. reuers. capto auo, nati post ex filio ipsius nepotes prædicti, reddeunte auo ad patriam iure postliminij ius filiationis, & patriæ, aut auiæ potestatis recuperabit incontinenti: & de quibus hostibus intelligatur habetur in dicta l. hostes. & ibi p
89 Doctor. ff. de capt. & postlim. reuersis. ¶ Ius autem postliminij semper habet locum quandocunque reddeat captus, dommodò non habeat uoluntatem reddeundi ad hostes. l. nihil eod. titu. & mortuo capto apud hostes omnia iura in eo statu restituuntur iure postliminij
90 perindè ac si captus non fuisset. ¶ In bello nō iusto licitum est fugere. l. nihil. ff. de capt. & postl. reuers. quod secus est de captiuis captis
91 in bello iusto, ut suprà dixi. ¶ Quæro de represaliis; quæ sunt remedia extraordinaria in defectum iustitiæ denegatæ, & bella dicuntur mixtæ iurisdictionis, quę fiunt ob tutelam corporis, & rerum, propter defectum iurisdictionis auth. non fiant pignorationes, & cap.
92 1. de iniur. in 6. ¶ Et an cōfœderati possint impetrare represalias, prout ciues &c. Dic quòd sic, habetur per Bal. in authen. Hodiè. ne uxor pro mari. & in l. nō dubito, ff. de capt. & postl. reuers. uidelicet si propter feudum una ciuitas subest alteri quoad protectiones; & de represaliarum materia latius dicam in lib. rei naua-
93 lis. ¶ Queritur de reis ad Ecclesias confugientibus, an tuti esse debeant in illis. Dic quòd sic propter Deum, & priuilegia Ecclesiarum nō uiolanda; & an, & ex ipsis capi, & extrahi de iure possint? Dic quòd non, nam Magnus Alexander uirtute rectus diuinæ rationis Niconū seruum fugitiuum sui exercitus Ducis Cratheris uiolentari noluit existentem in templo, nè
94 uiolaretur Ecclesia, & iniuria fieret Deo. ¶ Et Rex Agislaus Lacedemonius plenus religione, & uirtute; uictor & uulneratus in pugna contra Thebanos, & Argiuos: quorum pars se in Heliconam reduxerat in fugā, & reliqui in templo ibi uicino, quos in ipso templo procurarūt trucidare milites Agislai: quibus prohibuit Rex Agislaus, ne uiolaretur Ecclesia propter Deum, & illis libertatem donauit sine
95 iniuria. ¶ Nam capientes, & extrahentes huiusmodi existentes in templo Dei in pœnam incidunt criminis diuinæ læsæ maiestatis. l. 2. C. de his, qui ad Eccl. confugi. & l. 1. ff. ad leg. Iul. maiest. Nisi in casibus à Canone permissis, videlicet, quòd confugientes prædicti deliquissent in Ecclesiam, uel aliter, ut diffidati latrones, quia non debent gaudere priuilegio Ecclesiæ in qua comiserunt. c. Frater. iuncta glo. & cap. miror, & cap. reum. cum gl. 17. quæst. 4. aliter disponente ciuili iure, nisi essent sodomitæ, adulteri, uel homicidæ, aut famosi latrones, seu uirginum raptores, uel tributorū exactores tributa furantes, uel illa dolo derrobantes. l. fideli, & l. vlt. C. de his, qui ad Eccles. confugi. authen. de mand. Princ. §. neque. coll. 3. Quibus casibus ius ciuile tollat priuilegium prædictis, & illos capi in Ecclesiis, & extrahi, & puniri iubeat, habetur in dictis iuribus. Sed nos fuimus semper sequuti in hoc canones, & Canonistarum sententias, quę sunt æquiore,
96 & pro anima tutiores. ¶ Iustum quoque fit bellum, quod fit in iudicio iudicis auctoritate habentis merum, & mixtum Imperium. l.

qui

qui restituere.ff.de rei uendic.& cap. dilecto.
de sentent.excommunic.in 6.& l.continet.§.
sed uim.ff.quod met.cau. vbi habetur bellum
iustum fieri contrà contumaces, & rebelles,
& l.3.& 4.ff.de iurisd.omn.iud.& l. unica. C.
nè quis in sua cau. & quęlibet persona priuata
tenetur experiri ius suum in iudicio.c.j.23.q.
8.& dicta l.qui restituere,ff. de rei uend. ¶ Et
97 licitum quoq; dicitur bellum, quãdo fit iuris
auctoritate quoad illnm cui conceditur. cap.
illud. de restit.spolia.& cap.si uero.de senten.
98 excõ.& l.1.C.unde ui.¶ Iniustum, & præsen-
tuosum dicitur bellum illud, quod faciũt ino
bedientes iudicibus, tam ecclesiastis, quàm se
cularibus, ut in titu. si quis iusdicen. non ob
temper.ff.& C.& l.1.C.de sedition. & cap. 1.
de pœnit.distin.3.& cap.si quis uenerit.de ma
99 ior.& obedien.¶ Et quilibet Iudex ad hoc, ut
sit iudex competens opus est, quòd primò sit
catholicus, quia nulla est legitima iurisdictio,
neqnè legitimum Domintum apud infideles.
c.quod super his, & ibi per Inn. extrà de uot.
100 ¶ Nec esse debet suspectus, neque inimicus sui
Regis, uel partium litigantium, nel eorum af-
finium, & consanguineorum: quia ex inimi-
citia, & hostilitate etiam sui Regis pro suspe-
cto habetur; nec ipsius literis est standum sal-
ui conductus. c.accedens.extrà ut lit.non con
test.Et quæ sint iustæ, & legitimæ causę suspi-
tionis ad repellendum iudicem habentur in
cap.insinuante.de offic. deleg. & in cap. cum
super eod.tit.& in cap.suspitionis de appella.
101 ¶ An licitum sit prosequi Iudæos bello cum
parati sint seruire, & non prosequi Christia-
nos? Dic quòd non, sed ritè prosequuntur Sa
raceni, & illis iuste bellum indicitur, quia ho
stes sunt Christianorum: quos ferro, & insi-
dijs prosequuntur .cap.dispar, & per glo. ibi
102 23.q.8.¶ Iudæi sunt infames authẽ.Gazaros.
C.de hæret.Nec possunt Iudæi esse officiales,
neque Iudices inter Christianos.l.fin. C. de Iu
dæis,& per Abb. in cap. cum sit de Iudæ. & c.
constituit.17.q.4.cap.nulla officia.54.distin.
cap.ex speciali; & per Abb. ibi extrà de iudæ.
103 ¶ Nec iurant iudæi per sancta Dei Euangelia,
ut Christiani iurant, & ità ut Christiani om-
nes officiales iurare habent, ideò Iudæi non
possunt esse officiales inter catholicos, bona
est glo. in authen. ius iurand. quòd præst. ab
his,& glo.in l.spadonem.§. iam autem, ff. de
excusat.tuto.& per Bar.in rubr.de iustit. & iu
re, vbi tenet Iudæum non posse esse tutorem
Christiani, quia non iurat ad sancta Dei Euan
gelia, ut iurare tenentur tutores. l. fin. C. de
administr.tut.& per Bal.in titu.de pac.iuram.
firman.in §. item sacramenta: & non gaudent
Iudęi beneficio. cap. quamuis. de pact. lib.6.
104 quia non iurant, ut Christiani. ¶ Nec possunt
Iudæi habere dignitatem, neque doctorat[u]i,
quia doctoratus est dignitas, & prçheminę[nt]ia
magna.cap.quanto.de magistr.& per Abb. [in]
cap.1.& fin.de iudæ.& per Bar. in l.fi.C.d[e] iu
dæ.& in l.1.C.de no. Cod. cõpo. & per Abb.
in cap.super eo,col.2.de testib.& per Inno.&
Hosti.in cap.super his. de uoto: & hęc est cõ
105 munis omuium Doctorũ sententia. ¶. Neq;
debet Medicus Iudæus uocari à Christiano
in suis infirmitatibns.cap.nullus.27. quæst.1.
106 ¶ Pluribus modis iniustum bellum dicitur
ratione personæ nocendi cupiditate, ulciscen
di crudelitate, impacati animi debellandi fu-
rorem, & dominandi libidine. cap.clericis,
& cap. sententiã.extrà nè cler.uel mon ac. cap.
quid culpatur.23.q.1.cap. ex literis, extrà de
excessi.prælar.c.Clerici, & cap. his à quibus.
23.q.8.& per Innoc.in cap. Petitio, extrà de
homicid.& per Archidiac.in cap. si quis. 26.
107 distin.¶ Item ratione rerum si non esset pro
repetendis rebus. Item si pro non defensione
reipublicæ Christianæ, uel proprię patriæ. c.
1. 23. quæstio.2.& cap.si nulla. 23. quæst.8.
108 ¶ Item ob irrationalem causam; uidelicet
quando propter iracundiam, & illegitimum
furorem pugnatur nulla necessitate cogente.
cap.Noli.23.q.1.ut imprudenter, impiè, ini-
què, & iniustè faciunt infideles contrà popu-
109 los catholicos. ¶ Iniustum, & temerarium
dicitur bellum, quando fit contrà illos, qui se
iustè defendunt iuris auctoritate l.2.C. de de-
sertor.lib.12.& cap. perpendimus. de senten.
excommuni.& cap.cum ab homine. de iudic.
& l.ut uim,ff. de iust.& iur.& l.Deuotũ.C.de
metat.& opidẽ lib.xij.& per scribentes ibidè.
110 ¶ Et ritè fideles se tuentur à paganis, & infi
delibus sibi uim inferrentibus, uel inferre co-
nantibus: contra quos pro parte Christi fide-
lium semper est iustum, & licitum bellum, ut
111 in dictis iuribus. ¶ Et quia nonnulli Prin-
cipes Christiani iniustè opprimuntur bello, si
ne causa legitima per aliquos Principes etiam
Christianos ipsis potentiores animo nocendi,
& ulciscendi crudelitate, & uexantur libidi-
ne dominandi; nec ab alijs possunt se catholi
cis iuuari fœdere forti facto inter Principes
alios potentiores de iure prohibito, ut dicit
Bal. in tit. de pac.iur.firman.& Bartol.in l.fi.
C.de colleg.illic.ob hoc fortè dubitantes, nè
& ipsis bellum inferatur per dictos potentio-
res. An licitum sit dictis oppressis Principibus
Catholicis facere fœdus, seu ligam, siue con-
fœderationem cum infidelibus, & inuocare eo
rum auxilium ducti necessitate, non ualentes
se aliter tueri per pacem, uel alio modo per
112 niam Romani Pastoris. ¶ Qui omnnimo-
dam habet potestatem in terra, & operari tene
tur suo spirituali gladio, ut pax conseruetur
inter

inter populum suum catholicum sibi à Deo
commissum; & habet contra inobedientes ꝓ-
cedere ad priuationem dignitatum, dominio
rum, & Regnorum; seruatis de iure seruan-
dis.cap.In causis. & per Abb. ibi de re iud. in
cap.1.3.& 4. de transla. præla. & c. Innotuit.
de elect.& in cap. significasti, & per Doctor.
113 ibi eod.titu.¶Et Papa dat Imperiũ, & regna:
& ipsis succedit uacantibus.cap. licèt ex susce
pto.de foro competen.& cap.venerabilem.&
cap.cum inter. & per Abb.ibi.de elect.& exer
cere potest Imperialia, & regia iura quando
Imperator, & Reges essent inutiles, & seu re-
belles Ecclesiæ, schismatici, hæretici, & ho-
stes Ecclesiæ Dei, uel inutiles uniuersæ reipu-
blicæ Christianæ: & ijs de causis ritè deponũ
tur ab eo, quia Papa omnium est competens
Iudex, & loco Dei in terris: cui omnes meri-
tò piè parere tenentur pro Dei honore, & glo
114 ria in memoriam Beati Petri.¶Nec ritè potest
Papa allegari suspectus cum sit loco Dei, in
quo nulla cadit suspitio, ut Papa: quia pater
est omnium mortalium, & Ecclesia mater.
115 ¶Deficientibus autem omnibus remediis pos
sent Principes Christiani iniustè oppressi pro
sui tutela inuocare auxilium infidelium, & cũ
ipsis fœdus inhire absq; infamiæ nota in bello
iusto, iuxtà illud Poetæ,

Flectere si nequeo superos Acherōta mouebo.

Prout etiam consuluit Oldradus Land.in cōs.
lxxj.& ratio est, quia necessitas non habet le-
gem. Nam illi qui in flumine turbido,& na-
sto gurgite se suffocant, non ualētes aliter eua
dere, nec se tueri; quærunt ubique auxilium
etiam à friuoli palea,& à mobili iunco, debili
116 que herba,& à fragili sirpo. ¶Et si quod dam
num fuerit iniustè illatum Ecclesiæ,& imperio
præter iustitiã in dedecus suum, illicò est pro
uidendum, ut pro honore reficiatur illi duro,
& celeri marte, exemplo Marcelli animo in-
uicti sequuta Cannensi clade tunc existente ui
ctore Annibale, cōtra quem non permittebat
Marcellus illum gaudere uictoria sua, nec re-
spirare bellando per dies contrà ipsum; ità ꝙ
coegit Annibalem mutare castra,& longè abi
re à Marcello timore uirtutis tanti Ducis: &
sic prodest celeritas in puniendo iu re bellica
ꝓ honore,& utilitate reipublicæ imperialis, si
cum hoste iustè pugnetur, contrà quem sem-
per pro uictoria est uirtute curandum Marte,
dolo, fraude,& insidijs, iuxtà illud,

Dolus, an uirtus in hoste requirat.

Cap.utilem simulationem.22.q.1.& cap.Do
minus. 23.quæst.2.& per glo.in cap. cupien-
tes.de elect.in 6.iuncto cap.quid. 23. q. 1. &
117 cap.iustum.23.quæst.2.¶Imperij, & amico-
rum iniurias rectè uindicauit Rex Agislaus
Lacedemonius contra hostes suos, quos deua
stauit facta ultione confederatorum suorum
amore; amicus nempè fuit fidus patriæ suæ,
& illius amicis,& inimicorum suorum fuit ac
cerrimus hostis, & patriam sine muris obses-
sam tutatus fuit ab Archadis, Thebanis, Elne-
tijs, Beotijs, Focensibus, Ionijs ab utriusq; lo
caris, Thesalis, Acarneis, & Eubois, & à popu
lis rebellibus, fugitiuis seruis, & ab illis, q eua
serant à pugna Leuthrica: & ubi hostes copiosi
erant, illos arte aggrediebatur in lateribus de-
bilioribus; & paulatim paulatim delebat au-
dacter, cōsiderando tēpora,& loca, hostiumq;
multitudinem, se reducendo in arctis, & angu
stis locis, nè circuiri posset à multitudine ho-
stium pro uictoria suorũ, quos arte seruabat
illesos, & in assiduo exercitio nè pigrescerent
retinebat: & demum cum candida fide imma-
culata,& amore, erga omnes cum probatissi-
ma uita continentissimus fuit, pius, iustus, libe
ralis,& gloriosus in patria, decessit octuagena
rius; & ultra optimus Imperator Agislaus La
cedemonius, qui iusta bella suscepit sine sub-
ditorum grauamine, expendendo primò aurũ
proprium, ut iuris est, authē.ut iudi. sine quo.
suffr.§.illud. coll. 2. & quando sit bellum iu-
stum,& quando non, habetur in tex.& glo.ca.
primi.23.quæst. 2. & per Hostien. in Summ.
in titu.de treug. & pace. in §. Quid sit iustum
118 bellũ.¶In bello iusto iustè acquirũtur spo-
lia,& prędæ, quæ non sunt, nec ueniunt de iure
restituendæ, prout sunt,& ueniunt illæ, quæ in
bello non iusto captæ sunt: quę si forent con
sumptæ etiam restituendæ sunt: quia nũquam
habuerunt bonam fidem, tempore quo fuerũt
per uim ablatæ,& possessæ cum uitio, ut in §.
quod autem.Institu. de usucap. priuata spolia
dicuntur manubia, & publica spolia dicuntur
opima, & etiam illa, quę ex Regibus conse-
119 cuntur in bello.¶Et successor singularis in-
uasoris rei mobilis quantumcũque habeat bo
nam fidē per uitium reale, an præscribat rem
uitiosam. Dic quòd non: quia uitium ipsius
rei sequitur quemcunque possessorem, sicut le
pra leprosum, l. uitia possessionum. C. de ac-
quiren.possess.& cap.nihil.de præscript. & ibi
per Abb.Panormitanum, & D. Ant. de Butr.
in cap. si diligenti.eod. tit. licèt de iure ciuili
præscribere posset si fuerit in bona fide succes
sor, & à se uult incipere currere præscriptio-
nem longi, uel longissimi temporis, ut Instit.
de usucap. §. Furtiuæ.cum glo. ibi, & in cap.
120 cura.de iure patr.¶Et licèt mala fides defun
cti noceat heredi, non tamē nocet emptori ab
hærede acquirenti per not.per Bar.in l.potest
pluribus.in fin. ff. de usucap. & per Franc. de
Aret.in cap. si diligenti.de præscript.secus in
re stabili

re stabili uitiosa, quæ nullo tempore præscribitur, de iure canonico propter peccatum. cap.fin.de præscrip.& per Doctor.ibi.Et quādo tractatur de peccato, ius canonicum semper est præferendum iuri ciuili. ¶ Quęro de uocatis ad bellum, an habeant actionem iniuriarum, & de damnis datis; & quæ nam actio sibi competat, habetur per Innoc. in cap. sicut. de iure iuran. & per Archidiac. in capit. Denique. decima quarta questione quinta.

121

122 ¶ Et faciens bellum iniustum, an teneatur restituere, & satisfacere damnum passis omnia, quæ ipse, & sui intulerunt aduersarijs suis ob bellum iniustum. Nam subditi tenentur se, & bona pro suo domino exponere, nisi dominus suus esset in culpa negligenter eos tuendo, & an ille, qui fuit consequutus suum in bello amissum, possit adhuc agere in iudicio. Dic, ut in cap. Dominus. in glo. Ciuitas. uigesimatertia quæsti. 2.& dicam etiam inferius.

123 ¶ De illis autem damnis, quæ quis in bello iusto intulit hostibus, à quibus commodè secundum belli consuetudinem abstinere non poterant, non tenentur in foro conscientiæ, ut aliàs dixi: nisi ea crassando intulerint, cum aliàs posset abstinere, & sibi consulere: & tunc tenentur, cum damno sibi dato compensare, & si excedunt, tenentur sibi satisfacere si amat propriam animam.

124 ¶ Et quilibet de iure tenetur defendere res suas per ipsum iustè possessas. l. 1. C. unde ui, & l. 3. ff. de ui, & ui armata: & cap. cum olim. de restit. spoliat. & per Bar. in l. ut vim. ff. de iustitia, & iure, & in dicta l. 3. de ui & ui arm. & per Abb. in dicto cap. cum olim, & in cap. significasti, el ij. de homic. & per Ioan. de Lign. in cap. ciiij. & cap. cv. libri sui de bello, ubi pulchrè distinguit.

125 ¶ Et est uera regula, quòd illi, qui damna inferunt innocentibus, tenentur ad restitutionem, quia nullus debet spoliari bonis suis iniustè: nec pœna habet excedere suos auctores. capit. quæsiuit. extra de his, quæ fiunt à maiori parte capituli. cap. 1. prima quæst. 1.

126 ¶ Et subditi Deum timentes, non tenentur, de iure dare consilium, neque auxilium dominis suis in bello illicito, & iniusto; & rectè facient si tale consilium, & auxilium non dederint; quia est magis timendus Deus, quàm homo; Ideò non debent pati damnum in personis, bonis, & rebus suis, propterea est sibi reficiendum damnum, nisi à casu fuisset sibi damnum illatum, exempli gratia, non ualens Philippus Rex Macedonum hostes suos offendere, combuxit Ecclesiam, & ciuitatem, innocētiumque domos, & bona, quibus hostes se sustentabāt pro libertate in bello iusto.

127 ¶ Quæro de illo, qui in bello fuit consecutus damnum, & interesse suum; an possit iterum cōsequi damnum suum, & pro eo conuenire aduersarium in iudicio iterum, uel contrà eū indicere bellum: de quo casu quædam superius dixi, & dic quòd sic, secundum Ioan. de Lign. in tract. suo de bello: quia rerum dominium, quod acquisiuit in bello per bellum fuit sibi quæsitum. l. naturaliter. ff. de acquir. rerum domin. cap. dicat. uigesima tertia. quæstione quinta, & cap. si de rebus. uigesima tertia quæstione septima. & per glos. in cap. Dominus, & per Ioan. de Fantuc. ibi 23. quæstio. 2. & per not. in regula bona fides. de regulis iuris. in sexto. & in l. emptori. C. de euict.

128 ¶ Fui pluries consultus si clericus uadens ad bellum iustum cum domino suo; & spolia, & prædas acceperit, an hęc licitè, & cum bona conscientia retinere possit. Consului, quòd non potest illa tenere, sine peccato, sed illa restituere tenetur, quia peccauit in rapiendo illa: nec dominus suus potuit sibi de iure dare licentiam bellandi, & rapiendi bona aliena; quod intelligendum puto in bello facto inter catholicos: & si bellum foret contrà infideles contrarium esse puto, quia tunc foret spolia legitima, & prædæ legitimè ablatæ erunt, & benè quæsitæ; & ritè per Principes dispensabuntur, & si illa non rapuerit clericus, sed illa habuerit ab aliis ex militibus, quibus licitum fuit in bello iusto etiam inter catholicos facto spolia, & prædas accipere; tunc non tenebitur clericus uigente consuetudine, qua miles quilibet retinere potest omnem prædam, quam in bello quæsierit, & illam, ut aliàs dixi de iure assignare habent militres bellorum Regibus: cap. ius militare. dist. 1.

129 ¶ Et posteà tenētur Reges prædas, & spolia in bello quæsita, & sibi assignata distribuere inter milites. secundum eorum merita, retenta sibi tertia parte si sibi uidebitur, exemplo Aquilæ, quæ prædam inter pullos suos Aquilios distribuit (pro se retenta parte. capit. dicat. 23. quæstione 5. l. si quid in bello, ff. de capr. & postlimin. reuers. Et sic Clericus sine Principis auctoritate dicta non uigente consuetudine prędas tenere non poterit, ut dicto capit. Dicat. uigesima tertia quæstione quinta.

130 ¶ Nec possunt domini in prejudicium subditorum damna passa per subditos in bello iniusto remittere, uel componere: pro quibus ipsi domini tenentur prædictis suis subditis resarcire, nisi ipsi subditi in culpa, & causa fuissent, uel id domini fecissent ex rationabili causa propter fauorem publicum, aut pacem habendam, uel habitam conseruandam: quo casu potest Princeps rem tollere uni, & dare alteri. Nam maior causa, & ratio esse non potest pro publico fauore, quàm frui pace, & carere bello:

O quod

quod etiam procedit in damnis habitis in bello iusto, ne maiora damna patiantur populi.
131 ¶ Iure cautum est, mandantes teneri mandatario de damnis, quæ passus est mandatarius in bello; & de damnis illis, quibus potuisset mandans prouidere. capit. sicut. & per Abb. extrà de iure iurando, nisi pietatis causa, siue humanitatis, aut parentelæ amore, uel ex debito, aut mercede conductus pro eo bellauerit. capit. non inferenda. 23. quęst. 3. ¶ De
132 omni nempè damno dato per existentes in bello iniusto omnes tenentur insolidum illi, qui auxilium, consilium, & fauorem præstiterunt, capit. votum: 2. quæst. 1. cap. omnes. 17. quæst. 4. nisi fuissent inducti dominorum suorum consilio, uel timore; aut cohertione: & quòd ipsi ex se non fecissent, & in bona fide extitissent, secus si in mala fide fuissent, uel spontè iuissent ad bellum. Institut. mand. §. illud quoque, & l. si remunerandi. §. rei turpis, ff. mand. & per Alber. de Ros. in l. Quoniam. C. de ui publi. uel id fecissent domini sui probabiliter auxilio, & fauore non obstantibus: quia tunc non tenerentur, nisi de his, quæ ipsi habuissent, & in quantum facere possunt, si consumpta forent. ¶ Infidelium
133 autem, & hęreticorum bona publico bello, & iusto quæsita licito iure tenentur, & ut aliàs dixi restitui non debent. capit. excommunicamus. & cap. uergentis. extrà de hæret. & dicebat Innocent. in cap. super his. de uoto, quòd infideles rectè tenent dominia, & principatus, quia non est apud Deum distinctio personarum, & sine causa non debet spoliari, neque molestari: sed nos dicimus hoc procedere in his infidelibus, qui recognoscunt Papam Catholicum, & Orthodoxum Imperatorem tantum; quia si non recognoscunt Ecclesiam, possunt licitè spoliari à CHRISTI fidelibus. capit. dispar. 23. quæstio. 8. cap. multi. 2. quæstio. 1. cum infideles non possint habere dignitates, neque principatus. l. fin. C. de Iudæis; & ità etiam tenet D. Paul. de Lign. in addit. per ipsum facta in lib. domini Ioan. de Ligna. super ma-
134 reria bellorum. ¶ Nec subditi sequentes damnum suum in bello iniusto excusantur à restitutione damnorum, si scienter hoc faciunt. cap. non semper. cum sequentibus. 11. quęst. 3. nec excusantur, quòd id fecerunt timore perdendi bona sua, quia ut dictum est, magis timere debent Deum, quàm homines.
135 cap. ità nè. 32. quæstio. 5. ¶ Et si consulti uariè, & dubiè fuerint, an licitum, uel illicitum fuerit bellum; & de hoc ipsi remansferint dubij, & irresoluti, tunc excusabuntur propter bonum obedientiæ, cap. quid culpatur. 23. quæst. 1. ad prædicta faciunt not. per Alber. de Rosa. in l. liber homo. ff. ad legem Aquil. & tex. in cap. Non semper. cum seque. 11. quæstio. 3. & l. 1. C. quib. ad libert. pro-
136 clam. non lic. ¶ Nec excusantur cognati, amici, & alii uoluntariè auxiliantes in bello iniusto. cap. Deniquè. 14. quęstio. 5. quoniam tenebuntur ad restitutionem, ut dicit Abb. & Innocen. in capit. sicut. de iure iurando.
137 ¶ Quęro de quæstione, de qua pluriès, & pluriès fui consultus, an omnes subditi teneantur pro suo Principe, & eo medio ire ad bellum iustum? inter quos subditos, quidam sunt propriè uasalli ab eo feuda tenentes, qui domino iurarunt fidelitatem. capit. qualiter autem, in titu. qualiter uasallus iurare debeat fidelitatem in usib. feud. & cap. De forma. 22. quæstio. 5. & an isti, & uasalli teneantur indifferenter accedere ad bellum pro domino suo, & illum iuuare in bello iusto cum persona, & armis, & equis, & expensis propriis? Dic quòd non regulariter, nisi haberent in pactis, & conuentione cum domino suo, ut in dicto cap. de forma, & per Inno. in cap. sicut. de iure iurand. Vbi tenet uasallum non teneri, nisi ex pacto speciali sit ipse ad hoc obligatus: cum ad munera personalia regulariter non teneatur. cap. cum ex officiis. de præscript. & per Abb. in cap. 1. extrà nè præ la. uices suas, quidam alij sunt impropriè uasalli ratione originis, uel domicilij nihil ab eo detinentes iurisdictionaliter subditi. Et quidam alij sunt ueri milites honoratè uiuentes, ut alii ciues. de quibus meminit Cyn.
138 in l. 1. C. de iur. & fac. ignor. ¶ Barones autem feuda tenentes, tenentur interesse bello pro domino secundum obligationem feudalem, & quis sit Baro habetur plenè per Dom. Andr. de Iser. in titu. de capit. qui cur. uendi.
139 in usibus feud. ¶ Præmitto, quòd si Princeps uoluerit aliquem inuadere iniustè pro libito uoluntatis, & non fauore reipublicæ nullus tenetur illum sequi capit. de forma. 22. quæstio. 5. nisi aliter de consuetudine seruetur, uel pacto essent conuenti; quia tunc accedere tenerentur. l. de quibus. & ibi glo.
140 ff. de legibus. ¶ Aut Princeps inuaditur, & timor sit subitaneus, & de improuiso, & tunc omnes tenentur apti, etiam clerici, pugnare, & ad custodiam manere fauore reipublicæ. cap. peruenit. de immunit. Ecclesi. &
141 cap. omni timore. 23. quæst. 8. ¶ Aut non est talis timor, & tunc uasalli propriè dicti lege, & pacto astricti conuentionali, ut ueri milites tenentur, cap. de forma. 22. quæst. 5. & l. penul. ff. ex quib. cau. maio. & alij de iure compelli nō possunt, si dominus sufficere poterit ex redditibus suis, quos habet ex loco ex se, & de suo facere debet: quia ex hac cā cēsus,
&

& tributa gabellarum, & alia onera soluuntur Principibus Dominis suis per populos, ut ipsos defendant tempore necessitatis à uiolentiis, & à seditionibus populorum, capit. Regum. uigesimatertia quæstio. quinta. Et si non sufficiant introitus dominorum tūc omnes de iure tenebuntur pro dominis suis, & patriæ salute. cap. si nulla, & cap. omni timore. 23. quæst. 8. & Abb. in cap. sicut. extrà,

142 de iureiuran. ¶ Quęro de Barone habente uasallos obligatos per iuramentum fidelitatis illum iuuare contrà omnes homines, & Baro gerat bellum contra Regem suum, an teneantur dicti uasalli uinculo iuramenti prædicti iuuare baronem contra Regem suum, à quo Baro recognoscit feudum; & uidetur, quòd sic, cum graue sit fallere fidem, & committere felloniam, cap. 1. de pœnit. & capit. veniens, cum sequenti, de iureiuran. quia illos iuramentum astringit, nisi à iuramento sol-

143 uantur. ¶ Dicimus nos, quòd uasalli prædicti non obligantur in præmisso casu; quia Baro mouens bellum contrà Regem suum incidit in pœnam leg. Iuli. maiest. l. 1. & 2. ff. ad leg. Iul. maiest. c. 2. & cap. nam Rex. 70. dist. & cap. uerum. 6. quęst. 1. Nam in quolibet iuramento excepta intelligitur vtilitas publica, & pariter Dei maiestas, Domini Papæ, & Imperatoris, cap. petitio. de iureiuran. & l. Imperialem. §. fin. & per Bal. ibi, de prohib. alien. feud. per Frider. vbi dicit, quòd in quolibet iuramento intelligitur excepta persona Regis, si illud iuramētum præstatur à subdito Regis; & per Specul. in §. Quoniam. de feud. ¶ Infe-

144 riores à Principe habentes iurisdictionem super illis, quibus bella inferunt, quia sunt sibi contumaces, & rebelles possunt proclamare ipsos, & eorum bona inuadere, & capere; & ad ipsos dominos pro captiuis duci: præcipiētes illos ab omnib. licitè posse capi, & ad eosdem dominos conduci, cap. à nobis. de sentē.

145 excommunic. ¶ Et si super ipsis nullam habuerit iurisdictionem hoc facere non potuerint, neq; in ipsos bella mouere sine Principis auctoritate, nisi forent inuasi; quia tunc cum moderamine inculpatæ tutelæ pro republica, & iniuria sua poterit se, & sua bona defendere, & hostes propulsare, percutere, & occidere, l. ut uim. ff. de iustitia & iure, & l. sciētiam, §. qui cum aliter, ff. ad leg. Aquil. cum defensio sit de iure naturæ, cap. ius naturale. distin.

146 1. ¶ Et monachi, & religiosi aggressi, quando licentiam habere non possunt à suis superioribus licebit illis se tueri sine alia licentia, quia hoc sibi competit, de iure naturæ: & quantum ad naturalia iura, & ad effectus, & actus naturales non censentur mortui in mundo religiosi; sed tantum quantum ad actus, & fictiones ciuiles, cap. placuit. 16. quæst. 1. cap. nolo. 12. quæst. 1. clem. religiosus. de procur. & l. Deo nobis, C. de episc. & cleric. & Abb. in cap. clerici de uita, & honestate cler. quo iure naturali non reprobato, à iure diuino licitum est quoque omnibus in cunctos quantuncunque superiores iniustè inuadentes, & exequentes se defendere, capit. ex parte de accusat. ad hoc faciunt not. per Ioan. de Lign. in cap. 86.

147 sui libri de bello. ¶ Ex prædictis, quæro an sit licitum monacho se tueri, & defendere cōtrà Abbatem in ipsum seuientem, & uiolentiam, & iniuriā inferentem contrà regulas iuris. Dic quòd sic, quia defensio est de iure naturali à lege diuina, & humana non improbata, cap. ex parte, & cap. cum olim. de accus. & prædicta uera sunt de iure, si ille contrà quem se defendit iniuriosè ipsum uult omninò lædere: quia si iustè, & ordine seruato iustitiæ procederet, tunc non de iure, sed cum peccato se defenderet, & puniri ipsum inobedien-

148 tem iura præcipiunt. ¶ Nec est licitum percusso percutere incontinenti, quia hoc foret, & esset uindicta, l. nun est singulis, ff. de regulis iuris, nisi timeret, de geminata percussione, l. 1. ff. ad leg. Aquil. in princ. & per Innoc. in cap. olim causam, & ibi glo. de restir. spoliatorum, & capit. faciat, 24. quæstione 1. quia hoc solum faceret ad propulsandum iniuriam à se, & à socio suo. cap. significasti, el ij. de homic. circa fin. & l. 1. C. unde ui, & l. vt uim, ff. de iustitia & iure, & ibi per Alber. de Ros. cap. non inferenda, & cap. ultim.

149 23. quæstio. 3. ¶ Et an liceat clericis sicut licet, laicis indicere bellum particulare, uidelicet, si percutio te antequàm percutias me, dū tu es in actu percutiendi me, quòd dicor tūc me fecisse ad mei defensionem, ut dicit Ioan. de Lign. in lib. suo de bello, cap. 105. & capit. 106. & Bar. in l. si ex plagis. in §. Tabernarius, ff. ad legem Aquil. quem sequitur Angel. de Aret. in §. iniuria, colum. 1. Institut. ad leg. Aquil. & in l. quemadmodū, ff. de inofficios. testam. & in tract. suo malefic. in uerb. & dictus se defendēdo, &c. per tex. in l. 3. ff. ad leg. Corn. de ficcar. & clemen. Furiosus, de homic. & per glo. & Abb. in cap. sicut dignum, & in dicta clement. de homic. & per Hyppol. de Marsil. in consil. cxiiij. in primo uolum.

150 ¶ Et an liceat clericis percussis se defendere? ut supra dictum est, habetur per Abb. in cap. 1. de cler. pugnan. in duel. & idem consuluit pluries Pet. de Anch. in suis cōsil. per gl. in c. ī summa. §. 1. 23. q. 8. & idē tenet Io. de Lig.

151 ī lib. suo de bel. in c. 80. ¶ Et si fieret iniuria clerico, aut laico; & uis in personam, posset repelli antequàm fieret, & illata esset ipsa iniuria; licitum est enim occidere insidiantē,

qui cum vult interimere, si aliter euadere non
152 potest. l. 4. & 5. ff. ad leg. Aquiliam. ¶ Sed si in rebus fuisset illata iniuria, uel inferenda lici tum est eam repellere incontinenti, ut aliàs di xi, antequam ad extraneos actus reuertatur, ut in dictis cap. significasti, & in dicto c. olim
153 causam, & iuribus præallegatis. ¶ Quæritur de occurrenti casu an confœderati, & in liga comprehensi teneantur ire ad bellum iustum requisiti à Principe belli, vt ab amicis confœderatis. Dic esse consideranda pacta conuen tionis, & secundum illa regulabitur. l. 1. ff. de
154 constitu. pecu. cap. 1. de pactis. ¶ Quæritur de bannito vnius ciuitatis confœderatæ in ligam cum alia ciuitate, an possit manere in alia ciuitate existente in liga cum dicta ciuitate à qua bannitus fuit. Dic hanc quæstionem formari per Bart. in l. non dubito. ff. de capt. & postli. reuers. & tenet quòd sic; quia non intelligitur bannitus ab illa, nisi aliter extaret in conuentione, quòd una ciuitas non possit recipere bannitos alterius ciuitatis de liga.
155 ¶ Quęritur an de iure possit quis aduersariũ capere, & inuadendo res aduersariorum illas suas facere. Dic quòd non, nisi in compensationem damnorum suorum, expensarum, & laborum, & operum satisfatione auxiliantium, & adiuuantium ipsum. cap. ius gẽtium. distinct. 1. cap. si de rebus. 23. quęst. 7. uel inueniret delinquentes in territorio suo; & quã do quis non habet superiorem, quo sua repete re possit: tunc possit auctoritate propria recuperare. l. Iudæi, & l. nullus. C. de Iudæ. &
156 ibi glo. & Abb. in cap. sicut. de iur. iur. ¶ Duo contendunt ad inuicem, & committunt bellum particulare, quod est contentio exorta propter difforme præsentaneum humano aspectui ex uiolenta illatione particularium; & talis contentio prouenit, & tendit ad illius exclusionem. l. 1. C. de ui, & ui arma. & l. vt uim, & per Bar. ibi. ff. de iustit. & iur. l. scientiam, & per Doctor. ibi. ff. ad leg. aquil. & in l. filiusfamilias. de donatio. inter vir. & vxo. & in l. cum mulier, ff. solut. matrim. & l. facultas. C. de iur. fisc. cap. causam olim, & per Doctor. ibi. de restit. spoliat. Et fuit ob tutelam sui corporis introductum de iure naturæ. clemen. pastoralis. §. cæterum de re iudic. innõcto cap. si furiosus. de homic. & glo. in dicta. l. sciẽtiam. §. qui cum aliter. & comprobatur à iure positiuo, ut in dicta gl. in §. qui cum aliter: & sępe ius prædictum ab ipso iure positiuo limitatur, & qualificatur ab eo, ut in matrimonio, & moderamine cibi, & in modo defensæ. l. 1. C. unde ui, & latè dicam in sequenti Tractatu Duelli de hoc particulari bello. ¶ Et
157 duæ species sunt istius belli particularis una iusta, & alia iniusta; iusta fit ob tutelam sui corporis, ut suprà cum moderamine inculpate tutelæ, ut l. 1. C. unde ui, & per Bar. in d. l. vt vim, & per Abb. in dicto cap. significasti, & in cap. suscepimus. de homic. & per Angel. de Aret. in §. ius autem, Institu. de iure natur. gent. & ciuil. ubi habetur de omni specie moderaminis inculpatæ tutelæ; & secunda species istius belli inducta est propter tutelam corporis mistici, aut partis, ut dicimus in uniuersitate, quę appellantur membra, & partes. l. 1. ff. ad municip. & l. 1. ff. quod cuiusq; uniuers. no. & cap. cum dilecta. de excess. prælato. Nam propter ciuem suum oppressum deficiente iustitia Iudicis opprimentis, bellũ indicat ciuitas, & dicetur bellum particulare, ut sunt repræsalię propter tutelam mistici corporis, ut in authen. ut non fiant pignor. col.
158 5. & cap. 1. de iureiur. in 6. ¶ Et si quis uiolenter rem tuam abstulerit licitum est tibi incontinenti eam recuperare propria auctoritate, quia uim vi repellere licèt, naturali iure suadente. l. ut uim. ff. de iustitia & iur. Aliàs secus, quando debemus experiri coram iudice, de iure nostro, & eam medio iuris recuperare, aliàs cadaremus à iure nostro. leg. si quis in tantam. C. unde ui. Et in defectum iudicis est licitum recuperare uiolenter. l. nullus. C. de Iudæis, in glo. & cap. ius gentium, distinct. 1. & l. ait Prętor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. cred. & quantuncumq; eam habere non possemus non licebit illam conse-
159 qui mendatio. ¶ Quia non est licitum mentiri etiam per alterius uitam. cap. nè quis. 22. quæst. 2. & sic limitatur glo. in cap. cupientes. de elect. in 6. & magis est tollere per furtum, quàm per mendatium: quia recuperare quis posset rem suam sibi per uiolentiam ablatam, uel retentam per personam à qua ius consequi non ualeret iudicis officio propter potentiam detinentis illam, ut aliàs dixi. cap. per uenerabilem, extrà qui filij sint legit. &
160 per gl. in cap. ius gentium. distin. 1. ¶ Paria delicta mutua compensatione tolluntur. l. si duo. ff. de dolo. cap. intelleximus. de adul. & ille, qui aliter non potest habere creditum suũ, poterit de iure illud per furtum consequi, l. si non fortè, & in §. si centũ, ff. de condit. indeb. & ibi per Alber. de Rosa. uidelicet si per Iudicis sententiam id habere non posset, uel scandalum eueniret alicuius innocẽtis, qui rẽ præ dictã in custodiam, uel commendationẽ haberet; uel futurũ foret periculũ mortis, aut læsio magna sequeretur alterius, uel peccatũ periurij, aut simile; tunc restituere teneretur, cap. cum ex iniuncto, §. super eo quoque, extrà de no. oper. nuntia. & per Abb. & Fely. in cãp. cum olim. de resti. spol uel eãm commodato recepisset, l. prætextu, C cõmodati, & p Alb. ibi

ibi quod procedit in foro fori, & non in foro
poli, seu pœnitentiali quo non teneretur. c.2.
161 23.quæst.2. ¶Quæro de clerico, qui urgen-
te necessitate, & pro defensione suæ personæ,
& Principis proximi sui in bello iusto existẽs;
an fugere debeat. Dic quòd non: quia iniuria
esset fugere, secundum distincta per Abb in
cap. Clericis. extrà de vita, & honest. cleric.
162 vbi etiam dicit. ¶ quòd nè dum licitè potest
clericus uerberare, & mutilare aggressorem,
sed etiam occidere, nec in ullam incurrit irre
gularitatem: quia uidetur aggressor semetip-
sum potius sui culpa occidere, ut probatur in
clemen. si furiosus. de homic. Immò in nullũ
incurret peccatum, ut tenent domin. Ioan. &
Paul. de Lign. Bononienses. in tract. suo de bel
163 lo. cap. lxxxiij. ¶Quid si clericus celebrãs mis
sam fuisset aggressus ad altare; an celebratio-
nem iustè dimittat pro defensione sua: & si de
fendendo se cum moderamine inculpatæ tute-
læ occiderit aggressorem, poterit de iure red
dire ad altare, & perficere celebrationem ince
ptę missæ tenet D. Ioan. de Lign. quòd sic, &
hoc puto uerum per tex. in cap. illud, & in cap.
nihil. 7. q. 1. si aliter euitare non potuerit scan
dalum, aliàs non, clemẽ. si furiosus. de homic.
scilicet si necessitas ineuitabilis, tam urgentis-
sima hoc expostulauerit: quia tenentur clerici
in quantum possent fugere scandala, & pericu
la. cap. cum infirmitas. de episcop. & cleri. &
cap. præcipimus. de pœnit. & remiss. cap. con-
uenior. cum glo. 23. q. 8. cap. vendentes. 1. q.
3. & per Ioan. de Ligna. in lib. suo de bello in
cap. lxxxij. ubi habetur licere clericis se defen
dere in Ecclesia Dei, & extrà illam naturali iu
164 re. ¶ Et prædicta procedũt & in baptizãte, &
alios ordines dante ecclesiæ, propter tutelam
sui corporis, ut in celebrante missam, & ratio
est, quia in casu prædicto necessitatis non pec
cat in occidendo aggressorem, cum hoc fece-
rit iuris permissione, cuius auctoritate nemo
peccat. cap. si nulla. 23. quæst. 8. & in irregula
ritatem non incidit, ut in dicta clemen. si furio
165 sus. ¶ Et si clericus baptizauerit puerum in
casu mortis existentem, & inuasus fuerit, an
debeat se magis tueri, nè occidatur, uel pati
mortem, nè pereat puer sine baptismo prose-
quendo in actu sacramenti baptismi, uel se
tueri relinquendo potius puerum mori sine
baptismo? hanc quæstionem ponit D. Ioan.
de Ligna. in dicto lib. suo de bello: & con-
cludit disputando ad partes theologicas, quòd
tenetur magis propriam mortem eligere cle-
ricus, quæ est temporalis, quàm pati pue-
rum mori æternaliter sine baptismo, & secus
fore in aliis Sacramentis. cap. firmissimè. cum
similibus. de consecratio. distinct. 4. cap. ue-
niens, cum glo. de translat. & cap. omnis. de
166 pœnitent. & remissio. ¶ Regula uera est,
quòd si aliquod prædictorum requisitorum
in bello iusto defecerit, de quibus supra dixi,
tenerentur inuasores ad restitutionem omniũ
167 damnorum datorum, & raptorum. ¶Quæ
ro de milite militante, uel in bello decedente,
uel occidente, an peccet. Dic non peccare si
credebat id esse iustum bellum, dummodo
hoc habeat, & habuerit in animo, quòd si
bellum non esset iustum non se intromitteret,
habetur per Fel. in cap. sacris. extrà de senten.
excommunic. & Archid. in cap. 1. 23. quęst.
1. in summa. licèt ex post facto appareat bel
168 lum fuisse iniustum. ¶Quid de damno fa-
cto pro repetendis rebus, an quis teneatur ad
restitutionem tantum illius, quod habuerit
plusquàm fuerit suum debitum? Dic quòd
sic, & damna compensabuntur. cap. qui habe
tis: cum sequent. cap. 14. quæst. 5. & l. hostes.
169 ff. de capt. & postli. reuersis. ¶ Quęro de
clericis an de iure potuerint defendere bona,
& possessiones ecclesiarum iure permittente,
cum bello corporali, uocando milites ad tu-
telam eorum? Dic quòd sic, cap. Igitur; &
cap. Hortatu. 23. quęstio. 8. cum glos. magna.
in cap. auctoritatem. 15. quęstio. 6. & in cap.
Adrianus. 63. distin. & capit. Maximianus,
23. quæst. 3. & cap. dilecto. de senten. excom-
170 municat. lib. 6. ¶ Equidem notandum est,
quòd illi, qui indicant bellum, ut aliàs dixi,
sine iussu Principis incidunt in crimen lęsæ
maiestatis. l. 3. ff. ad leg. Iul. maiest. l. fin. C.
eod. & §. 1. authent. de mand. Princip. coll.
3. & §. 1. authen. de armis. coll. 6. & l. fin.
C. de fabricen. libr. 11. & C. nè armor. usu.
in rubr. & nigro. Et quibus modis, & per
quot modos crimen læsæ maiestatis com-
mittatur habetur in l. fin. C. eod. titu. & in
171 l. 2. & 3. ff. ad leg. Iul. maiest. ¶Nec per-
missum est militari iure, hostem captiuum in
bello iusto captum quantumcunque atrocem
inimicum occidere, post sequutum belli con
flictum, ut aliàs dictum est. cap. Noli. 23.
quæst. 1. cum uirtus, & religio militaris hoc
non patiatur. l. libertas. ff. de stat. homin.
172 ¶ Miserendum est nempè illis, qui captiui
sunt in bello, nisi dubitetur de futuro pericu-
lo, vel de perturbatione pacis futuræ. cap. no-
173 li. 23. quæst. 1. ¶ Propterea Regi Armeniæ
Tigrano capto pepercit magnus Pompeus,
& abiectam per ipsum Tigranum in terra co-
ronam in capite suo poni mandauit uirtus ma
gni Pompei, & illum pro Rege honorari præ
174 cepit. ¶ Et iure gentium captos in bello
seruos fieri à seruando dictos, non à seruien-
do dicũtur. l. Hostes. ff. de capt. & postl. reuers.
175 ¶ Notarij autem serui dicuntur publici à
seruiendo: quia omnibus publicè seruire ha-

bent, data tamen sibi mercede, & liberi sunt, & non seruilis conditionis: nam seruus uerus conditionis seruilis non potest esse notarius,
176 & hoc pro regula hic describetur. ¶ Imperatores captiuos in bello captos uenundari iubebant. Instit. de iur. person. §. serui. cum glo. ibi licèt post capturam serui huiusmodi detineri ad seruiendum possint, ut alij serui, ut fit in Regno Neapolis, Tuneti, Grecię, Aphricæ, Asiæ, Asfyriæ, & Armenię, & similium regnorum, ubi captiui detinentur l. Transfugam, ff.
177 de acquiren. rer. domi. ¶ Et pari ratione bona eorum capi licitè possunt, ut dicit Bart. in l. ut uim. de iustit. & iur. & in tract. suo, qui sint rebell. vituperatur Brutus, occisis seruis illis iussu suo, liberè primò dimissis, unà cum suis miatis in pugna, quibusdam ex captiuis cæsis nimis lingua mordacibus, hoc affectante publico Cascha, qui inter cõiuratos primus fuit qui Cæsarẽ uulnerauit in Senatu illum sequẽtibus Bruto, & Casio pro libertate patriæ.
178 ¶ Capta in bello non iusto restitui debent de iure, quòd secus foret si capta fuissent in bello iusto: quia restituenda de iure non ueniunt. & si ex causa legitima, uel sine foret indictum bellum à Principe habente supremam auctoritatem indicendi bellum, tunc efficiuntur capientium; & capti fiunt serui ipsorum capiẽtium, habetur plenè per Franc. de Aret. in l. 1. ff. de acquiren. uel omitten. hæred. & quando bona capta sint hostium, & quando non, & repeti possunt notat Bar. in l. naturaliter. §. item quæ ab hostibus, ff. de acquiren. rer. domin. & in l. hostes, & in l. si quis in bello, ff. de capti. & per glo. in l. 1. ff. de acquiren. possess. & in cap. si cut. gl. 2. de iur. iur. & per Doct. ibi, & in c. dicat. 23. q. 2. & p Ang. de Arc. Instit. qb. mod.
179 ius patrię potest. solui. in §. si ab hostibus. ¶ Et bona quæ per nos capiuntur ab hostibus in bello iusto fiunt nostra, sed non è contrario, ea quæ ab hostibus capiuntur à nostris sua fiunt: quia ipsi ex parte sua iniustum bellum sequuntur: nos uerò ex parte nostra iustè tuemur ab illis, quia contrà nos iniusta bella gerunt, & pugnant iniustè, & sine iure sola in sua confisi feritate. l. quin. §. in pace. ff. de capt. & postli.
180 reuers. ¶ Quæro de casu, an Dominus feudi teneatur dare uasallum suum in potestate curiæ maioris uel inimicorum suorum. Dic quòd non, etiam si fecisset mille delicta, ità firmat intrepidè Bal. in cap. 1. in §. conuenticulas. de pace iur. firman. quòd limito, nisi pro, & ex cau-
181 sa iustitiæ peteretur à superioribus. ¶ Probè ad hoc prouisionem fecit Regia, & Imperialis Maiestas Catholica in Regno Siciliæ per suam sanctam pragmaticam sanctionem contrà receptatores delinquentium, ut consonũ est bonis moribus, & paci, & iustitiæ fuit; nè delinquentes malefactores à nemine receptarentur impunè mille untiarum apposita pœna. laudantur boni mores, & iustitiæ effectus in re, & religione militari, & in omni regimine: & damnantur mali mores, & praui effectus perpetua infamia: & in hoc iuri communi derogauit, per quod pœna imponitur capitalis receptantibus condemnatos in pœnam
182 capitalem, ut in titu. de recept. C. & ff. ¶ Inclitì Duces, & milites in re docti, & exercitio militari in urbium deprædationes non passim laudandas consueuerunt seruare Ecclesias, pia loca, sacra, & religiosas personas, & utriusq; sexus oẽs, qui ad Ecclesias confugerunt; & ibi illesa, illesásq;, & immunes pro Deo relinquere, & innocẽtia; & sanguini parcere psonarũ, & locorum captorũm ut, retinendo gladium ultorem, ne CHRISTVM lederent crucifixum pro salute humani generis, quem iterum crucifigunt illi, qui prosequuntur sanguinem
183 filiorum suorũ. cap. nolli. 23. q. 1. ¶ Et sæpe crudeles, & sanguinei homines mala morte moriũtur, & breui tpe posside nt terrã, sententia Dei; & uirtus est maxima in Imperatore uictore, & fortunato retinere iram pro Deo: quia Deus erit sibi auxilio, iuxta illud, Qui uni ex minimis meis aliquid fecerit, mihi fecerit: & illi propterea merces, & præmium in cẽtuplum tribuetur cum uita æterna, & iuxtà illud Ouidij.

Vince animum, iramquè tuam, qui cætera uincis.

184 ¶ Et quia Imperator Constantinus misericordia ductus pepercit sanguini impubertatis ad matrum uagitus, ideò meruit gratiam, & liberari à beato Siluestro ab infirmitate incurabili, qua detinebatur, ut sacra docet Historia. Hic Imperator primus fuit Christianus secundum glo. in l. Diui. C. de natur. libe. & præcepit publicè ędificari Ecclesias ad hono-
185 rem Dei omnipotentis. ¶ Et firma stat Dei sententia, quòd in Impios, sæuos, & crudeles sua cadit impietas, sęuitia, & crudelitas: nam ob hoc hostem ipsum Deum immortalem, mortalesque homines habebunt; nec reperi unquam exercitum unum crudelem pertransisse impunitum ob suum, tam dirum sęuitiæ nephas: quia est ineuitabile bellum, nec Dei potest homo uitare sagittas, & uulnera, neq; ab ipsis sanari absq; diuino medico. c. accusatio. 2. q. 7: Bellum, ut diximus sæpe facit homines quosdam mœstos, & inopes; & quosdam ex eo dicatos: & iniustè bellantes, & derobantes damnat ad ęternas pœnas authen. de arm. & per glo ibi in princ. & l.
186 1. C. de caducis toll. ¶ Nec militari iure cõpertum est esse permissum quemquàm agrorum cultorem, & ad exercitum uenientem cessante

ſante ſuſpitione pro eius cõmodo,uel per vias
publicas tranſeuntem cum mercibus , aut pe-
regrinantem ſpoliari,quia ij omni habent gau
dere ſecuritate cap.ſi quis romipetas.24. q.3.
187 & cap.innouamus.de treug.& pace.¶ Et licèt
quædam ſuperius tetigerimus in materia ſimi
li;Occurrit tamẽ ꝙ quidã duo nobiles domi-
ni bellarunt inſimul, an poſſint componere ſu
per damnis ſubditorũm ad inuicem?Dic quòd
ſic,ſi de illorum omnium conſenſu qui dãna,
rapinas, deuaſtationes,& incendia,arborũque
inciſiones paſſi ſunt, pacti , & compoſiti fue-
rint aliàs non,quia præiudicare non poſſunt il
lis qui iniuſtè bellum mouerunt: quoniã ipſi
tenebuntur ſatisfacere illis de proprio, niſi dã
188 nificati fuiſſent in culpa . ¶ Nec ritè compo-
nunt illi cum aduerſariis in ſuorum præiudi-
cium,ſi ex parte ſua iuſtum bellum habuerũt;
ſed hi procurare tenentur,ut ſibi damna ſua re
ficiantur; & ſi componerent iure tenebuntur
reſtituere illis omne id quòd habuerint ex di-
cta compoſitione pro damnis illorum,qui paſ
ſi ſunt ab hoſtibus compoſitis: poſſunt tamen
domini componere expenſas auctoritate ſua,
& etiam ſubditorum damna ob publicam uti
litatem, ſi ex probabili cauſa uiderint ea eſſe
potiùs remittenda quàm pace carere, & bello
rum ſuſtinere pericula:& tunc tenentur ſubdi
ti habere ratum cum eorum negocia geſſerũt
utiliter domini ſui , quibus , & compoſitioni
ſi ab initio fuerit contradictum, non iure pote
rint domini remittere damna ſubditorum il-
lis niſi refectis; à bello tamen poſſunt deſiſtere
Principes arbitrio ſuo,cum ſua fiat auctorita-
te,& pax celebretur, & à bello deſiſtitur,ut di
cit Hoſtien.in ſum.de pac.& treng.quæſt.59.
& Iaſon in l.ex hoc iure.in 3. col. de iuſtit. &
iur. ff. Et an licitũ ſit clericis bellare,diximus
ſuprà,& habetur per tex.in cap.1.23.quæſt.8.
189 ¶ ubi habetur an liceat Epiſcopis intereſſe
bello ſine licentia domini Papæ,& concluden
dum eſt quòd non , niſi pro defenſione bono-
rum ſuæ Eccleſiæ;& per glo.in cap.Auctorita
tem,15.quæſt.6.& in cap.dilecto. de ſentent.
excommunic.lib.6.& dicebat Innocẽ. in cap.
ſicut.de iure iuran.& in cap.dilecto.de appel.
190 ¶ Prælato licitũ eſt pro iniuria ſubditi ſui,de
quo nõ.fit iuſtitia,bellũ indicere,& alios ꝑter
quàm iniuriãtes bello capere: & ſi bello adeſt
ipſe neceſſitate ineuitabili non urgẽte,ſi mors
ſequatur efficitur irregularis , uidelicet ſi eos
ſua percuſſione ſequatur.ſecundum Hoſt.in d.
c.in dubiis.extrà de pœn.c.ſi uobis,& c.ſi quis
Epiſcopus,23.q.8.& per Inno.in dicto cap.in
dubiis. de pœn. in quibus probatur licere præ
lato indicere bella pro tutela ſuę temporalis
191 iuriſdictionis . ¶ Bellorũ exercitia diſtrahũt
mentes à diuinis officiis, & inquietudinem pa
riunt clericis : qui ordinati ſũnt ad altaris mi-
niſteriũ,& iis non licet effundere humanũ ſan
guinẽ, & parati eſſe debent aſsiduò pati mor-
tem pro CHRISTO; nec habent arma porta-
re ſine cauſa iuſta,uidelicet niſi tranſirent per
loca inculta,& deſerta,& periculoſa cap.Ma-
ximianus,23.q.3.cap.Clerici,de uita, & ho-
neſt.cler. & licitum eſt prælatis, ut prædixi in
uocare brachium ſeculare pro defenſione Ec-
cleſiarum,eorumque bonorum, & perſonarũ
Eccleſiaſticarum contrà uiolatores Eccleſiæ
ipſiuſque contumaces,& rebelles;& illud hor
tari,ne quemquàm occidat,aut mutilet;ſed ut
occupata regna ab infidelibus recuperet, & re
ſtituet Deo ſuo:nec indè imputabitur prælato
ſi homicidia plura ſequantur ex cauſis prædi-
192 ctis cap.de occidendis,23.q.5.¶ Quæro de
legato D.Papæ an poſſit bellum indicere, mo
uere arma, & inuocare brachiũ ſeculare . Dic
quòd non, cum hoc ſit ſpeciale ſolius Princi-
pis priuilegium; niſi haberet ſpecialiter in ſua
delegatione,& mandato contrà reſiſtentes poſ
ſe bellum indicere,& inuocare brachium ſecu
193 lare cap.1.& 2.4. quæſtio . 2. ¶ Et eſt no-
tandum quòd bella quæ per Eccleſiam indi-
cuntur contrà excommunicatos, hęreticos, &
rebelles ipſius ſunt meritoria cap. ſicut excel-
lentia.23.quæſt.4.& cap.omnium.23. quæſ.
194 5. & cap. igitur. 23. quęſt. 8. ¶ Quæro de
milite qui in bello iuſto interfuit, & in eo ne-
minem interfecit,nec mutilauit, neq; cauſam
præbuit mortis , an ordinari poſſit ad ſacros
ordines ſine papali diſpẽſatione? Si ẽ idoneus,
dic ordinari poſſe ſine diſpenſatione cap.præ-
ſentium de cler. percuſſ. & cap. 1. de cler.pu-
gnan.in duello,& cap.1.25.quæſt.vlt.& cap.
continebatur,& per Hoſtien. ibi de homic. &
l.nihil,ff.ad leg.corn.de ſicca. & ibi per Doc.
ſecus in bello iniuſto , & illicito ubi homines
195 ſunt occiſi, ut in dictis iuribus. ¶ Et regula
eſt uera,quòd clerici non debent intereſſe bel-
lo , quia ſi aliquis occideretur propter eorum
præſentiam irregulares efficerentur cap. ſicut
dignum. de homicid. Secus eſt ſi cum licentia
D.Papæ intereſſent bello,quia tunc non effice
196 rentur irregulares.¶ Belli eſt alia diuiſio ꝙ
infernum dicitur ; & quoddam extremum , &
aliud ſeruile,& aliud ſociale,uel piraticum:&
ut aliàs dixi à belluis dicitur bellum , aut à re
nulla bella id eſt non pulchra,eo quia ex con-
trario eſt horridum & peſſimum; unde horri
da bella dicuntur, ſicut lucus à lucendo, & ta-
men ibi ſilet lux: & ità dictũ eſt per antiphra-
ſim,ideſt per contrarium; uel à Bello,qui fuit
primus inuentor gladij ferri cum quo bella-
tur: & ante bellum in re bellica ægregia facta
nõ reperimus.Et bellum etiam dicitur totum
corpus illud quo militatur,quod guerrã qui-
dam

dam Barbari uocant à gariendo, ut in longobarda; & bellum à Bellonâ Martis sorore nuncupatum firmat Mar. Var. ¶ Si côtingat subdi
197 tos Comitis, aut Baronis uasallos sæpe numero habere bella cum dominis suis: uel è contra Comes, uel Baro bellum habuerit cum subditis uasallis suis, requirêda est auctoritas Regis: sed si Comes, uel Baro habuerit bellum cum Rege suo, & contrà Regem Dominum suum, qui in ipsos iniustum intulit bellum, & Rex pluries humiliter requisitus per pares desistere noluerit; & tunc si se armis tuetur Comes, aut Barò, non peccat, dummodo cum moderamine inculpatæ tutelę se defenderit, ut suprà latius dixi, ità consuluit Oldra. de Laude. in côs. suo 70. Regem tamen non poterût Comites, & Barones sui feudatarij impugnare propria sua auctoritate: sed denuntiare tenebûtur Domino Papæ, qui suo spirituali gladio prouidebit: & crescente contumacia Regis, auctoritatem eisdem dare poterit mouendi arma in Regem, aut illis dare recursum ad Imperatorem; cuius auctoritate poterit in Regem in-
198 ferre arma. ¶ Sed si Rex bellum habuerit cum Imperatore, poterit prouidere auxilio Romanæ sedis Apostolicæ, cum nullus sit superior Imperatore, quàm ipse Papa Catholicus locum Dei tenens in terra: peccaret tamen iniuriam passus si bellum aliàs moueret. Nec propria auctoritate potest Comes ius sibi dicere contra subditos, sed ad superiores suos recurrere tenetur, & quandoque ad prælatum suum superiorem, cui parere necesse est propter Deum, & peccatum inobediêtiæ; aliàs posset ipsum excômunicare cap. nouit. extrà de iudic. & si per annum perseuerauerit in excômunicatione, posset res & bona ipsius capi mandare cap. excômunicamus. extra de côfess.
199 cap. quis quis. extra de hæretic. ¶ In Regno Siciliæ est laudabile statutum conforme iuri cômuni contra excommunicatos morâtes in excommunicatione legitima ultrà annum; q si fuerit Comes soluat regiæ curiæ 24. uncias auri, & si Baro 12. & si Miles 6. & si Burgensis tres uncias, & si rusticus unciam unam cum dimidia; nisi fuerint absoluti intrà tempus prædictum in forma Ecclesiæ: & secundum tempus de anno in annum pœna semper dupplicatur, triplicatur, & quadruplicatur, si côtumaces steterint, & pertinaces in excommunicatione.
200 ¶ Quæritur de casu, uasalli quidam obligati iuuare Baronem suum, qui mouit guerram côtra alium Baronem, an teneantur illû iuuare? & Rex habet bellum cum altero Rege, & Baro requirit uasallos suos, & pariter Rex requirit eosdem, ut ueniant pro ipsis ad bellum, cui parere magis tenentur? Dic Regi, ità tenet iuris Specu. Guil. Durantes in titu. de feud. in §. quoniam. l. contra pupillos, ff. de re iud. cap. si Episcopus. 18. dist. cum Rex pro communi bono, & defensa coronæ uocauerit illos, & sic est magis parendum Regi de iure gentium. l. uelu ti, ff. de instit. & iur. & l. minimè. ff. de religio. & sump. funer. cap. fortitudo. 23. q. 5. cap. ius
201 gentiû. 1. dist. cum similibus. ¶ Et Principes tenentur se nê dum bonarum artium scientia esse preditos, sed etiam legitimi iuris prudentia, & disciplinæ militaris experientia esse peritos, & more maiorum Iudices expertos pro dirimendis litibus populorum, militum, &
202 exercituum. ¶ Noui ego quendam probatissimum uirum qui pro suo Rege Catholico in expeditione Rauennæ, & in Mediolano ualdè passus fuit; Hic nuncupabatur Fabritius Iesualdus antiquæ urbis Côpsæ Comes: qui sua uirtute præseferebat bonitatem, integritatê, & antiquitatem Illam antiqui Fabritij Romani Dictatoris: seueritatemque, & prudentiam Censoris Catonis, Dei, Religionis, & bonorû fautor erat, Doctorumque amicus & accade micus, oppressorum releuator, muniens, & æquus: malorumque, & uitiorum hostis ac cerrimus, & dignus colloquio Imperialis consistorij, in re & exercitio doctus militari seruâdo canones catholicę Religionis, & disciplinę militaris quæ sunt amare & timere Deum, & amare illius similem ad imaginem suam creatum, & diuina seruare documenta: illaque iubere quæ spectant ad uirum fortem, uidelicet docendo locum non deserere in acie, non fugere, non arma abiicere, non illa distrahere, & libenter ferre labores, æstum, & frigus, uirtute, pati malâ tempora cum necessitate, æs nô adulterare, nec flagitia comittere, nec deridere ea quæ sunt mansueti uiri; nec quemquàm temnere, non glurgiari, nec uitia pati, non crassari, non deserere militiam, nec permittere desertores militiæ, & criminosos multos transire; ordinesque & solennitatem pugnæ seruare obedientiam, & pacientiam, fidem, & decreta publica, Imperialia, fœderumque promissa, iuramenta, militum præmia, dignitates, & gradus conseruare; non prædari, nec sata comburi, neq; diruere tecta, nec uallû, nec muros ascendere, neque descêdere castra nisi iussu sui Ducis legitima & necessaria bellorum subsistente causa: quę omnia spectârad inclitos Re
203 ges æternæ memoriæ. ¶ Quæro de casu quê habui in facto, Ciuitates quędam Germaniæ, & Barones quidam, & feudatarij eiusdem tenentur priuilegio, & ex antiquo pacto mittere, suis expêsis exercitum, cû Princeps suus in hostes bellû exercet, si steterunt p cêtû annos, quibus præscribuntur intra Ecclesiæ Romanę, & Imperij authen. ut Ecclesia Romana. col. 2. quòd nôn miserunt dictum exercitû, quia non fuit

fuit necesse nec expeditum, an per hoc liberantur dictę Ciuitates, Barones, & Feudatarij à dicta obligatione. Cõsului quod non per not. per Bartol. in l. in filijs, C. de decurio. lib. 10.
204 ¶ Et hoc facit pro illo qui habet ius eligendi Rectorem Ecclesiæ si steterit per centum annos quòd rectorem nullum elegerit, quia non expediuit, cum fortè non uacauerit Ecclesia, sibi non p̄iudicat, ut tenet Bar. in l. scimus, C. de agric. & cens. lib. 11. dicẽs ꝙ obligati dare gẽtes armatas Perusinis ĩ suis expeditionibus, si steterint per centum annos quòd illas nõ dederint, eò quia non expediuit Perusinis qui erant copiosi gentibus suis, sibi non præiudicat, & Bal. in l. Imperium. in 7. col. de iurisd. omni. iud. & per Ang. in cons. 196. incip. iam sunt octuaginta anni; & per Ias. in l. falso asseueratur per illum tex. C. de diuersis rescri-
205 ptis. ¶ vbi habetur, rescripta esse perpetua, nisi sit aliter tempore diffinitum in rescripto, quod procedit in rescriptis gratiosis cap. si super gratia. de offic. deleg. in 6. Et idem seruandum est in priuilegijs, quia priuilegia sunt perpetua, nisi sint limitata tempore, ut supra, ita tenet Cy. & Bar. & Salyc. in dicta l. falso asseueratur. C. de diuers. rescrip. & in l. uoluntariæ. C. de excusat. tuto. & per Cyn. ibi, & per Bar. in l. fin. circa finem, ff. de constit. princip. & per glo. & Doct. in cap. cum accessissent. de constitu. nisi in priuilegio esset commissa facultas aliquid faciendi, & fieri contingerit, & non fecerit. Nã tunc tolleretur priuilegium huiusmodi per lapsum decennij eo non uso, per glo. & Docto. in d. cap. cum accessissent. de constit. & cap. 1. de immuni. eccles. in 6. & in l. 1. ff. de nundi. & per Bar. in l. licitatio. §. earum. ff. de public. & per Petr. de Anchar. in cons. 260. incipien. in quæstione quæ uertitur, &c. Sed si nũquàm obuenit casus, uel se non obtulit facultas utendi, non perderetur, neque tolleretur decennio, cum tolli de iure dicta ratione non possit, l. &
206 Attilicinius, ff. de seru. rust. prædio. ¶ Nam ut dicunt glo. & Canonistæ in cap. Abbate Sancti Siluani. de uerbo. significa. ille qui non est usus priuilegio uoluntariè illud perdit per decennium per non usum decennij, secus in non usu necessario: quia ille qui nequit uti non est in culpa, aut mora; quòd et procedit in ignorante, secus in sciẽte, & negligente non uti, ueniente casu possibili. l. is qui usumfructum, ff. quib. mod. ususfruc. amitt. & ibi per Bald. de Perusio, & Alber. de Bergomo; & in l. una est
207 uia, ff. de seruit. rust. prædio. ¶ Et si quis largũ priuilegium habuerit, & ualdè strictè fuerit usus illo, ualdè preiudicabit sibi ut tenet Bart.
208 in l. vsum aquæ. C. de aqueduc. lib. 11. ¶ Quęro de alia quęstione de qua meminit Ias. May. de Mediol. in dicta l. falso asseueratur. C. de diner. rescrip. & Bal. Ang. & alij in l. Hæc autem iura. ff. de seruit. urban. præd. uidelicet ꝙ si Princeps, & dominus steterint per centũ annos quòd non imposuerint aliquod onus uasallis suis, aut non fuit usus in castro iurisdictione, quia non occurrit casus, an præscribatur, dicit quòd non, secundum Inno. in cap. dilectus, de cappel. mon. & Cyn. in l. 1. in quæst. 6. C. de seru. & aqua, & Ioan. And. in addit. ad Specul. super rub. de feud. & in glo. clemen. 1. in glo. penul. de foro compet. & in glo. 2. in cap. plerumque, & per Abb. in cap. Ad audientiam. in ultim. col. de præscrip. & suprà etiã de hoc
209 tetigi. ¶ Quid de lege scripta, aut statuto Ciuitatis an tollatur tempore per non usum? Dic quòd non, quando homines non fuerũt ea, uel ipso usi, quia casus non euenit, uel non contigit; nam per talem non usum etiam mille annorum non tolleretur lex, seu statutum, scripta, uel scriptum, ut dicũt Doct. in cap. Ioan. de cler. coniug. per contrariũ tamẽ usum perueniente casu tolleretur gloss. est in l. de quibus. ff. de leg. & per tex. & glo. institu. de iur. natu.
210 gent. & ciuil. in §. ex non scripto. ¶ Quæro de illis quibus est licitũ se tueri pro tutela sui corporis, an etiam alios sibi coniunctos tutari liceat? & quos. Dic tu meritò tibi licere defendere uxorem, & patrem, ac filium; & filio licere patrem; & fratri fratrem, & e contrà; & de alijs personis de quibus habetur per Bar. in l. ut uim, ff. de iustit. & iur. & clem. 1. de homic. & in l. tutor. §. si tutor. ff. de susp. tutor. & l. lex cornelia, C. de iniur. & in l. raptores, C. de Episcop. & cler. & Bal. in l. 1. C. unde ui, & p Cyn. & Salyc. ibi, & per Abb. in cap. clerici. de uit. & honest. cler. & Innoc. in cap. si uerò. de sent. excommunic. & per Dominicũ de Sancto Geminiano in cap. dilecto. eod. titu. & l. isti qui-
211 dẽ, ff. quod metus causa. ¶ Vbi habetur de patre, & filio propter quem perpetuatur pater in eum, & una & eadem censetur persona l. liberorum, ff. de uerb. sign. & l. fin. C. de impub. & aliis subst. & l. item apud, ff. de iniur. ubi habetur de marito pro uxore, & de fratre pro fratre, & sorore, & de aliis coniunctis, l. ut uim. cum glo. ff. de iustit. & iur. & plenè per D. Ioã. de Lign. in cap. 87. in titu. an pro fratre, soro-
212 re, & aliis coniunctis, &c. ¶ Quæro an forensis qui est de alieno foro teneatur ad onera personalia custodiæ ciuitatis tempore belli, & suspitionum bellorum, Spec. iuris Gulielmus Durantes Mumaten. Episcopus uir diuinus tenet quòd non in titu. de cons. sed dumtaxat teneri ad realia onera, & ad collectas pro rebus ipsius ibi sitis; & quòd non tenetur pro rebus alibi sitis; habetur etiam per Bar. in l. 1. C. de aur. corr. lib. 10. ubi dicit hoc esse uerum de iure, nisi consuetudo sit in cõtrarium, & in l. re-

l.rescriptum,ff.de muner,& honor. & in l.for
ma,ff. de cens.habetur per glo.in l.3.C.de mu
lier. in quo loco munera sexui subeant libr.
11. & per Bartol, in l. munerum, §. patrimo-
niorum, ff. de muner. & honor. ubi dicit fo-
renses teneri ad præstantias, & in l.si pruden-
tes.§.qui cloacarij,ff.de usufruc.& in l. inter-
dum, ff. quod cum fals. tut, ubi etiam habe-
tur per Flori.de sancto Petro post Bar. de Sa-
xo ferrato, ꝙ forensis tenetur præstare equum
suum pro bello si habetur, sed non tenetur e-
213 mere,ut præstet,nisi fuisset usurarius. ¶Et exē
pti ꝑꝑ morbum,uel ꝑꝑ ętatem tempore belli
non excusantur à custodia ciuitatis l. vt grada
tim,§.quoties,ff.de mune.& hono.Nam mor
bus,uel ætas nō excusat à custodia ciuitatis di
centem, quia tenebitur mittere aliū pro se, l.
Sextū decimū.§.corporis, ff.de uac. mū. & l.
214 semper,ff.de iure immu.¶Quęro de prouocā
te contra spoliatorem prouocati ad bellū ac-
cedente an agat furti, uel ui bonorum rapto-
rum?hanc quæstionem ponit Ioan.de Lign.in
lib. suo de bello, videlicèt an ꝓuocatus ad bel
lū,si in itinere,accedēdo ad eius subsidiū spo-
liet armis,& eq̃s,& reb.alijs suis:& an mandās
teneatur mādatario,uel agat mādans,aut mā-
datarius contrà spoliātē.Dic mandantē teneri
mandatario, & contrà spoliantem ius habere,
& spoliatum agere posse ui bonorum rapto-
rum. excedendo iura mandati ipsi soluenti,
mandans posteà agere poterit iure concesso
contrà spoliantem.l.2.§.Qua actione.ff.de ui
bonorum raptorum,& l.penult.ff.mandati,&
per Doctores,in cap.sicut, de iure iurā. Nam
actio furti,uel bonorum raptorum non com-
petit,nisi illi cui damnum fuit illatum, uel ius
in re habēti ratione possesionis, detentionis,
uel dominij: ut illi cui res fuit pignori obliga
ta, & nondum tradita.l.si gratuitam.§.si mar-
garitas,ff.de præscrip.uerb.& l.si is, qui rem,
215 & l. his cui spoliastis, ff. de fur. ¶ Quęro de
casu, de quo suprà quædam tetigi, si bellum,
& contentio fuerit inter duas ciuitates liberas
non recognoscentes superiorem; & ut omnis
tollatur difficultas,si aliqua ciuitas libera ho-
stis fuerit imperii,an ius gentium primæuum
habuerit locum? Dic quod sic.l. hostes, & l.
postliminij,& l.si quis, ff.de capt.& postli.re-
uers. & locum non habet inter catholicos ius
postliminij ex moderna consuetudine antiqui
tus obseruata,quātum ad personas, & nō quā
tum ad res; cui consuetudini standum est secū
dum Bar.& sequaces in d. l.hostes,ff. de capt.
&c.nisi à Papa, uel ab Imperatore fuisset bel-
lum indictum: quia tunc ius postliminij, &
captiuitatis locum haberet; & capti fiunt ser-
ui secundum Doctor.in l.qui à latronibus, ff.
de testa. sed standum est consuetudini, ut su-
prà dixi,& per Ang.de Are.instit.de rer.diuis.
216 in §.item ea quæ.¶ In bello autem duarum
ciuitatum liberarum, an hostes dicantur, ità
quòd habeāt iura captiuitatis, & postliminij,
sicut quando est contentio inter populum Ro
manum, & Saracenos. Dic quando est bel-
lum inter duos populos, qui sint sub uno do-
minio,& tunc non habent iura captiuitatis,&
postliminij l. si quis ingenuam, ff. de capt. &
postli.reuers. & per Ioan.de Lign.in libr. suo
de bello. in 7. parte. Sed si fuerit contentio
inter duas ciuitates liberas non recognoscen-
tes superiores, secus erit, & seruabitur con-
suetudo prædicta, ut suprà dixi quantum ad
217 ꝑsonas. ¶Quæro de bonis mobilibus, quę
capiuntur in bello iusto,an fiant capientium?
Dic quòd non, sed illa milites tenētur assigna
re suo Duci, qui posteà habet illa distribuere
inter ipsos milites,secundum eorum merita:
& hæc procedunt in ijs, quibus non uendicat
sibi locum ius postliminij, l.s. & l. si quis in
bello,ff.de capt.& postl.reuers.cap.dicat,23.
218 q.5.¶Occurrit discutere aliū casum,an mi
lites nostri teneantur restituere nobis bona,&
animalia nostra quæ fuerunt nobis capta per
hostes,& quæ adhuc non sunt per hostes con-
sumpta scilicet recuperata per nostros milites.
Dic quòd sic,l.si quis à barbaris,C. de re mil.
& l.Pomponius,ff.de rer.diuisio.& l. si capti-
uus,ff. de capt. & postli. reuers.& per Ang.de
Vbald.de Perusio in quæstione per ipsum di-
sputata de guerra facta inter dominum Paduę,
& dominum Veronæ, uidelicet illos de Carra
ria,& illos de Scala:quia decet milites esse de-
fensores,& non latrones;& hac de causa acci-
piunt stipendium l.ab hostibus.& ibi Bal.& in
l. si quis à liberis, C. de capt. & postl. reuers.
Et¶propriè dicuntur illi defensores, qui tuētur
innoxiè l. fin. C. de re milit. & Regula est mi
litię milites teneri hostes hostire ferro in bel-
lo occidēdo illos, nè ulterius pugnent,& mor
deant; & amicos defendere pro posse, & bona
sua tueri uirtute, omni à se moto timore
219 Theophrasti sentētia.¶Quæro de Rege uel
Barone, qui vult capi facere suū uasallum cō-
trà iustitiam hoc exprimendo, & se iactando
facere,an licitè posit uasallus fugere,ità quòd
dicatur inobediens domino suo. Dic sibi lice
re impunè fugere,quia in hac causa non dici-
tur Rex,neque dominus, & priuatur proprie-
tate uasalli,secundum Andr.de Iser.in consti
220 tut. de iniur.cur.illat. ¶Et dicit plus domi
nus Andreas de Isern. in constitut. si uasallus
de fideiuss. vasal. ꝙ liberatur uasallus ab ho-
magio,& efficitur demanialis,si dominus cō-
cubuerit cum uxore,aut filia, uel nuru uasalli
sui,cum seruari debeat inter ipsos æqualitas,
221 & hoc iuri, & æquitati conuenit. ¶Quæro
si Papa

an Papa possit legitimare ad feuda secularia: ut Imperator facit; quia regulariter sceptra con fundi non debent, ut dicit D. Iacobus Aluarotus magnus feudista in cap. naturales. si de feud. fuer. controuer. inter dom. & agnat. post D. And. de Isern. feudistarum Principem in c. nouit. de iudic. & per Bar. in l. qui in prouintiam. de ritu nupt. & per Bal. in repetit. l. eam quam, C. de fideicommis. & per Specu. in titu. de dispensationibus. De Imperatore seculari clarum de iure puto, scilicet, non de Papa Catholico qui locum Dei tenet in terra, & latiores habet facultates quàm Imperator secularis, & omnia à Deo creata in terra tenet si bi subiecta, ut ipse Deus: cuius est locumtenens in terra, Sed uidi priuilegium antiquum factum per Papam, & ipsius sanctam Apostolicam sedem Theodosio Imperatori, & succes soribus suis futuris perpetuis temporibus in Imperio; quòd Imperator potest legitimare bastardos, spurios, manseres, & omnes alios de illegitimo coitu procreatos, tam ad futuras successiones, quàm ad feuda Ecclesiastica, & spiritualia iura, & ad quoscunque ordines sacros, & dignitates ecclesiasticas, ut etiam pontificales: & ppterea Imperialis Maiestas in concessione priuilegiorum, quæ donat comitibus palatinis, dat illis potestatem legitimandi prædictos bastardos, manseres, spurios copulatiuè, uel disiunctiuè, & omnes alios de illegitimo matrimonio procreatos; & quantum ad ordines spirituales, & ecclesiasticos suscipiendos, ut in priuilegio meo Comitatus Palatini continentur, quod mihi concessit liberalitas, humanitas, clementia, & Imperialis Maiestas.

SVMMARIVM.

1 *Duellum undè dictum, & quid sit. & num. 116. & 118.*

2 *Duellum impropriè dicitur bellum. & numero 116.*

Bellum quid propriè dicatur.

3 *Duellum an sit licitum, & iustum dicatur bellum, & nu. 31. cum multis sequentibus.*

4 *Bellum unde dicatur.*

5 *Pugna undè dicta, & unde dicatur prælium.*

6 *Duellum fit pro gloria, & honore. & n. 8. 9. 11. & 35.*

Dominis exercituum optimum est habere strenuissimos, et fortissimos milites paratos ad singulare certamē, & hostes sua uirtute pereant. n. 11. 12. & 13.

7 *Duellum est belligeræ uirtutis experimētum iure naturali inductum propter odium à natura ortum.*

Duellum est tollerabile, dummodo non fiat ex odio.

10 *Duellum in re bellica committitur ex causa publicę utilitatis.*

Mortui in bello pro Republica per gloriam uiuunt.

14 *Paruo prælio est etiam omni studio occurrendū.*

15 *Duellum in quibus casibus de iure feudorū permittatur, & nu. 16.*

17 *Duellum in constitutionibus regiis, & imperialibus regni Sicilię quibusdam casibus permittitur. & nu. 18. & 19.*

Duellum per nouellam regiā pragmaticam penitus tollitur, et duellantes, ac duellare uollentes naturali morte puniuntur.

18 *Fides data pro duello, an sit seruanda.*

Iuramentum duellantium præstari non potest die feriato.

Iuramentum omni die etiam festiuo præstari potest pacis fauore.

19 *Duellum in duobus casibus est in opinione rei.*

20 *Duellare an quilibet teneatur personaliter de iure longobardo.*

Duellum quare, & in quibus casibus sit de iure longobardo permissum, & nu. 24.

Solidus in iure est ducatus unus.

31 *Duellum in casibus à consuetudine permissum, an obseruari debeat, ac si de iure permitteretur.*

Duellare uolentes, an possint per campionem pugnare.

Procurator in criminalibus interuenire non potest, nisi ad allegandum causas absentiæ.

Sententia condemnatoria contra procuratorem fieri non potest, sed contra personam domini fieri debet.

22 *Causa pia an in duello interueniat.*

23 *Duellū in quibus casibus permittatur in Gallia.*

Animaduerti potest inuictum, qui se superatum fatetur in duello, moribus militum approbatum.

24 *Pacta an & quando inter duellantes sint seruāda, & nu. 38. 76. & 120.*

25 *Duellum locum habet in casu, quo reus uictus punitur eadem pœna ac si esset confessus.*

Mitius agendum est cum conuicto ex præsūptionibus, quàm ex confessione.

26 *Duellum de iure canonico reprobatur, exceptis quibusdam casibus.*

Diffamato coram Rege licitum est contrà diffamantem duellum inire.

Necessitas facit probabile quod aliàs non est.

Famam suam unicuique non derelinquere licet.

27 *Hercules plures fuere bellaces, & fortes in duello.*

28 *Sertorij Hystoria.*

29 *Duellum est naturę odiosum.*

Duello quandoque perit innocens sub iusto clipeo.

30 Pro-

30 Prouocare ad duellum non licet, sed permittitur prouocato se defendere; & non est offerendum, nec suscipiendum duellum, nisi necessitate urgente.
Duellum iniri licet pro defensione iustitię, & rerum.
31 Duellum est contrà charitatem.
Charitas est omnium uirtutum fundamentū, & exclusio uitiorum.
Duello tentatur Deus ut miracula faciat.
Duellum de iure naturali, & gentium probibetur. & nu. 33.
Duellum introductum est diabolica instigatione, ut genus humanum extirpetur, & numero 97.
Homo sequi debet diuinam rationem.
32 Principes dantes licentiam duellare uolentibus peccant.
33 Consuetudo non potest facere duellum esse licitum.
Iustitia nulla fieri potest ex probatione facta per duellum.
34 Morientibus in duello denegatur Eucharistię sacramentum, ac Ecclesiastica sepultura, & num. 94.
35 Intellectus ad glo. in l. qua actione, §. si quis in colluctatione, ff. ad leg. Aquiliam.
Et ad l. 1. & 2. C. de gladiat. lib. 11.
Item ad l. Accepta, & totū tit. C. de spectacu. sen. & lenonib. lib. 11.
Et ad leg. vnicam. C. de expensis ludorum.
Et ad l. 1. §. item senatus, ff. de postul.
Et ad l. Athletas, ff. de infami.
Et ad l. 2. de aleatoribus.
Duellare an liceat pro alterius defensione remissiue.
Occidens aliquē in duello auctoritate Principis inito causa lætitiæ, an de occiso teneatur, remissiuè.
36 Prouocans, uel prouocatus ad duellum duellare desistens, non potest de iure pingi in tabella.
Exemplum Dauidis, & Goliæ an habeat locum in duello.
37 Duello finis impositus fuit à Carolo Quinto Imperatore.
38 Causa nulla est in Principe concedendi duellum.
Principes non concedentes duellum prudentissimè agunt.
Principes denegantes duellum, aliquem non grauant.
39 Captus in duello sub fide relaxatus, nō potest per uictorem occidi.
Insultato licet defendere personam suam, & bona.
Parentes, ac amici conuocari possunt pro recuperandis bonis quę defendere licet.
40 Errori, occurrendo, cuilibet obuiare licet.
Erroribus consentit qui non resistit.
Irregularitatem nemo incurrit sine dolo.
41 Militi licet propter honorem suum duellare, & non fugere aggressorem.
42 Nobilis insultatus à rustico fugere non debet, licèt fugere posset.
43 Militi aggresso à uicino reputanti sibi ad uituperium fugere, an liceat aggressorem expectare, & eum percutere. & n. 44.
Homini uili, & debili an liceat se cum ense tueri contrà fortem eum percutientem pugno.
Surripienti quid uiolenter, an liceat armis resistere, & nu. 44.
44 Intellectus ad l. 1. C. unde ui, & ad l. 3. §. cum igitur, & ibi glo. ff. de ui, & ui arma.
45 Victus in duello pro crimine capitali, an possit morte naturali puniri, & num. 47.
Confessio præsumpta non damnat.
46 Prouocans ad duellum, & succumbens, an ad pœnam talionis teneatur. & n. 47.
Accusans, & succumbens in causa criminali talionis pœna tenetur,
48 Prouocato ad duellum latitante, quid facere debeat prouocans.
49 Victor non potest uicto in duello uilia seruitia præcipere.
Vasallus uictus in duello, cui potius parere debeat domino, uel uictori; ambobus simul, & eodem tempore uocantibus, & nu. 88.
Victus in duello sub fide relaxatus, an & quando parere debeat uictori rebelli effecto, uel excommunicato. Et quid si timet à uictore carcerari, an ad illum accedere teneatur remissiuè.
50 Contumatia acceptantis duellum, & non comparentis in die statuta, qualiter accusari debeat, & sententia sit ferenda.
Victus in duello an teneatur ad expensas,
51 Captus in duello & seruatus, an efficiatur seruus pœnæ, & an testari possit.
52 Doctoribus an permissum sit duellare remissiuè.
Captus in duello qui fuit sub fide relaxatus, & indè effectus Princeps, uictori parere non tenetur.
Victus à pluribus, & ab omnibus sub fide relaxatus, deinde ab omnibus interpellatus, an omnibus, & cui eorum parere debeat.
Obligatus duobus, illi parere debet cui primò promisit.
Propulsatione iniuriæ facti, aut uerbalis factæ, an possit deueniri ad pugnam remissiuè.
53 Mortuus in pugna singulari, an dicatur mortuus seruus pœnæ, & an eius testamentum rumpatur.
54 Prouocans ad duellum aliquem impingens ei crimina, tenetur per inditia, & coniecturas probare. Qualia autem inditia sufficiant stat in

in Iudicis arbitrio, quod secundum leges regulari debet, & num. 55.

56 *Occidens extrà patriam duellando inimicum suum, an reddiens in patriam possit de homicidio puniri.*

Duellare, an liceat ratione insignorum, & armorum remissiuè.

57 *Duellum an possit mutuo consensu prouocati; & prouocantis sine superioris auctoritate reuocari.*

58 *Duellantium, quis primò duellare, & uulnerare debeat, & num. 99.*

59 *Sexagenarij, et minores uigintiquinque annis an duellare teneantur, & nume. 69. & 70.*

60 *Fœminę duellare non possunt cum uirile sit officium duellandi, & num. 64.*

Fœminę quo casu per Campionē, mundualdū, filium, generū, uel affinem pugnare possint, & num. 64.

61 *Campio quando, & qualiter iurare debeat.*

62 *Iuramentum Principalium duellantium, quale esse debeat.*

63 *Duellātes principales dolo falsi Campionis, uel mundualdi uicti debent in integrum restitui.*

Falsi Campiones, uel mundualdi qualiter sint puniendi.

Testis falsus eadem pœna puniri debet, qua puniretur reus de crimine intentato.

65 *Captus in duello sub fide relaxatus à uictore donatus pro captiuo, an possit per pecuniam remitti, & an sit captiuus filiorum uictoris eo mortuo; & an captus uocatus à uictore impeditus uenire excusetur remissiuè.*

66 *Occidens bannitum in duello non consequitur pramium concessum occidenti bannitum.*

67 *Aetas qua legitima sit duellantibus, & num. 68.*

71 *Prouocatus de iure habet modum pugnandi, & armorum electionem, iudicis, temporis, & loci.*

72 *Arma si alicui in duello frangantur, uel cadant; aut aliquis duellantium in terram cadat, an sint illa restituēda, uel alia dāda illis, uel ille sit subleuandus.*

73 *Duellandum quomodo sit, quando prouocatus est aliquo membro debilitatus.*

Prouocans mutilatus, uel mancus quomodo pugnare debeat cum prouocato integro.

75 *Prouocans non potest modum duellandi eligere.*

76 *Pedester prouocatus ab equite, & eques pro uocatus à milite, uel pedite quomodo pugnare debeant.*

77 *Prouocatus, an possit petere, ut puniatur pro uocator, qui in duello non obtinuit, aut detur sibi pro captiuo; & an prouocatori sint pacta seruanda si banniatur remissiuè.*

Captus in bello per armigerum, an sit captiuus capientis, uel sui Ducis remissiuè.

78 *Patris consensus, an sit necessarius in filiofamilias intendente duellare.*

Duellare pro quibus iniurijs quis possit, & non duellare remissiuè.

Victus in duello negans esse uerum, nō potest iterum prouocari.

79 *Duellum in uno die cæptum, et non finitum, an sequenti die finiri debeat.*

Dilatio noua dari non debet in pugna.

Consuetudo patriæ, & militum seruanda est inter duellantes.

80 *Prouocans an possit mutare querelam in literis, & cartellis.*

Prouocatus potest insistere super prima quęrela antequàm perueniatur ad secundam.

81 *Accusati de crimine, & cōdemnati ad mortem, an sit differenda executio per duellum futurū cum accusatore, uel alio ob allegatam in hoc consuetudinem, & num. 82.*

82 *Infames à duello repelluntur.*

83 *Mentiri non licet, nec fallere fidem, nec quemquam decipere mendatio.*

84 *Clericus coniugatus duellare non potest.*

Nec clericus habens primos ordines.

Clericus ab arte gladiatoria non desistens, an perdat priuilegia clericalia.

85 *Clerici non possunt interesse duellis.*

Clericus, qui duellauit, an in ordine prius habito administrare possit, & an ad alios ordines possit promoueri.

86 *Clericus iniens duellum, deponendus est, potest tamen ab Episcopo dispensari si mors, uel membri mutilatio non sit indè sequuta.*

87 *Prouocans, uel prouocatus suscipiens ordines sacros, uel Ecclesiasticam dignitatem excusatur à duello.*

88 *Dominus potest suum uasallum prohibere nè pugnet.*

89 *Desistens à duello non incidit in Turpilianum, nec illius pœnam.*

90 *Desistere à duello, an liceat cum licentia iudicis electi.*

Miles existens in castris ab hoste prouocatus, non potest sine sui Ducis licentia pugnare.

91 *Prouocator à iudice prohiberi potest, ne alios prouocet.*

Delinquens puniendus est in loco delicti.

92 *Victus semel in duello, non potest iterum duellare.*

93 *Bona occisi in duello innocentis reperi, eius hæredibus, & successoribus restitui debent.*

Occisus in duello, an à uincente possit spoliari armis, & rebus cum quibus duellauit.

5 ¶ Et pugna à pugnis dicta est, quia pri-
mitus pugnis pugnabat Antiquitas, tunc inco
gnitis, & deficientibus armis; & prælium à
prælo instrumento dictum, quo uuæ, & oliuæ
præmuntur: & ab imprimendo hostes.i.per
6 uim impellendo. ¶ Et fit duellum pro glo-
ria, & honore; & optimum est in re milita-
ri quòd Imperatores, Reges, & Duces exer-
cituum habeant semper in exercitu suo ali-
quos strenuissimos & fortissimos milites qui
sint prompti ad singulare certamen: exemplo
Magni Torquati, Lutij Sicci, Dentati, Cu-
rij, & Elegiatij fortissimorum militum; qui
ob egregia facta sua, in singulari certamine pa
cem hæredem reliquerunt; Et per uiginti tres
vices duellando, mortuis semper hostibus, uī
ctor extitit strenuissimus uir P. M. Seruilius
7 Romanus Consularis. ¶ Duellum enim est ex
perimentum belligeræ uirtutis, inductum iu
re naturali propter odium ortum à natura
cap. Ius naturale. distinct. 1. Et facilè prouc-
nit, quando homines sola sensualitate, & non
rationis libramine reguntur cap. de nostris.
20. quæst. 5. & cap. Nabuchodonosor. 23.
quæst. 4. De quo habetur in gloss. l. qua actio
ne, §. si in colluctatione, ff. ad leg. Aquil. ubi
tollerabile habetur dūmodo non fiat ex odio.
8 ¶ Contingit persæpe fieri aliquod egregiè fa-
ctum in hostium conspectum per aliquem do
ctum, fortem, & expertum uirum in re mi-
litari, ut pro animi gloria incendantur exer-
citus, & ut frangatur præsumptio hostilis, te
9 meritasque, & audacia sua tollatur. ¶ Mor-
tuo in duello uno ex Ducibus Atticis obsiden
tibus Syracusas unà cum Chalicrate Syracusa
no Prætore fosso mutuis uulneribus solo Du-
ce superstite Nicia Atheniense tunc infirmo
in tentorio existente, & nè sui trucidarentur,
& sua classis ab hostibus combureretur, in-
cendium Nicia fecit in locis ubi hostes sibi
nocere poterant. & arte tali illos expulsit, &
10 suos cum classe euasit à periculo. ¶ Comitti-
tur in re bellica duellum ex causa publicæ sa-
lutis, quod est gloriosum, & laudabile in re,
& exercitio militari, l. 1. §. bestias, ff. de postu.
& instit. de excus. tut. §. sed in bello, ubi ha-
betur per gloriam uiuere illos, qui ceciderunt
in bello pro salute, & honore reipublicæ: ut
quàm plures fortissimi antiqui milites fece-
runt, exemplo Polidamæ strenuissimi Roma
ni militis, qui in omni certamine attulit pal-
mam: Et idem fecit Saturninus filius Thrita-
mi robustissimus miles Pompei: notat D. Pa
ris de Puteo in tract. suo de duello. libro 1.
11 fol. 30. ¶ Scipio in Hyspania pro ioco fecit
duellare gladiatores, & coram eo duellare
permisit duos Hyspanos Principes insimul pa
truelles Corbem uidelicet, & Orsiciam cau-
sa regnandi: quorum unus periit in ipso duel
12 lo. ¶ Et optimum est in re militari, & exer-
citio bellico semper habere aliquos, ut dictū
est, fortissimos uiros in exercitu suo, qui ho-
stes, sua uirtute perterreant, ut de Acchile scri
bit Homerus, Teucros fuisse ab illo perterri-
tos dum uixit: & mortuo Hectore Troes non
exibant ciuitatem ipsius timore, quo postcà
perempto dolo Paridis sub ficta fide coniugij
Polisenæ, Teucri aperto Marte pugnantes pe
regregia gesta peregerunt in græcos: quo-
rum demum fraude, & arte diruta fuit
13 Troia. ¶ Legitur Regem Anthiocum Lysiæ
filium cum centum & uiginti millibus arma-
torum, & elephantis triginta duobus turritis
castramentatum fuisse, & unius Elegiarii per-
territum fortitudine: qui elephantem inter
hostes, & in eius conspectum solus interc-
mit hostibus inuitis: & indè exanimatus sub
mortua bellua gentilla Elegiarius occubuit, hu
militer pacem petiisse, & exercitum in pa-
triam suam illicò, & sine pugna transtulisse.
Et si casus eueniret aduersus, abstinendum for
te tunc erit à bello, in quo pauci strenuissimi
milites persæpe in causa fuerunt uictoriæ.
14 ¶ Nec paruum prælium est contemnendum
in re militari, sed ille est omni studio occur-
rendus repentè: quoniam ex parua neglecta
scintilla, & non prius extincta, sæpe magnum
consueuit exire incendium. Igitur paruo præ
lio est uiribus totis operandum, ne procedat
in maius cum periculo, & dedecore exerci
15 tus. ¶ In tribus casibus de iure feudorum ui-
detur permissum duellum ut in §. si quis mi-
les. & in §. si quis alius. & in §. si quis homi-
nem. de pac. tenē. coll. 10. Vbi Imperator hēt
respectū ad ius fori, ut in præscriptionibus in
ducentibus peccatū, & non ad iura poli, ut in
Canone Ecclesiæ Dei considerāte salutem ani
marum cap. fin. de præscrip. & cap. Malæ fi-
16 dei possessor. de reg. iur. in 6. ¶ In usibus seu
dorum dantur casus quibus permittitur duel
lum propter quamlibet uidelicet causam capi
talē quinque concurrentibus, primò uidelicet
ꝙ ille qui prouocatur sit suspectus, uel diffa-
matus. Secundò quòd non aliter posśit haberi
uera probatio de eo qđ inculpatur: Tertiò ꝙ
sit par prouocatus ꝓuocāti, uel minor prouo
canti: quia non licet minori, seu inferiori pro
uocare maiorem, & ascendere ad superiorem,
quia sunt seruandi gradus: Quartò ꝙ causa sit
personalis, & nō pecuniaria: Quintò ꝙ ꝑ duel
lum sit electa uia duelli, & non uia strepitus
iudiciorum ciuilium per glo. fin. in l. cum fi-
lius. §. 1. ff. de leg. 2. & per text. & Doctor. in
cap. 1. & 2. de purga. uulgari, & in tit. de cler.
17 pugn. in duello. ¶ In constitutionibus regijs,
& Imperialibus Regni Siciliæ reperi in cer

tis casibus permissum esse duellum. l. prosequentes, & l.Monomachiam, de pugnan. subl.lib.2.& in l.Comes,& in l.inconsutilem, & in l.omnes;& in l.nullus,& in l.presenti.cũ sequenti ibidem; ubi habetur de iuramento pugnantium in duello, & per D. Par. de Puteo in 6.parte sui libri de duello. cap.5. & ca. 9. vbi legitur de perditione; & per nouellam Regiam pragmaticam Imperialis,& regij culminis penitus tollitur duellum,& duellantes, & duellare uolentes puniutur naturali mor-

18 te. ¶ Et quòd sufficiat data fides in duello, & pro duello habetur per Alexand. ab Imol. in l.3.ff.de iniu. & tex.in dicta l. pręsenti.de pugna.subl.lib.2.Constitut.imperialium Regni Siciliæ. Vbi dicitur esse permissum duellum pro et in crimine læsę maiestatis,indicijs dumtaxat præcedentibus, & non aliter, ut in dicta l.in questionibus. & in l.inconsutilem, & in morte clandestina, & furtiua, aut absconsa proditoriæ, & ueneficij. Eran tale iuramentum duellantium posit præstari in die festiuo? Dic quòd non, cap. 1. & fin. extrà de ferijs:pro pace tamen iurare permittitur omni die etiam festiuo fauore pacis, ut in cap.

19 Decretauit. 22. questione 5. ¶ Lex Federici Imperatoris de pace tenenda ponit duos casus quibus permittitur duellum, uidelicet siquis intra tempora pacis hominem occiderit,& constet de homicidio, punitur pœna capitali,ut fractor pacis, nisi per duellum probare uoluerit, quòd hoc fecerit se defendendo; & iste est specialis casus, quòd duellum est in optione rei. Alius casus est si intra tempore pacis uulnerauit, & punietur, ut fractor pacis; nisi per duellum probare uoluerit, quòd se defendendo fecerit, ut in §.siquis alium.de pace tenenda, & per Bal.ibi,& per Ioan. de Lignano; in tractatu suo duelli. capit. clxxv. & per Abb.in cap.primo, & secundo, de cler.pugnan.in duello, & per Doctor. in cap.Monomachiam. 2.quæstione 5.

20 ¶ De iure Longobardo,quilibet tenetur duellare personaliter, nisi minor ætas,uel senilis, aut infirmitas, uel sexus fœmineus impedierit illum; uel alijs casibus, de quibus,in gloss. cap. 1. de pœniten. ubi habetur conuictum perdere manum,ut in l. 1.de mono. li. 1.& in l.Regis Alliprandi: quia incerti sumus de iudicio Dei; & multos audiuimus per pugnam sinè iusta causa perdere causam suam. Sed propter consuetudinem gentis Longobardæ legem impiam uitare non potuit Rex Longobardorum, ut ipse ibidem attestatur; adde Bald.de pace iur. firman. in 1. colum. Et iure Longobardo permittitur duellum in uiginti quatuor casibus, quos meminit Bald. in titu. de pace tenend. & Paris de Puteo, in 6. parte lib. sui duelli. cap. 2. Primò uidelicet quando agitur de crimine lęsę maiestatis, Secundo de publico maleficio. l.fin. in Longobard. malef. publ. Tertio de consilio mortis absconsæ uel occultæ, quando mulier imputatur de morte sui mariti, ut in l. fin. in Longobar.de consi.mortis. Quarto de opprobrio concurbitationis, ut in Longobar. de conuicijs.l. 1. & per glo. in capit.1. quibus mod.feud.amittit. Quinto de homicidio facto inter treuguam, & pacem. Et sexto de homicidio post pacem perpetrato, ut in l. 1. de homic. in Longobar. lib. 1. Septimo de morte furtiua. l. fin. eod. titu. Octauo pro paricidio l.fi. in Longobar.de parici. Nono, & Decimo de improperio fornicationis liberæ mulieris, ut in l.2.de iniur. mulier prosur. facta à seruo in fuga constitu. pugnapermittitur contra dominum. l.1. in Longobar.de furi.Vndecimo in l. si seruus. de fornica. facta. cum uxore alterius, ut in Longobar. l. 3. de adulter. Duodecimo pro re intricata inter uenditorem, & emptorem. l. si res intricata.in Longobar.de reb. intric. Tertiodecimo de ordine malo possessionis quinquenalis,ut in Longobar. qualiter quis se defendere debeat. Quarto decimo de debito pater no negato peruento ex maleficio. l. siquis. in Longobar. de testamen.& in l. si quis post. in Longobar. quando quis se defendere debeat. Decimo quinto duellatur inter contrarios testes.l.si quis cum altero.in Longob. de certi. Decimo sexto de periurio facto scienter duellatur,ut in Longobar. de furt. & in titu. qualiter quis se defendere debeat. Decimo septimo pro inuestitura prædij ut in Longobar. de inuest. Decimo octauo fit pro deposito negato, si fuerit ultra uiginti solidos ut in Longobar.l.si quis per ipsum.eod. tit. Decimo nono de furto, & scalcho excesserit tunicam auri, quę est de solidis, sex,seu de sex ducatis aureis. Nã in iure solidus est ducatus aureus, est glo.in l.fin. ff.de in ius uocan.& pro furto predicto excedente unciam, suspẽditur fur in Regno Siciliæ prouisione Regis. Vigesimo de morte proditoriè sequuta per uenenum. l.1.in Longobar.de monoma.& l.fin.in Longobar. de consi.mor.& per tex. & glo.in cap. 1.§. si miles militem. de pace tenen. si aliter probari non potuerit: & super hoc iudicetur,an sit pugnandum, uel nè. l.unica.de homicid.ad iud.non mitten.nisi iudicatum fuerit. l. 3. ibidem in Longobar. Et sic de omni cã capitali duellabitur de iure Lõgobardo. Vigesimo primo de causis ciuilib.excedentib. untiam,s.sex ducatos ut in gl.prędicta,& l.de fur.ĩ Lõgob.qualiter,qs se defẽdere debeat,et l.decet Imperialẽ.de hom.liber.homin.in Lõgob.

gob.lib.1. Vigesimosecundò iure prædicto fit duellum pro instrumēto prædiorum per uim facto. l. si quis dixerit. cod. titu. Item fit pro incendio. l. si quis à se. in Longobar. eod. titu. vigesimotertio de infidelitate. l. quibuscunq; eod. titu. & per gl. in cap. 1. in §. non est consuetudo. de alien. feud. patern. Vigesimoquartò de rebus emphiteoticis. l. fi. in Longob. in titu. de instrumento prædiorum & per Bal. in l. unica. C. de dedititia liber. tollen. & l. negantes. C. de actio. & obligatio. & per Cano nist. in cap. cum olim. de rest. spol. ¶ Et ideo
21 in his casibus, quibus duellatur ex consuetudine, immò abusione hodierna, ex quo de facto obseruatur, dico. quòd quādo milites, & nobiles se adinuicem prouocant ad duellum; & de facto re ipsa exequuntur, perindè haberi debet, ac si de iure permitteretur not. Alb. de Ros. in l. 1. col. fi. C. de summa Triuit. & fide catholica & dat exemplum de eo, qui solnit usuras, & illas post repetit: notat D. Philippus Decius in consi. 487. in 4. uolum. & in consi. 685. in 5. uolum. & pugnant duellare uolentes per se, uel per campionem, quod de æquitate procedit, cum regulariter in duello de per se pugnent duellare uolentes; & in hoc æquiparatur criminali iudicio, in quo nōn interuenit procurator, nisi ad allegandum causas causæ absentiæ, ut in l. penul. §. qui ad crimen. ff. de publi. iudi. & l. seruum quoque. §. publico, ff. de procur. & cap. licet, & cap. ueniens. de accusat. & ratio est quia nō potest fieri sententia condemnatoria contra procuratorem, qui innocens est, sed in personam domini, qui est absens. l. absentem, ff. de pœn. ¶ In
22 duello tendunt duellantes ad prostrationem, & exterminationem personarum, ut ueritas, eliciatur hoc probationis genere; & sic in duello regulariter nō interuenit causa pia pręterquàm in casibus à lege permissis: & in arbitrio stabit iudicium, ut dicit Ioan. de Lign in lib. suo de bello. cap. 180. & 181. seruata æqualitate campionum habilium. ¶ In Gallia
23 permittitur duellum in uiginti duobus casibus, in omni, uidelicet crimine, quòd probari non posiit, excepto furto. ut dicit Illustriss. Doctor D. Ioan. Fab. qui Gallus fuit. in §. per contrarium, seu interdum. Instit. de hered. quæ ab intestat. deferun. inter quos casus, est casus. l. ij. C. quando liceat unicuique se uendicari. Item ob probati onum diffidentiam, ut in cap. ueniens. de test. & in l. Consensu. C. de repudi. Item in casu c. ut famæ. de sentent. excommunic. & de public. l. licitatio. §. illicitas. Et tenet Gloss. in l. 1. C. de dedir. liber. tollen. & in l. his penès quem. C. de positi, duellum esse licitum ex generali consuetudine, & quòd uictus in duello moribus militum approbato si se uictum uocat, & se superatum fatetur, & reddit; tanquam in hominem mortuum potest in ipsum ani-
24 maduerti. ¶ Et pacta inter duellantes sunt seruanda, licet fuerint facta per metum, qui licitus est de natura uictoriæ. l. in executione. §. fin. ff. de uerb. obligat. de iure Longobardo permissum est duellum, propter consuetudinem suæ gentis; & in illis, uidelicet casibus, quibus de licentia superioris ex maxima causa permittitur, habetur per Bal. & Ias. in l. ex hoc iure, ff. de iustitia, & iur. in 5. & 8. colum. per tex. Institutio. de hæredit. quæ ab intesta. deferunt. in §. per contrarium, & per glo. ibi, in uerbo perduellionis, & l. 1. C. de specta. li
25 bro 11. & l. 1. C. de gladiat. eod. lib. 11. ¶ Et plus dixit Bald. in cap. 1. de pac. tenen. & de eius uiolatoribus, in 5. colum. motus per glo. ibi, quòd duellum habet locum in casu, quo reus uictus punitur eadem pœna, ac si esset cōfessus, & mitius agitur cum eo, quàm cum eō fesso; quia est conuictus à præsumptione; quod est notandum ad plures casus, quòd mitius est agendum cum eo, qui est præsumptione conuictus: & ex præsumptionibus, quàm
26 ex confesso, uel confessione. ¶ De iure canonico reprobatum est duellum, ut ibidem tenet Bal. referendo fratrem Ray. de Penna fort. in tract. suo de pugna, limitando ius canonicum dixit esse uerum, nisi fiat pro defensione propriæ salutis, ut ibi in tex. Idem si pro defensione patriæ argum. l. 1. §. Bestias. ff. de liber. & posthum. Idem si pro defensione filiorum, uel uxoris, uel aliorum quorum iniuriā, quis propulsare tenetur: sed pro defensione extranei non putat iniri posse duellum, nisi foret Campio. per nota. in l. cum fundum. ff. de ui, & ui armata. & plus etiam dicit Bal. in l. ex hoc iure. in 3. col. ff. de iustitia, & iure. Duellum esse licitum inter duos, quando unus fuisset diffamatus coram Rege, si aliter fortasse, nō posset recuperare gratiam Regis, quia tunc necessitas facit probabile, quod aliàs non esset. l. qui potuerunt, ff. de manum. testamen. Cum liceat unicuique famam suam non derelinquere, secundum Bal. in dicta l. ex hoc iure, & per glo. ibi, in uerbo iniuria; habetur per Dom. Parid. in suo libro Duelli, in
27 6. parte. cap. 7. ¶ Hercules plures fuere bellaces, & fortes in duello, inter quos unnus Antheum Gigantem occidit, & Leonem, columnasque termini nauigabilis maris posuit; Alius Cachum Latronem occidit in
28 Auentino. ¶ Legitur Sertorium capta per uim urbe Tygenda, reperisse sepulchrum Anthei gigātis, & id apertū fuisse p ipsum; & mēsurato cadauere id fuisse lōgitudinis 70. cubi
29 torum. ¶ Et licèt duellum sit experimentum

 uirtutis,

ultrutis, & innocentiæ in defectum omnium probationum repertum legibus;tamen est, & naturæ ualde odiosum, l. 1. C.de gladiat.lib. 11. Nam multi in eo pereunt innocentes sub iusto clypeo,ut in longob.de his qui se defendere habent,&l. 1.de monomachia in longo
30 barda lib.1.¶Nec licitum est quemquàm prouocare ad duellum,sed licet prouocato se defendere,& nisi urgeat necessaria necessitas, nũquàm est offerendum duellum; neque est licitum illud suscipere nisi eadem præmente causa necessitatis argum.dicti.§.per contrarium. institu.de hæredit. quæ ab intest. deferun.auctoritate tamen semper interueniente superioris ex causa maxima,ut supra,l.1. C. ut armo: vsus inscio Principe lib.11. Dicit etiam gloss. quòd potest iniri duellum pro defensione iustitiæ, & etiam circa res, quòd procedit, ut in l.ut uim,ff.de iustitia & iure,& in l.1.C.unde ui,& cap.significasti.de homic.& cap. culpa.de reg.iur.in 6.& l.metum.§.licet,ff. quod met. cau. & qñ liceat se sine iudice uindicare,
31 habes.l.1.& 2.&l.qui furem,ff.de sicc.¶Nos autem(Optime Auguste)dicimus illicitum esse duellum,ut aliàs maiestati tuæ retulimus in ciuitate Bononiæ in præsentia nonnullorum Principum,& maximè magni Antonij de Leua,& bellicosissimi Ferdinandi Gonzagæ uerè militum patris tempore quo Illustris Comes Guidus Rangonus ab Illustri Comite Petro Maria de Rubeis prouocatus ad singulare certamen duellare intendebat, quia diuino iure,naturali,canonico,gentium,& ciuili omni post posita abusione prohibetur.Nã per duellum oritur homicidium, & proximi lęsio, & iniuria permittitur contrà charitatem; quod est contra ius diuinum, & Dei præceptum,uidelicet,Non occisor eris cap.non satis.83.distin.cap.charitas,& cap. proximos. de pœnit. dist.2. Nam charitas est fundamẽtum omniũ uirtutum, & exclusio uitiorum ut dicto cap. charitas.de pœnit.distin.2.Et duellum in se tenet naturam peccati cùm sit alienum à charitate;ut in cap.18.Deuther.Et quod non uis tibi fieri, alijs fecisse caueto inquit Deus cap.1. dis. 1.& in lege duodecim tabularũ;tẽtatur ipse Deus per duellum,ut miracula faciat,uideli cet ut debilis fouens iustitiam obtineat in pugna contra fortem, quod est contra ius diuinum: nam pręcipitur in Euangelio non tentabis dominum Deum tuum cap. fi.de purga. vulg.Prohibetur duellum de iure naturali, & gentium,quia abhorret natura hominem trucidari, & interfici opera mala diaboli; cuius instigatione fuit introductum duellum,ut extirparetur genus humanum sibi odiosum cap. Nabuchodonosor.23.q.4.Nam illud non est attendendum ius naturale quod prouenit ex sensualitate,& odio naturali; sed est attendenda ratio illa diuina,qua unicuiquè concessum est liberum arbitrium peccandi, & non peccãdi:& homo sequi habet diuinam rationem,& non seri animalis arbitrium,ut cãtat Ouidius.

Pronaq; cũ spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit cœlumq; uidere;
Iussit, & erectos ad sidera tollere uultus.

accedit ad prędicta tex.in l.unica, C.ut non liceat quis sine indi. uindic. l. negantes, C. de action. & obligat. & l.extat, ff.quod met.cau.
32 ¶Et certè peccant Principes illi,qui dant duellare uolentibus licentiam duellandi, l. unica, C.ut armor.usu.lib.11.& cap.1.de cler. pug. in duello:per quod omnia iura,leges,& consuetudines tolluntur,& corriguntur quæ duellum permittebant quacunque explosa abusio
33 ne.¶Et est quandoque duellum prohibitum naturali iure,sumendo ius naturale pro naturali intelligentia,quę idem est quod est ius gẽtium;& natura quidem abhorret genus humanum exterminari per duellum,& æquitas naturalis iuris gentium tendit ad conseruationem illius:nec consuetudo ualeret in contrarium habetur per Host.in summa sua,& Alb.de Rosa.in l.qua actione,§.si in colluctatione.in gl. ff.ad leg. Aquil. & sic non potest consuetudo acere duellum esse licitum, cap.2. de purga. vulg.l.1.C.de gladiat.lib.11.& ibi per Doc. & in cap.Pro humani.de homic.lib.6. & §.1. Authen.ut nulli iudi.& l.cum filius. §.1.ff.de leg. 2. quia est tentare Deum cap. monomachiã iunctis ibi glo.duabus 2.quæst.5. ex probatione enim quæ fit per duellum nulla potest oriri iustitia,nec æquitas esse potest, ut in Leuitico cap.19.ubi dicitur,Nec facias quod
34 iniquum est.¶Nec morientibus in duello est dandum Eucharistiæ sacramentum, quibus & Ecclesiastica denegatur sepultura c.1. de torneamen.& firmat glo.in dicto cap.monomachiam 2.q.5.& in titu.de cler. pugn. in duello, & de torneamen. & de vulg.purga. cap.1. & per totum titu.& de gladiator.C.l. 1. cum gl.ibi. Et sic omni iure prohibitum est duellũ diuino,canonico,& ciuili,ut in dictis iuribus.
35 ¶Posset tamẽ distingui pro resolutione iuris ciuilis: aut tractat̃ de publica utilitate totius exercitus,& populi;& tunc unus posset pugnare cũ alio,ut mors tollatur multorũ, & pax sequatur cõcordia tali:& ità intelligi põt. gl. in l. qua actione. §. si in colluctatione,ff.ad leg. aquil.ut unus pugnet pro honore,& gloria,& pro ostẽtatione fortitudinis utilitate publica. Aut quando tractatur de tollenda publica iniuria totius exercitus, & populi,& tunc etiam pugnatur. Aut quando tractatur de publica uoluptate, iniuriaque priuata,honore,& utilitate

litate priuata; & tunc non pugnabitur: & ita intelligi poteſt tex. in l. 1. & 2. C. de gladiat. lib. 11. & l. unica. C. de expenſis ludorum, & in l. 1. §. itē Senatus; ff. de poſtul. & in l. Athletas, ff. de infamib. & in l. 2. ff. de aleator. habetur per Paridem de Put. in ſuo tract. duelli in vj. parte. c. 3. 4. & 6. & an pro defenſione aliorum liceat duellare, ibidem tāgit Paris. in cap. 7. & ſi quis occiſus fuerit cauſa lætitię inter duellantes Principis auctoritate, an teneatur

36 de occiſo habetur per Paridem ibidem. ¶ Et cum de iure ſit prohibitum duellum, ſi prouocans, uel prouocatus ad duellum deſiſteret duellare, non poteſt pingi de iure in tabella, ut quidam imprudenter noſtri temporis milites putant ſibi licere, ut dicit Ioan. de Imola. in l. filiusfamilias. §. fin. ff. de leg. 2. Nec obſtat Regem Dauidem duellaſſe, cum Golia, & illum occidiſſe, ut in teſtamento ueteri legitur in lib. Reg. 18. & in dicto cap. monomachiam 2. q. 5. & per glo. ibi. cap. Gaudemus. de diuor. & cap. ſi non licet. 33. quæſt. 5. Nam Canon expreſsē dicit ſacræ ſcripturæ Euangelicæ, Non occides, Et pone gladium tuum in uaginam, Et dilige proximum tuum ſicut te ipſum, Et ora pro inimico tuo; & hoc eſt Dei, & ſuæ diuinę charitatis pręceptum: & duellum eſt, ut dixi contra diuinam charitatem, igitur non permiſſum, nec factum Dauidis trahendum eſt ad conſequentiam, ut dicto cap. monomachiam; & iuſto bello per Deū indicto contra Goliam hoſtem, & deſtructorē populi Iſrael, licitē potuit occidi Golias, ut in lege ueteri, quia hoſtis erat Golias populi Dei, & illum perſequebatur, & utramque legem adimpleuit Dominus quando Petrus incidit aurem Malcho adimpleuit legem ueterem, & legem poſt nouā dedit dicens Petro, Pone gladium tuum in uaginam; & tunc interdixit homicidiū fieri, & autem malcho ſanauit bonus Dominus.

37 ¶ Fugiamus peccatum, & diuina iura ſeruentur, inquit tunc prudenter inuictiſsima Imperialis, & ſemper Auguſta Maieſtas, licēt bellaciſsima, & tantæ diſcordiæ Procerum finem impoſuit ſuo ſancto Imperiali decreto, quod pergratum fuit Romano Pontifici Clementi VII. Domino meo clementiſsimo, cuius anima requieſcat in pace, & omnis Catholicus reſpōdeat Amē.

38 ¶ Et licēt quandoque in mero ſtet arbitrio Principum permittere, & concedere; uel non permittere, & non concedere duellum ex maxima, & urgenti neceſſaria cauſa ut ſupra dixi, de iure fori militaris, & non de iure fori diuini Poli, neque ciuilis, neque canonici, ut dixit Dominus Petro, & Apoſtolis ſuis quando erga diſcipulum quem peramabat Ioannem Euangeliſtam, inquit, uolo huc te manere donec ueniam, & tunc factus fuit ſermo inter fratres condiſcipulos, quōd diſcipulus ille non moritur, & reſpondit Dominus non dixi, quōd diſcipulus ille non moriatur, ſed quōd uolo huc ipſum manere donec ueniam, quid ad uos? cuius exemplo Principes prudentiſsimē faciunt in non concedendo duellum, quod eſt in mero arbitrio ſuo, ut C. ut armo. uſus inſcio Principe, & l. ſi uacantia; & per Ang. de Peruſio ibi. C. de bon. uacant. lib. 12. denegando illud non grauant aliquem, ut dixit Dominus ſi uolo ipſum huc manere donec ueniam, quid ad uos? l. 1. §. Apud Iulianum. ff. de leg. 1. & l. non quicquid. ff. de iudicijs, ex quo non eſt iuſta cauſa permittere duellum, nam dempto caſu proditoris in arbitrio ſemper ſtat Principis illud concedere, uel nō; & nullam partem grauat de iure fori, neque de iure poli. cap. cum olim. de reſtitu ſpol. & cap. ſicut. de iure iuran. & ibi per Innoc. & cap. cum noſtris. de conceſsio. præbend. & c. 1. §. ſimiles. de cler. pa. uiolat. Dominus Paris de Puteo in octaua parte ſui lib. duel. ponit pacta duellantium pro lege fore ſeruanda: quod iuri, & rōni conuenit in caſibus in qbus foret permiſſum duellū; & quando unus leuiter armatus cecidit in primo curſu poſt terga equi; & alter cecidit in terram; & quando duo longo tempore pugnarunt, & unus modo erat deſuper, modo deorſum; modo alter erat deſuper modo de ſuptus an fuerint ſeparandi. Et quando ex conſuetudine ciuitatis iuuenes pugnant, & colluctantur; & quādo frater unius ex duellantibus clamauit in fauorem fratris. ut contra alterum iret, an ſit puniendus, & quando alter currens ab altero inſecutus cecidit, crus ſibi fregerit, an inſequens ſit uictor; & quando ſit facta conuentio, ꝙ qui plura uulnera faceret uictor foret: & plures ſint uno ictu factæ percuſiones cum ferro bifurcato, trifurcatoque, & ultrà cum ſimilibus armis. Et quando unus euulſit oculum alteri, qui illi narem abſcindit quis prædictorum habeat maiorem honorem; & quādo vnus percuſsit in brachio, debilitando brachium in totum, & alius percuſsit in tibia, ita quōd tota fuit debilitata tibia; quis prædictorum habeat maiorem honorem. Et quando mancus pugnauit cum dextro, & ambo ſint percuſsi in manibus; & quando factis hinc inde percuſionibus ulterius non pugnant, quis horum uictor dicatur. Et quando quatuor pugnant, & unus occiditur, & alter capitur, an ille captus ſit captiuus amborum; & quando eſt factum pactum, quod ſeptem pugnent cum ſeptem, & duo ex una parte ceciderunt, & ex alia quinque ſe peſsimē geſſerunt, & reliqui duo optimē. Et quando prouocator

uocator abstulit ensem prouocato & alter eũ non superauit. Et quando puocator equester duellãdo detulit ignitũ artificiũ, vt equusfugeret alterius. Et an puocans, q recedit dẽat puniri, & q vi armorũ se occidit possit allegare uim, & metũ, & non fecisse sponte. Et an cõqueri possit, pro duellantium iudice diuidẽte duellum ante finem duelli. Et quando vnus erat percussus cũ effusione sanguinis, & alter iacebat in terra, & ille stabat cum ense, ut illũ interimeret, & fuit duellum diuisum, & percussus inde fuit alienatus mente; & an si Princeps, qui duellum concessit parcat uicto, possit uictor petere à Principe expensas factas in præparamentis duelli; & circa prædicta, me remitto ad notata per D. Paridem de Puteo in libro suo duelli, & ad consulta per me iam impressa. ¶ Quero de capto in duello, qui relaxatus fuit sub fide, an possit deinde occidi per uictorem? Et dic conclusiuè, quòd non, ut tenet Bar. in l. qui à latronnibus. de testam. & per Cyn. in l. si libertas, de sta. homi. & per Par rid. de Puteo in 1. quæst. sui libri noni de Bello. Quibus pro nunc omissis quæritur, an sit licitum insultato se defendere. Dic ut aliàs dixi, quòd sic pro defensione personæ, & bonorum. l. vt vim. ff. de instit. & iur. & l. 1. C. unde ui. cap. si uero. de senten. excommun. & extrà de homic. cap. significasti. Licitum enim est pro recuperandis bonis conuocare parentes, & amicos quos defendere licet. l. 3. §. cum igitur. cum glo. ibi. ff. de vi, & vi arma. & l. Grachus. C. de adult. cap. 1. 23. quæst. 1. cap. 2. de homicid. cap. dilecto. de senten. excommunic. in 6. ¶ Et licitum cuique est obuiare errori occurrẽdo, ubi posset obuiari, & non obuiãs consentire uidetur errori. cap. error. 83. dist. & cap. consentire uidetur. ibidem: quia prouenit ex charitate obuiare erroribus. cap. proximos. de pœniten. dist. 2. Quod etiam procedit in clerico si fieri potest cum moderamine inculpatæ tutelæ repulsando uiolentiam puniendo temerariam. cap. contingit, & cap. nuper. de senten. excommun. & nemo incidit in irregularitatem sine dolo. Glo. est in clem. si furiosus. de homic. ¶ An liceat militi duellare propter honorem suum, & non fugere aggressorem. Dic quòd sic, ut consuluit Bart. Veronensis in consi. 18. in 3. coll. Consiliorũ criminalium suorum: quia turpe est militi, & nobili uiro propter honorem militarem, & nobilitatem suam, fugere. Et propterea nobilis quidam Eques Rauennas uirtute præditus, animo inuictus, dum foret inermis, & aggressus fuisset à quodam alio æquite Rauennati, associato cum sex aliis militibus faciosis, etiam Rauennatibus omnibus armatis fugere noluit, nè propter fugam sua nobilitas, uirtus, & honor ipsius militaris macularetur; & maluit potius mori gloriosè pugnando pugnis, & aliis fortissimis gestis corporeis inquantũ potuit, quàm turpiter fugere, inquiẽs magna uoce, non licere sibi nobili fugere, cum fuga uilem redderet ipsum, & de nobili ignobilem faceret: cuius gestum uirtutis roboratur doctrina Bar. in l. 1. C. unde ui, quæ patitur distinctionem personarum, locorum, & armorum, firmant quidam licitum esse duellum pro defensione sui maculati honoris, cum ille sit crudelis, qui negligit proprium honorem, & famam; honor, & uita comparatur, & præfertur omni commodo pecuniario. l. Iulia, ff. si quis ommissa cau. testamenti. ¶ Ideò si Rusticus insultaret nobilem, non debet nobilis fugere, licèt fugere posset, cum fuga reddat quẽ uilem, habetur per Bald. in c. 1. de pac. tenen. col. 5. & per Cyn. in l. ex plagis, & in l. scientiam. ff. ad leg. Aquil. & l. eadem. ff. ex quibus causis maior. ¶ Et dicebat Ioan. de Lignano in lib. suo de Bello. cap. cxvj. & cxvij. quòd si miles foret aggressus à suo uicino, reputans sibi ad uituperium fugere, expectauit illum, & ipse resistit, & eum percussit; an censeatur uim ui repellere? uidetur, quòd non, per text. in l. scientiam, ff. ad leg. Aquil. & glo. in l. 1. C. vnde ui. dicit inter audacem, & timidum uirum fore distinguendum modificè: cuius dictum firmant esse uerum Doctor. in l. in eadẽ. ff. ex quibus can. maior. Et non obstat dicta l. scientiam. in §. qui cum aliter, quia non poterat tunc euadere sine periculo suæ famæ, & honoris, quæ non possunt reparari per Iudicem. l. Iulia, ff. si quis omissa causa testamenti. Et è conuerso an liceat uili & debili homini se tueri cum ense contra fortem cum percutiendo pugno, & uidetur quòd sic, cum sit ponderanda æqualitas. l. fi. C. de fruct. & lit. expẽs. cum similibus. Contrarium putant quidam esse uerius, nam si quis uult tibi quid surripere uiolenter, cum sueris eo uiribus impar, an tibi liceat illum percutere armis, & dicũt quòd non, quia fieret compẽsatio corporis ad rem, quod esse non debet. l. fi. C. de sacrosanct. Ecclesijs. ¶ Et tu distingue, aut quis uult propulsare uiolentiam illatam personæ, aut rebus; primo casu licet etiam cum armis, uel aliter se tueri, si aliter recuperari non potest. l. si quos, C. de appell. Secundo casu si per uiam iudicij recuperare non poteris licebit rem tuam tutari, & furem occidere, aliàs non l. furem. C. ad leg. Corne. de siccar. Et ita intelligitur l. unica. C. unde vi, & l. 3. §. cum igitur. & ibi glo. ff. de ui, & ui armata: & sic intelligendum est cum moderamine inculpatæ tutelæ ex qualitate armorum, locorum, & factorum, ut tenet Ioan. de Lignano in lib. suo de bello in cap. 112.

t 12. Et casus prædictus rixa potius, & armo-
rum impetus nuncupari potest, quàm duel-
lum, quòd fit, & quando legitima discussa cau
sa cum auctoritate superioris. ¶ Et si quis ui
45 ctus fuerit in duello pro crimine capitali, an
puniri possit morte naturali, tanquàm si foret
confessus delictum? Dic quod non, ut su-
prà dictum est; quia esset dare modum uindi-
candi ex præsumptionibus, & contra leges in-
dicandi. Nam hęc esset pręsumpta, & non
uera confessio. c. 1. & 2. & per Doctores ibi
de cler. pugn. in duello, ut suprà dictum est.
46 ¶ Et an prouocans ad duellum, & inde succũ-
bens teneatur ad pœnam talionis probè tenet
Ioan. de Ligna. quòd sic in cap. 190. sui libri
de bello, ad similitudinem iudicij criminalis
contentiosi, ubi imponitur pœna talionis ac-
cusanti & succumbenti. l. fi. C. de accusat. &c.
47 super his, & cap. licet. extrà eodem titu. ¶ Et
de iure habetur non esse locum inscriptioni
ad pœnam talionis nisi seruaretur consuetu-
do legis Longobardorum, & cum sit reproba
tum duellum iure diuino, ciuili, & canonico,
posset succumbens in duello accusari in iudi-
cio contentioso, ut de purgatorio. uulga.
Quod secus foret si pugnasset pro crimine læ
sę maiestatis; tunc uictus perinde haberetur, ac
si confessus, & conuictus fuisset: & foret pu-
niendus, non tamen naturali morte, sed
alia mitiori pœna superioris arbitrio iudica-
re debentis, cap. 1. cum glo. & per Bald. ibi, co
lum. 5. de pace tenen. quia non est uera proba
tio, sed diuinatio, ut dicit Imperator Federi-
cus in constitu. monomachiam. de purgat.
48 subl. libro 3. Consti. Regni Siciliæ. ¶ Quæro
de prouocato, qui latitauit pugnare; & de illo,
qui latitauit, nè sibi literæ intimarentur duelli
faciendi, quid sit agendum: aliàs consului, &
ibi me remitto, & habetur per D. Paridem in
49 lib. 6. sui duelli, cap. 19. fol. 20. ¶ Quæro
an uictor possit præcipere uicto in duello, ut
uilia seruitia faciat. Dicut aliàs consului,
quod non. & per Parid. in nona parte sui lib. duel
li, in 2. q. Quæritur de uasallo, qui duellan-
do captus fuit, & uictor relaxauit illum sub fi
de; & inde uocatus fuit à Domino suo, & à
uincente, cui magis parere habeat: Dic si duel
lauit domino suo consentiente, parebit victo-
ri, aliàs secus, habetur latè, per D. Parid. de
Puteo in suo tractatu duelli in nona parte, q.
3. & in 4. 5. & 6. quæst. decidit probe casum,
An uictus relaxatus sub fide habeat parere ui-
ctori rebelli effecto, uel excommunicato, &
quando sic, & quando non: & quid si timet
carcerari à uictore, an teneatur accedere ad
50 illum. ¶ Quæro de eo, qui acceptauit partitũ
duellandi, & contumax inde fuit alio in cam-
po, seu in steccato tota die statuta illum expe-
ctante; quomodo accusabitur ipsius contu-
macia, & fiet sententia per Iudices contra ip-
sum? Dic post meridiem, trino emisso ban-
no de mandato Iudicis, alia uoce proclamabi
tur, si talis sit pręsens miles, nel alius pro eo legi
timus excusator, quia cõparuit statuta die duel
li pugnare paratus cũ eo, iuxtà cõuenta: decli
nāte aũt Sole, & adhuc latitãte, & nõ cõparen
te aduersario iterato; instandum est per illum,
qui comparuit, & tota die expectauit in cam
po, qualiter uenit cum armis duellare para-
tus in steccato pro tali causa cum tali, qui la-
titauit conscius suę culpę, & diffidens de ma-
lo suo iure non comparuit: & accusata ipsius
contumacia instabit petendo sententiari, &
declarari in dedecus, uilipendium, & infa-
miam ipsius non comparentis: quî contumax
adhuc non pronunciabitur, sed iterato citabi
tur per præconem, & emisso banno de manda
to Iudicum, expectabitur usque ad solis occa
sum: & apparentibus stellis, iudex electus
cum expertorum rei militaris consilio pronũ
tiabit, & declarabit illum esse contumacem,
& pro confesso haberi, & iniustam habuisse,
& habere quærelam; & propterea non compa
ruisse, sed latitasse, & noluisse duellare ob
ius suum falsum: & pro uicto, & diffamato
milite haberi; & ita cum effectu fuisse, & es-
se in futurum reprobandum, & reprobatum
à militum pugna: quia aduersarius suus, ut su
prà, comparuit statuta die in campo electo il-
lo latitante, & contumace existente tota die,
ipsumque comparitum absolutum pro bono
re suo, & pro uictore haberi declarabit, & in
expensis condemnabitur contumax. cap. finẽ.
de dolo, & contumatia. l. terminato. C. de
fruct. & lit. expen. Sin autẽ comparuerit, & uĩ
ctus permanserit, hæc non propria, neque ue-
ra dicetur uictoria, sed præsumptiua, & cũ nõ
propria, sed præsumptiua & ficta sit; & dica-
tur confessio; tunc mitior esse debet iudex,
quando proceditur ex pręsumptionibus in nõ
condemnando uictum in expensis. ità tenet
Bal. in authen. generali. C. de episcop. & cler.
quæ sententia cum æqua, sit etiam habebit lo
cum in contumacia pręđicta, cum in ea sit fi-
51 cta confessio, & non uera. ¶ Tenent quidam
in l. ex hoc iure, ff. de iustitia & iure, captum
in duello, & seruatum fieri seruum pœnę, &
testari non posse, per tex. in l. si libertas, ff. de
statu homin. & secus fore de morientibus in
eo, contrarium tenet Bal. & benè in cap. 1. de
52 pace tenend. in 6. col. ¶ Quæro si Doctores
uarię professionis babeãt acceptare partium
duellandi per se, uel per campionem prouo-
cati ab armigero, me remitto ad aliàs per me
cõsulta; & habetur per D. Parid. de Put. in suo
tractatu Duelli, parte sexta, in cap. 20. fol. 20.
Quæ

Quæro de casu, si captus in duello fuerit relaxatus sub fide, & idem effectus fuerit Princeps, an habeat illi parere? Dic quòd non, propter adeptam dignitatem, habetur per D. Paridem in lib. suo duelli 9. in cap. 8. & 9 Ubi ponit de armigero, qui cum pluribus pugnauit, & ab omnibus sub fide relaxatus fuit; & deinde ab omnibus interpellatus, an omnibus, uel cui eorum habeat prius parere, & ad illum accedere. Dic ad primum uictorem, ut aliàs consului, de eo, qui cum pluribus gradatim pro uariis quęrelis pugnauit, Nam obligatus duobus, debet parere illi cui primò promiserat. l. priuilegia, ff. de priuileg. credit. Et inde secuta uia strepitus iudiciorũ non potest ulterius duellari, ut suprà diximus per glo. in l. cum filius. §. 1. ff. de leg. 2. & in c. 1. & 2. extrà de pugna. Cano. Et an facta propulsatione iniuriæ facti, aut uerbalis possit deuenire ad pugnam, habetur per D. Parid. in lib. suo Duelli 6. in cap. xvj. xvij. & xxxj. Quid de prouocato, uel prouocante latitante agi debeat, de quo aliàs consului, quid esset agendum, vidę quę consului, & per Parid. de Puteo. in vj. parte sui libri Duelli. fol.

53 20. ¶ Quæro nunquid ille, qui moritur in pugna singulari, moriatur seruus pęnæ. Bal. in cap. 1. de pace tenẽ. dicit illum esse similem illi, qui moritur in tormentis nondum condemnatus; Ideò non moritur seruus pœnæ, & suum testamentum non rumpitur allegans rationem hanc, uidelicet, quia illi, qui occidũtur in bello, non moriuntur serui pœnę, secus si caperentur, & seruarentur, ut in dicta l. libertas. ff. de statu homin. Cuius contrarium ego puto per ius postliminij, quo capti fingũtur liberi, & mortui in ciuitate. Ad prædicta faciunt notata per D. Parid. de Puteo. in 5. parte de duello, & per totum tit. ff. de captiuis,

54 & postlim. reuers. ¶ Regula est, quòd omne primò fiat experimentum in iudicio, & per ꝓbationes legitimas contra prouocatum; & tenetur prouocator probare per indicia, & cōiecturas antequam perueniatur per uiam duelli, cum pugna singularis equiparetur torturę: quæ non debet fieri nisi legitimis præcedentibus indiciis. l. quicunque. C. de seruis fugit. & l. Maritus, ff. de quęst. & l. si quis, C. ad leg. Iul.

55 maiest. ¶ Et quę sint legitima indicia, & qualia sufficiant, stat in arbitrio Iudicis: quod arbitrium regulari debet secundum leges. l. milites. & l. De minore. §. tormenta. ff. de quæst. & per Bald. in l. 1. de pace tenen. altoquin qui libet strenuus uel malus homo, & desperatus miles alium, et fortè debilem ad pugnam sine causa prouocaret, quod esset iniquum, iniustum, & absurdum. argumen. l. Senatus. ff. de

56 iure fisci. ¶ Quæro de casu, quidam extrà patriam duellauit, cum auctoritate superioris, & occidit eius inimicum in duello, an rediens in patriam puniri possit de homicidio. Dic excusari superioris auctoritate, uel abusiua consuetudine ab homicidio, prout latè disputauit Ang. de Perusio in quæst. incipiente duo milites Gallici, & ibi me refero; & ad aliàs per me consulta, habetur & per Parid. de Put. in 6. parte sui lib. duel. in cap. xxj. Quæro an ratione insignorũ, & armorum possit procedi ad duellum. Dic ut aliàs consului, & habetur per D. Parid. in 6. parte sui lib. duelli. in cap. 34. fol. 23. Et est notandum, quòd quilibet potest sibi eligere insigne ex herbis, floribus, & arboribus, lapidibusvè terræ absq; pri-

57 uilegio. ¶ Quæro de quæstione, an re integra possit reuocari duellum mutuo dissensu absque superioris auctoritate antequam ingrediantur Campum, seu locum duelli, quod uulgò steccatũ dicitur, muris, uel foueis, argeribusvè, aut lignis, vallis, uel funibus circumdatum. Dic quòd sic, secundum Bal. in cap. 1. colum. 6. de pace tenen. Nam mutuo consensu non æquè, nequè licitè fiebat, ideò iustè ab eo mutuo dissensu desistitur, quod secus foret, si fuissent reducti in campũ duelli: quia abolitio concedi, & fieri debet tunc à superiore, ex quo fuit inter ipsos conuentum pugnare; ideo est necesse, quòd pugnent, cum publicę utilitatis intersit peccata innocentum apparere. l. Eum qui nocẽtum. in prin. ff. de iniu

58 rjis. ¶ Et quis bellãtium incipiet primo duellare, & uulnerare, an prouocans, uel prouocatus. Dic regulariter ad prouocantem spectare, quia actor esse fingitur, sed ordo in hoc non seruatur bestiali actu, sed locus erit præuẽtioni, & prætensa consuetudo; & seu magis abusio seruabitur cum partium conuentione.

59 ¶ Quęritur de illis, qui attigerunt sexagesimũ annum suæ ætatis, & minores uiginti quinq; annis, an duellare prohibeantur à iure in casibus abusiuè permissis? Dic quòd non, propter ætatem senilem, & nimis iuuenilem ætatem respectiuè; cum eorum personæ sint immunes à duello iuris priuilegio: sed benè possunt pro sui defensione, & loco sui, si uellent, alium ponere Campionem, secundum statuta localia Federici Imperatoris: & quia discretionem in se habent, & æquitatem naturalem,

60 ideò de ipsis hic mentionem feci. ¶ Et idem est dicendum de fœminis, quæ pugnare prohibentur de iure, quæ si pugnare uoluerint, Campione, aut mundualdo, uel affine aliquo suo pro honore, pugnabunt in casibus à lege permissis Longobarda in loco, ubi seruatur, & nigeat iniqua consuetudo; uidelicet pro falso adulterio, uel falsa inculpatione uirorum, ut in Longob. non existentibus, pro-

bationibus legitimis. ¶ Et postquam electi
61 fuerunt Campiones pro Senibus, minoribus,
& mulieribus; corporaliter iurare tenentur
Campiones in forma, postquàm intrauerint
locum duelli, ut moris est, causa pugnandi, se
credere eorum dominos, & principales, pro
quibus sunt pugnaturi ueritatem, & iustitiam
fouere; & quòd pro ipsis se omni studio, &
diligentia ex toto suo posse pugnabunt, habe-
tur in lege Federici Imperatoris in titu. de iu-
ram. præstan. Campion. postquã intrauerint
circulum pugnatorium, & Bal. in l. 1. col. 10.
de pace tenen. & per Paul. de Lignano in ult.
additio. sua facta super lib. de bello Ioannis
62 de Lignano. in cap. cxciiij. ¶ Et pugnantes
principales personaliter iurabunt, quandoq;
esse uerum, & quandoque se credere fouere,
iustitiam, & esse uerum. l. 1. & 2. C. de iuram.
calum. & l. illud, ff. ad leg. Aquil. & l. fin.
C. ad leg. Cornel. de fals. & cap. Transacto. de
constit. l. mentio. in Longobar. qualiter quis
se defend. debeat. lib. 2. licèt reus de iure nõ ar-
ctetur ad iurandum circumducta consuetudi-
ne, secundum Ioan. de Ligna. in lib. suo de
63 bello. in cap. clxxix. ¶ Et possunt Principales
in intergrum restitui si dolo falsi Campionis,
uel mundualdi respectiuè forent uicti; sicut si
essent uicti per falsos testes. Et si deierauit
falsus campio, aut mundualdus scientes; de-
bet eis manus amputari, ut falso testi: qui si-
milis pœna punitur si falsum deposuerit con-
tra aliquem inquisitum de crimine, per quod
si conuictus reus fuisset pœnam mortis natu-
ralis fuisset passus; & eadem pœna puniendi
sunt testes falsi, qui falsum deposuerunt in ta-
li causa. l. 1. ff. ad leg. Cornel. de sicariis.
46 ¶ Nec de iure potest pugnare mulier persona
liter, cum officium sit uirile pugnare: ideò p
campionem, uel mundualdum, filium, gene-
rum, aut affinem suum pugnat, habetur per
D. Parid. de Put. in 6. parte sui tract. duelli. ca.
xxix. quod fortè falleret in mulieribus bellaci
bus, ut in Talestri Regina Amazonum, & in
Amazonib. suis bello instructis; legitur Ama
zones tempore Alexandri Magni fuisse bella-
ces in Scithia incolentes apud flumen Ther-
modoontis, de quibus dicimus, & inferius
plura dicemus in locis suis. ¶ An captus in
65 duello sub fide relaxatus à uictore, uel alteri
donatus prò captiuo possit remitti per pecu-
niam, & an sit captiuus filiorum uictoris eo
mortuo; & an captus uocatus à uictore impe
ditus uenire excusetur, de prędictis me remit
to ad consulta per me aliàs, & ad notata per
D. Parid de Puteo, qui illas disputauit in no-
66 na parte sui lib. duelli. ¶ Quæro de illo, qui
duellauit cum bannito, & illum occidit, an
habeat habere pœnam statuti concedentis pre
mium illi, qui bannitum occidit. Dic quòd
non, quia hoc non fecit principaliter fauore
rei publicæ, sed ad suam defensionem l. 1. ad
Syllan. & l. si quis nec causam, & l. Rogasti. ff.
si cer. petat. & per D. Parid. in nona parte sui
67 duelli. ¶ De ætate quæritur quæ nam sit legiti
ma ætas tam de iure canonico, quàm Roma-
no, ciuili, & longobardo memorato simplici-
ter legitimam, ut in casibus legis Imperialis
de pace iuram. firma. intelligitur de ætate ui-
gintiquinq; annorum secundum ius Canoni-
cũ, & romanũ l. fi. C. de his qui uen. ætat. cau.
68 impetra. & l. cum filio, ff. de leg. tertio. ¶ De
iure autem longobardo lapsu xviij. annorum
est legitima ætas l. 1. in longobar. de prohib.
alien. minor. lib. 2. & hac ætate xviij. annorũ
in Regno Siciliæ ubi ius longobardum serua
tur, & præfertur iuri ciuili Romanorum, &
l. Puritatem. de officio baiuli in imperial. con
stitut. & liberantur à curatione minores, & si-
ne curatore contrahunt legitimè post decimũ
69 octauum annum. ¶ Minor decem & octo an-
nis in regno prædicto non pugnabit inuitus,
quia ipsum excusat ætas minor uigintiquinq;
annis, sicut senem excusat ętas senilis excedẽs
annos sexaginta l. penult. in longobar. quali-
ter quis se defendebat, & l. si rusticus. de pace
70 tenen. & de eius uiolatoribus. ¶ Sed & si pu-
gnare uoluerit cum propria sua persona sine
Campione, uel alio affine, quia de proprio fa-
cto agitur, iurabit, & exquo uult pugnare, ad-
mittitur, per ea quæ dicta sunt: quia uolens, ad
quod nõ cogeretur inuitus, ppter iuris priui-
legium tenet Andr. de Isern. in l. Imperialem.
de pace iuramen. firman. per tex. in l. cum do-
nationis, C. de transact. & contrarium dispo-
nitur in constitut. Imperial. Regni Siciliæ, ut
in l. consuetudinem prauam. de æquali. & æta,
purg. lib. 2. vbi habetur minorem annis uigin
tiquinque, & maiorem sexaginta ann. non pu-
gnare, quod æquitati conuenit, iuriq; rationi:
nec quemquàm iura præsumunt iustitiam ha
71 bere per oblationem Duelli. ¶ Prouocatus
de iure habet modum pugnandi, & armorum
electionem iudicis, temporis, & loci ut in gl.
capituli non est consuetudo in usib. feud. in
titu. de alien. feud. patrimo. & per Parid. de
Puteo in tracta. suo duelli quòd prouocator
lib. 2. Et in hoc seruanda est consuetudo mi-
72 litum, locorum, & regionum. ¶ Et si caderẽt
arma alicui in duello, uel frangerentur, vel ali
quis duellantium in terram caderet, An sint il
la restituẽda, uel alia danda illi, uel ille sit sub-
leuandus de terra? Dic quòd non. Nam fortu-
na ibi dominatur; & quandoq; contingit suc-
cumbere potentiorem tacito Dei iudicio: &
ut suprà dixi etiam in hoc seruabitur præsensa
consuetudo militum, locorum, & regionum,
l. de

l. de quibus, & ibi glo. ff. de leg. & Senat. consul.
73 ¶ Et si prouocatus, fuerit aliquo membro debilitatus tempore quo prouocatur ad duellum, seruanda est paritas, seu æqualitas, quam prouocans omninò seruare tenetur de iure, qui si habuerit duos oculos, & prouocatus unum tãtum, obturetur oculus unus prouocanti, l. 1. C de mutu. petit & l. termina to. C. de fruct. & lit. expen. per regulam iuris non licet actori de regu. iur. in vj. & per Paul. de Ligna. in ultima sua addit. Ioan. de Lign. de duello, & per Bal. in cap. 1. col. 7. de pace tenend. ibi unum non omitto, & in Constit. Federici Imperatoris incipiente consuetudinem.
74 ¶ Et si prouocans fuerit mutilatus, uel mancus, & prouocatus integer non seruabitur æqualitas prædicta, sed imputabitur prouocanti, quòd integrum prouocauerit: quia stat in arbitrio prouocantis prouocare, ut in iudicio contentioso. l. si quis à modo in Longobar. qualiter quis se defen. debeat. Fallit tamen in crimine læsæ Maiestatis, ubi quis cogitur duellare ex necessitate. l. fin. in Longobar. de publi. iud. & in l. fin. in Longobar. de iniur. mulier. illat. lib. 1. & per Bal. in cap. 1. de pace tenenda.
75 ¶ Nec potest prouocans de iure eligere modum, & qualitatem duellandi secundum decisionem Federici Imperatoris incipientem consuetudinem prauè tollentes, lib. 2. Constitu. Imperia. Regni Siciliæ in titu. de ætate, & qualitate pugnæ. Nisi aliter uiueret, vt dixi prætensa consuetudo, & seu magis abusio patriæ, uel mos generalis militum.
76 ¶ Et si eques prouocauerit peditem, eques ut pedes pugnauit pedester, quia sibi parem fecit in prouocando minorem: & si pedes, seu miles prouocauerit equitẽ, ut eques non pugnabit; quia non licet minori prouocare maiorem, & repelletur à pugna minor prouocãs, ut ordo dignitatum seruetur in militia in exercitio suo. l. 1. C. ut dignit. ord. serue. & cap. 2. de pa. tenen. col. x. & prudenter dixit M. Tullius Cicero se nole respondere quibusdam sibi inferioribus ipsum ualdè iniuriantibus uerbis, & contumelijs multis, nè illis similis fieret in respondendo. Ideo maiores in se habent retinere existimationem, & non se nõ facere pares, & similes minoribus.
77 ¶ Quid si prouocator non obtinuerit in duello, an possit petere prouocatus, ut puniatur prouocator similitudine supplitii; aut detur ipsi pro captiuo, & an prouocatori uictori sint pacta seruanda si banniatur: & an captus in duello per armigerum sit captiuus capientis, uel sui Ducis? remitto me ad aliàs per me consulta iam impressa; & ad D. Parid. de Puteo in 9. parte sui tractatus duelli.
78 ¶ Quæritur de filio familias, qui duellare intendit, an patris consensus in hoc exigatur, & pater possit de iure inhibere nè duellet? Dic militiam fuisse antequam iura fuissent cõdita, & in hoc non habere locum patriam potestatem habetur per D. Par. in 6. parte sui duelli, fol. xxiij. cap. 30. Tu dic, quòd si filius uiuit iure Romano prohibere poterit, cum subiaceat legi patriæ potestatis, ut Institu. de patria potesta. iunctis glo. & l. fin. §. necessitatem. C. de bonis quę liber. Sed si uixerit iure Lõgobardorum, uel Francorum, aut Venetorum, qui non habent filios in potestate uiuentes, suo duellabit filius arbitrio, non obstante patris prohibitione. l. liber homo in Longobar. de fur. & in l. si inter fratres. in Longobar. de præscrip. & per Abb. in cap. 2. de conuers. infidel. & per Ias. in l. quod dicitur. ff. de uerb. oblig. Et pro quibus iniuriis possit quis duellare, & non duellare præponendo in iudicio iura sua habetur per D. Par. in dicto loco. cap. 34. ibi an contrà diffamatorem. Quæro de uicto in duello hoc negãte esse uerum, an iterum possit prouocari? Dic quòd non, habetur contrarium per D. Parid. in cap. 26. sui duelli, sed iudicia si auctoritate hoc obtinere poterit, igitur &c.
79 ¶ Quæritur de casu occurrẽti in duello, Duo pugnauerunt à mane à sero, & nullus ex prædictis apparuit uictor, sed semper fuerunt pares in uirtute; & sic illa prima die non potuerũt finire eorum differentias, & querelas per duellum, cum ex illis nullus appareat uictor, nec superatus, an sit persequẽdum duellum donec ex prædictis duellantibus unus uictor appareat, & alter succumbat. Ioan. de Lign. tenet quòd sic in tractat. suo de bello. cap. lxxxviij. Nos autem dicimus contrarium, moti ratione, quia is, qui se probaturum iactauit, nisi die assignata probet, non est ulterius audiendus, firmat Bal. in cap. 1. de pace tenen. in 8. col. argu. §. omnis. Instit. de action. & l. si ui. me. §. fin. ff. quod ui aut clam; & alia noua dilatio dari nõ debet licèt uideatur danda, quia non fuit impeditus. l. fi. §. si stipulator. ff. de eo per quem factum fuerit, et l. Diuus. §. Nec intra. ff. de restitut. in integr. et l. oratione. ff. de ferijs, quia illa regula non habet locum in pugna, in qua nullus habet supprimere aliũ l. Excusationibus. §. fin. ff. de uerb. oblig. Nisi aliter pactum foret inter partes, uel de consuetudine; quia tunc pacta seruarentur, & conuẽtiones partium, et consuetudo patriæ, et militum l. ait Prætor. ff. de pact. et l. de quibus. cũ gl. ff. de legi. ad prędicta faciunt notata per D. Pari. de puteo in lib. suo duelli fol. ix. et lib. iij. fol. xviij.
80 ¶ Quęro an prouocãs possit mutare querelam in literis, et cartellis: et an liceat prouocato insistere super prima querela antequàm perueniatur ad secũdam. Dic quòd sic: habetur

tur per Domin. Pari. de Puteo. in 6. libro duel
li. capit. xiiij. fol. xix. l. sicut. C. de actio. &
obligatio. & l. si idem cum eod. ff. de in ius
uocan. l. fin. ff. de abigeis, & nona parte sui
lib. duelli. fol. 50. 51. Vbi habetur, an pos
sint in licia, seu steccato mutare querelam,
81 & aliam accipere, ut super ea duelletur reli
cta prima. ¶ Quaero de consuetudine exi
stente in prouintia, ut de pancrita fertur, quòd
accusatus pro crimine confessus, uel conui
ctus, & de crimine carceratus possit prouoca
re accusantem ad duellum si sibi fuerit simi
lis antequam condemnetur aut contra ip
sum exequatur; & quòd in prouocato con
demnato, aut condemnando etiam impedia
tur executio: & datur casus, quòd quidam
fuit prouocatus, aut prouocauit inimicum
suum ad duellum, deinde deliquit in commit
tendo homicidium, & captus fuit praedicto
rum aliter qui deliquit, uel ambo delinque
runt capti fuerunt, & antequam condemnen
tur, uel exequatur sententia, cofessi, aut conui
cti fuerunt, an debeant pugnare inter se, uel
alium pro se ponere, ut pugnet primò ante
quam condenentur, aut puniantur dicta stante
consuetudine, & tenet quòd sic. Gugliel. de
Cun. in l. Imperator. ff. de stat. homin. quia
solum attendirur factum, & non iuris or
do, per text. in l. si bonae fidei. §. fin. ff. de
acquiren. rer. domin. & l. quid ergo. §. Cum
82 factum. ff. de his, qui notan. infamia. ¶ Con
trarium probè tenet Bar. in dicta l. Impera
tor. la seconda. ff. de statu hom. ne impedia
tur iustitia, & detur materia de malo in pe
ius faciendi, & dilinquendi: & opinio Bar
toli est aequa, & consona iuri, & procedit
rationibus multis, & secundum militum con
suetudinem, quae non uult infames pugnare
ob militarem honorem. l. 1. C. ubi Senat. uel
clariss. & cap. Similes rusticum. de pac. tenen.
& l. 2. C. de dignit. lib. xij. ¶ In loco autem
83 ubi est consuetudo duellandi contingit ca
sus de duobus duellantibus pro castro uno
dando uictori, & unus cecidit in terram
profitendo se uictum, & inde uictus uicto
rem super se stantem & ob dictam confes
sionem surrectum, seu surgentem remoto
gladio ultore unlnerauit, & occidit; an su
peruiuens debeat habere castrum de iure.
Dic quòd non, quia non est licitum men
tiri, nec fallere fidem, nec quenquam de
cipere mendacio. capit. anima, & cap. nè
quis, & capit. homines. uigesima secunda,
quaestione secunda, ut aliàs dictum est, &
inferius suo loco dicetur. Et ità consuluit
Excellentissimus Dom. Signorellus de Ho
modeis de Mediolano in consil. xcvj. ubi
etiam dicit duellum, & iudicium aequipera-
84 ri. ¶ Quaero de clerico coniugato cum uni
ca, & uirgine, an duellare possit; uel de cle
rico non coniugato habente primos ordi
nes, quibus eximitur à iurisdictione iudi
cis secularis. cap. Nullus. 11. q. 1. cum simil
ibi, & per gl. 50. distinct. & in cap. primo &
secundo. de senten. excommunic. & retinet
aliud priuilegium Canonis, si quis suadente
de senten. excommunic. quòd percuti non
potest, & dic ipsum duellare non posse,
quia fieret irregularis, & cum eo duellans
esset excommunicatus per dicta iura. Im
mò plus dic, quòd per artem gladiatoriam
clericus canonicè monitus si non desisteret
ab ea perdit dicta priuilegia. capit. ex parte.
extra de priuileg. capit. sacerdotibus, & ru
85 brica, nè Clerici, uel monachi. ¶ Item
quaero an clericus de iure possit interresse
duellis, & torneamentis, ubi se iugulant ho
mines? Dic quòd non, quia fieret irregu
laris fauendo alicui partium. clemen. prima.
§. porrò. de stat. monac. quid si clericus
duellauit, an in ordine prius habito mini
strare potuerit ex dispensatione? Dic quòd
sic, capit. primo. de corp. uiciat. Quod
intelligendum est si non interfecit, uel mu
tilauit quemquam in dicto duellari exerci
tio, & promoueri poterit ad alios ordines.
capit. primo. de cler. pugn. in duel. Sed si in
terfecit promoueri non poterit. capit. se
86 cundo. extra eodem titu. ¶ Deponendi sunt
clerici tam prouocantes, quàm prouocati
in duello pugnantes, siue uicti, siue uincen
tes, cap. primo. de cler. pugnan. in duell. Vbi
habetur, quòd si clericus inierit duellum
pro bonorum recuperatione, uel alia legi
tima causa obtulerit, siue susceperit depo
nendus est: poterit tamen cum eo dispen
sare Episcopus si mors, uel mutilatio mem
bri non fuerit inde secuta, ut in dicto Ca
none: sed si mors, uel mutilatio interue
nit, dispensabit eum Papa Catholicus ex
causa: cuius Papae auctoritas maxima est;
& suprà eum nemo est nisi Deus, qui iu
87 dicat eum. ¶ Quaeritur de casu, quidam
prouocator, uel prouocatus ad duellum or
dines sacros sumpsit, uel dignitatem Eccle
siasticam, an excusetur a duello? Dic quod
sic; si absque fraude tales ordines, & digni
tatem Ecclesiasticam sumpserit, habetur per
Dom. Parid. in tracta. suo duelli. fol. 53. in
88 lib. de improbis. ¶ Quaero an Dominus
possit prohibere suum uasallum nè pugnet?
Dic quòd sic, & si pugnauerit, & uictus
fuerit, & relaxatus sub fide, an habeat pa
rere magis Domino, quàm uictori; aliàs
dixi superius, habetur per Dom. Andr. de
Isern. in capit. 1. quibus feud. non amittit.

Q & in

& in cap. Hic finitur lex; cum esset domino necessaria persona sui uasalli & per D. Parid. in 6. parte sui lib. duelli fol. 21. capit. xxij.
89 ¶ Quæro de desistente à duello, an incidat in Turpilianum, & in illius pœnam, uidetur q; sic, ad instar contentiosi iudicij criminalis. l. 1. §. si quis autem. ad Turpil. Senat. Consult. quod non procederet de iure communi, cum de iure communi sit reprobatum hoc iudiciū, & uidetur puniri iudicis arbitrio ex eadem æquitate in iure expressa. cap. de causis. extrà de offic. delega. in fin. & l. 1. ff. de iur. delibe- rand. Dic in Turpilianum non incidere cum pœnæ sint restringendæ. l. quicquid astringen- dę. ff. de uerb. oblig. cum uulgaribus. Nam iu re communi recedens à duello non punitur, immò talis obtemperat legi, & propterea nō facit contra legem desistens à duello omni iu re prohibito secundum Ioan. de Lignano. in
90 cap. clxxxij. in libro suo duelli. ¶ Et an cum licentia iudicis electi possit desistere. Dic ut suprà diximus, quòd sic, ex causa ad instar ac cusatoris, & impetrantis abolitionem. l. Abo litio, & l. si quis. ff. ad Turpil. & l. Admittant. C. de abolit; in iure communi Romanorum nō est dubium, secus Longobardo iure, quod est contrarium, ut supra diximus distinguen- do. Miles existens in castris, an de iure sine sui Ducis licentia pugnare habeat prouoca- tus ab hoste? Dic quòd non. l. 1. C. ut armo. usus, & per glo. in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure; habetur per D. Par. de Put. in d. suo lib.
91 duel. in 6. parte. cap. xxiiij. ¶ Quæro an prouo cator possit prohiberi à proprio iudice, ne alios prouocet. Dic quòd sic, cap. ille. 22. q. 5. & cap. alias. 25. distin. quod intellige in ter ritorio suo, secus extra territorium; quia de- linquens est puniendus in loco delicti, habe- tur per D. Parid. de Put in cap. xxiij. sui tract.
92 duelli in 6. parte. ¶ Quæro de casu quem plu ries habui in facto, an semel uictus in duel- lo possit alterum prouocare, uel pugnam of- ferre? Dic quòd non; secus si à casu, uel for- tuna, & non uiribus foret uictus l. in bello. ff. capt. & postli. reuers. habetur per D. Pari. in lib. duel. in 6. parte. fol. 19. ubi ponit, an semel deuictus possit alios prouocare in aliis cau-
93 sis. ¶ Quæro de bonis occisi in duello Inno centis reperti, & spoliati, an ea restitui de- beant hęredibus, & successoribus suis? Dic quòd sic. cap. significantibus. extra de purg. uulg. Vbi Papa mandat bona ablata restitui, & ibi habetur qualiter duellum, & aliæ pur- gationes uulgares sunt prohibitæ: quoniam per se ex illis condemnantur illi, qui sunt ab- soluendi, & Deum tentare uidetur. Et an pos- sit occisus in duello spoliari à uincēte armis, & rebus cum quibus duellauit, habetur per

D. Par. in ix. parte sui tract. de bello. fol. 49. & fol. 50. Torquatus accepit torquē Brenni occisi Regis Gallorum; & arma uictorum opima suspendebantur in arboribus, & tem plis antiquo tempore, & in hoc seruabitur
94 consuetudo militum. ¶ Et sepultura est, ut aliàs dixi deneganda illis, qui in duellis, & similibus pugnis mortui sunt: & illis, qui in ludis spectaculis, & torneamentis moriuntur; sed non illis est deneganda, qui ibidem causa uidendi conuenerant, & inopinatè occisi fuerunt. cap. 2. & per Abb. ibi. extra de tor- neamen. & de cler. pugnan. in duel. per tot. tit. & per D. Parid. in ix. parte sui lib. duel. quia moriuntur duellantes, & uidentes huiusmodi in peccato mortali; & ad Ecclesiam spectat ta- lia terminare, an sint mortui in peccato mor tali, uel nec c. nouit. de iudi. & cap. venerabi- lem. extra, qui filij sint legit: & tales proba- tiones uulgares reprobat Ecclesia cap. 1. &
95 per totum de purgat. uulgari. ¶ Quæritur an ille, qui hominem sibi inimicum occidit in duello licito, teneatur de occiso pœna le- gis Cornelię. de siccar. Dic quòd non, se- cundum Ioann. de Annania, in Rubr. de Cler. pugnan. in duel. & Bal. in l. 1. de pac. tenen. & Ioan. de Lign. in tract. suo de duello cir-
96 ca finem. ¶ Et quid sit torneamentum ha- betur in cap. 1. de torneam. Torneamentum enim est ludus illicitus, & noxius pro osten- tatione uirtutis, & uirium factus. Pacta sunt seruanda duellantium, de quibus in cap. quinquagesimi sui lib. bellorum meminit D. Parid. de Put. & si equites expugnent cum totidem lanceis, uno cadente in finis duelli; & quando Duo pugnantes sint ambo mor tui in terra cadentes, & insimul reluctantes; & quando unus pugnantium stans in pedibus occidit alium uolentem de equo descende- re; & quando duo equites pugnant ambo ca- dunt de equo, & stat inter ipsos pactum, quòd cadens erit uictor; & quando unus duellantium deiectus, tenebat equum alterius per frenum, & illum iam percuserat, & in- de finiuit pugnam; & quando duobus pu- gnantibus, uno deiecto ad terram, alter stans supra illum equum tenebat. & ille cadendo uixit se uictum, & cum gladio supra ipsum incumbente occidit; ad prædicta faciunt con sulta per me iam impressa; & notatur per D. Parid. de Puteo. in 8. parte libri sui duelli.
97 ¶ Fuerunt quippè huiusmodi duella, & tor- neamenta reperta imaginatione, & instiga- tione Diaboli, ut exterminaret genus huma- num, & homines se interficerent, & proprias animas perderent. c. 1. extra de cle. pugnan. in duel. & per scribentes ibi. cap. Mennam. 2. quæstio. 5. & capit. fin. de purg. uulgar. &

per

per glo. in l. qua actione. §. si in colluctatione. ff. ad leg. Aquil. & apparent leuibus personis fantasmaticæ illusiones diabolicæ. c. nec mirum. 26. quæst. 5. Et ideò diuino iure improbantur torneamenta, & duella per sacrā literam, & in hac sententia est totus mundus: quia sunt contra diuinam charitatem, Nam Deus est charitas, & qui manet in charitate cum Deo manet, & Deus cum eo: nec dici potest illum habere charitatem, qui proximum fratrem suum non amat, sed illum iugulat spoliatque vita, honore, & bonis.
98 Quęritur de casu, an ante litem contestatam iudiciorum criminalium, uel ciuilium more, possit impunè desistere quis à duello, prout à causa ciuili, uel criminali incæpta ad partis instantiam, ut actione iniuriarum, & similium: & quidam asserunt litem in duello contestari p primā admenationem armorum actoris, seu prouocantis, & reductionem, uel readmenationem, & responsionem rei prouocantis cum armis, ut fit in iudicio contentioso per productionem libelli, & responsionē secutam. l. Rem non nouam. §. patroni. C. de iudic. & l. vnica. C. de lit. contest. & cap. vnico extrà eodem titu. & prima percussio habetur pro libello, & loco libelli; & secunda quæ fit à reo est contradictio: & sic fit lis contestatio in duello. Tu dic aliter litem contestari in causis duellorum, uidelicet cum prouocās prouocat prouocatum asserendo ipsum perpetrasse tale crimen, & prouocatus negat; & per istam negationem, & contradictionem lis contestatur, & post liti contestationem de calumnia iuramentum deffertur authen. ut liceat iudic. in med. lit. & l. 2. de iuram. calum. C.
99 ¶ Et de astu iurant duellantes, & sic à uerbali prouocatione incipit duellum, & ipsius contestatio litis, & non à persecutionibus, & uulneribus, quæ habentur loco probationum, ut sunt testes, & instrumenta producta; & quę fiunt, & producuntur post litis contestationem: & sic ex prædictis deciduntur plures quæstioues, scilicet an actor. uel Reus, seu Prouocans, uel prouocatus primò percutere habeat: & de pœna Turpiliani. l. Senatus. §. qui rem. ff. ad Turpil. Senat. consul. & poterit accusator, seu prouocans pœnitere antequàm reus citatus, seu prouocatus ueniat. l. quæsitum. ff. ad Turpil. & per Ioan. de Ligna. in libr. suo duel. cap. ult.
100 ¶ Quæro de duobus duellare prætendētibus non subiectis alicui Principi cum non sint uasalli, nec illi præstiterunt aliquod iuramentum fidelitatis, & homagii, an possint se submittere in iudicē forensem, & ipsius prorogare iurisdictionem utriusque partis consensu? Dic quòd sic, l. fin. §. subiiciant, ff. de iudic. & l. si qui ex consensu. C. de Episcop. audien. & nisi esset facta prorogatio partibus præsentibus durabit iudicium usque ad litis contestationem inclusiuè operabit, & locus esse poterit pœnitentiæ, l. si conuenerit. ff. de iurisdict. omn. iudic. Et in casu, quòd essent subiecti alicui Principi iuramento homagij illi præstito, ut in Clem. Pastoralis. in glo. incipiente homo Ligius, sine consensu dicti Principis in alium Iudicem prorogare iurisdictionem non possent; & acta quę fierent per talem iudicem essent nulla per glo. communiter approbatam in titu. de pac. tenen. & in cap. imperialem. §. Pręterea. aliàs de prohib. alien. feud. per Frider. & per Bal. in l. Decernimus. C. de sacrosanct. Eccle. & per Canonistas. in cap. Transmissa. de foro competenti.
101 ¶ Quęro de quæstione quæ sæpe contingit de iure fori, an miles, uel alius ex Illustri natione ortus legitimus, & naturalis de proditione inculpatus refutari possit in duello? Dic quòd non, etiam quòd ipse modò cæperit militare, & ità seruat militum consuetudo.
102 ¶ Quid de Bastardo milite, an refutari possit? Dic quòd non, si fuerit ex causa proditionis, ut supra prouocator, uel prouocatus: quia à principio dispēsatus in hoc uidetur propter enormitatē delicti, & propter militiam sibi datam à Principe. Et repellentur infames & criminosi, & labe notati uariæ qualitatis criminum, & an ij legitimati possint repulsari à duello nota infamiæ; & an Armiger pos it legitimè repulsari ab officiali exercitus quin duellet cum ipso; & an Nobilis possit prouocari per armigerum ambobus existentibus in castris; & an armiger Rusticus diu uersatus in militia, & armis, qui ad domum propriam reddit prouocare possit nobilem ad duellum; & an dominus possit cogere uasallum, ut pugnet pro eo, iam pacto facto per ipsum contra alium cum quo babet guerram. Et milites negociatores in castris possint offerre pugnam nobili pariter in castris militanti. & an is, qui conuenerat cum alio pugnare in certa die si efficiatur infamis ante diem possit repulsari à pugna, & an submissus in Campionem, & deinde damnatus ad mortem possit impediri executio sententię, aut quòd prius expediet pugnam; ex prædictis referro me ad consulta per me impressa; & ad D. Parid. de Puteo. in 7. lib. sui duel. fol. 34.
103 ¶ Quęro de eo, qui sub fide relaxauit captum in duello, & stetit per triginta annos, quòd non requisiuit illum, an possit illum ulterius requirere, tenet Paris de Puteo in ix. parte sui libr. de bello, q non potest ulterius illum requīrere: quoniā est pręscripta libertas iuribus uulgaribus. Sed proceres armigeri seruarunt cōtrarium, quia

dicunt fidem promissam semper esse seruandam donec quis uixerit. De pugna nobilium & de reprocis;& quòd attendatur æqualitas in pugna;& de nobilitate;& an pro Imperio duo discordantes habeant de iure duellare,& an sit licitum Regi pugnare cum Imperatore, & guerram expedire per duellum Reges duo cõtendentes, & an Rex non coronatus pugnare licitè possit cum Rege coronato; & an Comes possit de iure uocare ad duellum unum Ducem; & an Princeps subditus possit prouocari ad duellum per Ducem etiam subiectum; Et an nobilis quatuor quartorum possit ritè prouocare ad duellum Comitem, uel Baronem; Et an magistratus exercitus,aut ciuitatis prouocetur ad duellũ; uel in pugna militum attendatur æqualitas quæ in pugna di-
104 gnitas appellatur. ¶ In aliis autem casibus reputari legitimè poterit, bastardus, seu naturalis tantum: quia bastardus etiam militis filius dici non potest miles, ut in glo. l. 1. ff. de testam.tutel. Cum bastardi non dicantur de familia, domo, & casata patris l. fi. C. de uerb. sign. neque possunt portare arma legitimorũ per not. per Dyn. in l. pater. §. mater. ff. de leg. 2. neque dicuntur esse de cognatione, neque de agnatione, ut dicit Bar. in l. Item qui in ptãte.
105 ff. de his, qui sunt sui uel alin. iur. ¶ Quæro de spuriis nobilium, aut militum, an ij dicantur nobiles, generosi, & habiles ad standum in curia in brachio militari, & uidetur quòd non; Nam ueri spurij dici non possunt filii militum ob militare priuilegium, habetur in gl. l. 1. ff. de testam. rur. Item quia ueri spurij non dicuntur de domo, & casata, neque de cognatione, neque de agnatione patris per not. per Bal. in l. fi. ff. de uerb. signifi. Nec possunt ferre arma legitimorum, ut supra dictum est, habetur per Bal. in l. filius. ff. de his, qui sunt sui, uel alien. iur. neque spurij dicuntur coniuncti cap. nonnulli. de rescript. & per Innoc. ibi, & per Bald. in l. cum acutissimi. C. de fideicom.
106 Neque dicuntur nobiles spurij. l. Lucius, & per Bar. ibi. ff. de leg. 2. ¶ Et concessa emphyteusi agnati filiis, & descendentibus, an comprehendatur filius spurius in ipsa concessione. Dic secundum Bal. in authen. si quas ruinas. C. de sacrosanct. Eccles. quòd in hoc attenditur consuetudo patriæ, si ij filij uocentur communi usu loquendi, arma portant paternæ domus, uel prohibentur ab honoribus. l. Spurij. ff. de decurio. Sed legitimè nati his præferuntur, ut in tex. l. Generaliter. §. Spu-
107 rios. ff. de decurio ¶ Quæro an uitium spuritatis purgatur per militarem dignitatem. Dic quòd sic, l. Imperialis. §. si miles, & per Bal. ibi. C. de nupt. cautela tamen est, quòd Princeps sciat spuritatem, & conditionem militum quando eos milites facit, & ita poterunt consequi honores, & dignitates omnes militares, prout dicit D. Hyppo. de Mars. de Bon. in singulari incipiente, notissimum est spurium nobilis magnæ conditionis, & excellentiæ pro non spurio haberi, & tamen est bonum propter distin. glo. in l. 1. de testam. tut. ad euitandum & tollendum euitanda, & omnia contraria, vt Princeps sciat eorum conditionem spuritatis quando milites illos facit
108 dicendo non obstante. ¶ Quæro an Comes Palatinus Apostolicus, uel Imperialis possit legitimare non subditum in territorio alieno Dic quòd sic, instante patre legitimandi, quando, & ubi tractatur de solo præiudicio legitimare facientis, habetur per Bar. in l. Gallus. ff. de liber. & posthu. & per Pari. in suo tract. syndicatus in clausula. Quæro de quæstione facti emancipationis. in uers. & quòd Comes.
109 ¶ Et notandum est, quòd isti Comites Palatini sunt in dignitate, licèt ex ipsis quidam non habeant comitatum, sed titulum tãtum dignitatis, tamen habent dignitatem ipsam Comitum palatinorum, ut in eorum priuilegio continetur; quantumcunq; uideantur esse supra numerarij isti Comites non habentes comitatũ, Princeps tamen dat dignitates arbitrio suo, quibus uult secundum merita. cap. grandi. de supplen. negl. prælat. cap. in cunctis. de elect. & cap. statutum. de rescript. cap. de multa. de preben. Priuilegia huiusmodi sunt fauorabilia, & non extenduntur in odiosis, & pœnalibus, uidelicet, si imponeretur aliqua pœna grauior comitibus corporalis, uel pecuniaria quàm alijs, ut in constit. imper. de forban. & forind. habetur lib. 2. constitu. Imperial. Regni Siciliæ; intelligeretur de proprio Comite habente comitatum, & non de istis Comitibus sine Comitatu priuilegiatis. cap. 1. & per Bal. ibi in usibus feud. Quis dicatur Dux, Comes, uel Marchio, nam Episcopus titulatus nullatenẽsis, & canonicus supranumerarius & titulatus, & sine præbenda; & Comes priuilegiatus tantum, & sine comitatu puniri non debẽt dictis grauioribus pœnis simpliciter à lege, uel à statuto impositis Episcopis, Canonicis, & Comitibus delinquentibus, ut in constitu. Imperi. Incipiente Pœnam eorum. nam propriè, et strictè debent intelligi de proprio Episcopo habente Episcopatũ, & de proprio Canonico habente Canonicatum, & præbẽdam, & de proprio Comite habente Comitatum cum priuilegio, & restringitur dicta pœna ad propriũ episcopũ, canonicũ, & Comitẽ: quia statuta & leges strictè, & propriè intelligi, & interpretari debent. l. 3. §. Hæc uerba. ff. de neg. gest. & l. quicquid astringẽdæ. ff. de uerb. oblig. & c. in nostris. de iniur. & damn. datis.

¶ Quæ-

110 ¶ Quæro de subditis, an possint prouocare dominos, & superiores suos ad duellum propter adulterium, uel aliam offensionem. Dic quòd sic, deficiente superiore iudice. l. 1. C. quando lic. sine iudic. uendic. & latè per D. Parid. de Put. in sexta parte sui tract. de bello. ca. 25. & 26. Nam priuatur Dominus uasallagio ob adulterium iuribus uulgaribus. Quæritur de duobus pacatis inter quos fuit orta noua lis, an insimul pro noua cā poterint duellare. Bar. tenet in l. aut facta. ff. de re iudic. non rumpi pacem primò factam ex noua causa, ut infra suo loco dicam, quæ tamen noua causa esse debet uera, & non ficta, & quòd dolo non inciderit in eam, habetur per D. Pari. in trac.
111 suo duel. in 6. parte. cap. xxvij. fol. 22. ¶ Quæro de occurrenti per dies quæstione, an legitimatus ueniat, & succedat in emphyteusim Ecclesiasticam? Dic quòd non secundum Bal. in l. generaliter, & ibi per Moder. C. de institu. & substitu. sub conditio. factis: quia non est legitimè natus, & in additio. Specu. de instru. edit. in uerb. emphyteusis, & in cap. Quæ in Ecclesiarum. de constitu. & per Ioan. de Imola in l. quod dicitur. de uerb. oblig. & Alexan. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. & in consi. xciiij. & in consi. ccxxviij. incipiente consideratis uerbis, & in cons. cciij. incipiente uisa legitimatione; & per Petr. de Anchar. in consi. ccccvj. incipiente circa primum quæsitum. In contrarium tamen est ueritas, & ità est iudicandum, & consulendum per tex. in auth. en. si qua mulier, & Ias. ibi C. de sacrosan. Ecclesi. cum legitimatus sit uerè filius licèt nō sit legitimè natus, firmat Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de usucap. circa. xv. col. Vbi pulcherrimè & subtiliter tractat, an fictio fingatur contra ea, quæ sunt iuris; alia etiam ratione, quia lex permittens patri testari inter liberos cum duobus testibus habet locum in liberis legitimatis, & inter liberos legitimatos. ita tenet Bal. in penul. col. rub. de offic. deleg. Alia etiam ratione, quia legitimatus est suus hæres, & iura habet suitatis, uel suorum, ut tenet Bal. in l eam quam. C. de fideicomis. consuluit Philip. Dec. in consi. lxxvj. legitimatum ad omnia beneficia etiam feudum obtinere
112 posse. ¶ Et præteritus legitimatus in testamento patris, uel sine causa exhæredatus habet ius contratabulandi, & nullū dicendi, & querelandi contrà testamentum patris legitimati firmat Rom. consi. xxxiiij. quod incipit naturę, & per Matth. de Afflict. laboriosum Doctorem Parthenopeum in l. Sancimus de iur. prothom. ubi dicit, quòd legitimato competit ius congrui. ¶ Quæro de alia per dies oc-
113 currēti quæstione, an filius naturalis tantum excludat substitututum? Dic quòd sic, nisi foret Ecclesia substituta. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. & l. cum pater. ff. de leg. 2. & l. 1. de conditio. inser. & l. generaliter. C. de Institu. & substitu. & per Baldum. ità limitan tem. in cap. in præsentia. de probatio. & per
114 Fely. ibi. ¶ Et quòd etiam procedit si talis filius esset legitimatus ab Imperatore propter
115 priuilegia, & dignitatem Ecclesiæ. ¶ Et quā tumcunque legitimus ex spurio natus possit institui à parentibus, locum tamen non habebit in nepote nato ex incestuoso coitu, qui à nullo ex parentib. institui pōt. auth. licet. C. de natur. liber. & l. fin. C. eodem titu. §. Igitur, autentico qualiter natur. effic. sui; & cap. cum haberet, extrà de eo, qui duxit in matrim. quā polluit per adulter. & per Bal. in dicto cap. in præsentia. in 8. col & in l. si quis. C. de incest.
116 nupt. ¶ Prēmissis præpositis est demū sciendum duellum esse dictum a duobus, & est particulare, & corporale bellum ob tutelam sui corporis, & rerum: & pro bello quandoque impropriè ponitur duellum babetur. ff. de ui & ui arma. in l. 1. §. nim ui, & ad leg. aquil. in l. qua actione. §. si in colluctatione, & in l. sciētiam. §. qui cum aliter. ibidem: & in clemen. si furiosus. de homic. & in l. 1. C. unde ui, & cap.
117 Cum olim. de restitutio. spoliator. ¶ Et fit duellum quandoque propter purgationem innocentiæ, ut dictum est suprà, non aliter ualens probare nisi uiribus sui corporis, ut ille, qui aliter non ualet probare de innocētia sua nisi per experimenta sui corporis, & in fortitudine sua purgatur in tormentis, & per duellū, ut in titu. de cler. pugn. in duel. & C. de gla-
118 diat. & de purg. uulg. per totum tit. ¶ Et dicitur duellum ab ethymologia uocabuli, & ut dixi est corporale bellum, seu pugna ad differentiam iudiciariæ pugnæ; quæ etiam fit inter duos, aut plures, ut duellum inter actorē, & reum; & duello pugnatur uiribus, & in iudicio iuribus contenditur. cap. forus. de uerb.
119 sign. l. properandū: C. de iudiciis. ¶ Ad purgationem gloriæ, uel odij exagerationem fit duellum, & propriè est inter duos, aut pares duas, cap. 1. & per Bal. ibi de pac. tenē. & l. milites, & per Ang. ibi. C. de testam. milit. & de duello in pluribus iuribus habetur præallegatis. & in l. commodissimè. de re iudic. & in l. Athletas. de his, qui notā. infam. & l. 1. C. quæ res pign. oblig. poss. & per Doct. V. I. in uariis
120 locis. ¶ Pacta sunt seruanda facta inter duellantes, de quibus mentionem fecit D. Paris de Put. in suo trac. duel. in 6. parte. quid si duo pugnantes sint ulnerati ambo cum uulneribus magnis, & letalibus: quis eorum uictor, & quis prędictorum maiorem babebit honorē; & quando unus pugnantium defert in prælio clauam cum ueneno, an sibi detur ob boc ui-

ctosia; & quando vnus ex duellantibus est effectus debilis ob sanguinis nimiam abundantiam uulnerum, & ligatus, deinde alter moritus quis uictos dicatus & fit. Et quando ambo duellates uulnerati ceciderint in terram mortui, quis eorum erit uictor. Et quando unus ab eo deiectus equum suum concitauerit contra alterum equitem, adeoq; equis rixantibus cecidit eques & fractis cruribus perit. Et quando unus equitum descendit ab equo, & hostē cæpit per pedem, qui se deiecit suprà illum, & ipsum obtruit. Et quando eques unus cecidit de equo ob pōdus armorum, & casualiter absque impulsione cadens fuit ab alio captus, an honor detur capienti. Et quādo unus duellantium detulit tripedes intra liciam, seu stec catum, & quando unus prędictorum dixit. Io me sendo, & hoc dicendo astrinxit ensem, & alium occidit. Et quando unus duellantium cadit ab equo, & alter uadit stosditus, & semi uiuus per aliquantulum temporis, me remitto circa prędictos casus ad alia consulta per me iam impressa, & per D. Par. de Put. in viij.
121 & ix. parte sui lib. de bello. ¶ Quęritur an à sententia duelli possit appellari. Dic quòd sic, & plus dic, q nunquam transit in rem iudicatam, quando potuisset alius delinquere in crimine opposito præter uictum, & seu condemnatum, ut patet in furto, habetur per D. And. de Iser. & Bal. in §. si quis hominem. de pa. te. nen. gl. in cap. 2. de cler. pugn. in duel. & cap. 2. de pur. uulg. & licèt non esset à tali sententia appellatum non transit in rem iudicatam; & reperta ueritate in contrarium reiterabitur. l. fullo. ff. de cond. sine cau. & l. Admonendi. de iur. ius. Et quòd nulla sit sententia, quę profertur super duello, quia est facta per incertā probationem, & imaginariam præsumptionem, tenet Bal. in l. liber. C. de test. & in l. fin. C. de probatio. limitat illius rigorem ob incertitudinem probationis, habetur per D. Par. de Put. in ult. parte sui lib. ubi plenè dispu
122 tat hanc quæstionem. ¶ Demum quæritur an vasallus possit offerre pugnam Domino, & illum in ius sine uenia uocare. Dic conclusiue quòd non, imò in hoc casu perdit feudum; è contrario autem posset ipse Dominus uocare in ius uasallum suum sine uenia; sed non è contra, quia uasallus nullam in dominum habet iurisdictionem, nisi subiectam. cap. 1. de milite uasallo, qui contumax est; & est una ex fallentiis pro Dominis contra uasallos. Domini autem in multis sunt magis priuilegiati, quàm uasalli, habetur latè per D. Matth. de Afflictis. in decisione, num. cclxv.

SVMMARIVM.

1 *Tarquinius Rex quomodo occultè sūmo ingenio dederit cōsiliū filio in exercitu, ut maiores exercitus decapitares.*

2 *Transibolus Dux de Meriandi philosophi, & Regis consilio, maiores de medio ciues sustulit, sub occulto stricta gemmite.*

3 *Et fecit suos timidos leones, adeo, ut hostes fortissimos in fugam uerfit.*

4 *Mitridates timens Romanam uirtutem, omnes existentes sub eius imperio Romanos occultè fecit interfici, & quid euenerit, cū quis uellet etiam luculum occidere.*

Virsillius Romanorū Dux quō inuenerit ploratosē inimicū in suo exercitu, & quid fecerit.

5 *Marcus luculus Crassus interrogatus quando foret moturus exercitum, respondit si uereri, ne tuba ipsum audiret.*

6 *Cecilius Metellus interrogatus, quid esset alio die facturus, respondit si sunica mea loqui sciret, illam equidem comburerem.*

7 *Hic quoq; qui dū consul foret cōtra Iugurtham bellauit, et uictor triūphū meruit in Aphsica.*

8 *Cato Postius militans in Hyspania quid fecerit magna prudentia timens ciuitatum rebellionem Hyspanię.*

Imperatores nō dēnt ppalare intima cordis sui.

Caso, capto uno ex primatib. Hyspanorū per uiā tormentosū, oēs sebelliones futuras urbium Hyspaniasum contra Romanos sciuit.

9 *Oratores missi ab exercitu, fidi esse debent.*

10 *T. Dimus Romanus habens paruum exercitum, expectans unam legionem; quid fecerit prudēter, ueritus, ne hostes illam agrederentur.*

Mitridates uolens eum suis fugere: timens Magni Pompei uirtutem, quid fecerit.

11 *De Fsarto Duce Parthorum, qui Marcum Antonium cum exercitu suo Aedis oppressum, ut Crassum decipere uoluit, & quomodo.*

Temistocles Dux Atheniensium, uolens Mania Athenarū iussu Lacedemoniorū diruta refficere, & dū fortificarentur muri, uolentib. Lacedemonijs cū exercitu ire Athenas: quid fecerit.

12 *Duces exercitus quomodo uarijs modis probè, & cautè possint consulere suos.*

Lucius Furius Imp. Rom. cū eius exercitus ī arctis fuisset reductus, ne sui timerēt, qd fecerit.

Cursos Papirius existēs pugnaturus contra Samnites, expetans collegam eum exercitu consulari, quid fecerit.

Licinius Crassus consul Romanus, quomodo aste habuerit uictoriā contra Castsum, & Canimocum Duces Gallorum.

Marcellus quomodo hostibus fictione ostenderit maximum habere exercitum.

Sic de Iugurtha dicitur.

Camilli ingenium propalatur.

13 *Principes exercitus, quid facere debeant habentes aliquos ex suis primatibus de proditione suspectos.*

14 *Et quid si dubitetur de populorum suorum fide.*

Ar-

15 *Aribo tersis Regis Persarum uictoria, euenit propter opinionem Cyrri, & Clearci inter ipsos non firmatam.*
16 *Opiniones diuersæ in exercitu sorte sunt dirimende, ne discordie oriantur.*
17 *Sors recidit super Mathiam.*
18 *Appellatio à sorte, an ualeat.*
19 *Iudex an in causis, quæ mittuntur consilio sapiētis, teneatur id sequi, si iustū cognouerit.*
20 *Vasallus an mortuo domino feudi pluribus relictis heredibus, teneatur omnibus (si omnes domini feudi fuerint) iurare fidelitatē.*
21 *Duces exercitus uirtutē militū scire debent. Scipio maximus arte transiuit in Aphricam Carthaginem opprimendo.*
22 *Venditor prædij, in quo exigebat pedagium, an non facta mentione de pedagio, illud quoque uenditum intelligatur.*

DE OCCVLTE DATO REGVM CONSILIO.

1 SVPERBVS ille Tarquinus Rex, uolens occultè filij respondere literis quas sibi miserat, illum certiorādo, quid uellet fieri in exercitu; & cautus Pater occultando consilium existens in horto ubi aderant papauera multa, in nuntij præsentiam, qui literas attulerat, uirga quam manu tenebat percusit colla maiorum papauerum, iubens nuntio, ut redderet ad filium in exercitu, cui repente paruit nūtius: & inde interrogatus à filio Regis superbi de patris responso; cui respondit nuntius nullas à Rege habuisse literas, nec uerbis commissa, & ubi fuerat Rex, & quid agebat interrogatus, respondit in horto, & quòd maiorum colla papauerum percuciebat uirga; & patris occultum percæpit consilium filius, ut decapitaret suos maiores exercitus, & ità fuit execu
2 ta occultū patris Consilium. ¶ Et Dux transibolus de Meriandri Philosophi, & Regis consilio maiores de medio Ciues substulit sub occulto strictagemmate, & consilio tacito, quod deberet desserpare maiore spicas ex horto. ¶ Et
3 suis timentibus in bello prçliare contra Sabinos lora equorum substulit Tarquinus, & illos arte stimulauit ad bellum, ita quòd suos timidos reddidit Leones, & hostes ut fugaces lepores timidos, in fugam uersit equitatu suo
4 sfrenato. ¶ Et timens Mitridates Romanam uirtutem occultè fecit uno die interfici Romanos oēs existentes sub ipsius Imperio; & dū peroptaret interfici Luculum, qui contra ipsum gloriose pugnabat, ex tot suis solū Ottalcum Dādarium se publicè offerentē occidere Lucullū, quē arte reprehendit cū maximis minis; & sagax Ottalcus fugit ad Lucullū qui illū honorauit, posta capta ꝑ Ottalcum occasione ordinato equo cū seruis suis in meridie quo Lucullus qescebat ad eius tētoriū accessit, inquens se uelle loqui Lucullū pro re importanti; quē Menedemus unus ex familiarib. Luculli prohibuit ingredi tentoriū, inquiens, Nunc nō est tempus loquendi cum Lucullo, & nil se putare oportunius, quàm curare salutē sui Imperatoris, & manib. impinxit Ottalcū, qui nitebatur ingredi tentoriū: & tunc Ottalcus pauore concussus cucurrit ad equum quē preparauerat & illū ascendit celeri saltu, strictis calcaribus, Lucullanis, q̄ plurib. illum insequētib. & fugit ad Mitridatē. ¶ Vintidius Romanorum Dux in bello parthico cōtra Regē Paccorū habita noticia Farnacū Trigestinū in suo exercitu existētē fore Parthorū exploratorē, & auro Parthico corruptū; & dietim nūtiare Parthis ea, quæ fiebant in Romanorū exercitu hūc arte habuit amicū, eidē nūtiando ficta, quæ forent sibi nociua, & proficua parthis; adeò quòd illū induxit ad scribēdū Parthis, & in lōgo ac difficili meatu exercitus Parthorū illos Vintidius rupit inter loca
5 aspera, & natura munita. ¶ Et Marcus Licinius Crassus, quibusdā Procerib. ex suis interrogātib. eum, quādo foret moturus exercitū, Respōdit prudēter se uereri nē tuba ipsum au-
6 diret. ¶ Et Pius Cecilius Metellus optimus Procōsul, & Imperator Romanus militās in Hyspania, cuidā ex suis Cēturionib. interrogāti quid esset alio die facturus, Respōdit, si tunica mea loqui sciret, illā equidē cōbureré; & exercitū suū ducebat modo huc, modò illuc ꝑ uaria loca, & itinera inculta, nē Trebiani primò obsessi, & liberati ab obsidione ob magna munimenta sua ꝑparatu, iterū obsessuri scirēt archana sua, & demū Trebiā hoc inopinantē munitissimā urbē Hyspaniæ denuò conuersus oppressit, quā primò obsessam habere nō potuerat: & post arte tali illā nō sine oīum admiratione cæpit Carthaginesiū exēplo, qui ut exulē ad Alexādrū Magnū uolentē occupare, Aphrica miserunt Amilcharem Rodinum, qui capta cū Alexādro amicitia, indē suis pro
7 palabat secreta Alexādri. ¶ Hic Cecilius Metellus ille fuit, q dū Cōsul foret cōtra Iugurthā bellauit, & uictor triūphū meruit ī Aphrica: & in tali bello ꝑ suo Legato exercitus duxit Caiū Mariū Arpinatē durū uirū, & ferocē bellacē, munificentē, & prudētem; qui posteà fuit Consul effectus, & curauit tollere triumphum Metello; & Scilla Mario uictorias suas sustulit, & demum triumphauit Marius ꝑ uictoria sagacis Regis Iugurthæ, quē duxit captiuū in triūpho. hoc Romanis inopinantib. ipsius Regis calliditate Iugurthę, ut

Saluſtius in ſuo Iugurthino deſcripſit.¶ Cęſar liberalitate ſua,& conuiuiis decępit Aegyptū utendo moribus Alexandrinorum, arte ttmen do non tutum locorum meatum occupauit Aegyptum tali præparato ſubſidio alti conſilij.¶ Et prudens Cato. Potius militans in Hyſpania,timens ciuitatum rebellionem Hyſpaniæ, propria manu ſcripſit ſingulatim literas urbibus illis:ut uno die mœnia diruerent illarum; quod arte fecit ne certiorati de ſecreto coniurarent: & quilibet Populus neſciens alia rum ciuitatum uoluntatem mœnia ſua deſtruxit,quod ſi ſciuiſſet,nocuiſſet Romanis ſecuta rebellione. ¶ Et per Catonem uno capto ex primatibus Hyſpaniarum, illoque tormentato, omnem petcœpit Cato rebellionē, quæ futura erat in urbibus Hyſpaniarum contra Romanos.¶ Et ſic prudentes bellorum Imperatores non habēt propalare intima ſui cordis archana, nè hoſtes, & illorum inuadenda loca muniantur neceſſariis ante inuaſionem, & obſedionem; audita futura inuaſione, ſeu obſidione ſibi fortaſſe cerciorata ꝑ fidos ſuos exploratores.¶ Vno,uel pluribus quandoque pro oratoribus miſſis ex ſuis fidis militibus expertis, uel illic arte exulatis in militia doctis,ut Carthaginenſes fecerunt in urbe, ut ad hoſtes accederent, Regem ſuum poſtea certio raturis de hoſtium ſecretis.¶ Et T. Dimus Romanus habens paruum exercitum, expectans unam legionem,veritus nè hoſtes illam aggrederentur, parte ſuæ longę multitudinis, hoc percepto per exploratores ſuos, propalauit ſe die ſequenti uelle facere expeditionem in hoſtes, ſecreto ordinato ſuis nè cuſtodirent captiuos quos habebat, data illis occaſione fugiendi:qui poſteà fugerunt, & ſuis nuntiarunt futuram expeditionem die ſequenti;& arte tali hoſtes non ſe diuiſerunt ad impediendum legionem illam, quę ſalua ſe reduxit ad ſuos ſtatuta die. ¶ Mitridates uolens cum ſuis fugere Magni Pompei timens uirtutem, qui ſuū probè munibat exercitum pro pugna ſequēti die, fingens non timere ſuos, ad pabula miſit, uſq; ad uallum Pompei; & de nocte duplicatos ignes fecit in ſuo exercitu,nè Pompeus aduerteret ad eius diſceſſum, & in ſecunda uigilia ſecretò meauit. ¶ Viſo per Domitianum, & Germanicum Auguſtos hoſtes germanos ſtare in armis, & nè præſentirent barbari ipſos Auguſtos accedere ad illos,ne fortius prouiderent,artè finxerunt per medium prouintiarum Galliç ſe nolle ire contra Germanos:quos poſteà fuerunt aggreſſi,& illis frenum poſuerūt; & ultimis prouintiis Romanorū amicis prouiderunt, quas Germani infeſtare conſueuerant. ¶ Et dum Fraortus Dux Parthorum cū ſexcentum millium equitum, multis ſecutis expeditionibus, uolens Marcum Antonium cum exercitu ſuo Aedia oppreſſum,ut Craſſū decipere,Parthos arte miſit plures in uia ſalutantes Romanos,ut de pace cum ſuo Rege curarent,inſidiando illis in planitie,habita notitia penuriæ ſuæ,experta uia pacis conditione, reperit Antonium ſe fuiſſe deluſum:cui occurrit Conſilium Mardi militis Antoniani orti de parthica gente Nepotis partis Mitridatis illius Muneſii,cui munificenter Antonius dona uerat tres Ciuitates, Lariſſam uidelicet,Arcturam,& Hierāpolim:Hic Mitridates dixit Romanis quibuſdā, Dicite Antonio,vt mittat mihi unum ex ſuis,qui linguam Parthicam, aut Syricam habeat; cui Antonius miſit Alexandrum familiarem ſuum;& illi dixit Mithridates quòd deberet nūciare Antonio,ut deberet meare per alpes,& non per planiciē: quia Rex Fraortus erat illum inuaſurus cum equitatu ſexcentorum millium;probè inſtructo, & habito tali conſilio per montes meauit in Armeniam cū difficultate laborioſi itineris:& Aediæ hoſtis uirtute ſeruauit exercitum ſuū, nō aliter propalato ſecreto nè uia interciperetur, & paſſus ſibi tolleretur à Parthis. ¶ Themiſtocles Dux Athenienſium uolens mœnia Athenarum iuſſu Lacedemoniorum diruta refficere,& dum fortificarentur muri, Lacedemonij uolebant cum exercitu ire Athenas:& ut tempus haberent Athenienſes fortificandi, Athenas miſit arte nuntium,quòd non ueniret exercitus Lacedemoniorum, quoniam ipſe uolebat ire ad illos ad diſcutiendum amicabiliter tale negocium; & dum foret in urbe Lacedemoniorum perſuaſit Lacedemonienſes,vt primates ſuos mitterent Athenas ad prouidendū pro ut ſibi uidebatur circa fortificationem huiuſmodi,& ita factum fuit: deinde cautus Themiſtocles ſcripſit ſuis nè deſinerent fortificare mœnia patriæ, & quòd retinerent Lacedemoniorum Principes,& illos non dimitterent niſi ipſo liberato Themiſtocle pro ut factum extitit.¶ Propterea tenentur exercituum Duces hanc in ſe regulam habere uidelicet probè & cautè conſulere ſuos,& quandoque nutu,quandoque cinno, quandoque aſtu inſtruere illos modo uerbis, modo literis,& ſignis, ac Cypheris uariis in apta deſcriptis,aut notatis materia: uel aliter inſidiando aſſiduò hoſtibus ſuis:modò unum, modò aliud arte fictè loquēdo, & cum prudentia ſemper ut ſuis ſalus, & victoria pareiur: ſimulando quādoque unum fieri pro alio, & fictè pollicendo unum facere,& aliud poſteà exequi; oſtendendo ſe uelle modo unum facere, & aliud inde peragere ut hoſtes decipiantur, credentes exploratoribus ſuis ea quæ audiuerant & retulerant de Ducibus prædictis: præparando quandoque & fabricando

bricando materiá in remotis partibus ad no-
cendum hoſtibus, nè hi futuris inſidijs ſibi ar-
te paratis ualeât occurrere, & deinde ficto ſtri
ctagemate iumentis repentè portentur oppor-
tuno tempore, ut incauti hoſtes ex improuiſo
capiantur, quod facile contingere poteſt ordi
nata aliò materia, & aſtu Ducis exercituum,
in quo Dei nutu reſidet ſalus, uictoriaq; læta,
& perditio mœſta. Ideò cauti eſſe debent Im-
peratores circa occultationem conſiliorum,
& archanorum ſuorum, ne hoſtes certioréiur,
& facto conſilio cum doctis & expertis cõſul-
toribus, & Proceribus ſuis; & uariis eorum au
ditis opinionibus non aliter mẽtem ſuam pro
pallare habent Principes circa gerenda futura
negocia bellorum; & benè & probè in ſe rumi
nare conſiliata, & id exequi quòd ſibi melius,
& tutius uidebitur; non faciendo quemquàm
participem firmi ſui accepti conſilij, quod exe
qui intendunt ſi victoriam conſequi uolunt,
niſi in actu bellicæ executionis, ſuis tantùm
inſtructis fidelibus de ijs quę facere habeant ſi
bi datis locis, & ſignis: à ſuſpectis, & à prodito
ribus cauentes. ¶ Lucius Furius Romanus Im
perator dum eius exercitus fuiſſet in arctis re-
ductus, nè ſui timerent occultando ſecretũ illi
cò iuſſit illos retrogradatim recedere, quoniã
volebat in latiori loco aggredi hoſtes, & ita fa
ctum fuit, & ſuos arte tali ſeruauit ab arcto, &
anguſto loco. ¶ Fabius in bello Aethruſco
miſſo Fabio fratre qui linguam Aethruſcam
habebat per ſiluam Cyminiam vmbros, & Ca
mertos Romanis arte fecit amicos firmato fę
dere. ¶ Curſor Papirius exiſtens pugnaturus
contra Samnites expectans collegam cũ exerci
tu c nſulari, ſecretò commiſit Spurio Nautio
ut ire deberet non longè ab exercitu Papirij
cũ mulionibus, trahendo retrò ramos arbo-
rum faciendo puluerem & ſtrepitus pro ſi-
gno futuri aduentus, & ità factum fuit; & Pa-
pirius erga ſuos inquit, victorioſum Conſulẽ
Collegam adeſſe, qui particeps gloriæ erit, ani
mando ſuos ut antequàm Conſul ueniret pu-
gnarent, qui illicò pro honore & gloria præ-
liarũt; & hoſtes Samnites ità incitati fugarũt.
Et idem fecit Caius Sulpitius Conſul contra
Gallos & illos decepit: & arte ſimili Marius
Arpinas miſſo de nocte Marcello cum parua
militum manu peditatus, & equitatus cũ mu-
lionibus, & ſeruis, unà cum iumentis ut mul-
ti uiderentur retrò terga Theutonum exiſten
tium apud aquas Sextianas, dato ordine quòd
incepta pugna deberent deſcendere. & in ter-
ga militum vulnerare, quo facto hoſtes euertit
in fugam. ¶ Licinius Craſſus Cõſul Romanus
pugnaturus contrà Caſtum, & Canimocũ Du
ces gallorum, apud Calamarcũ, miſit Caium
Põptinium, & Q. Martium Ruffum Legatos
ſuos, ut cũ duodecim cohortibus ſe ponerent
extra montem, & quòd incepta pugna hoſtes
ferirent in tergus, quo facto hoſtes ruperunt
ab omni parte uerſos in fugam. ¶ Et Marcel-
lus uoce arte emiſſa per ſuos milites, ſeruos,
coquos, & muliones hoſtes perterruit, creden
tes Marcellum habere maiorem exercitum q̃
ipſi putauerant. ¶ Arte emiſſa uoce per Regẽ
Iugurtham habentem linguam latinam Ma-
rium eſſe mortuum in bello, Marij bellato
res euertit à pugna feruenti. ¶ Arte Camillus
igne cremauit nemora ubi Volſci caſtramen-
13 tabantur, & ſe in illis ſeruabant. ¶ Et ſi contin
gerit Principes habere aliquos ex ſuis prima-
tibus de proditione ſuſpectos: & cupientes il-
los habere in ſua poteſtate, dubitantes de eo-
rum fuga, Conſilium erit generaliter præcipe
re innocentibus, & nocentibus multis ut acce
derent ad ipſos; & ita facilè illaqueabunt illos
qui nocentes fuerint, fortè non dubitãtes Prin
cipes ſcire eorum ſecreta proditionum pro-
pter innocentes, qui cum ipſis fuerunt uocati:
quorum innocentum uocatorum fideliũ prę-
ſidio poterint iuſſu Principis puniri nocentes
14 proditores. ¶ Et ſi dubitaretur de dubia fide
populorum proderit Principibus illorum pri
mates ſecum habere ſub ſtipendio, & plebi de
putare magiſtratus ut illam gubernent; & ita
Principes tuti erunt; & primates Populorum,
& plebei contenti remanebunt, exemplo Ma-
gni Alexãdri, qui ita ſe ſecurũ reddit à Thra-
cis, & poſt Aſiam oppreſſit uirtute bellica.
15 ¶ Opinio Cyrri, & Clearci inter ipſos non fir
mata, reducto exercitu apud Babillonem con
tra Arthoxerſem Regem Perſarum, uictoria
16 fuit Arthoxerſis. ¶ Nec erit inutile, occultè,
& ſeparatè facto collegio Conſultorũ, & Pro
cerum uarias eorum de bello, & de occurren
tibus caſibus audire opiniones, & illas dirime
re ſorte breuibus in urna ſecretò collectis per
Principem, ut uitentur diſcordiæ Conſiliario
rum, & procerum ſuorum: quę fortè inter pru
dentes, & pertinaces inſurgere poſſent; nam ſæ
pe uiget inuidia inter Principes, Reges, Du-
ces, & pares pro honore, & gloria, ut olim fuit
de Ariſtide, Themiſtocle, Cymone, Periclete,
Nicia, Demoſthene, Euthidimio, Menandro,
Pellopida, Alcibiade, & Lyſandro, Fabio, Ma
ximo Scipione, Catone, Cæſare, Pompeo, Syl
la, Mario, Sertorio, Claudio Milone, Cathili-
na, M. Antonio, Lepido, Octauiano Auguſto,
Annibale, Anone, Coriolano, & de quàm plu
ribus aliis optimis Imperatoribus, Regibus,
& Ducibus Egregiis: quos paſſim odium, &
inuidia perdidit aduerſa fortuna inuidente il-
17 lorum uirtuti, ¶ Legitur in ſacra litera neceſ-
ſitatis tempore ut Patrum tolleretur diſcor-
dia præmiſſa Oratione dominica ſortem poſi
tam

tam fuisse,& illam cecidisse super Matthiam, c.hi qui.26.q.2.¶Quæro an à sorte appellari possit. Dic quòd non,quia fortuna non habet superiorem in mūdo l.huiusmodi. C. si is cui delegati,& per Iasonem ibi.¶Quæro de causis quę mittuntur consilio sapientis, an Iudex teneatur id sequi,si iniustum cognouerit. Dic quòd non, nisi exstaret statutum,aut partium conuentio quòd id sequi haberet pro ut iaceret:quia tunc tenebitur id sequi, & ob hoc nō tenebitur Iudex in syndicatu pro illius iniusti tia si fuerit iniustum, & iniquum Consilium; ità comuniter tenent Doctores in l. si conuenerit.ff.de re iud. & pro concordia Doctorū, dic hoc non procedere in iudicialibus actis, sed in extraiudicialibus tantùm. ¶ Quæritur de occurenti casu,an mortuo Domino feudi pluribus relictis hæredibus teneatur uasallus iurare fidelitatem omnibus hæredibus uel uni tantùm.Dic ipsum teneri ad præstandum iuramentum omnibus,si omnes fuerint domini feudi secundum Alexā.in l. in prouintiali.§.si plurium,ff.de noui oper. nuncia.& per Andr. de Iser. Bald. & alios in cap. Omnes.si de feu. fuer.controu.inter domi.& agnat. Et est tex. in c.Imperialem.§.Præterea.de prohib. alien. feud.per Feder. & ibi per Bal. & per Roman. & Imolam in l.2.ff.de uerb.obligat.&per gl. & Ang.in l.si cuius.§.1.ff.de usufructu.¶Pro statu bellorum arte conseruādo, Magnus Alexander sciens occultam sui exercitus uirtutē libenter pugnabat;& idem Cęsar artē faciebat cum suis expertis, & ueteranis in militia doctis,& victores permanebant. Marcus Fabius Maximus uirtuosè pugnando contra Annibalem,cunctando hostem uirtute superauit, & meritò nomen Maximum quæsiuit.Byzantini non ualentes resistere Philippo,se in ciuitatibus,& locis fortibus artè reduxere, & lōgam obsidionem tollerarunt uirtute,ità quòd Philippus impaciens discessit ab obsidione:& Idē fecit Asdrubal Cigronus in Hyspania, qui diuisit exercitum suum pro custodia ciuitatum; dubitans de uirtute Scipionis,& militum suorum;& arte tali euasit,& urbes amicas seruauit; Themostheales autem inutiles personas e loco obsidendo arte amonuit, nè bellatoribus obsessis deficerent alimonia,reliquis suis in tuto loco missis, & probè collocatis. ¶ Scipio Maximus cum cognomento Aphricanus,artè transiuit in Aphricam, Carthaginem opprimendo,ut Annibalem reuocaret uastantē Italiam pro ut fecit:& inde callidum Pęnum Carthaginensium Imperatorem Annibalem uirtute,& armis superauit.Lacedemonios obsidētes urbem Deceleā reuocarunt Athenienses ar- missa classe sua ī Peloponesso dānificāte Lacedemonios. Domitianus Augnst.nemorosa loca Germaniæ ubi se tutabantur Germani arte occupauit,& germanos paulatim domauit

22 sua uirtute. ¶ Quæro de casu quem habui in facto:quidam uendidit predium, in quo erat solitum exigere pedagium, non facta mentione in uenditione de dicto pedagio,an uenditū etiam dicatur ius exigendi pedagium. Dic ꝙ in dicta uenditione non uenit ius exigendi pedagium ut tenet Innocentius in c.ex literis.de iure patronatus,& in c.cum ad sedem.in glo. in uerbo,& pertinentiis.de restitutione spoliatorum,& per Baldum in l.a procuratore. Codice mandati.

SVMMARIVM.

1 *DVces militares qua præditi instructione, seu informatione esse debeant.*
2 *Gestum Spartaci ut Crassum superaret.*
3 *Mutatio consilij Agislai Lacedemonij contra Tisaphernem.*
4 *Itali pugnando aduersus Gallos, & Orientales debent pugnam differre.*
5 *De celeri consilio Nitiæ, quo Syracusanos superauit. Et de Fabij, ac Marci Curij consilio in reuocando hostes a proposito.*
6 *Didij simulata pugna ut hostium aggressum auerteret,& se legionibus iungeret.*
7 *Fuluij prouidum consilium,ut quis hostium castra caperet, & eos ex loco forti detrudere possit.*
8 *De C.Manlij,& L. Syllę prudenti excogitato, in auertendo suos milites à coniuratione & tumultu.*
9 *Timor exercitus quo pacto tolli possit.*
10 *Dux quid agere debeat, cum suus exercitus est minor exercitu hostili, & quo pacto exercitū suum in pauore constitutum ad uictoriam præparare debeat.*
11 *Scoulij Daciorum Ducis exemplum, de duobus canibus,ut intēsos milites suos ad pugnam ab illa reuocaret.*
12 *Dux exercitus abundare debet inuentionibus, & strategematibus.*
13 *L.Syllę inuentum ut timorem à suis militibus pelleret.*
14 *Lucullus Macedonas belli socios transfugas esfectos,quomodo fideles reddiderit.*
15 *Dathimi Ducis dissimulatione,& fugitiuorum opera,quemadmodum hostes in Capadocia fuerint superati.*
16 *Labienus quo actu usus fuerit in recolligendos Pompcianos milites dispersos aduersus Cæsarem.*
17 *Prouidi Ducis est cuncta rimari,tā quæ ad suos, quàm quę ad hostes pertinent,& illa cum fidis consultoribus conferre, & suos continuè animos reddere.*

18 Regul

18 *Regula militia illa est, ut hostium uires non contemnantur, ne pœna sequatur errorem; cum his in bello errare, ex Scipionis sententia, non liceat.*

19 *Parua quędam aliquando Dux aggredi, aut aggressa prosequi debet, ut damnum, & de decus uitetur. Idq; Diodori, & Fabij Rutilij maximi exemplo comprobatur.*

20 *Quibus insidijs hostes sint circumueniendi, docuere Ruffus Minutius, Accilius Glabrio, Atteas Rex Falisci, & Tergenses, Veientes, Tarnenses, & Fidenates.*

21 *Imperatores Carthaginenses negarunt nouam Carthaginem à Romanis captam fuisse, nè animos suorum militum deprimerēt.*

22 *Nuntium malum aliquando Ducem mentiri oportet, nè à prouintia exercitus deterreatur; & ut destinatum opus perficiatur exēplo Scipionis Aphricani in Aphricam transmittentis.*

23 *Loca, & tempora congrua castramentationi, & prelio Duci sunt obseruanda, & milites pro posse conseruandi; & non nisi necessario in pericula conijciendi, idq; probatur exemplo Agislai, qui Thebanos uicit.*

24 *Qui dolus adhiberi debeat à Duce ut de transfugis uindictam summat docetur exemplo Annonij Annibalis, & Asdrubalis Ducum.*

25 *Dux quę fingere debeat, ut hostes, & inimicos suos fallat, & ipse superior euadat; adducit exempla Locrensium contra Sempronium Gracchum, Mironidis Attici, Annibalis, P. Scipionis. & Lucij Triuarij.*

26 *Bona feudalia, & emphiteotica Ecclesiæ non ueniunt in confiscatione bonorum permissa ex forma statuti in casu homicidij, sed tātum bona profana, & Burgensatica.*

27 *Feudum censetur hereditarium data communi forma inuestituræ pro se, & hæredibus suis ex se, & suo corpore legitimè descendentibus.*

28 *Feudum, & Emphiteosis simpliciter recepta intelligitur pro se, & filiis suis masculis, licèt de illis nulla sit facta mentio in inuestitura.*

DE ASTV, ET TACITO BELLOrum Principum consilio.

1 OPTIMI Duces in re militari,
& in re familiari, regiminique
populorum benè instructi, & cō
sulti esse debent de prudētia Du
cum, & consiliariorum hostilis exercitus; &
de qualitate, quantitate gentium, timiditate,
temeritate, & audatia: eorumque peditatus,
& equitatus experientia, ignauiaque, ferocita
te, natione, machinis, tormentis; & de armis
quoque melioribus, & de annonæ commodi-
tate, & auxiliariis suis, tempore, moribus, or-
dine, ingenio, animo, confidentia, constantia,
insidiis, & de locis ubi castramentantur: &
qualiter sint muniti, & qua arte bellari pos-
sint, & suos tueri si forent aggressi; & an
melius sit ferro illos inuadere, uel arte differ-
re pugnam: suorum persæpe facto iudicio
militia ficta, ut omnis ab ipsis tollatur me-
2 tus. ¶ Spartacus contra Crassum pugna-
turus, ut suos animaret proprium equum oc-
cidit inter peditatum suum, inquiēs, Hostibus
uictis sibi non deficere equos, & suos arte tali
animault, & ita ab ipsis fugauit timorem ui-
dentes eorum Imperatorem esse lætum, &
3 non dubitare de futura uictoria. ¶ Et uo-
lens Rex Agislaus Lacedemonius ducere exer
citum suum in Chariam, necessaria cuncta
parauit, & inde meauit: & hoc præscito per
Thisaphernē Ducē Regis Persarum illicò cō
tra ipsum misit equitatum suum circū circa
cāpū Menandri, & peditatum in Chariam, ut
Regem Agislaum ponerent in medio, ante-
quam Græci appliqarent ad loca montana,
ubi equi se exercere non possent: quem Agis
laus decepit mutata mente, & duxit in Phri-
giam exercitum suum ubi suos dittauit maxi-
ma præda. ¶ Et si contingerit per Italos pu-
4 gnare contra Gallos, & Oriente populos,
qui iracundi sunt, & superbi sæpe pręcipitan-
tes ad prælium, pugna in longum ducatur, qa
corpora habent delicata, & impacientia labo
rum; & Itali sunt robustiores, ingenio si, &
in labore assueti, & martiales, qui arte, & uir-
tute sua hostes ad locum sibi incommodum
reducent, & subiugabunt, ut præteritorum
5 docuit experientia. ¶ Et Nicias uicit Syracu-
sanos cunctando tempore, qui dum uastum
in agris Cathaneæ urbis darent occupatis, &
combustis stationibus Atheniensium, captis
multis ex illis in terra experto Marte, & cele-
ri nauali prælidio ibidem ex saxo secretè naui
gato, & tàm celer fuit Nicias in succurrendo
Amasii, sibi amicis, quòd prius fuit in expe-
ditione cōtra hostes anteq̄ nuntius cū literis
cerciorantibus Amasios de ipsius discessu, &
præsidio præstaret dictas literas amicis, & il-
los fugauit, qui in auxilium hostium perge-
bant, captis ex illis tercentum militibus; om-
nique eorum fracto equitatu, & pro maiori
parte cinxit muros Syracusanorum, & suos
reddidit audaces, & lætos, & hostium ani-
mos męstos, & ni fuisset Nicias tunc infirmi
tate nefregię detentus, totam ciuitatem muro
cinxisset ob maximam suorum obedientiam.
Et cum Consul Fabius maximus cum exerci-
tu trāsiuisset Apeninum, audito Gallos, Vm-
bros,

bros, Ethruscos, & Samnites ibi accelerare cu exercitu firmauit exercitũ, & illicò scripsit Fulуio, & Posthumio Consulibus, ut cum exercitu accederét in Vmbriam, & Ethruriam ad eorum damnum; hoc ad noticiam peruento; Vmbris, et Ethruscis, retrò illi reddiere pro detentione suorum: et arte tali uires hostilis exercitus ammouit; et inde Fabius unà cum Decio Collega Consule gallos, et Samnites ad hortus superauit. Marcus Curius Sabinos ultra fines suos in Campis Romanorum cum exercitu vagantes, missis secretò militibus ut Comburetent uillas, et agros depraedarentur Sabinorum: quo facto Sabini reddierũt intra suos fines mutata uoluntate ob uirtutem M. Curij Romani Consulis, qui sine sanguine suorum hostes euertit, et sparsos in agris trucidauit.

¶ Titus Didius dubitans se ab hostium multitudine aggredi, cum ipse paucos milites haberet, exspectans legiones, & propterea in longũ ducebat bellũ, arte suos animauit ad pugnam antequam uenirent legiones, audito quòd hostes properabant se uelle ire obuiam Legionibus, contrà legiones negligenter fecit quosdam ex captiuis custodire ut fugerent ad suos, et ita factum est: & hostes ab illis perceperunt Didium se praeparasse ad pugnam sequenti die; quo audito per hostes dimiserunt ire obuiam legionibus, cũ quibus postea Didius se iunxit, et se et illas seruauit uirtute sua.

¶ Et si fuerint hostes in forti loco castramentati, curare habent Itali cum suo celeri peditatu, et leui equitatu irritare illos ut fortem locum deserant: quia hostes natura superbi iraquè accensi forti relicto loco, in foueam cadẽt ut caeci, et ursus ad mel in laqueum incident. Fuluius Consul Romanus Contra Cimbros pugnare nolentes in forti loco castramentatos, iussit per dies aggredi Cimbros opinatus illos arte decipere quando exibant castrum suum causa insequendi Romanorum equites, suorum partem occultauit retrò castra Cimbrorum illis ordine dato ut hostium castra occuparent, cũ illa exiuerint cã insequẽdi suum equitatum: et ita arte Cimbrorum castra occupauit, & deprędauit. Proderit ex forti loco trahere hostes ibi castramentatos suo instructo exercitu in acie, et illo probè ordinato, posteà arte mittere quosdam ex suis sub colore fugitiuorum firmantes hostibus eorum exercitum esse in discordiam propter factiones, & intestina odia quorũdam ex capitibus exercitus; & ꝙ maior pars illius discedebat, & ut fides rei daretur calidè facere sẽpe tumultus in exercitu probè tunc instructo: unde hostes putando se posse illũ uincere, ipsum adorti fuerint discedendo de loco suo forti, & uicti permanebunt arte tali bellica. ¶ Percepto per C. Manlium Consulem in Campania dimorantem milites suos coniurasse occidere in eorum discessu omnes dominos domorum in quibus hospitabantur, & domos depraedare, uocem arte emisit, quòd ibi hyemare uolebat cũ exercitu; & hac de causa animos malos militum euertit occidendi hospites. L. Sylla, tumultuantes inter se legiones sedauit uoce arte emissa quòd hostes ibi aderant, & contra ipsũ pro pugna strictis armis ueniebant, & illicò signa dedit pro pugna instructis aciebus repẽtè cum tubis, & timpanis sonantibus suis; & animos tumultuantium suorum amouit con-

9 tra hostes prouisione tali. ¶ Et si ordo militaris factus fuerit fidelium exercitus ut manuũ fiat concertatio contra infidos hostes & fortasse Catholicorum exercitus aliquantulum timuerit, ducatur praelium in longum sẽpe fingendo uelle pugnare acie instructa, illiusque ordine facto diuersis diebus, & pluries ordinata acie ad bellum donec uiderit, uel cognouerit timorem esse fugatum ab exercitu suo, illũ hortando, & sibi pollicendo uictoriam certã, pluraque dicendo, & fingendo ut timor, & metus penitus tollatur ab eo; & illo sublato indubitata parabitur uictoria commisso praelio in hostes forte inopinantes factum huiusmodi.

10 ¶ Et si contingerit infidelium exercitum esse longè maiorem quàm fuerit agmen Catholicorum, utile erit data possibilitate augere numerum fidelium quantò citius potuerit multitudine suorum probè considerato eorum animo; & ipsis sano facto iudicio cum necessario rum prouisione astu prudentis Imperatoris. Et si tot hostes nõ fuerit, ut ferebatur, hoc callidè propalato suis eorum uires augebuntur & animi, ita quòd commisso praelio animorũ suorum alacritate, & uirtute uictoria reportabitur fidelibus; quoniam nihil sibi durum ui debitur per ipsos obstinatè pugnãtes ob uictoriam iam conceptam in animo suo prudentia

11 sui Ducis. ¶ Scorilius Dux Daciorum uidẽs suos esse animatos, & uelle aggredi Romanos ĩsimul disiũctos propter discordias ciuiles, in medio deduxit duos canes mordaces, qui pugnam magnam morsibus fecerunt insimul irati, & lupum ibi post trẽsire fecit, quo uiso per dictos canes illum ambo fuerunt insecuti relicta pugna sua, & inde erga suos dixit exemplo prędicto quòd non erant Romani tentandi in simul bellantes, quia uidentes externos unientur insimul ut canes praedicti rixantes fecerũt contra lupum propria ira dimissa: & arte tali suorum prudenter amouit animos bellandi cõ

12 tra Romanos. ¶ Experti esse debent Duces exercituũ, & ualdè prudentes, copiosi, & abundantes consiliis in re militari, nouis inuentionibus, & stratagematibus uariis hostibus incognitis

13 gnitis.¶ Et cum Sylla aciem quandam misisset ex suis ad explorãdũ hostes, vbi interfecta fuit, alijs suis illicò propalauit id factum fuisse cõ silio suo, quia de dicta acie diffidebat cum trãs fugare pluries tentata fuisset; & tali arte suos
14 retinuit in audatia, et sine timore.¶ Et Lucullus retrò Macedones fugientes ab hostes fuit insecutus repentè illos cum exercitu acie instructa ut illos occideret; et hostes timentes insidias irruerũt in macedones agmine instructo ad prælium, ita quod Macedones coacti fuerunt pugnare cum hostibus dura pertinacia: et ex transfugis macedonibus Luculus arte tali bellaces reddidit illos, & fideles hostes insequendo cum toto exercitu in Macedonum auxilio strenuè pugnando, et tunc superauit ini-
15 micos, et uictor triumphauit Luculus. ¶ Et Datimus arte simili in Capadocia prosequẽdo turmas fugitiuorum suis instructis, et monitis qualiter ex ordine suo fugiebãt ab hoste simulato ut illos traderent, et sui libenter illos fuerunt profecuti, quos laudauit fuisse primos ad inuadendum hostes, & uictores extiterunt, opera quoquè fugitiuorum non credentium suum Ducem sciuisse eorum malum secretum
16 transfugandi.¶ Et in bello Pharsalico Labienus Pompeianus olim legatus Cæsaris in Gallia cum alijs dispersis in Campis Pharsalicis, multos secum milites reduxit Dyracchium sibi nuntiando Cæsarem esse uulneratũ ad mortem, et Pompeium uenire, cum quibus posteà
17 pugnauit contra Cæsarẽ in Aphrica. ¶ Et Regula est Inclitorum Ducum, & militiæ Regũ probè considerare quibus hostes indigeant necessarijs, cuncta cunctando, & benè considerãdo, et præponendo quæ de suis, et de hostibus consideranda et præponderanda sunt, facto de præmissis primitus iudicio, suisquè fidis cautè propalatis belli secretis, ut eorum sano prouidere possint consilio, suos audacter hortando ut eorum nõ pereat animosa uirtus. Nam fortuna fortes reddit, & iuuat animosos, & opprimit pauidos, Iuxtà Illud Audaces fortuna iu-
18 uat; timidosquè repellit. ¶ Et pro Regula habeatur in re militari non contemni uires hostium, quæ debent animaduerti, memor contẽptum parere negligentiam, propter quam clades et ruina obuenit exercitibus; nec bis errare licet in bello, ut docet Vegetius, de re militari Maximi Scipionis Aphricani sententia, quoniam illicò pœna sequitur errorem.
19 ¶ Nec parua sũt cõtemnenda in re bellica, q̃a ex paruis contemptis persæpe oritur dedecus, & damnum: et multa sunt quæ non sunt aggredienda quæ parua sunt, damnosa, & dispendiosa, nimis laboriosaquè & difficilia: quia ex ipsis paruum, aut nullum acquireretur præmiũ, quæ tamen si inuasa fuerint, non sunt posteà turpiter deserenda, nequè ommittenda nè hostium augeatur audacia. Et dum Diodorus tutaretur Amphypolim urbẽ præsidio, ubi duo millia Thracẽses erant, qui quotidie minabantur deprædare urbem, simulauit certas naues uenisse in certo loco non longè à Ciuitate, & quòd de facili deprædari possent; & Thracenses misit ad dictam expeditionem, qui libẽter iuerunt, deinde illos reddeũtes in ciuitatẽ amplius acceptare noluit Fabius Ruttilius, maximus uirtute sua bellica nuncupatus, artẽ missso cum hastatis Scipione legato suo ut collẽ caperet: quo capto Samnites hostes adeò perterefecit, q̃ commisso prælio illos euertit, & timore repletos Samnites in fuga trucidauit.
20 ¶ Et Ruffus Minutius Imperator Romani exercitus cõtra Dacios, & Sordiscos bellũ gerens cum parua militum manu, antequàm bellum incitaretur fratrem misit cum timpanis, tubis, & tibicinibus ad montes cum paucis militibus, sibi dato ordine, ut incepto bello sonarent cum magno strepitu; quo audito per hostes montes resonare putantes uenisse succursum Romanis terga uerterunt in fugã præ timore. Accilius Glabrio Cõsul, certiorato Catone Portio Tribuno militum, qualiter præsidium Anthiochi quòd erat in monte ualdè lædebat Romanos, accessit Cato per deuia latera montis, & præsidium Regis amouit capto monte: quod post præsidium descendẽs adhortum fuit à Cõsule, & à Tribuno omni à parte ĩferiori, & superiori: turbato exercitu Anthiochi & fugato, tentoria Regis occuparunt Rõmani. Falisci & Targnienses, ueientes & fidenates missis suis in habitu sacerdotali cũ facibus accẽsis, & serpẽtibus: qui furore currebãt bacchantes per Romanorum exercitũ, & arte tali decepere, & turbarunt Rom. Et Rex Scytharũ Atteas contrà Triballos suorũ lõgè maiores numero ordinato fœminis, & aliis aptis ad portandũ arma, ut retrò illos cum asinis, & bobus lanceas ferentibus ad terga hostium uenirent, quos in fugã euerterũt, credẽtes Atteã
21 habere maiorẽ exercitũ q̃ credebant.¶ Tacuerunt arte Duò, Asdrubales, & Magonus Imp. Carthaginẽsium in Hyspania castramẽtati nouã fuisse captã Carthaginẽ à Scipione ubi erãt suffragia, & diuitiæ suę; nè milites Carthaginẽses timerẽt uirtutẽ Scipionis, negãtes tale fa-
22 ctũ fuisse uerũ.¶ Tacuit arte & Scipio Aphricanus in Sicilia ea q̃ sibi nunciauerant Legati Regis Syphacis, qui nolebat Scipionem ducere exercitũ suũ in Aphricã nũciãdo sibi affinitatẽ q̃ fecerat cũ Carthaginẽsibus; & qualiter ipse uiolauerat pacẽ Romanis, Sed dixit militibus, Syphacẽ solicitare eorum aduentũ aucta suis audacia: & illicò ex portu Siculo Lylibei discessit cum classe per ipsum celeriter fabricata

R cata

fata infra dies quadraginta quinque cum omni apparatu necessario: Reddito C.Lelio Scipione ex Aphrica cum præda multa sollicitãte aduentũ Scipionis in Aphricã nomine Masinissæ,& itã fœliciter nauiganit Scipio, quòd infra paucos dies Aphricam applicauit apud promontorium Pulcri;& ibi è nauibus deduxit exercitum in terra:quo nunciato Carthaginitota ciuitas turbata fuit in armis.
23 ¶Et Regula est militiæ,milites conseruari, nec illos in periculum poni,nisi necessaria urgente causa,& conseruãdi sunt in hyeme ad loca tuta pedites cum equitatu;& æstiuo tantùm tempore castramentari,& bellare in aperto, quandoq; glaciali,hyemali quoq;, & brumali tempore præmente dumtaxat necessitate militandũ est & bellandum:& illa cessante curandũ est omni studio milites cõseruari in locis tutis;quia uirtus,ordo,ars,& disciplina militaris ob impedimenta plura non potest tali glaciali tempore se exercere ad plenum, prout nõ ualet in asperrimis locis natura munitis illorũ nimis ipsa obstante,& prohibente natura. Agislaus Rex Lacedemonius contrà Thebanos propè flumen castramentatus,uidẽs suos esse paucos, & auidos pugnæ; hostibus in maiori numero existentibus,& altiora loca tenentibus; finxit se habuisse ab Oraculo quòd non deberet pugnare cum Thebanis,nisi capto colle;& custodiam reliquit ripæ fluminis, & cum reliquis ascendit ad montes,Thebani illicò descenderunt ad flumen,putantes id factum fuisse timore:& paucos illos ripam fluminis custodiẽtes expulerunt transacto fluuio insequẽtes paruũ præsidium , & per reliquos in mõtibus natura munitis descendentes Agislai Regis;cæsi,& victi fuerunt Thebani.
24 ¶Videns Annonus Dux Pœnorum, quòd quatuor millia gallorũ ex suis propter indigentiam suæ nõ habitæ mercedis fugere uolebãt,erga illos inquit,se uelle cum ipsis compensare iniuriam longitudinis temporis cum liberalitate:& Galli egerunt illi gratias;& quia sciuit gallos omninò decreuisse ire ad Romanos de nocte,misit unum ex fidis suis militibus,ut transfugam Romanorũ Cõsilio Ottacilio,illi nunciãdo qualiter galli uolebant aggredi de nocte uallum Romanorum,Et Consul Ottacilius insidias illis posuit quas Galli occiderunt,& ipsi occisi permanserũt a Romanis:& sic cõsiliũ tale ab utraq; parte pugnãtiũ profuit Annono,ꝙ hostes suos sustulit de medio cõsilio tali.Et similimodo Annibal decepit hostes, et cõtra fugitiuos suos se uẽdicauit;propalato qualiter sui fugitiui iuerũt de eius cõsilio in Romanorũ exercitũ pro exploratoribus: et hoc percepto ꝑ Romanos, per suos exploratores illis fecerunt incidere manus,& inde illos miserũt Annibali.Asdrubal uolẽs Numidas occupare intra eorũ confines accessit,et dum Numide se praeparauerint cõtra ipsũ ad bellũ, Asdrubal inquit, erga ipsos,se uenisse illuc causa tantùm capiendi Elephantes de quibus abũdabat Numidia. & fidẽ dedit Numidis non offendẽdi illos;& inde per Annibalem fratrem suũ occupauit Numidiã.
25 ¶Sempronius Graccus Locrenses inuasit,qui curribus cinxere uallum suum oneratis fortissimis uiris cum habitu fœmineo arte indutis: quos fuit libẽtius aggressus Sẽpronius;& inde post ab illis superatus extitit, & fugatus fortuna cõtraria. Et in Hystria Cato uolẽs Oratoribus Argentinorum fictè dare præsidium Romanis amicis contra hostes suos: et nolẽs suũ minuere exercitum , iussit tertiam partem sui exercitus cibare,& in nauibus intrare uẽto secũdo pro succursu Argentinorum propalato sibi ordine dato omnibus secretè post discessũ Oratorũ,ꝙ deberent ad suos reddire in uesperi;& habita de hoc succursu ꝑ amicos & hostes notitia, amicorum aios auxit, & hostibus terrorẽ cõcussit. Mironides Atticus uolẽs retinere suos in exercitu cõtra Thebanos erga illos dixit,ꝙ spes uictoriȩ est pro illis qui remanebũt in exercitu,& pro illis,qui fugerint erit ruina: & ita suos retinuit,et uictor permansit. Sequuta Annibalis uictoria apud lacũ Perusiȩ, confœderatos Romanos millia sex linguæ latinæ ĩ suo exercitu cõduxit Annibal,quos posteà diuisit intra urbes q̃ fuerãt amicæ Rom.illis nũciato qualiter uenerat ad liberãdũ Italiã;et multas ex illis suȩ ditioni deduxit arte tali.P.Sci.in Lydia contra Anthiocum Regẽ uidẽs hostilẽ exercitũ ob pluuiã nõ posse pugnare: quia nerui arcorũ erant facti moles , et inhabiles ad pugnã;eteq; oblutũ nõ ualebãt curere;suos eduxit in acie,et hostes superauit cõmisso bello. Hemnenses petentes a Lucio Pinario claues ciuitatis,illis promisit dare responsum crastina die,cognito qualiter illi uolebant se dare Pœnis, et prodere Romanos: & grȩca cõmunicata fraude cum suis militibus, illis sumere arma de manu iussit;et ꝑ Pinariũ uocato populo Hemnẽsi in Theatro,illũ insidum magis cognouit dato signo militibus suis trucidauit populũ existentẽ in Theatro.
26 ¶Quȩro de audace feudatario quodã tenẽte bona plura feudalia,& burgẽsatica,seu prophana;& quædã emphiteotica bona Ecclesiȩ,qui commisit homicidiũ;propter quod ex forma statuti;uel cõsuetudinis loci ueniunt confiscanda bona: An bona feudalia, & emphiteotica confiscentur? Dic quòd non,sed prophana, & burgensatica tantùm confiscabuntur capit. 1. in titulo si. uassal. feud priu.& in titulo si de feud.fuer. controu. inter domi. & agnat. Et ratio est quia feudum non transit ad hæredes extraneos

nos ſecundum Bar. in l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus. ff. de dam. infecto, & Imola in cap. ex parte. de feud. & Petr. de Anch. in cap. poſtulaſti de foro compet. & Alex. in conſ. lxv. incipiente habita. col. 2. in 1. uol. & authen. de nõ alien. emph. bon. §. 1. & §. emphiteoſis, & in §. alienationem, & l. 4. & l. iura libertorum, & per Bal. ibi. ff. de iur. patro. & in l. eorum. ff. ad leg. iul. maieſt. & in l. eum qui. ff. de interdic. & releg. & in l. 1. C. de bonis quę liber. & cap. ſi qua uiro. de pœn. lib. vj. & per Franc: Lucanum Parmenſem in tract. ſuo priuil. fiſci col. 28. ¶ Feuda hodie ſunt effecta hæreditaria da-
27 ta communi forma inueſtituræ pro ſe, ſuisque hæredibus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, et tale feudũ dicitur, & eſt hæreditariũ in perſonas deſcendentium, habetur per Bald. in cap. 1. de eo qui ſibi, & hęred. ſuis. in uſibus feud. & authen. Hoc amplius. C. de fideiuſſ. & per Paul. de Caſtro in l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebel. Et ita uidi pluries iudicatum, & notatum in ſacro cõſilio Parthenopeo. ¶ Si feudũ;
28 uel Emphiteuſis fuerit ſimpliciter receptum, uel recepta ab aliquo, intelligitur pro ſe, & filiis ſuis maſculis receptum, uel recepta; licèt in inueſtitura nulla ſit facta mentio filiorum ità tenet Bal. poſt glo. & And. de Iſer. in cap. 1. quib. mod. feud. conſtit. & in c. 1. quib. cauſis feud. amitt. & Alex. in conſ. xviii. in 5. uolum. & in l. qui Romę. in §. duo fratres. ff. de uerb. obligat. & per And. de Iſer. in cap. 1. §. publici latrones. de pace tenenda.

SVMMARIVM.

1 *Signa bellica ſunt aut uocalia, aut ſemiuocalia, aut muta.*

2 *Signa bellica cur aliquando prohibeantur.*

Celeritas in re militari quàm laudabilis, & quid ea Duce fecerit Caſar, et Alexander. & nu. 3.

3 *Cęſar qualis fuerit, & ibidem plura de eius uita.*

4 *Celeritas Craſſi in bello Parthico cur fuerit improbata.*

Mumius gloriam abſtulit Metello in bello Chorinthi.

5 *Lancearum concuſſus quid ſigni ſit.*

6 *Puluis in modũ nubis coacta quid ſignificet, & quid tunc agendum.*

7 *Aduentus hoſtium quo pacto cogoſcatur, uel illorum receſſus, & quòd ſignis quandoque utamur ad fallendum hoſtes.*

8 *Puluis quandoque in bello nocet.*

9 *Signorum uariatio quòd ſit in bello neceſſaria.*

10 *Signa Imperalia Dei ſunt.*

11 *Signa militaria quæ nam ſint, & cuius figura.*

12 *Manipulus feni à quo habitus ſit pro ſigno.*

13 *Aquila quando, & cur à Cæſare habita fuerit pro ſigno.*

14 *Milites quòd Aquilam in diripiendis, & cuſtodiendis urbibus imitari debeant.*

15 *Aquila pro ſigno cur utantur poſt Caſarem, & Romanum Imperium etiam ſequentes Imperatores.*

16 *Aquilæ quòd quandoq; accipiantur pro uexillis, ſiue inſignibus, & armis, de quibus Iure Conſulti etiam noſtræ ætatis pertractarunt.*

17 *Tubarum & ſimilium Inſtrumentorum uſus bellicus, quibus in rebus, & actibus proſit.*

Tubarum quis fuit primus inuentor.

18 *Tubarum uſus, & ſimilium Inſtrumentorum cuius ſit effectus.*

19 *Verbis ſimplicibus non ambiguis in expeditione eſt utendum: & ideo uerbum retrò, & uerbum uerte ſunt cauenda.*

20 *Amazones, quarum Regina Pantaſilea conſueuere mammam dexteram in cunis adurrere, & partus maſculinos interimere, mulieribus educatis.*

21 *Pugna Theſei cum Hyppolita, & Molpodia Amazonibus, & de earum caſtramentatione.*

22 *Amazones in Caucaſo monte habitaſſe, et ſtipendiariam militiam maximè pro Albanis, & contra Pompeum exercuiſſe; & apud flumen Thermodoontis cum Albanis, & Gelois concubuiſſe.*

23 *Bellaces mulieres fuere Regina Auſtri, Hypriſisina, Iudis, & Camilla.*

24 *Fœmina bellax poteſt ſuccedere in feudum requirens ſeruitium perſonale, ſicut fuere Maria Cardona filia Raymundi Cardoni, et Maria Caroli Quinti Imperatoris ſoror, Trãſiluaniæ Regina.*

Fœmina admittitur ad feuda, & bona emphiteotica conceſſa pro ſe, & deſcendentibus ſuis.

25 *Carolina Conſtitutio de ſucceſsione fœminarum in feudum deficientibus maſculis.*

26 *Vſus funebris orationis pro mulieribus capit ex decreto Senatus, Populiq; Romani poſt uictoriam è Vegis per Camillam reportatam.*

27 *Imperatores, & exercituum Duces lætitiam, uel męſtitiam riſu, uel ploratu aliquando fingere conſueuere, pro temporis oportunitate ut fecere Cæſar, & Annibal.*

28 *Diſsimulata meſtitia Auguſti, & Pyrrhi in occiſione Marci Antonij, & filij Anthigoni.*

29 *De Anthigoni ſimulata mæſtitia erga Alcinoũ filium ob interfectum Pyrrum; et pietate adhibita in Helenum Pyrri filium.*

30 *Mithridates Rex Ponti dum bellum gere et cum Lucullo, suorum audita nece lætitiam simulauit, quæ ipsum ad fugam usq; associa uit.*

31 *Crucis signum in terram duci non oportere in uilipendium, & contrafaciens capite pu nitur.*

Crucis signum fuit tempore Testamenti ueteris.

32 *Crucis signum portabat in humeris exercitus Constantini ex eius decreto.*

33 *Feudum antiquum hæreditarium alienatum per patrem, filius etiam confecto inuētario reuocare non potest, nisi sit hæres, etiam si in alienatione interuenisset domini Consensus.*

Filius & hæres patris non potest uenire contra factum proprium Patris.

34 *Feudum ex pacto, et prouidentia, etiam confecto inuentario filius potest reuocare quando est antiquum.*

35 *Feudum nouum licèt sit ex pacto, & prouidentia alienatum, filius potest reuocare nisi sit concessum tanquā auitum, & antiquum.*

DE BELLICIS SIGNIS.

BEllorum signa scire tenentur mi
1 litiæ Duces, Optime Cæsar Au
gustę: quorum quædam sunt uo-
calia ut dicit Vegetius, & Iulius
Frontinus de re militari scriben-
tes: & quædam sunt semiuocalia, & quædam
alia muta: uocalia, & semiuocalia percipiūtur
auribus audita uoce, ictibus, aut tuba, sono bō
bardæ tibiæ, Campanæ, aut timpanorum, & si
milibus auditis sonis. Muta autem percipiun-
tur oculis, ut flāma, fumus, puluis, lancearūq;
motus, eleuatio manus, & similia. Magnus A-
lexander excastramentando cum exercitu suo,
ne hostes scirent eius discessum signo pilei su-
per lancea positi meauit cum suis silēte tuba,
& timpano. ¶ Prohibuit suis Cæsar publico
2 ædicto ne signum incendiorum facerent ædifi
ciorum, ut hostes præcaueri non possent; &
ne hospitia, pabulaq;, & frumentorum copia
deficerent suo exercitui: & ne uiderent hostes
ubi esset castramētatus: & sua celeritate primò
bene consulto casu, spatium non dabat inimi-
cis inquiens, In re militari præter alias uirtu-
tes celeritatem præcellere cum semper nocue
rit differre paratis iuxtà illud.

Tolles moras, semper nocuit differre paratis.

Fidos amicos habebat, & conseruabat: & ho-
stes usq; ad pacis cōditionem terrore ducebat
Cæsar, Syracusanorum amicos fugauit, & ru
pit Nicia Dux Atiens celeritate sua in bello
quandoque proficua usa uirtute prudentiū Du
3 cum. ¶ Legimus Cęsarē celeritate sua Regna
quàm plura, & uictorias multas bello quęsiuis
se, & album fuisse, doctum, prudentem, pium,
clementem, liberalem, & iniuriarū immemo-
rem, corpore macrum, fortem, bellacem, ani-
mosum, & ualdè laboriosum; & sæpe passum
fuisse dolorem capitis, & laborasse comitiali
morbo sibi primo obuento in Corduba urbe
Hyspanię, sed duro labore, & assiduo militari
exercitio & frequenti itinere, & parco uictu,
& uigiliis ab eo fuisse liberatū; & solitum exti
tisse dormire deuectum in curribus, & phere-
tris; & cum celeritate peragebat negocia sua.
Nam ab vrbe reddiens in Galliam infra octo
dies equitando cum exercitu applicuit Rho-
danum nullum timens laborem, & idem mili
tes sui faciebant peramantes eorum Imperato
rem, licèt in periclis illum semper non laudas
sent: quia non spectat ad ipsum Imperatorem
summittere personam suam tanti ponderis om-
nibus periclis, pro ut ipse faciebat Cæsar, et
Magnus Alexander animosa nimis, & inuicta
4 uirtute sua. ¶ Crassi nō laudatur celeritas qua
usus fuit in bello Parthico, cum magis in cele
ritate applicuerit animum suum, quàm in tu-
telam militum suorum dubitando de gloria
Pompei, nè ipse foret qui uictoriam cum triū
pho reportasset de Parthis, pro ut fecit Mu-
mius, qui gloriā sustulit Metello ī bello Cho
rinthi. ¶ Et si uidebuntur hostium lanceæ à lō
5 gè illas insimul cōcuti, fugæ signum, & timo
6 ris erit ipsorum. ¶ Puluis, ut nubes, eleuata in
dicat hostes uenire ad inuadendum, hostiendū
inimicos suos: & utile erit tunc alas facere or
dinato exercitu ad pugnam instructo, ¶ Et su
7 per Turribus, & locis altis cognoscuntur ho
stes, & eorum aduentus, & fuga per signa quæ
faciunt: & est in hoc præcauendum, nè Duces
decipiantur, pro ut contingit Melciadi; de die
puluis, & fumus facilè cognoscitur; de nocte
ignis ex lōgo loco cernitur, & de die & de no-
cte sonus auditur tubarum, timpanorum, cam
panarum, & bōbardarum; & ignes quandoq;
magni arte fiunt in multis locis, & quandoque
etiam in paucis locis, montibus, & planitiæ.
8 ¶ Puluis ualdè nocuit Romanis in bello Par-
thico Duce Crasso, in belli namquè ardore
Romani nō cognoscentes suos Romanos ob
nimium puluerem, se insimul persæpe occide
bant credentes hostes suos hostire ferro, & se-
metipsos Romanos amicorum armis perde-
9 bant. ¶ Et habeant Incliti militiæ Duces ua
riare signa per dies & noctes in militia;
nè illa noscant, & sciant hostes, & suorum
signa confœderatorum ponere: quandoque
hostibus insidiando, & illos arte circum-
ueniendo: milites suos ornando uestibus
uariis.

uariis & insignibus; signisque modò rubeis,
modò nigris, modò albis, aut alio diuerso co
lore ab hostium difforme uestitu, vt cognoscan
tur in bello facto de die, uel de nocte; & nè se-
metipsos offendant armis propriis, à suorum
impulsis uiribus, aut iactis credentium ledere
hostes, nè carmē decantetur Sulmonēsis Poe.

Heu patior telis vulnera facta meis,

vt sæpe contingit in diurno, & nocturno prælio.
¶Dei sunt Imperialia signa l.ticia.§.scia.ff.de
10 auro,& argē.leg.& l.ult.§. Sin autem dubius.
ff.de tur. deliber. & in §. t.authen. de mona.
¶Militaria signa sunt etiā manipoli, uexilla,
11 palia, & tentoria picta cum Aquila, Leone,
Vrso, Columna, Apro, Serpente, Lilio, & simī
libus. ¶Romulus contra Amulium Regē Al-
12 banorum,& in quàm pluribus alijs expeditio
nibus suis manipulum fœni hasta ligatum pro
signo portauit. Iuxtà illud Nasonis.

Illa quidem fœno federat reuerentia feno,
Quamium nunc aquilas cernis habere tuas;
Pertica suspensos portabat longa maniplos,
Vnde manipularis nomine miles habet:

Et Virg. in xj. Aeneid. cantat.

Disiectiq; Duces, desolatiq; manipli.

¶Aquilā elegit Cęsar, ut refert historia, pro
13 signo suo, quam in littore reperit dum foret
pugnaturus contra Titanos ab effectu ipsius
cum esset auis rapacissima,& occulta ualdè ui
uens ex raptu. ¶ Et ita milites in diripiendis,
14 & custodiendis urbibus oculati, uelocissimi-
que,& rapacissimi esse debent in luce ante Lu
canum in obscuro;& post nocturnum,& in o-
mni hora competenti, sicut Lupi faciunt in ra
piendo pecudes:& ita milites in rapiendo ho-
stium urbes,& prædas; auidissimi honoris, &
15 parati esse debēt omni postposita mora. ¶A-
quila est auium Regina; cuius Regium signū
in uexillis habuit Cæsar:& Romanum Impe-
rium illud portauit, & hodiè etiam Cæsaræi
ferunt,& illo utūtur Imperatores in Romano
Imperio successores, ad Inclitam Cæsaris me
moriam,& in uictorię signum, belli, & pacis
tēporibus. ¶Secūto bello Pharsalico Nonio
16 dicenti erga Ciceronem Aquilas septē adhuc
apud ipsos extare; moneres, probè respōdit Ci
cero si cum graculis nobis pugnandum foret:
& de uariis signis, insignibusq; & armis tracta
tū fecit Barthol. de Saxoferato: & benè scri-
psit Bartholomæus Cassaneus æduus Doctor
in prima parte sui libri Cathalogi Glorię mū
di. ¶Militaria sunt etiam signa, tubę, timpana,
17 tibiæ, cornicines, & buccinę tubarum ænearū;
Inuentor primus fuit Piscus Thyrenus, quibus
ordinatur exercitus tam in gradiendo, quàm
in regradiendo,& sistendo; in pugnando,& re
ducendo, colligendo,& castramentādo;& qui
dam Palladiam uocant tubam a Pallade,& de
tuba cantat Ennius,& Virgilius.

At tuba terribili sonitu taratantara dixit,
Et tuba terribilem sonitum procul ære sonoro,
Increpuit sequitur clamor, cęlumque remugit;

Et Aquinas Poeta.

Isis et irato feriat mea limina sistro.

18 ¶Romani Orbis Domitores in bello uteban
tur tubis,& timpanis animos incitātibus mar
cialium uirorum,& equorum: quorum sono
instrumentorum benè sciunt experti quid age
re debeāt in re bellica. Doricus sonus in exer
citu ducebat milites esse debere prudentes gra
nes,& fortes;& idem cornicinum,& tibiarum
sonus significat secundum antiquum morem
19 militum Lacedemoniorum. ¶Nam dicere re-
tro retro dum expeditio fiat pluries fuit ruina
exercituum; sed est dicendū ad dextrum, uel ad
sinistrum latus, uel ad fontem, amnemuè retra
hendo se paulatim paulatim ordine non muta
to acierum:& in mutando acies non est uten-
dū uerbū uertite nertite, quia est periculosum
interpretatione sinistra inter milites; Sed uti
uerbis præmissis ad dextrum, uel ad sinistrum
latus, uel ad fontem, ad flumen, & similibus
uerbis: quæ clara esse debent, & uoces esse de-
bent claræ, nec non simplices cum simplici so
no bellico:& fugere uerba generalia in præci
piendo, & uti tantùm uerbis illis, quæ plures
non habēt intelligētias, neq; interpretationes
dubias & sinistras. Frigius namque sonus ad
pugnam docebat milites in bello, & in pri-
mo ingressu acierum in prælio utebantur Ci-
thara Carthaginenses, & Lydij Cithara cum
sono tibiarum:& Alcibiades Dux Atticus ti-
biam abiecit, uidēs se esse deformem in sono
illius:& omnis nobilis post illam neglexit, &
usus fuit tuba, & timpano in bello & militari
20 exercitio. ¶Et de Amazonibus cantat Poeta,

Regina in medio patrio uocat agmine sistro;

Et Propertius.

Romanamq; tubam crepitanti pellere sistro:

Bellaces fœminæ erant Amazones, quæ fi-
liabus suis dum essent in cunis mamma dex-
tras adurebant:& dictæ sunt Amazones quasi
sine māma, uel ab Amazonia regione Scythiæ
ut refert Ptol. lib. 5. quę prius inhabitabāt propè
flumē Thanaim,& post peruenerūt ad loca flu
uij Thermodoontę:& magnam Asiæ partē ar-
mis occuparunt, de quibus cātat Poeta. Pulsāt
& pictis bellātur Amazones armis. Seu circū
Hyppolytū, seu cū se Martia curru, Pāthasilea

refert,magnoque ululante tumultu;fœminæ exultant lunatis agmina peltis. Et hæ in bello Troiano cum Rigina ſua Panthaſilea interfue runt contra græcos:& degunt ſine uiris, ſolitæ in uere tantùm cum illis coneubere, donec ſe pregnantes ſentiunt ſecundum Iuſtinũ lib. 2. Et ſi earum filij naſcerentur maſculi illos iugulabant & ſi fœminæ illas educabãt; & ad uenationes,& ad bella inſtruebant, & exercebant dextris ſibi mammis primitus in cunis aduſtis,& deſiecatis,ut ſupra dixi pro ferendo lanceas in prælio:& erant bellaces fœminæ ra

21 pacisſimi equitatus, quæ olim ab Hercule ſuperatę fuerunt. ¶ Et contrà Theſeum Regem Athenienſium inſtructis aciebus, & factis cor nibus primo, & ſiniſtro, & inde dextero in Amazonio, & punicis locis; & inde quàmplu ribus ex illis interfectis, & ſepultis pax ſecuta fuit inter ipſos Theſeum Ducem,& Hyppolitam Reginam Amazonum, Molpodia in pugna per Theſeum perempta apud amnẽ Thermodoontis, ſeu Emonii; & pro honore erexit columnam apud templum Telluris Olympiadæ,ubi legitur Amazonides nunquàm fuiſſe caſtramentatas in ciuitatibus, ſed in libero campo per ipſas marte quæſito, uel in caſtria

22 bello,aut ui captis per ipſas ab hoſte.¶Et fertur Amazones incolentes partes maris Hircanię in monte Caucaſo ſuper flumen Thermodoontis conductas fuiſſe ſub ſtipendio Regis Albanorum incolentium Pontum: & legitur quòd in expeditione facta per Pompeum contra Albanos reperta fuiſſe inter cæſos ſcuta,& calciamenta apta utiq; pedi,arma, & ueſtimẽta Amazonum;ſed nullum copus fœminę fuiſſe inuentum inter cadauera. Legimus quoque Amazones prædictas per menſes duos cubare

23 apud flumen prædictumThermodoontis eum populis Albanorum,& Geleorum. ¶Regina Auſtri bellax fęmina fuit,& Hypriſitina uxor Regis Mitridatis,& animoſa quoq; Iudit quæ

24 caput abſcindit Holoferni;& Camilla Volſcorum Regina ut legitur in Poeta. ¶ Et fœminæ quidem huiuſmodi belligeræ dignæ ſunt feudo uirili,licèt iura feudorum prohibeant fœminas tenere feuda uirilia,quo præſtatur ſeruitium perſonale in caſtris,& bello. Nec talis lex, & conſuetudo mortuæ manus feudorũ, & legis Lougobardæ locum ſibi uendicaret in fœminis bellacibus exercitatis in armis: quia remota cauſa prohibitionis in feudis ſuccederent cap. 1. §. Hoc autem. in titu. qui feud. dar. poſ. & cap. 1. §. Ad filias. de ſucceſſ. feud. & in cap. 1. de ſucceſ. feud. pater. Et licèt fœmineus ſexus ſit diformis in uirtute à uirili ſexu in for titudine, & uirilitate; nihilominus ſunt regu lariter habiles quemadmodum uiri ad indagandas artes liberales, & obeunda militaria munera; quales ætate noſtra fuerunt duæ Mariæ, Altera Cardona Padulę Marchio filia Illuſtrisſimi, & Excellentisſimi D. Raymundi Cardoni Cæſariarum copiarum apud Rauennam patriam meam in expeditione guber natoris, Domina mea; & erga familiam meã humanisſima græcis, & latinis literis, omniumque ſcientiarum genere prædita; Altera Caroli Quinti Imperatoris ſoror Tranſiluaniæ Regina bellicis artibus, & animi magnitudine celeberrima:ita etiam ad tenendum feuda,quibus nullum præſtetur ſeruitium per ſonale,& ſimiliter emphyteoſim qua pecunia præſtatur, & ratio eſt, quia fœmina poteſt ità ſoluere pecuniam ſicut maſculus ita tenet Bald. in l. quoties. C. de ſuis & legit. & in cap. 1. qui feud. dar. poſſ. & per Roman. in ſingulari ſuo clxxx. incipiente Hodiẽ fœmina, & in conſil. ccclxvij. dicit fœminas ſuccedere in feudis, & in emphyteoticis rebus quando eſſent conceſſa pro ſe, & deſcendentibus ſuis: quoniam tunc comprehenduntur omnes deſcendentes uſque in infinitum tenet Bald'. in cap. quę in Eccleſiarum. de conſtitut. & Iaſon

25 in l. 2. C. de iure emphyteotico. ¶ Et ad tol lendas lites Imperialis maieſtas,& ſemper Augusta Caroli Quinti Imperatoris prudenter pragmaticã fecit, ut fœminæ posſint ſuccedere in feudis deficientibus maſculis ſueceſſibilibus: & ità ſeruatur in Regno Siciliæ ub ſtat lex Imperialis de ſueceſsionibus filiorum Co

26 mitum, & Baronum. ¶ Prohibitum fuit olim mortuis mulieribus fieri orationes funebres de earum laudibus, ſed ille dumtaxat fiebant uiris ob eorum excellentiam, ſed poſtquàm mulieres Romanæ exiſtentibus uiris in maxima angonia, & triſtitia reperiendi aurum pro ſatisfaciendo uotum decimarum prædæ Veieorum, quod Iunoni Epheſiæ fecerat Camillus pro captura urbis Veiorũ, iam diſpenſata præda, & per Romanos diſſipata obtulerunt annulos, monilia, manilia & ornamenta ſua: quibus pondus octo talentorum auri repertum fuit. Et Senatus ſtatuit in cere moniis funeralibus mulierum de earum Laudibus etiã fieri poſſe illis orationes funebres, ut fit de uiris. Et aurum poſt prædictum dum Epheſum portaretur ad uotum implendum contingit prædari per Lipareos ut Pyratas, ſed uirtute Thimiſitei potentisſimi uiri maximæ uirtutis & auctoritatis Lipareorum Ducis reſtitutum fuit unà cum captiuis, & nauibus captis: & inde portatum fuit ad Templum Iunonis Epheſiæ per Romanos adim-

27 pleto uoto. ¶ Magnæ quandoq; ſunt faciendæ lætitiæ in exercitu propter nouum auxilium deuentum in caſtris habetur. C. de publ. lætit. lib. xii. uel propter uictoriam habitam & ſecutam

ſecutam;aut ſimulato propter mæſtitiam ſuperuentam ficto riſu,uel ploratu:& hæc ſigna ſunt extrinſeca militaria . iuxta illud Poetæ.

Spē uultu ſimulat ,premit altū corde dolorē .

Exemplo Cæſaris, qui dum caput uidiſſet Pōpei trūcatū ſibi præſentatū per Theodotū in Alexandria,illum à ſe atroci uoce expulit: & habito annulo Pompei multum ſuper illo, ut fertur, fictè lacrimauit ridēs intrinſecus; & plorās extrinſecus & è cōtrario Annibal riſit extrinſecus, & plorauit intrinſecus in ſuo trucidato exercitu à Romana uirtute;ut ſuis uiuētibus animū darçt: Cæſar ploratu celauit ſuā cordis letitiam , & Annibal riſu ſui cordis oc
28 cultauit mæſtitiā . ¶ Plorauit Auguſtus uiſo gladio,quo ſe occiderat Marcus Antonius,& Pyrrus piè increpatus ab Anthigono , cuius filium ſaxo occiderat indoluit , & oculos uertit in terram præ pudore improbi geſti ; quia patrem prouocauerat,inquiens erga ipſum,ſi pulchrum geſtum fecerat, ab illo poſt pio re-
29 cepto reſponſo . ¶ Et Rex Anthigonus uirga percuſit filium Alcinoum, qui præ gaudio caput Pyrri à Zophiro trūcatum portauit patri, & illum crudelem uocauit : & uiſo Pyrrhi capite plorauit Anthigonus, & mortuum honorauit ſibi facto exequio munificentiſſimo; & Helenum filium Pyrrhi amplexus fuit, & regiè ueſtiuit, & honorauit; ſibi , & militibus ſuis reſtituta præda ; quos omnes humanitate maxima liberaliter remiſit in Epyrum nullo captiuo retento ; ut prudentibus, & munificētiſsimus Regibus conuenit : unum quandoq; etiam pro alio prudentiſsimè demonſtrantibus quorum magnus eſt pondus libertas propagatur , dignitates,Prouintię,& urbes ſeruātur , Pax,ſalus,Reſpublica , & iuſtitia conſeruatur , & è contrario tanta bona perduntur illorum imprudentia , auaritia,& inertia dam-
30 natis militari iure . ¶ Legitur pluries Mitridaticos milites ſui iuſſu Regis fuiſſe aggreſſos milites Luculli acceſſos ad ſurmentandum , & Lucullanos ſemper fuiſſe uictores : & una uice ex copiis Mithridaticis inuadentibus Lucullanos , duos tantùm euaſiſſe ; & quòd nerùm non fuerit placido uultu arte ſuis aſſeuerabat Rex Mithridates inter ſuos lætus ludendo , ut illos in fide, & audacia retineret , ſed uictor Adrianus Dux peditatus Luculli rediens cum frumento ante uallum Mithridatis ſine timore acie inſtructa proceſſit cum ſpolijs, & captiuis captis in dicta clade,quòd magnum Mithridati , & militibus ipſius concuſſit dolorem , & timorem; & pro fuga factus fuit tumultus per milites Mithridatis in uallo; & pro auaritia militum Mithridatis deprædabantur Duces, mortuo Dorileo uno ex Ducibus Regis Mithridatis: qui fuit pedeſter, & illi cum equo occurrit Ptolomeus Eunuchus , & ni auaritia detinuiſſet Romanos, tunc captus fuiſſet Mithridates , ſed Romani milites reperto multo cum auro Regis onerato, & uiſa pecunia auri in uia arte ſparſa per Regem Mithridatem , illam colligentes ſpa-
31 tium illi fugæ dederunt . ¶ Quæro de pœna illius, qui ſignum ſalutiferę crucis ſculpſit in terram in uilipendium diuini nominis . Dic illum incurrere in pœnam mortis naturalis , ut in l. 1 .C.ut nemi.lice.ſign.ſalut.in ſilic.fac. in terram, nè per opprobrium calcaretur pedibus authen.de teſt.§.1 .& clem.1 .de ſumma Trin.& fide Cathol. Signum crucis fuit tempore teſtamenti ueteris, cap.Eccleſiaſticam.
32 1 .diſtinct.¶ Legitur in hiſtoria tripartita Cōſtantinum Imperatorem ſcripſiſſe ad Regem Perſarum de ſigno Saluatoris : & inclitus Imperator Conſtantinus , inquit , Hunc Deum colo, cuius ſignum crucis Deo dicatus exercitus meus portat in humeros; & à quo dum aliquid iuſto ſermone petitur impetratur . cap.
33 nunquid. de conſec.diſtin.5.¶ Quæritur modo de inueſtitura feudi antiqui hęreditarij cōceſſo militi pro ſe , & hæredibus ſuis : an iſto caſu filius potuerit habere feudum paternum, niſi ſit hęres patris: Dic quòd non.cap. 1 .§.1. de capitaneo,qui cur.uēd.& cap. 1 .an agnati, & per Andr.de Iſer.in cap. 1 . §. Hoc quoque. de ſucceſ. feud.& in cap. 1 .de alien. feud. pater. & plus dicit Andr. in dicto c. 1 .an agnati , & in cap. 1 .de alien. feud. pater. quòd licèt filius fecerit inuētarium nihil operaretur in caſu prædicto cum ſit feudum hæreditarium, ſi pater illud alienaſſet cum cōſenſu domini feudi, & recuperare illud uoluiſſet filius uirtute inueſtituræ, ut tenet Ioan.And.in add. ad Specul. in tit.de feu.in addit.incip. Debet dicere; & per Alex.de Imo.in conſi.xxviij. incipiente in cauſa & lite uertētę. in v.uol.& ratio eſt quia filius , & hæres patris non poteſt uenire contra factum proprium patris. l. Quæ à patre.ff.de teſt.milit. & l.cum à matre. C. de rei
34 uendic.¶ Quod non procederet ſi feudum foret conceſſum ex pacto, & prouidentia ; & uiuerent feudatarii iure francorum , quia tunc poterit filius illud reuocare etiam confecto inuentario , nam eo caſu pater non poteſt alienare feudum ſine conſenſu filii primogeniti , ut tenet Andr.de Iſer.in dicto cap. 1 .§.hoc quoq;. de ſucceſ.feu.per tex.in cap. Titius. ſi de feu.fue.contr.tunc enim non præiudicaret filio non conſentienti , & hoc procedit in feu
35 do ueteri . ¶ De nouo autem feudo non fit dubium , quia pater ſine conſenſu filij cum regio aſſenſu poterit illud regulariter alienare , niſi aliter foret in pactis cum Rege, ut dicit D. And.

D. And. de Iser. in d. c. 1. de alien. feud. pater. & Bal. in cap. 1. de uasal. decrep. ętat. & Imol. in l. filiusfamilias, & in l. Domus. ff. de leg. 1. & per Alex. in d. consi. xxviij. in v. uol. & est præponenda, & benè inspicienda priuilegiorum forma concessionis feudorum, ut rectè iudicetur, nam licèt sit feudum nouum, si tamen concedatur tanquam antiquum, & auitum, sortitur naturam antiqui feudi, & tenebitur pro feudo ligio, nobile, & antiquo, tenet Bal. in cap. 1. §. hoc quoque in fin. de succes. feud. & in cap. 1. col. 11. de alien. feud. pater. & per Alex. Tartag. de Imola. in consi. 10. incipiente Ponderatis his. col. 1. in 4. uol. & in consil. xxx. incipiente omne datum. col. 3. lib. 1. & in consil. lv. incipiente perspectis his col. 24. in 4. lib. consuluit, & Philippus Decius in consi. clxxx. in 4. lib. & in consi. liij. eiusdem libri. & sic ex contractu concessionis legem accipiunt feuda, & emphyteusis.

SVMMARIVM.

1 *Dux lelli quas artes scire debeat, & de uirtutibus Scipionis Aphricani.*
Scientia uera rei bellicæ, qua sit.

2 *De uirtutibus Strabonis patris Pompei, & ipsius Pompei gestis, ac Syllæ bonorifica exaltatione facta de Pompeio.*

3 *De libertate Siciliæ, & Carbonis morte admissis per Pompeium.*

4 *Domitij profligatio facta per Pompeium, & illi ex Vtbica; & Carthagine hostium facta deditio.*

5 *Numidia subiecta Romano Imperio per Tõpeum post interfectum Domitium, & captum Iarbam.*

6 *Leonum, & Elephantum, & aliarum ferarũ captura ex Aphrica facta per Pompeium.*

7 *De triumphis initis in castris, ciuitatibus, pyratis subactis, & tributis acquisitis per Pompeum populo Romano, & de auro in ærarium inuecto, ac pompa eius triumphorum, & ubi magni nomen fuit adeptus.*

8 *Pompei uictoria contra Sertorium, & Perpenam, & de bonore exhibito per Pharnacem Pompeo.*

9 *Gladiatorum reliquias relictas à Crasso extirpauit Pompeus, & Theatrum Romę ædificauit ad instar Mithylenei cũ magnis ferarum ludibus.*

10 *Arabia, & Iudea subiecta populo Romano per Pompeum, & de uirtutibus Fuluij, & Quinti Fabij.*

11 *Lybiam, & Syriam primus Pompeus accessit, & Mithridatem fugauit.*

12 *De uirtutibus Alexandri Magni, & eius studijs, & quantum Diogenem laudarit.*

13 *Coronata statua Achillis ab Alexandro, quòd Patroclum tam fidum amicum, & suarum laudum buccinatorem habuisset Homerum.*

14 *Alexander desiderauit potius Citharam Achillis, quam Citharam Paridis.*

15 *Asiam totam cum Phœnitia occupauit Alexander ex fatalibus tabulis æneis inuentis.*

16 *Porus Indiæ Rex regno confirmatus, & auctus per Alexandrum ob eius uirtutem.*

17 *Agislaus Lacedemonius loco Agidis in Regnum ob eius uirtutes successit.*

18 *Agislaus licèt claudus cur semper uictor euaserit.*

19 *Agislai uirtutes & mores explicantur.*

20 *De Burtij Surtę gestis, und etiam cum Sylla, & absque eo, dum fuisset Legatus Assentij prætoris Macedoniæ, & num. 21.*

22 *Catonis, & Murenæ laudantur gesta, quòd inimicos suos defenderint, & num. 23.*

24 *Martij equitis Romani facta.*

25 *De Quinti Sertorij gestis aduersus Cottam, Domitium, & alios.*

26 *Quinti Sertorij uirtutes, & honores explicantur, et quòd Pompeium Syllę discipulum uocaret, & quòd pro Mithridate aduersus Romanos acceptare noluit imperium exercitus, & nu. 27. 28. & 29.*

30 *De gestis, & uirtutibus Iulij Cęsaris, & quòd Alexandrum Magnum imitari studebat, & num. 31.*

32 *De uitiis, auaritia, gestis, & dictis Crassi. et nu. 33. & 34.*

33 *Mensura nulla datur in rebus bellicis.*

35 *Prouintie quæ Imperio Romano accesserint uirtute Cæsaris.*

36 *Quæ proposuerat Cæsar peragere, nisi facto ei multipliciter prædicto correptus fuisset.*

37 *Cęsaris, Pompei, & Crassi comparatio.*

38 *Literis, & armis, quòd multi Duces floruerint, ut P. Cornelius Scipio, Achilles, Agamnenõ, & Menelaus. Et commentarios scripsere Cæsar, & Sylla; & Lucullus Marsicũ bellũ gręco sermone; & Portius Cato libros originum, et de re militari, & agricultura. & Q. Fabius historiam Romanam; et Octauianus Aiacem furentem, et Annibal historiam Gnei Volonis gręca lingua.*

39 *Quòd multorũ Ducum per uniuersum Orbem gesta nesciantur, quia illa literis tradita non fuere: et ob id Alexander Magnus doctus ab Aristotele, et Pelopida desiderabat scriptorem à se gestorum.*

40 *Historia definitio.*

41 *Xerses, et Thimotheus, quòd scribendi gloriam non fuerint aspernati.*

42 *Sertorius in Lusitania quomodo se gesserit erga Romanos.*

De

DE VIRTVTIBVS BONORVM Imperatorum.

1 TENENTVR bellorum Imperatores scire iuris pręcepta militarisque disciplinæ religionem, & documenta; philosophięq; prudentiam, & legisse egregia Romanorũ gesta in re militari: uel audiuisse illa ab expertis, & doctis uiris. Et ipsa pro regula retinere memoriæ, quia omni momento prosunt in exercitio militari: nec esse debent ignari oratoriæ artis, ut atteſtatur M. Tullius Cicero in oratione pro Pompeo, & si foret possibile poeticam quoque ſcientiam habere, musicãq; arismmetricam, geometriam, & astronomiã scire; & nationum mores, leges, & orbis regiones

gionęs etiam habere notitiam, ut quàmplurimi antiqui Duces in militia docti habuerunt, quorum nomen nullo claudetur æuo ob eorum uirtutes, & immortalia facta sua, ut pulcher ab omnibus spectatus fuit memorabilis Scipio Aphricanus uirtute ornatus, ꝓbitate, & prudentia in ordinando acies, & hostes feriendo, in agitando pręsidia, & nihil metuendo, nisi turpem infamiam, famemque & egestatem exercitus, non formidando tempora mala, & illa cum periclis, & aduersa fortuna paciendo assuetus quiescere humo & famen, frigus, & æstum tolerare. Nec uirtutem medicinæ habent spernere Imperatores in re militari proficuam: quoniam legimus illam esse inter uirtutes Imperatorias, incumbendo aliis uirtutibus, quæ pertinēt ad triumphos, glorias, & tropheos militares, ut dicit Salustius, & Constaminius mens Rubertus Gualturius Ariminēsis Compilator antiquæ militiæ. Nam scientia est illa uera magistra rei bellicę, quæ hominibus tradit officia, afferens in medium quid sit iustum, & quid honestum, & quid inhonestum; & quid utile, uel inutile animos irritans ad uirtutes. ¶Cōsilio doctus, & armis fuit pater magni Pompei nomine Strabo, qui fulgure periit: cuius potentia armis à Chreta formidabatur, à populo Romano, qui illum odibat, & filium suum Pompeium singulari beneuolentia prosequebatur ob eius uirtutem, scientiam, continentiam, & prudentiam rei militaris, æquitatem, iustitiam, linguæ facundiam, munificentiam, modestiam, & mores bonos, ità quòd ualdè amabatur à militibus suis: quibus arte fuganit Carbonianos, & milites Scipionis, Pisoni Consulis amici Carbonis; qui ducti contra Pompeum, ipsum Pompeum placidè salutarunt Imperatorem, & ad ipsum iuerunt relicto Consulæ Scipione, & dum foret Pompeus bellaturus contra Carbonem, & ipsius equitatum apud flumen arsum, illum artè reduxit in angustum locum, ubi equitatus Carbonis pugnare, & exire nequibat, & illum habuit in eius arbitrium. de quo Sylla adhuc nō habuerat notitiam, nisi quòd Pompeius erat circuitus à multa gente Carbonis: & propterea Sylla uenit in eius subsidium: quo intellecto per Pompeum illicò instruxit exercitum suum in acie, ut se splendidè ostenderet tanto Imperatori, qui sibi obuiam ueniebat sperās pręmia multa, & honores maximos, & dignitates in urbe, ubi tunc libertas erat desperata, & incognita seruitus, opera Ceciuæ, & Carbonis, & Pompeus Syllam honorificè salutauit, ut Ducem, & Imperatorem suum, & Syllam illum etiam, ut Imperatorem uicem salutationis placidissimè reddidit, quod omnibus mirum fuit, & illi designauit Hyspaniam pro prouintia contra Sertorium ubi cum Metello eius Collegā multa bella fecit, & miranda gesta.

3 ¶Et inde contra Perpennam, & Carbonianos Siciliam occupantes accessit, & prouintiam liberauit, & illum clementer pacauit Carbone capto uiro nobile triū Consulatuū, quem condemnauit ad mortem, & illum necę puniuit, & hostes Syllæ de medio sustulit.

4 ¶Et iussu Senatus, & Syllæ, post transiuit in Aphricam contra Domitium, qui Marianum exercitum tenebat, & ibi tyrranicè regnabat, post illico discessit cum centum, & uiginti Liburnis nauibus bellacibus, & octuaginta formentariis, relicto Monimio eius sororio Pręfecto in Sicilia cum debitis prouisionibus, & applicato Pompeo Vticæ, & Carthagini cū classe sua, illi se illicò septem millia ex hostibus sponte dedere propter uirtutes Imperatoris Pompei.

5 ¶ Et cum processisset Pompeus contra Domitium cum exercitu instructo pugnaturus, nixus fuit pluriès illo die Domitius cum suis transire asperam uallem, ut Pōpeum opprimeret: sed uento, pluuia, & tempestate densissima facere non potuit, & se ad uallum & stationem reduxit, & putans Pompeus tempus id turbulentum, & terribile fore sibi utile, & proficuum pro uictoria, transiuit uallem illam, & Domitii milites fuit adhortus, qui contra ipsum inordinati, & tumultuariè accedebant ad bellum, & uentosa tunc pluuia, & tempestas illorum oculos lędebat, Pompeianis ordinatè pugnantibus, quibus terga dederunt, & interfectus fuit Domitius, cum xvij. milibus ex Marianis, capto in illa expeditione per Pompeum Rege Iarba, cui postea Iempsal successit tribus millibus ex hostibus iantum fugatis, & inde fuit Pompeus aggressus Numidiam, & illam subegit

6 Romano Imperio. ¶ Et Leones, & Elephātes multos, & feras alias quàm plures uenatu cæpit in Aphrica, inquiens, se uelle, quòd nè dum Aphrica timeret Romanum populū, sed quòd illius potentiam formidarent feræ

7 ipsius Aphricæ. ¶ Pompeus sua uirtute in Aphrica fuit nominatus Magnus à militibus, & à Sylla Dictatore, & contra leges non Senator, nec Consul, neque Dux à populo deputatus existens iuuenis sine barba bis triumphauit gloriosè pro uictoria habita in Aphrica super curru ductus à quatuor elephantibus, & pro uictoria habita in Hyspania, & Europa contra Sertorium, uir placidus fuit, humanus, prudens, liberalis, & pulcher Pompeus, grauis, & doctus cum coma estensorum capillorum. Tertiò triumphauit pro tertia parte orbis pro uictoriis per ipsum habitis Armeniæ, Capadociæ, Paflagoniæ, Mediæ, Cholchis,

chis,Hyberiæ,Albaniæ, Syriæ, Siciliæ, Meso pothamiæ,Iudeæ,& Arabiæ existentes circũcirca Phæniciam & Palestinam ; & omnium generum piratas rupit per terram , & mare ca ptis per eum mille castris, & noningentis ciui tatibus,cum nauibus octingentis piraticis,cũ ciuitatibus quadraginta in mare relictis cum præsidio Romanorum', & tributis acquisitis in bellis prædictis per decem uices quinquaginta centum millia, & cũ illo Imperio quod ipse acquisiuerat populo Romano erãt octua ginta centum millia,& in ęrario ultra prædicta posita fuerunt uasa auri, & argenti pro ui ginti millibus talentis præter aurum,& argen tum distributum militibus ductis in triũpho Principibus Pyratarum filio,& filia, ac uxore Thygrani Regis Armenię Cosmia, Aristobolo Rege Iudæorum,sorore Mithridatis cum quinque filiis & mulieribus multis Syriæ , & obsidibus Regis Albanorum,Hyberorum, & Commagenorum cum multis tropheis, & do nis in bello sibi datis.

8 ¶ Et dum Põpeus apud ualẽtiam in Hyspania rupisset Duces Sertorij Herennium, & Perpennã, auidus pugnare cõ tra ipsum sertorium audacia uictorię adeptę, nẽ particeps uictoriæ suæ foret Collega suus Metellus commisso prelio circa occasum solis par uictoria fuit . Et post contra Perpennã qui sertorium prodiderat, & exercitum præ gloria ducebat contra Pompeum , decem ex suis cohortibus arte misit Pompeus cum exer citu acie instructo,impetum fecit contra Perpennam,quem rupit, & uicit:multis ex Perpẽ næ militibus cæsis:& ipso capto Perpenna eo rum Duce,& per Põpeũ illicò occiso . Et dũ foret castramentatus Pompeus ad locum Præ te, ponti auditis dissentionibus , et discordijs quas habebat Pharnax filius Mithridatis cũ patre,qui se propria manu occiderat , de hoc per Pharnacẽ certioratio Põpeo qui statim ac cessit ad Amisũ cum exercitu ; et Pharnax cũ maximis donis honorauit Põpeum, & piè Põ peus Cadauer Mithridatis adhuc inhumatum misit ad urbẽ Sinopis sepeliendũ.

9 ¶ Et quinq; millium reliquiarum gladiatorũ per Crassum debellatorũ .in bello spartaco trucidauit Põpeus,et radicitus talem sectam latronum extirpauit ; & pyratas mare,& terram in festantes debellauit et rupit:& mare cum terra in li bertatẽ reddidit . Et sũpto signo magni Theatri existentis in Mitylena , theatrum in vrbe fecit magis mirãdum. quod tempore nostro etiam cerni potest post tertium suum triumphum cum cantu musico, gymnasijs,et ludis; in quibus uiginti leones,et Elephantes plures fuerũt interfecti in eo, quod uisu crudele fuit, et stupendum,populo sibi facto amicissimo.

10 ¶Pompeus bello Arabiã adiecit Populo Romano , & illam prouintiam fecit Romani Imperij , legitimis Regibus non existentibus in ea : & capta Iudęa cum suo Rege Aristobolo,nouiter ibi constructis urbibus per Põpeum , & aliis in libertatem positis ciuitatibus punitis Tyrannis illarum , iustus Iudex fuit Pompeus inter Reges,& populos; & inter Armenos,& Parthos determinauit lites cõ finium,tribus ex suis ibidem missis prudentibus uiris,qui placarũt populos illos. Fuluius Nobilius pugnaturus contra Samnites habẽtes maiorem exercitum erga suos,inquit , se habere corruptam unam ex Samnitibus legionem pollicentem sibi uictoriam;& mandauit tribunis , & præfectis ut ipsi afferent omnem pecuniam quam habebant , ut illam donaret dictę legioni , & Fuluio p suos fuit data fides pugnãdi de mane; & commisso prælio uictor extitit. Cognita per Q. Fabium Romanorum natura libera erga illos,inquit,ut ipsos incitaret ad bellum,qualiter expectabat legatos ex Carthagine,qui pro pacis conditionibus iuerunt illuc ;& reddeuntes narrarunt Carthaginem non curare de pace ulla cum Romanis; & commisso prælio fugauit hostes, illos insequentibus Romanis iniuria accensis.

11 ¶ Magnus Pompeus fuit primus qui cum exercitu Romano iuit in Lybiam usque ad mare exterius, & per Arabiam processit ad mare rubrum, & Syriam accepit: & in Hyspaniam apud mare Athlanticum extendit fines Romani Imperij, Tertia vice insequendo Albanos incolentes Pontum , & usque ad mare Hyrcaniæ se extendit insequẽdo Mithridatem in fuga uersum,& uolens ipsum obside re prohibuit nauigationem in mare Bosphori.

12 ¶ Grauis fuit Magnus Alexander, & multos grauitate & non superbia,sed liberalitate, & armis superauit, à Leonida doctus,ut aliàs dixi,de mane & tempestiuè parcè edere, & tẽ perate potare consueuit: & de nocte ambulare, & parcè cenare: assiduò se exercendo militaribus negociis, & exercitiis primitus sacrificando de mane antè Lucanum ; si uacuus fuisset negociorum,& post edebat sedendo , & se inde exercendo modo armis,modo ludis,modo uenatu,modo legendo , modo scribendo, modo ordinando,uel componendo , aut iura militibus,& populis suis reddendo ; & itinerã do ociosè arcu sagittas emittebat , modo in aues,modo in feras,modo in arbores:& disce debat se exercendo ascendere citò , & descendere raptim ab equo : & à curribus currentibus uenando; quandoque vulpibus , & uolucribus,& omnibus dabat de proprio cibo, di uidendo sibi donata cibaria cum amicis splen dens fuit & lautus;corpore paruus, placidus, humanus,& modestus,natura iucundus , munificentissimus,

nificentisſimus,iactator quandoque', & arro-
gans fuit data occaſione,Iuxtà illud Poetæ.

Sum pius Aeneas raptosq; ex hoſte penates,
Claſſem uebo mecũ ſamaq; ſuper æthera uolat.

Et ocij tẽpore, ut legi, quieſcebat uſq; ad me
ridiem futura præcogitando mente, & uirtu-
te: præditos peramabat,& extollebat: Et erga
quoſdam ridentes de Diogene philoſopho
qui uiſus ab Alexandro,ipſius Alexandri ho-
nores,& oblationes ſpreuerat, inquit, Si non
eſſem Alexander,eſſe uellem Diogenes.
13 ¶Pertranſiuit Heleſpontum cum exercitu ma
gnus Alexander,& Troiam acceſsit ubi coro-
nauit ſtatuam Achillis,quem fœlicem nomi-
nauit,cum Pathroclum donec uixerit tàm fi-
dum amicum habuerit,& poſt mortem laudũ
14 ſuarum tibicinem Homerum.¶Et circuendo
urbem Troiæ interrogatus Alexander ſi uole-
bat uidere cytharam Paridis, Reſpondit ſe nõ
curare,ſed q; libẽter uideret Cytharam Achil
lis,qua geſta uirorum excellentium in armis
cantare ſolebat; & qualiter erat uia armis fa-
cienda per hoſtes omni à ſe exulato timore,
15 & inertia. ¶ Curauit Alexander nauigare ma
re turbidum animi ſui magnitudine,vt melius
ualeret regna Darij occupare bello,& fontem
Lyciæ exiſtentem apud ciuitatem Xanthorũ
deſtruxit cupri tabulis ibi repertis ſcriptis an
tiquis literis,uidelicet, Regnum Aſiæ debere
occupari per græcos cum Phœnitia tota uſq;
ad Ciliciam:quæ regna animatus ſatalibus ta
bulis occupauit Alexander mira celeritate &
mare ſolitum turbari ſaxoſis præcipitiis, &
ſcopulis tempeſtate aſsidua cũ gelu ceſsit Ale
16 xandro,cui & capita flexere Syrenæ. ¶Capto
per Alexandrum Porro Rege Indiæ,erga quẽ
dixit Alexander qualiter ipſum tractare debe-
ret,Reſpondit Porrus,ut Regię dignitati con-
uenit: & alia uice dixit Alexander,ſi aliquid
aliud foret per ipſum dicendum, reſpõdit pru
denter,ſe omnia dixiſſe,cum ſub regia dignita
re cuncta comprehendantur: quamobrem ip-
ſe Porrus pergratus fuit Alexandro, & Porrũ
Regem eſſe uoluit,nè dum urbiũ quibus pri-
mitus imperabat Indię, ſed illi quoque aliud
acreuit Imperiũ ipſius uirtutis amore. ¶Rex
17 Agiſlaus Lacedemonius erga amicos, & mili
tes ſuos cum maxima modeſtia,miro amore,
prudentia,familiaritate,affabilitate,& iuſtitia
Imperiali uirtute fuit præditus;ita quòd abo-
mnibus peramabatur,utendo ſæpe die pro no
cte,& nocte pro die:& græci, & barbari om-
nes pro amico,Rege,& Duce ſuo peroptabãt:
& quęritabant ob ipſius uirtutem,& continẽ-
tiam,quibus omnia ad uota ipſius Regis pro-
cedebant;& mortuo Agide Rege in regno fuit
ab omnibus comprobatus,& admiſſus exclu-
18 ſo Lęthichida filio Agidis. ¶Doctus armis,
literis,& conſiliis fuit Rex Agislaus, pius, iu-
ſtus,& liberalis:nullum fugiens laborem, in-
ſcius frigoris,& caloris,& cum militibus Rex
quantũcunq; claudus,par erat in laboribus,&
in cubando,& hoſpitando cum uilibus ſarci-
nolis,nec ipſum uirtute. & ratione rectum hu
manæ uoluptates retinebant,præterquàm glo
ria patriæ.Ideò ſemper fuit uictor,& triũpha-
tor,& primus in acie cõtra hoſtes,quos cerne-
re cum ſuis coram ſe pugnantes,uel fugientes
19 peroptabat. ¶Maxima uirius fuit Regis Agiſ
lai,qui aſſerebat hoſtes ſuos nutrire ceruos pa
uidos & fugaces,& ſe uiros martiales, equos,
& canes paſcere pro illis, & in omni loco ac-
quirebat amicos humanitate,munificentia,&
uirtute optima ſua; & illos cum ueteribus a-
micis conſeruabat ſano conſilio, & Dei reli-
gionem uenerabatur immenſa prudentia ſua,
& pro fortuna proſpera non eleuabatur ſuper
bia, ſed referebat gratias Deo, & cum bonis
ambulabat, & magis odio habebat ingratos
beneficij accepti,quàm illos qui non fuerunt
uindicati iniuriam ſibi illatam ab aliquo non
dum pacatá:quæ ſi remiſſa, & pacata, & fides
poſteà rupta ſine re, & cauſa noua fuiſſet o-
dio;hos ut hoſtes perpetuò perſequebatur fra
ctores fidei,quos decipere prudentiam eſſe aſ-
ſeuerabat;ſed crudele reputabat amicis inſidia
ri illis qui ſe de amico confidunt:& lętabatur
amicos,& patriæ ſuæ ciues laudari, & ſe à ui-
ris doctis & probatis comprobari, ut de He-
ctore legitur laudato à Priamo, à Neſtore, &
ab Anchiſe probatiſsimis uiris; & nimis lo-
quaces,& calumniatores homines magis odi
bat quàm fures: iudicando maius damnum eſ
ſe perdere amicos,quàm pecunias perdere fur
to, & Regum errores magis fore puniendus
quàm ſubditorum; & magis etiam affligẽdos
illos qui cognoſcunt uirtutem,& illam conte
mnunt iudicabat,quàm ignorantes ſpernentes
illam; & dicebat uirtutem eſſe non tantùm pa
ti quàm ferre omnia inuicto animo,& non te
mnere illa;re magis utebatur ſapientia quàm
uerbis,& brobè & conſultè oſtendebat fortitu
dinem ſuã;amicorum amicus, & inimicorum
hoſtis erat acerbus; amicorumque probatorũ
libenter audiebat ſermones, & illorum acce-
ptabat conſilia, Modeſtus in rebus proſperis,
& in aduerſis ſpem retinebat animo inuicto,
placidus fuit,& morigeratus, uirtutum ama-
tor,& non corporum pulcherrimorum,egre-
gius, pius fuit, & clemens in parcendo ui-
ctis pœnitentibus & ſubiectis, contemnens ſu
perbiam, & amans mediocritatem humilita-
tis,et conſeruator fuit libertatis, & exercituũ
Iuxtà illud Poetæ.

Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

¶ Brueius

20 ¶Brucius Surta Legatus Aſentij ꝑtoris Mace
doniæ uir prudens; & ſingularis uirtutibus Im
peratorijs fuit, hic: & Archilaū Capadociū Du
cē Mithridatis armis expertū Bæotiā uaſtantē
tribus uicibus bello fugauit uſq; ad mare apud
Chironiā, & populos Cycladum infra Maleā,
& Euboiam; & ab Athenis uſquè ad Theſſaliā
rebellare coegit: quos armis primò occupaue
rat Archilaus unà cū Mithridate, & Ariarate,
& Pharnace filijs ſuis cum exercitibus innume
21 roſis. ¶ Hic Brucius Surta uir præclariſſimus,
modeſtus, & affabilis iuſſu Luculli Cōſulis de
dit locum Syllæ, cui decretum fuerat bellū Mi
thridaticum relicta Bæotia; reducto exercitu
ſuo ad Aſentium Prætorem Macedoniæ cuius
fuerat Legatus, uocatus à Sylla per Oratores
omnibus uiribus acceſſit Athenas q̄ occupabā
tur à Tyranno Ariſtone, qui Pyreū arcē Athe-
narum detinebat; & Athenas poſt obſedit Syl-
la & uario prælio debellauit impēſa maxima,
ita quòd legitur, quòd quotidie pro portandis
machinis, & lignis decem millia mullorū cū
iugo operabatur, & ad penuriam maximā re-
duxit Athenas, ita quòd in ipſa ciuitate modiū
furmenti uēdebatur pretio mille dragmarum.
22 ¶Cato Metellum ſuum hoſtem pro republica
defendit, & ipſum Catonem fuit Murena tuta-
tus in templo Caſtoris, quem Cato accuſaue-
rat de ſimonia publicè in Senatu: & contra ip-
ſum fuit proſecutus accuſationem; & propte-
reà fuerūt ambo laudati à Senatu, & à Pop. Ro
23 ma. ¶Cato nō fictè in uita ſua, neq; malitioſè
aliquam rem, ut legimus, gerebat; ſed rectus ra
tione diuinæ legis fuit inſuperatus, & animo
inuictus, & pro Duce peroptatus à militibus
24 uirtutibus ſuis Imperialibus. ¶Martius Eques
Romanus nominari poteſt inter Imperatores
ſua uirtute, qui dum eſſet in Hiſpania, mortuis
duobus Ducibus de Nobiliſſima Corneliorū
familia, reliquias militum Romanorum col-
legit: & illos uirtute præditos induxit, ut duos
Pœnorum exercitus exultantes uictoria de
nocte inuaderent uiciniorem exercitum pri-
mò aggreſſi occiderunt ad unum, & inde ſe-
cuti fuerunt ſecundum exercitum quem rupe-
runt, & diſſiparunt, & Hiſpaniam Romanæ
ditioni reſtituerunt uirtute Martij ꝑdicti Equi
tis Romani. ¶Quintus Sertorius Romanus
25 Ciuis bello fuit inuictus, & munitus Imperiali
bus uirtutibus exul à patria fuit, q̄a Marianus
illū inſequebatur Sylla Dictatore: Optimus
fuit Imperator Sertorius in rebus bellicis quę
induſtria, uel caliditate exercendæ ſunt tàm in
meando cum exercitu, quàm caſtramentando
& loca capiendo prouiſo ad neceſſaria, quàm
in hoſtes præueniendo celeritate, conſilio, cali
ditate, aſtutia, & dolo; & in præmiando largus
fuit, pius, & Clemens in puniendo, placidus, af
ſabilis, & benignus: cuius mores Iberorū mali
gnitas puertit in crudelitatem erga eorū obſi-
des, & barbaros artè ſub religione unius Cer-
uæ, quā ipſe habebat Dianæ ut aiebat, dicatæ
in fide, & obediētia detinuit unà cū duobus mil
libus, & ſexcentū quos uocabat Romanos; &
cū ſexcentū tātùm Aphricanis trāſiuit in Luſi
taniā: quibus poſteà additis quatuor millibus
peditatus, & ſeptingētū Equitatus, & ſexcentū
ſcorpionarijs, & funditoribus pugnauit; urbes
quàm plures, & populos ſubegit, Cottā ſupera
uit nauali bello apud Malariā: & Fidiā Prętorē
Iberiæ; & in bello ꝑdicto mille & duo Roma
ni trūcati fuere, Superauit & Domitiū pro con
ſulē, & Troianū miſſum à Metello cōtra Serto
riū cū exercitu, quē diſſipauit Sertorius, Ita ꝙ
Lutius Lolius coactus fuit ex ꝓuintia Narbo-
nenſi dare pręſidium Metello adeò reſtricto in
neceſſitatibus uirtute Q. Sertorij, ꝙ iuſſu Sena
tus, populiq; Romani, & Syllæ Dictatoris Ma
gnus Pōpeus aduolauit in Hiſpaniā cū exerci-
tu cōtrà Sertoriū, ut illi reſiſteret audaciſſimo
hoſti ſolito dolis, armis, & inſidijs noctu diu-
què pedeſter, & equeſter, & pugnare exercitū
expeditū, expertū, & obedientē habenti in uigi
lijs, cōtinuis uenationibus, & laboribus, belli-
cis in aſperrimis locis, & deuiis exercitatū, &
oīa paciebatur Metellus pericula ſolis, aquæ,
uenti, diei, & noctis, nè cū bellace Sertorio pu
gnaret continuo expedito; aquā & uictū impe
diente hoſtibus illos aggrediendo aſſiduo in
uallis ſuis impediēdo ipſos nè caſtra mutarēt:
& quando hoſtes obſidebant aliquā ciuitatē il
licò Sertorius hoſtes ipſos obſidebat, & illos
ponebat in deſperationē; & ualdè amatus fuit
ab Hiſpanis Sertorius, qui illū in clade deſpe-
rata omnibus uiribus tutati fuerunt, & in maxi
ma fuit apud ipſos ueneratione ob ipſius virtu
tē, fidē, & bellādi aſtutiam, qui armis, & ſignis
26 utebatur Romanorū. ¶Et Romanos ſenato-
res quos penès ſe habebat, q̄ ad ipſum cōfuge-
rāt ꝑꝑ odiū Syllę Senatū uocabat, & cum ipſis
ſe conſulebat; docuit filios barbarorū latinos
mores, latinaſq; & græcas literas in Hoſca miſ
ſos cū magiſtris ꝑmiatis ab eo, & erga oēs ute
batur liberalitate, manſuetudine, & humanita
27 te. ¶Virtus Sertorij adeò celebrata fuit in re,
& diſciplina militari, ꝙ milites exercitus Marij
& Perpennæ in Hiſpania ꝑuēti audito Magnū
Pōpeū trāſire mōtes Pyreneos cū exercitu, &
cōtra Perpēnā uenire direptis uexillis exclama
rūt ſe uelle ire ad Sertoriū excellētē Ducē, qui
benè nouit ſe, & ſuos milites tueri à ꝑiclis bel
licis, qđ moleſtū fuit Perpēnæ, quē coegerunt
28 iūgi cū Sertorio eiſdē Marianę factionis. ¶Et
plurib⁹ exꝑtis bellis reꝑtus fuit Sertorius nō i
ferior Metello, neq; Pōpeo Magno cū q̄bus bel
lū habuit; & de eo dicebāt in vrbe oēs Duces

sui temporis in re militari superasse, ponendo se quandoquè in periclis, & se ab illis abstinẽdo, & suos tutando sua Imperiali uirtute diuertendo, operandoquè arte ut trepidi Populi rebellare cupientes permanerent in ' - de, & Pompeum uocabat Discipulum Syllæ, Inquiens, Se fore illum baculo percussurum, & ostenderet illi qualiter est necessariũ Ducibus se magis retrò defendere, & respicere post terga, & se tueri quàm ante. ¶ Legitur Q. Sertorium fuisse inuictum, & in victorijs illis quas contrà Sertorium habuerunt sui hostes illum unquàm habere in sua potestate potuerunt, sed se semper saluum fecit cum illis, qui apud ipsum fuerant: & in aduersis, & prosperis ostendit uirtutem, & excellentiam suam, ubi bis contingit in bello contra Pompeum, & Aphranium apud Sucronam urbem, & contra Metellum apud Tuciam, quòd nimia cupiditas honoris Pompei non expectato Metello, nè particeps esset gloria. Secuto bello pro fuit Sertorio, qui Romam patriam suam, & Romanos semper amauit: desiderans reddire ad Vrbem vt Ciuis, & magis in ea uiuere ut priuatus non exul à patria, quàm esse Dux uniuersi Orbis, Et requisitus à Mithridate Rege Ponti per Oratores ad ipsum Sertorium missos in Hispaniam cum maximis muneribus, & oblationibus, ut pro eo uellet esse Imperator suæ gentis contra Romanos, quod facere noluit, Romanorum quorundam spreto consilio, quos penes se habebat, & acceptare noluit prouintiam pro Mithridate: cuius adulatores Sertorium Annibali similem, & Mithridato Pyrrho esse firmabant in re militari probè disciplinatos, & expertos magistros. ¶Iulius Cęsar erga suos licebat, se non habere diuitias pro se, sed pro communi præmio; & amicis libenter donabat, Inquiens, Se ditari quando amicis, & benemeritis largiebatur: hic ex ciue Romano se uirtutibus suis Imperialibus Dictatorẽ, & Imperatorem Vrbis, & Orbis fecit armorum ui, & literarum scientia, popularique beneuolentia, modestia, munificentia, pietate, assiduo studio, & labore, pacientia, & clementia sua gloriosus fuit, & inuidus uirtutis Alexandri Magni: & parua manu Gliciam per uim, & Lusitaniam cœpit, & omnia loca usquè ad Oceanum debellatis gentibus submisit Romano Imperio, probè ordinatis rebus belli, & pacis cum gloria: & sciens quòd nullus extrà Vrbem existens potest petere Consulatum prohibente lege, spreuit triumphum, & pro consulatu fuit ingressus Vrbem, & se beniuolentia reconciliauit cum Gneo Pompeo, & Crasso.¶Cæsar pręter alios famosissimos Duces Romanos bellax fuit, laboriosus, placidus, sollicitus, prudens, doctus, clemens, liberalis, & fortunatus in re militari expertus; & in gubernando rempublicam, & exercitum: hic ex Gallia plura dona fecit Nobilibus Vrbis, & eorum uxoribus quæ sibi profuere in bonore; & statuas Pompei à Cæsarianis amotas restituit sua Imperiali uirtu-
32 te.¶Crassus præ gloria conabatur sua uirtute uincere honores, & glorias Cæsaris, & Põpei triumphos, nõ putans se illis esse inferiorẽ superando inuidiam, & odia multorum laudabilibus gestis: hic incusabatur à suis, ꝙ in omnibus rebus, & facultatibus erat aptus, excepto ꝗ inferendo Scutum, & cadens in terram procedens contra Parthos, Inquit, hoc me induxit Senectus, sed non deficit mihi animus; nec unquàm è manibus meis cecidit ensis, & ita suos animauit, & lætos reddidit ad bellum contrà
33 Parthos. ¶ Diues fuit Crassus Solitus dicere, neminẽ esse diuitẽ, nisi potuisset nutrire ex introitibus suis exercitũ unũ armatũ in hostes, quod dictum magnũ puto: quia nulla mensura
34 datur in rebus bellicis ¶Crassus primò fuit liberalis, & post ipsũ auaritia detinuit, quæ fuit ruina sua, & ipsius sustulit gloriam; hostis fuit Mario, quia patrem suũ cum fratre occiderat; & fuit amicus Syllæ, cui displicuit concussio, & derobatio quã fecerat Crassus in Thuderto dũ ibi ęsset, & incusatus fuit in Senatu, quia Malacã vrbẽ Hispaniæ in prædam dederat mi
35 litibus suis.¶Cęsar Romano Imperio acreuit Galliã, Germaniam; & Brithanos in occidẽte: & quæritabat Crassus eidẽ Imperio acrescere Asiam cum toto Oriente, quod ẽt facere pero ptabat Põpeus Magnus sua uirtute, nã Romani pro gloria, & honore pugnabant, & semetipsos uirtutibus superare Imperialibus conabãtur studio omni; & desiderio, quorũ laus nullo
36 claudetur œuo. ¶Et dum Cæsar cogitaret de noua gloria, & prępararet contra parthos noua bella facere, & ire illis subiugatis circũ circa Põtũ per Hircaniam ad mare Caspiũ, & ad Caucasum intrando; posteà in Scythiã, & alia loca uicina Romanis, & per Galliã in Italiam peruenire transcursa Germania, & finibus iungere circuitũ huiusmodi, & ꝙ ab omni parte circudaretur ab Oceano, & Histonũ Corinthi cauare, Anionẽ, & Tiberim, illicò exeuntẽ urbẽ recolligendo cum fouea magna illum uoluendo ad Circeũ, ut in mare Terracinæ intraret pro cõmoditate mercatorum, & euacuare paludes momentaneas, & setineas uacuo & aperto relicto campo pro utilitate, & cõmoditate populorũ, & mare claudere Vrbi uicinũ certis cauatis scopulis, ꝗ nõ uidebãtur sub aqua iacẽtes in portu Hostię, vbi ꝑ illos sumergebãtur multę naues; & ibi fabricare fecit magnũ, & celeberrimũ portũ ꝓ tuta nauali statione; & dies

& tempora

pora probè diuidere: cuius uirtutis inuida fortuna quem non passa fuit uti sua dictatura ultrà quadriennium, Sed illi obstitit coniuratio Bruti, & Cassij Cæsari reuelata per cœlum, terram, aerem, Solem, Lunam, tempora, bestias, aues, homines, literas, portēta, & quàm pluribus documentis, & signis: & si Spurinæ auguri, & sacerdoti credidisset, & illicò solus legisset Guidi præceptoris eloquentiæ graiæ non fossus fuisset Cæsar, ut fuit in Senatu quibus detegebatur Cōiuratio Bruti.
37 Floruit literarum, & armorum scientia Pompeius Magnus, Cæsar, & Crassus, quorum primus fauebat bonis, Secundus discolis, Tertius utrisquè & bonis, & malis; medium tenens utrunquè in virtute non foret iniquo iudicio. Nam Pompeius bonos amabat astrictus uirtute; Cęsar discolos, nè sibi nocerent, sed ut sibi forent auxilio, & amici: nam bonos pro amicis habebat naturali eorum uirtute; Crassus utrosquè amabat, & fauebat illis, ut discolos, & bonos haberet sibi obnoxios; & ambobus scilicet Pompeo, & Cæsari fuit Crassus ęmulus
38 in uirtute. ¶Floruit literis, & armis, & virtutibus totis Imperialibus P. Cornelius Scipio Aphricanus filius alterius P. Cornelij Scipionis unà cum eius filio adoptiuo Scipione Aemyliano. Floruit Achilles in pugna Chironis hæres Centauri relictus, Agamemnon quoquè, & Menelaus floruit literis; & scripsit commentaria Cæsar, & Sylla, & Lucullus in græco Marsicum bellum: & M. Portius Cato libros septem originum, & rei militaris opusculum, & aliud agriculturæ. Et Q. Fabius Romanæ fuit scriptor historiæ; & M. Tullius Cicero, & Demosthenes in utraquè lingua parentes eloquentiæ monimenta plura relinquere, quæ nullo abolentur æuo: & demùm Tyrannorum odio µterquè perijt Orator, Aiacis furentis tragediam præter alia scripta edidit. Octauianus Augustus optimus Imperator accademicus cum suo Mœcenate doctorum amico, & benemerito: quorum nomen scribentes immortale reddiderunt uirtutibus suis: doctus fuit, & ferox Annibal Pœnus literis, & armis; qui græco sermone gesta scripsit Gnei Volonis, quæ fecit in Asia.
39 ¶Principes multi fuerunt in Italia excellentissimi literis, & armis; & in Germania quoquè, Aphrica, Gallia Cisalpina, Traspadana, & Bracata, Hispaniaquè bellace, & in omnibus alijs Galliarum, & Hispaniarum Regnis, Prouintijs, in orientalibus, & occidentalibus, meridionalibus, & septentrionalibus, & aliis in Orbis locis per Reges, Populos, & Respublicas Rectis; licèt de his non extent monumenta ob charentiam scriptorum quibus illustrantur, & Immortales fiunt optimi Reges, & Duces Inclití: quorum non scripta, gesta munifica pereunt: propterea indoluit Magnus Alexander se non habuisse Homerum tempore suo, qui scripsisset laudes suæ uirtutis; & ipsius inclita, & memoranda gesta prout habuit Achilles: quem hac de causa fortunatum nominauit. Excellens fuit Alexander Magnus scientia literarum, & armorum doctus ab Aristo-
40 tele, & à Pelopida. ¶Historia, ut inquit Orator est testis temporum, Luxquè veritatis, & magistra uitę; memoriaquè, uita, & uerita-
41 tis nuncia. ¶Xerses quoquè scriptor fuit Historię, qui cum uersatus esset in re bellica, licèt eius nomen non fuisset in armis obscurum, maiorem gloriam, & laudem ex studio magis quàm armis comparare non dubitauit: & idem fecit & putauit maximus Imperator Thimotæus filius Cononis prudentissimi Imperatoris. Prudentes fuerunt Plato,
42 Hercules, & Socrates, licèt malenconici. ¶Prudens fuit Sertorius, qui in Hispania Dux Lusitaniæ contra Romanos quæ plura bella peregit, & illos virtute semper honorauit patriæ virtutis amore: uoluptates spernebat Sertorius, & timorem à se exulem tenebat: cuius virtutem hostes intrinseci uincere non ualuerunt; animosus fuit in aduersis, & modestus in prosperis, & firmus in periclis, pro ut aliàs
43 supra diximus. ¶Prudens fuit & doctus Philopomenes Acheorum Imperator literis, & armis: qui dum foret priuatus Ciuis Romanum Consulem, & Imperatorem Acheorum exclusit, & se Imperio coronauit Lacedemoniorum, excluso Tyranno Machanida: nam fuit in armis expertus, & probè exercitatus; & milites tenebat exercitatos assiduò in armis ficta militia, & in laboribus, ut posteà ꝓ nihilo reputarent uerā militiam exercitio longo: hic Regem Eliseorum Demopbantam rupit; & solitus fuit dicere, Duces debere habere oculos suos ubiquè, nec amouere res domesticas, & sępe fingere non uidere, nequè audire; & post ipsius ꝑegregia facta bellica in græcia, & Peloponesso odio Democritis Messeni
44 perijt ueneno. ¶Doctus fuit literis, & armis Rex Artuasides Armeniæ: hic scripsit tra
45 gedias, orationes, & historias. ¶Extitit & prudens Rex Epyrotarum Pyrrhus corona ornatus uirtutis Imperatoriæ; firmauit plures suæ ditioni fuisse datas vrbes eloquentia, & uerbis sui Legati Cineæ Thesali olim discipuli Demosthenis, quàm à se armis fuisse quæsitas: & docuit quòd non est pertinaciter resistendum contrà hostes fugitiuos, nè fortuna dedignaretur, & faueret illis mutata uoluntate. Quantum aūt profuerit Romanis eloquētia sui M. Tulij Ciceronis q primus fuit q Togatus triūphauit Laurea sua lingua, & literarū facundia;

facundia; & patriæ parens meritò fuit nuncupatus Catilinæ detecta, & punita sub eius Cõsulatu coniuratione: & Demosthenes apud græcos Oratorum Princeps, in re quoque militari doctus fuit, & expertus; & uterque Orator perijt pro libertate patriç ex causa, & odio Tyrannidis. ¶Legitur quoque M. Antonium in re bellica magistrum, pluries euasisse à morte, ob suam loquendi facundiam. ¶Alcibiades Cliniæ filius doctus fuit literis, & armis; humanus, placidus, modestus, & liberalis, animo inuictus, prudens, & affabilis: qui terra, & mari lacedemonios rupit, & proditoriè mar te perijt: & quantùm literæ, ars oratoria, rei militaris scientia, & exercitium profuerint in re bellica, nullus existimare potest Scipioni Aphricano, Fabio Maximo, Cæsari, Camillo, Fabritio, Syllæ, Mario; ac Sertorio: Suetonio testibus. ¶Caio fuit solitus prudẽter dicere, plus posse pro republica illum qui literas, & disciplinam militarem habet, quàm ignorantes illas, quoniam hi sunt similes imagini pictæ, Nam sine doctrina uita est quasi mortis imago: & scribens Vegetius de re militari dixit, quòd nullus est cui oporteat plura, & meliora scire quàm Imperator, cuius doctrina debet omnibus prodesse subiectis. Et M. Tullius Cicero in Oratione Pompeiana, Dixit, uirtutes Imperatorias existimari laborem in negocijs, fortitudinẽ in periclis, industriam in agendo, celeritatem in perficiendo, & consilium: & sic optimi Principes scientes, & facundi esse debent; & præteritorum temporum historias habere memoria; ut consulti necessariò valeant prouidere in re bellica, & exemplo Scipiadum, Fabij, Camilli, Cæsaris, Alexandri magni, Catonis L. Crassi, Mæcenatis, Asinij, Pollionis, Alcibiadis, Nestoris, Achillis, Patroclis, Agamnenonis, Menelai ab Homero commendatorum Pericletis, Xenophontis, & aliorum Ducum, & Regum uariæ nationis excellentissimorum. ¶Caio Vticensis capillis & barba incomptis extra Vrbẽ tenuit quando illam exiuit cum Pompeo; & rupto per Cæsarem Scipione, Metello in Aphrica, vt suis Cato præberet audatiam, inquit, Plus uerbis factum exultat. quàm re; cum omnis Hispania fuit rebellis Cæsari, & illum pro hoste detineat; & quòd Cæsarem pro hoste omnes habere deberent: quoniam non iure, neque ratione, sed forte regebat bellum, & omnia pericula sustinebat vertendo omnes leges, vt patriam submitteret: & ob virtutẽ Catonis, milites se sibi sponte obtulerunt, & illum pro Duce suo nominarunt; promittentes se illi velle parere pro libertate patriæ. ¶Magnus Alexãder terminos Herculis excessit virtute nauigando, & meando cũ exercitu per arida, aquosa, calida, & frigida loca, plana, montana, & nemorosa, arcta, aperta, uenenosa, cænosa, & paludosa cum periclis, & incommodis multis inopia uictus, & infirmitatibus varijs parte maiori copiarũ suarum amissa, & consumpta centum & uiginti millia peditum, & millia quindecim equitum per populos oridos, & siluestres uiuentes ex raptu, & prçda ferarum, & maritimorum piscium marcidorum fœtentium; & cũ suis per quadraginta dies pedester, & æquester accessit ad Gedrosam fertilem locũ, vbi per septem dies ociosè stetit, & refocilauit exercitum suum, etiam cũ ludis, & iocis militaribus, & donis; varijs victorijs per ipsum in terra, & mari cõsequutis; Ducibus suis Nearco, & Onescritio philosopho intrauit Euphratrem, & per Arabiã, & Lybiã ingressus fuit mare Mediterraneum, & per
51 columnas Herculis. ¶Alexãder in Persiã sparsit aurũ cuneatũ inter mulieres secũdum patriç morẽ ob fœlicẽ eius ingressum; captis Thebis per Alexandrũ ducta fuit ad ipsum per milites Themodia nobilis uidua, quæ Thracẽ unũ ex Ducibus Alexãdri impinxerat in puteũ, & ibi illum occiderat saxis; & audito ab ea qualiter Thrax ille violauerat pudicitiã suã eius deprædata domo, & quòd illi Thrax dixit si aurũ, & argentũ habebat, respondit, Se id habere in puteo iactũ, & illũ duxit ad puteũ, in quẽ Thrax procidens, & inspiciens iactus est in ipsum impulsu manus eiusdem uiduç: & Alexãder ab ea petijt cuius foret agnationis, respondit se fuisse sororẽ Theaginis Ducis Thebanorũ, qui cõtra Philippum Regẽ in Cheronea pro libertate totius græciæ pugnauit, & ibi cœsus fuit in bello: & Magnus Alexander laudauit factũ & responsum Themodiç, & illã in libertate dimisit; & tunc pepercit Athenientibus Thebanorũ amicis, & eorũ virtutẽ laudauit, & honorauit
52 munificẽtia sua regia. ¶Legitur Alexãdrũ magnũ se exercuisse modo studẽdo, modo armis, modo uenatu; in quo fortitudine, & animositate sua occidit Leonẽ; Se, & suos exercẽdo in laboribus bellicis, ludis corporeis, & hastiludijs publicis animando suos, ut belli tempore sint promptiores ad pugnam, & ad feriendum
53 hostes cupidi gloria. ¶Alexander virtute sua Imperatoria mortuorum militum filijs pupillis concessit paternum stipendium, quod etiã Romani faciebant cunctis ornati uirtutibus; & in locum militiæ parentum eorum, filios militum idoneos ponebant, & describebãt: Tirones Instruxit Magnns Alexander triginta numero millium omni sumptu suo in gymnastica exercitatione militari, & literali studio: & idem, & quidem probè fecit, & curauit Romana uirtus prouisio illis de omni necessario uictu, uestibus, æquis, & armis: quorum uirtute, ueteranorum militum iudicio fuit auctũ

Imperium

Imperium suum cum Immortali gloria, &
triumpho. Magnus Alexander Cupidus glo-
ria, & honore applicuit cum exercitu ad flu-
men Granicum ualde turbidum & profundũ:
cuius transitus erat difficilis propter altitudi-
nem, & fortitudinem alterioris ripæ; ita quòd
non potuerat capi sine bello, & timebant ual
de Macedones, & alij exercitus Alexandri trã-
sire flumen ob mẽsem Iunij sibi infestum, quo
licitum non erat Regi Macedonum ducere
exercitum extrà uallum: & tunc prudenter re-
spondit Alexander, O, inuicti Macedones
huic mensi Iunij impono nomen Maij, & il-
licò ex suis tresdecim receptis turmis equitũ
Granicum flumen fuit ingressus, alijs ex suis
male iudicantibus de nimia audatia sui Du-
cis: qui tutò cum armis prædictis transiuit
amnem sine timore hostium Sagittantium il-
los, qui ripam fluminis tenebant cum magna
difficultate, & labore ob hostium impulsum;
quoniam locus erat madefactus aqua; & fuit
coactus Alexander pugnare antequàm forent
in ordine sui ad pugnam, hostibus in illum
strictè & impetuosè cum equitatu suo irruen-
tibus, & strictis lanceis feriebant macedo-
nes, quibus ruptis, ensibus direptis bellum
cum ensibus ipsis experiebatur, & aggressi fue
runt Alexandrum audacter, quem percusse-
runt in caput deiecto pinnaculo albæ plumæ
pluribus per ipsum receptis ictibus in corpus,
quòd arma seruarunt illæsum; & fuit expertus
Alexander uirtute sua contra Duces Darij Re
gis cum exercitu suo iam transacto amne cum
phalange Macedonum passim incedendo cum
peditatu facto in hostes impetu ipso Rege suo
Alexandro pugnante, & per ipsum occiso
Triphace uno ex Ducibus Darij; & per Cli-
tonem interempto Spitridate, alio ex Duci-
bus Darij: ita quòd barbaros illicò in fugam
uertit eorum exceptis mercenarijs græcis, &
Persis: qui se ordine reduxerunt in colle se offe
rentes ditioni Alexandri, quos acceptare no-
luit, & iracundia, & furore magis impulsus
quàm consilio prudentum suorum fuit adhor
tus se desperatè tuentes, & in expeditione prę-
dicta firmant quidam scriptores cecidisse Bu-
cefalẽ equum Alexandri occisis hostibus: quo
rum uiginti millia cecidere peditatus & mil-
lia duo equitatum: & ex parte Alexandri le-
gimus tantùm perijsse triginta quatuor mili-
tes; quibus Rex suus Alexander statuas cupri
inflare fecit manu Lysippi, diuidendo spolia
barbarica inter bellatores secundum eorum
merita debita, pro se retenta portione, quam
posteà misit Olimpiadi matri suæ, sponte per
ipsum habitis multis ex hostium locis ob ta-
lem uictoriam, & quàm pluribus per uim ca-
ptis, & quibusdam alijs per obsedionem sine
pugna quæsitis, & inde curauit animi sui ma-
gnitudine inuadere Regna Darij Marte secun
do. Magnus Alexander deuicta Thracia dubi-
tans nè post eius discessum Thracenses rebella
rent iussit arte ut primates, & Reges Thratiæ
pro eorum honore ipsum sequerentur ad bel-
lum, & Thraciæ regimen reliquit plebeis, qui
bus imperabat ut uolebat priuatis eorum capi
tibus. Antipater cognito qualiter exercitus
Nætiorum uenerat ad turbandum statum Ma-
gni Alexandri, audita illius morte illis gra
tias egit, quia uenerant in auxilium Alexandri
contra Lacedemonios, & quòd in eorum fauo
rem uolebat scribere suo Regi, & illis suasit ut
in patriam redderent ut factum fuit, quia eorũ
suffragio non indigebat Antipater; & arte tali
imminens periculum amouit à Græcia. Ma-
gnus Pompeus audito quòd sui milites uole-
bant deprædare pecunias quæ ferebãtur in triũ
pho, & ob hoc Seruilius, & Glauca consule-
bant Pompeum ut pecunias illas diuideret in-
ter milites ut strepitus, & scandalum nullum
contingeret, Prudenter respondit Romanus
Imperator quòd magis nõ triumpharet, quàm
talia concedere, sed magis mortem appeteret
quàm consentire licentiosis militibus, & illis
se submittere, & graui oratione increpauit mi-
lites, & in terra deiecit Laureatos fasses ante il
los ut ab illis inciperent prędare; & tunc Pom
peiani modestia usi fuerunt dicentes, Viuat Im
perator noster Pompeus uictor nobiscum, &
54 triumphator. ¶ Magnus Alexander probè ser-
uabat prouinciarum, & locorum mores in ue
stitu, potu, ludis, & æsu: & in barbaricis quo-
que captis prouintiis, uel illis ut partim spon-
te habitis, & leges illorum seruari mandabat,
& erga populos munificens ualde fuit, & ip-
sos in fide conseruauit liberalitate, iustitiaque
55 Duce. ¶ Persæ in cauti pro amicitia & amo-
re patriæ deosculabantur mares, & fœminas
ut hodie faciunt Galli longęuo more suo, &
consuetudine Galliæ talem morem, & soli-
tum in Persis prohibuit continentissimus Im
perator Agislaus Lacedemonius Inquiens er-
ga Megabatum, & alios hoc non esse de ho-
nestate, cuius milites uirtute prędit uidentes
captiuos barbaros nudos uenundari iussu sui
Regis Agislai esse albos, iudicarunt illos esse
ociosos, & inexpertos bello, & ulterius nõ de
ferri bellum contra ipsos ut contra fœminas
imbelles, & illicò Rex Agislaus suos exper-
tos duxit in eorum locis fortioribus & Sardia
num locum cœpit triduo meando per nemo-
ra, ualles, & aspera iuga, malaquè uada, et deser
ta loca, saxea, & mõtana putante pro hoste suo
Tipharnem Regem ire per Chariam misso ibi
dem peditatu, & circa montem Menandri trã
misso equitatu ad res subditas itinerabat Rex

Agislaus cautè semper eum exercitu suo in acie instructo nè sui paterentur ab hostibus da mnum, aut iniuriam aliquam ante,& post ipsos semper missis, et relictis exploratoribus fidis,& illos assiduò extra castra tenebat ambulando cum exercitu paulatim paulatim;et quādoquè longo,et celeri passu, & cursu data causa,& occasione legitima;firmis semper suis re
56 tentis ordinibus militaribus.¶ Postumius vir Cōsularis suis Oratione pulchra consortatis, & illis dicētibus,ꝙ deberet petere quid uellet, & ipse accepto uexilo īquit. Sequimini me uiri martiales,et primus irruit in hostes,quē sui
57 fuerunt secuti; & uictoriam habuerunt. ¶ L. Marcellus circuitus ab omni parte ab hostibus, illos equo suo ab omni parte uerso inuasit,& rupit uirtute sua occiso Hostium Duce per iruptionem. Paulus Aemilius apud Cānas causa sui Collegę Terētij Varonis rupto exercitu, uolens fugere opera Lentuli noluit, sed magis mori noluit in armis uistuosè præ glo-
58 ria.¶ Publius Terentius varo auctor cędis Cānensis placidè fuit acceptatus à Senatu,& à populo Romano:qui lætabatur habere talem uirum in patria uiuūet ipsi dedit multos honores,& magistratus,quos noluit acceptare, dicens,Rēpublicā indigere fœlicibus magistratibus,& non sinistris à fortuna uexatis et nunquàm dicta sequuta clade tonsit Capillos, ne-
59 què barbam.¶ Intellecto per Lucullum Cottam bellasse contra Mithridatem in mari cū classe, et in terra eum exercitu, & noluisse expectare Lucullum nè participes fuisset uictoriæ,& triūphi; & quòd ruptus Cotta fuerit,& in Chalcedonia restrictus, et obsessis perditis sexaginta nauibus cum omnibus militibus, & quatuor millibus peditū Romanorum; pero ptans Cotta se sucurri à Lucullo; quo audito per Lucullū, & suis militibus dicentibus ipsū debere prosequi uictoriam in pontum tunc destitutū per Mitridatē præsidio; & ꝙ totum ręgnū Mithridatis facile capi potuisset,& pmittere Cottam lacerari,qui sua temeritate ruina fuit Romanæ Clasis, & exercitus: & ꝙ non deberet pati, quòd esset etiam ruina uictoriæ suæ,et triumphi, ipsiusquè Clasis, et exercitus sine sanguine suorum, Respondisse fertur per Lucullum, quòd magis uolebat liberare unum ciuem Romanū ab hostibus quàm om-
60 nia bona quęrere inimicorum. ¶ Liberato per Lucullum Cotta Consule,illum quęrēbāt milites Lucullani tumultuariè interficere:quē Lucullus abscondit,et sua uirtute seruauit. Et reddiens in patriam Lucullus à Senatu reuocatus quorundam odio,misso in Pontum, Parthiam, Asiam,& Armeniam Pompeio magno placidissimè ouando fuit acceptus à Romano
61 Senatu.¶ Experto per Mitridatē cōtra Romanos Duce Lucullo non sibi proficere in bello minas,nec ornamēta aurea, neq; argentea militū suorū;sed arma ferrea apta ad tegendum, et ad offendēdū cū militibus,& equis expertis in pugna; congregauit centum & uiginti millia peditum,& sexdecim millia equitum armatorum more Romanorum cum centum curribus falcatis,unà cum ingenti classe probè armata cum magnis diuitijs;& in Mythinia receptus fuit Lucullus cum miro amore, & beneuolentia populorum odio habentium usurarios,auaros,& rapaces, publicanos quosdā Romanos ibi degentes,quos sua uirtute expulit Lucullus ut rapinas Celenas,et ita populo-
62 rum mittigauit animos.¶ Erupto Mithridate per Lucullum in fuga uerso, et cum uictoriā persequeretur Lucullus, & sibi fuisset dictum ab Archilao olim Duce Mithridatis Luculli tunc amico, ipsum debere procedere cum exercitu in Pontum quòd erit possessor regni Mithridatis,et fertur Lucullum illi respōdisse, se non esse inferiorem in audatia uenatoribus, qui uidentes feras currunt ad eorum cubilia, & illis repertis uacuis perdunt feras dato illis
63 tempore fugiendi.¶ Prudens fuit Iuba Rex in Aphrica descendens ab Herculę (ut legimus) ex Tigenda uxore quōdam Anthei,ex qua pro genuit Siphacē, et Siphaces Diodorū,et Diodorus Iubam Regem in bello,uirtute præstan
64 tem. ¶ Et bene doctus Pericles à Zenone, & Anaxagora philosophis; & tam prudens fuit quòd uno die obiurgatus à quodā imperito, nil ei respondit:& dum ipsum usque ad noctē semper obiurgando associasset ad domū, iussit Pericles uni ex seruis suis,vt imperitum illū associaret cum lumine ad habitaculum suū;& alter Fabius Maximus fuit in paciencia, & uir
65 tute Pericles.¶ Nam per prudentiam uirtutes reguntur,& inter alias virtutes obtinet principatum prudentia,cui cedit iustitia,cedit & tēperantia cum fortitudine,quæ sumitur pro omni firmitate animi;& est generalis ad omnes uirtutes,& ad bonum animæ; quod est honestum,est præferendum utili,& delectabili bono sicut anima rationalis & immortalis præferenda est corpori quod est mortale, ut dixit Apostolus, Cupio dissolui,& esse cum CHRISTO c. præcipimus.12.q.1.cap.si habes. 24. quæst.4.l.sancimus.C.de sacrosan.eccles.cap. cum infirmitas. de pœniten.& remission. Et uirtutes sunt Cardinales Prudētia, Fortitudo,
66 Temperantia,& Iustitia. ¶ Sapiens fuit & fortis Imperator Atheniensium Phocion gloriosus in armis,& in literarum scientia, facūdus; qui solitus fuit gloriari, se maluisse fuisse ab alio iniuriatum sub fide,quàm nominari se fidem aliis rupisse,& in morte docuit filium nō debere recordari de iniuriis sibi, & patri factis.

ctis. Sapiens Cato fuit doctus, animosus in terra, & aqua, & multum paciens; qui ut Lælius Cornelius unam tantùm fœminam uxorem suam Attiliam Serani filiam laudabiliter cognouit, & pudicus fuit in adolescentia sua increpando lascinos.

67 ¶ L. Cornelius Sylla rubei pili, gener Metelli fuit, auidus natura aliorum bonorum; & violentus occupator, & donator benemerẽtibus, & dignis honorem reddebat, gloriosus, & iactator fuit, & ultor iniuriarũ, in bello sociali accerrimus. C. Marii fuit Legatus & Tribunus militũ; literis, & armis doctisimus: magna, & laudabilia fecit in bello; amicitiam tenuit cum Bocho Rege Numidarum socero calidi Regis Iugurthę: & cũ eius medio Iugurtham proditoriè cœpit de quo triumphauit postea. C. Marius Consul, cuius Legatus fuerat Sylla, qui Copillum Ducem tectosauriorum cœpit, Et videns Marium esse odiosum cum Catullo Consule Collega. C. Marij uiro dignissimo & prudẽte; se illi adhæsit Sylla, cui ualdè profuit, & honorẽ acreuit sua uirtute, prouiso exercitui suo de opulẽtis annonis tempore penuriæ, ità quòd etiã profuit Marianis hoc ægreferente Mario propter inuidiam; quæ ciuiles peperit discordias inter ipsos cum tyrannide: & primus fuit Sylla ex Romanis, qui cum Arsace Rege Parthorũ amicitiam habuit, & cõtra Marium, & Marianos pluries bellauit, & tandem illos rupit; & contra Mitridatem bellã longa peregit, & uictorias multas habuit, & demum ex ciue Romano se perpetuum Dictatorem urbis, & orbis fecit, profligatis Marianis Ducibus cum exercitibus suis, & Cæsari normam dedit, qui per sæpe sua uirtute gloriosè pugnauit, & contra uarias nationes uictor triumphauit, & demũ Marte profligato Magno Pompeo, cum reliquis Pompeianis Ducibus cum exercitibus suis diù mortuo Sylla, & in libertate iã sua restituto Senatu, & populo Romano; vt Sylla ex ciue priuato fecerat, ut aliàs dixi, Dictatorem perpetuum se fecit Vrbis, & Orbis. Hiphricates Atheniensis in plano castramentatus, audito ꝙ Thracẽses in colle degebant, de nocte erãt inuasuri ipsius castrum, eduxit exercitum suum extra castrum, ipsum clam de nocte ibi paucis relictis faciẽtibus ignes in castro, & uiã cępit ab omni parte cum suis; & Thracenses post in medio deducti cęsi fuerunt ab Hiphicrate?

68 ¶ Legimus poetas quàm plures fuisse Duces electos in militia, ut de Sophocle scriptore Tragediarum, qui unà cum Pericle magnæ uirtutis uiro rectè rexit exercitum necessitatis tempore; et Spartanorum diuiso exercitu populatis finibus multas Asiæ ciuitates Atheniensi Imperio adiecit prudentia, & rei peritia militaris: nam Martis ira cedit sapientiæ, qua comite armantur musæ, et reuerentur instructa acie, ensibus eductis exercitus, iactisque iaculis hostes à pugna conquiescunt suis

69 appropinquãtibus amicis. ¶ Et Deo sunt proximi Sapientes, quorum scientia illuminatur & Illustratur orbis l. Prouidẽdũ. C. de postul. & per Andr. de Iser. in titu. de stat. & consuet. contra libert. eccles. Et bene glo. dicit in clem. 1. de sum. trinit. & fide cathol. Quod uirtus est intuens uitium perseuerando se ab eo tueri: & dicit Horatius venusinus in arte poetica. Quòd uirtus est uitium fugere, sapientia

70 prima stultitiam caruisse uides. ¶ Et uirtus Aristidis filij Lysimaci æqua iustitia fuit; hic multa digna fecit pro libertate nauali bello, & terrestri pluries experto cum palma uictoriæ Temistocle sibi inuidente pro uirtute, et gloria: & libẽter parebat prudẽtioribus, vt decet; et profuit nirtus eius reipublicæ Atheniẽsiũ, & de malo dolebat inimicorum omni ab eo exulata inuidia; & Deniq; odio Diofantis filij Amphitropei exul extra patriam perijt apud

71 fareos. ¶ Cupida est uirtus iuncta cum sapientia, & religione; & ille est sapiens cui prudenter uirtus, et sapientia suppetũt: et Dei religionem tenet unitam, ut incõsutilis uestis D. N. IESV CHRISTI. pro ueritate, quæ omnes superat astutias, & caliditates hostis antiqui humani generis, & se defendit contra eius ficta, & simulata figmenta. Et quippè ab omnibus est quęrenda, & appetenda ueritas, & ualde colenda pro Deo, et ipsius amore. Et tãti est effectus ueritas, quòd in ciuilibus causis quando constat de ipsa ueritate, non sunt aliç curãdæ solennitates, nec alius ordo iuris; sed est facienda pro ipsa ueritate nulla solennitatum obstante prætermissione l. fin. ff. quòd met. cau. & per Bald. in l. Obseruare. in §. Proficisci. in 23. quæst. ff. de offic. Proconsul. & leg. & per Hyppol. de Marsi. in practica sua criminalium iudiciorum in §. 2. ubi multa allegat. Stat in Regno Siciliæ Sancta prouisio Regia, quòd omissis solennitatibus ordinis iudiciarij, pro ueritate fiant sententiæ in ciuilibus, & criminalibus, nullitatibus omnibus explosis processus, tribus tantùm attentis nullitatibus, videlicet citationis, omissione Iudicis incompetentia, et legitimatione

72 cõparentis. ¶ Pigrescẽte M. Antonio cũ cleopatra, & ipso ab illa monito, nè anxiè curaret capere pisces sed Regna, maria, Ciuitates, & Regiones, Candidius Ventidius Dux peregregius M. Antonij filium superauit Regis Parthorum in Syria repertum cum maxima multitudine Parthorum, Labienus truncato Duce Parthorum, fugato Prepare bellacissimo Duce; Herodis Regis Iudęorum, et Pacorum cum alia innumerabili gente qui ita pauidum

fugientem

fugientem cum tremore reduxit, & restrinxit intra confinia Medorum, & Mesopothamiorum: ità q̃ nõ audebat ponere pedem extra cõfinia propter timorem uirtutis Candidii tribus iam secutis pugnis infœlicibus Parthis, & Anthiocum, et alius rebelles Romani Imperij restituit in fide Candidius vẽtidius, qui maiora fecisset nisi timnisset inuidiam M. Antonij nimis superbi et Syriam liberauit; & de Parthis in urbe solus uocatus trimphauit sua uirtute. Candidius post mortem Crassi, quamuis fuisset uentidius uilis conditionis: quia Romani exultabant uirtutem in qua ueram rectè putabant consistere nobilitatem, & gloriam, & vituperabant ignauiam. Et rectius fecisset uentidius si debellasset barbaros hostes in medio reductos ibi pauitantes ut Damæ, sciens illud singulare dictum Cęsaris, & Antonii longe melios esse Regibus bella fieri per alios prudentes Duces sibi fideles & expertos in re, & exercitio militari, quàm per se ipsos, nisi maxima præmeret necessitas præsentiæ suæ in exercitu. Nam Sylla Marii Legatus Regem Iugurtham habuit sub ditione sua Copillum Ducem tecta Sauriorum cœpit, & Marium honorauit triumphis, gloria, & honore maximo, & idem fecit Labienus Cæsaris Legatus in Gallia, & Cassius in Syria missus ab Antonio uictoriam detinuit, & Ventidium Armeniam subiuganit prostratis Regibus Hyberiæ, & Albaniæ. Ita q̃ gloria Antonii, & nomen usque ad Caucasum formabile fuit effectum apud barbaras nationes. Et tempore nostro apud Papiam Illustris Marchio Vasti Dux Cæsareæ, & semper Augustæ Maiestatis, in absentia eiusdem maiestatis parua manu militum Imperialium Regẽ Franciscum primum Gallorum captiuum tecit in armis no obscuri nominis à copiosa suorum multitudine derelictum in bello irruptione secuta non tamen sine nece. ¶ Et quanti tempore nostro excellentes, prudentesque fuerint in re militari Imperatores, Reges, Principes, & Duces in Italia, & extrà Italiam secundum tempora in terra, & memorare nõ ualeo; sed de eorũ Inclitis gestis plenæ sunt cartæ. ¶ Quęro de casu, si certa Principis scientia probari posset per testes; Rota Romanæ curiæ tenet quòd sic in Decisione sua incipiente Licet Romana curia num. 332. & Lucas de Penna in l. Per quos C. de decurion. lib. 10. & Bald. in cap. 1. per quos fiat inuestitura, & Andr. de Iser. in Constitut. regni Siciliæ Incipiente Dignum, de iure curiæ seruando, & per Alex. de Imola in l. Quidam consulebant ff. de re iudi. ¶ Et rescribente Principe contrà legẽ an teneatur inserere in suo rescripto spetialem clausula non obstan. tali lege Dic quòd sic, ita tenẽt cõiter Doc. in gl. in l. Acta §. De amplificãda. ff. de re iudi. & per Io. And. in c. 1. de rest. spol. in nouella, & per Bar. in tract. ad reprimẽ. in clausula nõ obstantibus, & per Bal. & Ioan. And. in addit.

76 ad Specul. in §. super esset in tit. de lega. ¶ Quęro demum an Dominus feudi possit comittere causam feudalem alteri cognoscendam uertentem inter uasallos suos? Dic quòd sic, sed ob hoc non poterit commissarius aliquid iudicare domino: ita tenet Rota Rom. Curiæ de feu. in antiquis Decisionibus.

SVMMARIVM.

1 *DVX belli quomodo armatus, & uigilans esse debeat. Et quid agere, & cogitare habeat.*

2 *Cesaris celeris victoria contra Pompei copias in Hispania, & de honore per eum exhibitio illarum Ducibus.*

3 *De Isicbratis Attici gestis cõtra Anaxabium Ducem Lacedemoniorum, et Numidarum. Et de simulatione Numidarum, qua hostes suos turbarũt. Et de colloquio Sylla habito Duillio.*

4 *De Ariarate filio Mithridatis, & ipsius occupatione Cicladum Iusularum, et aliorum locorum.*

5 *Cassii Scena mirabile gestum apud Dyrracbiũ.*

6 *Granii Penonii Questoris occisio.*

7 *Alexander uulueratus non desistit à pugna, nè animum tolleret suis.*

8 *De gestis Martii militis Sylla, & eius coronatione.*

Marci Fabii, & Gn. Manglii Cõsulum pugna contra Hetruscos.

De Romuli agressione in Fidenates, & de insidiis contra illos, eorumq́; cæde.

Parthi qua arte à Ventidio Romanorum Duce fuerint fugati, ac trucidati cum Farnasta no eorum Rege.

9 *Publii Crassi M. Crassi filii in bello Parthico uulnerati, occisio. Et qualiter Crassus fuerit ruptus. Et de Surina Duce Parthorũ, qui cupiebat scire si Crassus erat in ciuitate Carinensium, ut illum obsidere ualeret & num. 10. & 11.*

10 *Xantes Rex Baotiorum, qui Melanthum Atticorum Ducem secum duellaturum fraude occidit, improbatur.*

12 *De Serapionis Gracchi contra Celtiberos simulatione, qua magnam partem hostium occidit, & illorum rentoria occupauit.*

13 *De Pii Cecilii Metelli Consulis uictoria in Sicilia contra Asdrubalem Ducem Carthaginensium, & Elephantum captura.*

De Alexandri Magni igne facto de nocte, ut hostes expelleret.

14 *De M. Antonii uirtutibus, uita, & eius gestis & num. 15.*

Cyrus Rex Persarum existẽs inclusus in Sardos, quomodo uictor extitit.

Titus Labienus legatus Cæseris in Gallia sub ficto timore fugæ Gallos superauit.

Annibal Dux Pænorum eius solicitudine hostes, licèt uigilantes, superauit.

Epaminundas uictoriam habuit contra Lacedemonienses uigiles de nocte arte retentos.

Insidiis nocturnis multoties hostes superantur.

Sertorius quomodo in Hispania positis de nocte insidijs, Pompeianos milites trucidauit.

Perpenna qualiter captus fuit per Pompeum simulatione fugæ.

Pompeus simulando fugã Mithridatem superauit.

6 *Romani uniuersi orbis prouintias ad tempus Consulibus suis cum exercitibus distribuebant.*

7 *Dux belli debet potius se opponere Martis periculis, quam pati inopiam famis.*

8 *De Syllæ gestis, uictoriis, morte, et sepultura. et num. 50. & 51.*

De reprẽhẽsione facta Pompeo per Fauoniũ, quia in Senatu se gloriauit, quòd si pede percusserit terram, milites, & equos haberet. Et quàmplura de Cornelia uxore Pompei.

Cæsaris expulsio de Cleopatra, et responsio facta eunucho Achilli Plotino; & de reconciliatione Ptholemei cum Cleopatra medio Cesaris.

4 *Vasallus an possit sine consensu Domini dare feudum in dotem filiæ.*

5 *Vasallus Baronis rebellis Regi suo, an perdat feudum quod recognoscit à Barone prædicto.*

6 *Vasalli perdunt feuda pluribus de causis, sed priuari non possunt sine causæ cognitione.*

7 *Vasallus negans se feudũ tenere à Domino an illud perdere debeat.*

DE MILITARIBVS DICTIS, *Et Gestis Egregiis.*

OPtimi bellorum Duces in glorioso experti militari exercitio, diù noctuuè incedere debent armati unà cum militibus suis fidelibus: nec habent quiescere tota nocte ...lyssis, & Diomedis exemplo, qui de nocte ui...labant, & hostium castra nocturno silentio ...netrabant Athride dormiente in prædictis ...uries in crepato. Et certè illi quibus est com...issa gẽtium cura, regimenquè, & salus rerũ, ...on semper habent quiescere, sed cogitare de ...emporibus, & locis, de aqua, de annonis, de ...ame, & Sole; de puluere, de uento, de armis, ...e equis; & de militum suorum, & hostiũ nu...mero; & de regionibus militum suorum, & hostium: & de eorum natura, & experientia; & de exercitus necessariis omnibns, & de gelu, & calore æstiuo: de impetu, de resistentia; de uallo, de bello, de tollerantia, de labore, de insidiis hostium, & de suis: & de pacientia per ipsos ferenda, & de illa tolleranda libenti & forti animo; antiquorum exemplo. Se illis militibus suis opposuit armis, ut hostibus M. Atilius Consul, qui extrà ordines discederant, & reddibant ad uallum in bello Samnico, & ipsos in ordinibus probè restituit contra hostes.

2 ¶ Intellecto per Cæsarem existentem Brundusii copias militum Pompei pręparari in Hispania ibi accessit repente, & ipsas debellauit celerrimè, illarum post Ducibus in libertate dimissis, & copias prædictas donis probè placauit, & honorauit, & illas secum sub stipendio duxit. Et dnm foret apud Mondam Cęsar, uidens suos retrahere retropedes, ab eqno descendit, & irruit in hostes, & milites uirtute inducti propter pudorem strenuè pugnarunt, & ui-
3 ctores exciterũt. ¶ Isichrates Atticus in Cheronesio sciens Anaxabium Ducem Lacedęmoniorum, & Numidarum secum ducere peditatum ex classe, milites fortes eduxit in terram, positis illis in loco occulto, ubi erat transiturus Anaxabius cum suis: & classem abire iussit, de nauium discessu certus fuit Anaxabius, & lætus meabat, & indè in locum incidit insidiarum vbi fuit inuasns, & oppressus ab Isichrate: & simili arte Alcibiades Atticus occidit Ducem Lacedæmoniorum, & Numidarum p insidias, illis conductis in insidias cum paucis arte bellantibus. Numidæ spreti à L. Minutio Consule ob eorum, & equorum suorum turpitudinem, in arctis reducto Consule in Liguria misi fuerunt ad explorandum hostes in locis ualdè suspectis, & indè Numidę in discessu suo uidebantur ab equis cadere simulando, post penetrarunt hostium fines, & hostes ipsos adeò turbarunt, quòd coacti fuerunt relinquere loca impedita Romanis, & retrò reddire pro suorum defensione. Sylla in bello sociali existens in arctis, habuit arte colloquium cum Duillio Duce Cõtrarii exercitns; & non ualens pacis conditiones firmare, uisa hostium negligẽtia, erga suos in redditu, inquit, quòd de nocte in quarta uigilia intẽdit hostes aggredi pro uictoria & honore patrię, & suos cum omnibus
4 impedimentis seruauit apud Iserniam. ¶ Et dũ Mithridates occupasset Asiam, & regna Capadociæ, & Bithiniæ, expulsis Regibus confæderatis Romanorum, & dum foret in pergamo diuidendo regna, eius filio Pharnace Pontum tenente, & Bosforum supra Meothim, & Thraciam, & Macedoniam, & ferè totam Grætiam vsque ad Athenas occupasset, Ariarates alter filius Mithridatis, unà cum exercitu innumero-

ſo Duce Archilao Capadocio in armis, & di-
ſciplina militari doctisſimo uiro, & prudente
Imperatore mare tenente cum ingenti claſſe p
ipſum occupatis Cicladibus Inſulis,litibus,cũ
cæteris Inſulis infrà Maleam,& Euboiam ; &
ab Athenis uſque ad Theſſaliam populos re-
bellare coegit, impetu ſibi facto ad Cheroniã
per Brucium Suttam uirum prudentem,& ex-
cellentem in armis ſingulari uirtute præditũ,
modeſtum, & affabilem Aſſenici prætoris Ma
cedoniæ legatum: qui Archilaum Boetiam tri
bus uicibus bello, ut aliàs dixi, fugauit uſque
5 ad mare apud Chironiam.¶Et Caſsius Scena
apud Dyrachium,euulſo ſibi oculo ſagitta,&
ſibi transfixa coxa;& in humeris,& in ſcuto cũ
lanceis,receptis ictibus, centum & triginta uo
cauit ad ſe hoſtes,ac ſi ſponte voluiſſet captiua
ri,& duo ex illis ad ipſum acceſſerunt,quorum
alterum cum enſe ſuper humero,& alium in fa
ciem uulnerauit, ità quòd fugere coegit, & à
ſuis fuit amplexus,& tutò portatus ad tento-
6 rium. ¶ Captis in Aphrica quibuſdam Cæſa-
ris nauibus cum militibus quibuſdam per Sci
pionem Metellum Pompei ſocerũ, in quibus
erat queſtor Granius Petronius, quem Scipio
ſeruare promiſit, aliis occiſis; cui reſpondit
Granius, Milites Cæſaris conſueuere aliis do-
nare ſalutem,& illam non accipere;& illicò ſe
pugione transfixit pro libertate ſua.¶Magnus
7 Alexander in crure vulneratus ſagitta, & cum
ſaxo in collo ; ob hoc non deſiſtit à pugna, ne
animum tolleret ſuis, ſed ante alios feruens in
bello,& in periclis fuit: quòd ità pasſim Duci
non conuenit exercitus pugnare, niſi in gene-
rali bello toto pugnante exercitu, pro ut tunc
8 fecit Alexander. ¶Et legitur Marcum Thegiũ
unum ex militibus Syllæ primũ de nocte aſcen
diſſe Epitalcum,& enſe percuſiſſe ſuper caput
galeatum Vricus,qui ſibi obuiam obtulit, &
enſem ſuum rupiſſe, & locum propterea non
deſeruiſſe;& meritò coronatum laurea murali
corona fuiſſe.Marcus Fabius, & G. Manglius
Conſules percepta ignauia Seiorum militum,
qui pugnare nolebant contra hethruſcos, bel-
lum in longum artè duxerunt, cognoſcentes
per dies iniuriari illos ab Hethruſcis,adeò ꝙ
milites Romani uariis affecti iniuriis ab he-
thruſcis perorarunt Conſules,ut illos acie in-
ſtruerẽt ad pugnam cõtra hethruſcos, & quòd
illos ſuperabunt uirtute armorum; & ità factũ
fuit,& uictores Romani permanſerunt. Ro-
mulus occultis ſuis contra fidenates in loco a-
pto,hoſtes fuit aggreſſus,& inde ſe retrahẽdo,
induxit ipſos in occultas inſidias ubi occulti
milites manebant:per quos fidenates cæſi exti
terũt ordine ſtricto ſuorum militum facto cu
neo irruit. Fabius Maximus in præſidium miſ
ſus Sturinorum contra hethruſcos,hoſtes fuit
aggreſſus,& indè ſe arte retraxit ad loca mon-
tana,fingens timorẽ, hethruſcis illum inſequẽ
tibus,& ipſe poſt reuoluit exercitum ſuum cõ
tra hoſtes,& illos uirtute deleuit,& uallum oc
cupauit eorum . Et C. Caſsius poſito occultè
de nocte ſuo peditatu in nemore, Parthos de
nocte fuit aggreſſus cum equitatu, quem Par
thi fuerunt inſecuti uſque ad inſidias,per quas
tunc cæſi fuerunt,& arte tali à Ventidio Roma
no Duce fuerunt Parthi fugati, & trucidati a-
9 lia uice cum Farnaſtano eorum Rege. ¶ Pu-
blius Craſſus filius M.Craſsi in bello parthico
vulneratus,ſe ab amico milite occidi iuſsit, in
quiens animo inuictus,ſe nullum genus mor-
tis ſibi fore graue, & id non timere, nec uelle
deſerere tot nobilisſimos Romanos pro eo
mortuos in pugna parthica:& tandem hoſtes
parthi illi caput truncarunt:quo poſt uiſo per
patrem Craſſum erga milites ſuos inquit, O,
Romani, eſt per uos facienda uindicta in ho-
ſtes pro nece tanti filij conciuis ueſtri; & forti
animo permanſit Craſſus ordine ſtricto ſuorũ
militum facto cuneo irruit in hoſtes: à quorũ
multitudine longa circuitus ruptus permãſit,
& ſe cum ſuis reduxit beneficio noctis in ciui-
10 tatem Caſianenſium. ¶Et legitur quòd rupto
Craſſo,uiginti Romani milites inſimul ſtricti
enſibus,mortuis conſociis ſibi uiam peregerũt
armis per medium Parthorum:& illis inuictis
romulea ſua uirtute pertranſierunt.Non pro-
bè fecit Rex Boetiorum Xantes, qui dum fuiſ-
ſet pacto conuentus duellare cum Melãtho At
ticorum Duce,retrò quem dicendo Melanthũ
iniquè feciſſe contra pactum uenire aſſociatũ,
cum ſolus uenire debuiſſet;& dum Melanthus
retrò reſpiceret,Xantes illum uulnerauit,& oc
11 cidit.¶Et uolens Surina Dux Parthorum ſci-
re ſecretum,ſi Craſſus erat in ciuitate Carianẽ
ſium,vt illum obſidere ualeret,nuncios ad ciui
tatem callidè miſit nunciando Carianenſibus
ſe audiuiſſe dicere à Rege Parthorum,qualiter
peroptabat habere pacem eum Romanis,& al
loqui Craſſum,querẽtes de hoc loqui cũ Craſ
ſo,qui nolebat ſciri, ſe ibi eſſe, quod ipſi fuit
relatum,& illum poſt ad mœnia fuerunt locu
ti,certificati Craſſum ibi adeſſe, quod poſteà
nuntiarunt Surinæ,qui poſtmodum locum ob
12 ſedit. ¶Serapinus Gracchus contrà Cœltibe-
ros ſimulando timorem,exercitum ſuum pro-
bè inſtructũ retinuit; & inde iuſsit ipſius equi-
tatum inuadere hoſtes;& indè ſe ad Conſulem
paulatim paulatim reduci,& facto inſultu, ho
ſtes inordinatos pro magna parte occidit, &
13 tentoria illorum occupauit. ¶Et cũ Pius Cæ-
cilius Metellus Conſul eſſet bellaturus in Sici
lia contra Aſdrubalem Ducem Carthaginen-
ſium tenentem in exercitu ſuo pro bello cen-
tum & triginta Elephantos, foueam magnam
fecit

fecit propè urbem Palermi, & suos arte in ciui tatem reduxit Palermi, fingens timorem: & vi dens Asdrubalem in prima acie posuisse elephantos, iusiit hastatis suis, ut arma iactarent supra elephãtes, & illicò se reducere in castris, & hac de causa incitati elephãtes pro parte eo rum in foueam inciderunt cursu, & reliqui retrò irruentes in suos, ordines Asdrubalis rupe runt, & tunc Metellus uisa tali expectata occasione extrà ciuitatem & castra educto exercitu fuit Carthaginenses adhortus ad latus, quos vi cit, & reliquum elephantorum cœpit. Magnus Alexander ex Sylua expulit hostes facto igne de nocte cum parte sui exercitus, reliqua parte sine igne illos arte insequente per Syluam, sibi
14 loci sublato præsidio discipauit. ¶ Aristobolũ cum filio Iudæam suscitantem contra Romanos cœpit M. Antonius, duce Gabino uiro cõ sulare ipsius Præfecto equitatum, omni postposita mora, & Ptolomæum Regem Aegypti à regno expulsum armis restituit. Egregius Imperator fuit Antonius in re & exercitio militari in aggrediendo hostes, & illos puniendo, circumducendo, & feriendo, insidiando, & decipiendo, præcipitando, & opprimendo; & suis à periculis seruando; pulcher fuit Antonius, & orator optimus, liberalis, & superbus, iactabũ dus, & gloriosus, asserendo se fuisse ab Hercule descendentem, sed eius uirtutem nimia op-
15 pressit lasciuia, & luxuria in Aegypto. ¶ Et cũ foret in Asia contra Parthos passus mala multa cum exercitu inedia & siti, & uariis aliis necessitatibus; & cũ forent donata à Mithridate parthicę nationis sibi amico uasa multa argenti, Antoniani milites occiderunt parthos illos; qui munera portabant, & uasa sibi distribuerunt vnà cum rebus pretiosis per ipsos milites tumultuariè deprædaris: Et tunc Antonius ex desperatione commisit Ramo seruo suo, ut illi caput truncaret, ne cognosceretur ab aliquo: & omnibus plorantibus cognouit Antonius id fuisse commissum per milites propter auaritiam, & non per odium ullum quod haberent contra ipsum Antonium eorum Imperatorẽ, & illis Antonius pepercit ultionem, non requirente tempore illo; & omnes seruauit in fide nouo iuramento, præclara, & excellenti primitus per ipsum militibus habita conditione. Cęsar contra Aphranium sibi hostem uolentem montem pro suo suffragio habere, solita celeritate locum montanũ occupauit inuitis Aphranianis, quos posuit in medio, & cum equis fugauit. Fuluius Imperator in bello Cimbrico iusserat suo equitatui, ut discurreret usque ad uallum hostium, & indè ad suos rediret simulata fuga, prouocatis illis ad bellum, quo pluries facto, & per Fuluium uiso qualiter per dies hostes minuebãtur numero; se mouit uno die cum multis expeditis suis, illos insequendo post terga hostium secretò, & occultè hostiũ partẽ fuit aggressus in uallo, & tentoriis suis, & rupit uallum quasi derelictum, & hostes superauit repente. Vestibus Illyricis Alexander Epirota pugnaturus contra Illyricos, positis il lis insidiis occultis, suos Epirotas indui fecit, & agros illyricos deprędari iussit, reductis Illyricis in locis sibi suspectis, ubi illos arte tali trucidauit. Et Leptenius Syracusanus bellum gerens contra Carthaginẽses, Pœnos decepit, faciendo per suos proprios agros prædari, & incendere uillas, ubi Carthaginenses occurrerunt pro suorum suffragio, & cæsi permanserunt ab insidiis Leptenii. Annibal artibus uariis bellicis pluries nexauit Romanos, & Arabos hostes decæperunt de nocte extinctis ignibus, & illos trucidarunt credentes ibi non esse hostes suos, non uiso igne, quem soliti erãt
16 facere. ¶ Tenentur optimi Imperatores pacis, & otii tempore pręcogitare de bellis futuris, & tunc pręparare necessaria pro bello, conseruando amicos suos antiquos, & acquirendo nouos, faciendo hostes sibi beneuolos, & amicos; & illos segregando à fœdere facto cum aliis hostibus, ut in Hyspania, & Aphrica fecit Scipio: ut post sequente bello, uictoria faciliot quæratur. Nam hostes reconciliare, & milites, & populos beneuolẽtia, uirtute liberalitatis manutenere debet. Et utilius est i re bellica tale amicorũ ꝑsidiũ ꝙ auri, & exercitus co
17 pia. ¶ Velius Pręfectus Romanorũ decepit Asdrubalẽ, dũ ipse foret in arce Tarenti, petẽs ab eo ꝑ Oratores posse Præfectũ tutò exire arcẽ ad libitum suum, & de hoc contentus Asdrubal, Velius exiji arcem ut hostis, & aggressus fuit Asdrubalem, & uictor extitit Velius cum suis. Scipio Aphricanus apud Numantiam erga suos inordinatos inquit, quòd omnes illi, qui ita erant inordinati habebat pro hostibus suis, & Romani Imperii, & ꝙ retrò reddire deberent in patriã ut desertores militiæ puniendi à Censoribus: & propter pudorem illicò se in ordine pugnæ reduxerunt. Philippus Rex Macedonum dubius, nè sui sustinerent impetum Scytharum peditatus tergoribus posuit equitatum sibi fidelem pro gloria; & infestum ꝓ ignauia ordine sibi dato nè discederẽt donec discederet aliquis ex suo peditatu ab ordine pugnæ, sibi dato in præcepto, quòd si ipsi fuerint pertinaces extrà ordines prolapsi, quòd illos tollerent de medio armis: & timidi, ac fortes magis peroptarunt à suis occidi, quàm ab hostibus. Ideò strenuè pugnarũt cum gloriosa vi
18 ctoria. ¶ Hermocrates Syracusanus uictis Carthaginensibus, de quibus maximam copiam captiuorum cœperat, timens eorum numerum, & nè sui pigrescerent in nocte uictoria læti, simulauit

mulauit equos hostium de nocte aggredi ipsum, ut suos recuperarent captiuos hostes intrinsecos Hermocrati: cuius milites tota nocte steterunt in armis; et alia uice dum fuisset cum suis potitus uictoriam, uidēs suos esse securos cibo, uino, & somno oppressos, finxit fugitiuum ab hostibus uenisse sibi nunciautem quòd hostes ab omni parte ordinauerant insidias, ità quòd suos milites acie instruxit, &
19 hostes fuit adhortus, & uicit. ¶ Et habent Duces uitare pericula aperiendo dicta in quantùm possunt, quoniam illi qui se obiiciunt facilè periculis non considerantes quanti sint detrimenti, & excidii in ipsis facilius cadunt, & pereunt, quoniam tentant Deum, & non sperant in eo: ut cæci cæcos ducentes in foueam cadunt, Euangelio teste. Propiereà tenentur bellorum Imperatores se cum habere comitem prudentiam; & saluti suæ, & suorum semper consulere, capitulo si nulla 23. quest. fin. Iuxta illud.

Quicquid agis prudenter agas, sed respice finē.

Antiquorum quorundam sapientum diuinorum Imperatorum in cœlesti expertorum, spiritualique, legali, & armata militia exemplo · præsentia probè sui temporis præterita, & futura tempora perspicientium, & benè considerantium, & consulentium; ità quòd se, milites, populos, & Imperium suum con
20 seruarunt à periclis. ¶ Et meritò damnantur Principes illi, qui non ducti necessitate, se supponunt periculis sua capitosa, & temeraria uoluntate, suorum consiliariorum spreto consilio, non considerantes futurum finem l. Item mella. ff. ad leg. aquil. Nulla quidem securitas est incerta sectari, & habere uicinum serpentem apud ipsum dormientem. capit. si nulla. 23. quæstio. 8. Et sępe præcipitatur consilium in stante periculo, animo tunc existente dubio: an hnc, uel illuc impellitur urgente mæstitia; & tunc sæpe silent consilia impulsa tempore necessitatis.
21 ¶ Et illa quippè sunt remuneranda, & pretio multo coronanda pericula, quæ quis subegit pro Republica, & libertate sui Imperatoris, & patriæ l. semper. §. negociatores. ff. de iure immunit. & l. Principes. C. de princip. agend. in reb. lib. duodecimo. Maurus Pompeianus; ut Cornicularius tribunus militum Cæsaris, Cæsarianis tunc obsidentibus Teguam urbem Hispaniæ Pompeianis amicam, ex qua exiit cum certa custodia, & andatia sua, ut Cæsarianus, per medium hostium præsidio transiuit in dictam ciuitatem. Marcus Antonius contra Pansam Consulem in locis siluestris Aemylianæ uiæ posuit insidias, & cum illis Pansæ exercitum rupit uulnerato Curio Consule: qui illinc ad paucos dies periit, & opera Regis Iube duce perfecto Regis Iubæ Sabora periit in fuga, ab equis cæsus Numidarum cū exercitu suo. Rex Rhodiorum Mænon cum longo equitatu reductus in syluosis, & montanis locis artè misit ad hostes planitiem tenentes plures ex suis, sub colore quòd essent fugitiui, qui nuntiarunt hostibus, qualiter in exercitu Menonis erat innata discordia, & quòd multi catervatim ex militibus nolebant ingredi castra hostium pro suffragio suo: & hostes hoc credentes discesserunt ex planitiæ, & iuerunt ad castra sua ad illa muniendum: & Menon descendit in planum cum equitatu suo, & hostes fuit adhortus, occupato munimine castrorum suorum, & illos rupit. Epaminundas Atticus factis ignibus multis, ut uideretur nolle de nocte discedere, meauit in tenebrosa nocte per milliaria quadraginta ad Mantiniam, & illam occupauit militari exercitio. Qui alia uice uolens simili stractagemate de nocte decipere Lacedęmonicos, qui fuerunt ab uno ex Lacedæmonibus cerciorati; & indè Epaminundas postmodum uadens,
22 deiectus illa nocte fuit, ita quòd non potuit consequi uotum suum. ¶ Cratheres ex Asia descendens in gręciā cū exercitu cōmissa pugna gręcos coegit in Crumene retrahere cū pauco
23 rū occisione. ¶ Pro memoria nobilium gestorum militariū, & uirtute excellētiū uirorū nobiliū, statuas illi auri, argēti, cupri, marmoris, & oricalchi inflabat Antiquitas Publi. Aemylius Consul Romanus uicto Perseo Rege Macedonū in memoria uictorię posuit statuā suā in templo Apollinis Delphici, ubi Rex uictus suam ponere nolebat. C. Marij statuā marmoream fuisse Rhauennæ attestatur Plinius, & se illam uidisse præferentem rigiditatem, & duritiem Marij; naturamq; ipsius bellacem, qui sua uirtute se exercebat, ut miles in militaribus exercitiis, & utebatur pane, quo alii milites uescebantur: hunc ambitio, odium, crudelitas, & ingratitudo erga Cæcilium Metellum oppressit uaria fortuna; pluries triumphauit, & multorum glorias, & honores sustulit Marius, & illi suas glorias ambitione abstulit Sylla crudelis, multis cœsis ex Marianis. ¶ Caio Graccho erecta statua fuit per populum Romanum, ex eo, quia iussu suo in Lybia Carthaginem reædificauit, illi nomen Iunoniam imposuit. Hic C. Gracchus unà cū Tiberio Graccho suo fratre uiri Nobiles à populo Romano fauti pro lege agraria opera diuitum interfecti fuerunt; & eorum cadauera proiecta in Tyberim, & statuas illis erexit Populus Romanos. ¶ Casandrus Rex capta græcia in Delpho cernens statuā Alexādri Magni animū

suum adeò concussit timore, quòd semper in mentem illam tenebat impressam, memor de magnis gestis ipsius, & quòd ipsi caput impelleret in murum. ¶ Achillis statua inflata
16 fuit in Troia, quæ ab Alexandro postea fuit coronata: decessit Alexander Magnus xxix. Iulii in solis occasu, oppressus febre acuta venenosa causata à potu aquæ frigidæ, uel à proditorie uino potato. ¶ Et dum Cæsar fuis-
27 set fautus à populo, & creatus tribunus plebis, habitis Marianis Syllæ tempore pro hostibus Romani Senatus, Sylla defuncto, inflauit Cæsar de nocte æreas C. Marii statuas, & illas in Capitolium posuit nocte illa, qua Iulia amita Cæsaris uxor C. Marii decessit, quam in Campo Martio ductam laudauit ornatissima concione, & cum uictoriis Cymbrorum, & Theotonum, & septem ipsius Marii triumphis, & tropheis pluribus cum literis insculptis; & uiam Apiam ære publico fecit iussu Senatus, Populique Romani; & Marianos audacter honorauit.
28 ¶ Ex Parthis M. Antonius duxit statuam giganteam ad urbem altitudinis bracchiorum sexaginta, quam in theatrum (ut legimus)
29 erigi fecit. ¶ Nobilis Venetorum Senatus antiquitatis imitator optimè fecit inflando statuas uirorum laude dignorum in æde beatorum martyrum Ioannis & Pauli Venetæ urbis Romanorum exemplo Imperatorum, qui propter uirtutem, & nè eorum laudes perirent, & gesta laudabiliter facta per ipsos in bello pro Republica Veneta, ut illa Troiani Augusti Aemilii, Titi, & Marii, Curiorum, Deciorum, Bruti, Q. Flaminii, Mutii Sceuolæ, Horatii Coclitis, Syllæ, Iugurthę, Cocliæ, Valeriæ in urbe, & munificentis Regis Hætruscorum Porsenæ, in hætruria Alcibiadis, Pithagoræ, & Themistoclis in ciuitate Athenarum; & Lisandri in Delpho, & Antolici qui Sinopem muro circumdedit, hic militauit cum Hercule contra A-
30 mazones. ¶ Obeliscos, plures pyramides, & columnas cum historiis descriptas cum scutis, arcubus, & triumphis erexerunt in urbe Quirites: statuasque multas argenteas, aureasque, & æneas legimus inflasse, & marmoreas insculpsisse, ad ęternam memoriam inclytorum Imperatorum, & egregiorum equitum, & militum suorum in locis publicis, ut de statua Romuli in templo Vulcani deuictis Cimeriis, curru ibi apposito ferri ex Camerio allato, & Regum plurium, & Imperatorum; Augusti Cæsaris aurea statua fuit, Et Assarii Parthorum Regis proceritatis sexaginta cubitorum. De Augusti Cimeribus extat ad huc munimentum in vaticano urbis prope ædem Diui Petri Apostolorum Principis, & amotas Pompei statuas proprias in foro posuit Cæsar; & lege Iulia maiestatis iussit teneri rumpentes, & uiolantes Principum statuas. l. qui statuas. ff ad leg. iul. maiest. Polimacum ruptorem statuæ Cyri Regis in Persia gladio transfixit Alexander. In clipeis quoque, tabulis, scripturis, picturis, sculpturis, & numismatibus auri, argenti, æris, cupri, & ferri, peregregiè gesta suorum pro memoria reliquit Antiquitas in marmoribus quoque sculptis, & lapidibus prætiosis.
31 ¶ Vt de Imperatoribus, Regibus, Consulibus, Ducibus, & militibus Excellentissimis, ut de Scipione, Fabio, Fabritio, Catone, Camillo, Appio, Claudio, Marco, Aemilio, L. Manlio, L. Torquato, & C. Deniato, Paulo, Lutio, Fuluio, Aemylio, Cæsaribus, & Messalla Principibus legitur: ut modo in vrbe de statua illa in æneo equo posita propè templum sancti Ioannis in Laterano; & de statua, & equo æneo Pii Antonini Imperatoris olim posita Rhatiennæ super porta templi diui Saluatoris, & indè longo post tempore suprepta ab Alliprando Longobardorum Rege, & posita in foro Papiæ.
32 ¶ Et probè scripsit de statuis Imperatorum, Regum, Ducum, & militum Inclitorum Bartholomæus Casseneus in prima parte libri sui Cathalogi gloriæ mundi: & ueuerabantur huiusmodi statuæ antiquitus, & salui erant rei criminum confugientes ad ipsas, ut de Assyllo Romuli, & Numæ Pompilii pro sacro loco statuto, præter alios ordines per ipsos factos in urbe; & in iure nostro est titulus de iis qui ad statuas Principum confugiunt, & de iis qui ad Ecclesias confugiunt.
33 ¶ Quæro de iuris quæstione, an scriptura in marmore sculpta probet in antiquis? Dic quòd sic, per gloss. in cap. Cum causam, & per Doctor. ibi de probat. & in cap. Sane. vigesimaquarta quæst. 2 & in l. Monumentorum. ff. de religio. & sumpt. funer. & ibi per Bal. & in l. 1, in fine ff. de bon. poss. sec. tab.
34 ¶ Formion Dux Atheniensium deprædatis per ipsum agris Calcedonensium, de hoc conquerentibus oratoribus urbis Calcedoniæ illos placidè retinuit, & alio die erga ipsos inquit, quod ire deberent in patriam suā, quia ipse erat iturus Athenas, quoniam sui ciues sibi scripserant, ut in patriam redirent: & iussit exercitum cum impedimentis meare uersus Athenas, et ita cœpit colligere sarcinolas, & se præparare pro itinere; & oratores prædicti discesserunt certiorantes suos Formionem discessisse uersus Athenas cum exercitu, hoc percepto pro Calcedonenses, aliter non curarunt ulterius custodire muros ciuitatis, & Formiō illicò retrò reddit, et urbē Calcedonē

ſium incuſtoditam cœpit, & occupauit Rex
Agislaus Lacedemonius ſocenſibus obſeſ-
ſis dedit poteſtatem exeundi ciuitatem cum e-
xercitu diſceſſo, hoc uiſo per Focenſes exiue-
runt ciuitatem, & ipſe reddit repente cũ ſuis,
& ciuitatem habuit facto impetu forti. Vi-
riates diſcedens cum exercitu ab obſidione ur-
bis Segobienſium pro tribus diebus per ip-
ſum meato uno die pro tribus fecit itineris,
35 reddiens ad locum primò obſeſſum impedi-
tum ſacrificio, & illum occupauit deſertum
cuſtodia. ¶ Galli accenſi uendicare contra
Romanam uirtntem, quæ contra ipſos tan-
tas uictorias habuerat, memores præcipuè
de uirtute Camilli, decreuere naues habere,
vt ualerent pertranſire Tyberim; Romani Se
natores hoc audito ipſis licentiam conceſſe-
runt tranſeundi Tyberim, & ultrà ipſis dare
uictum quantùm ſibi ſufficeret; & huiuſmo-
di fugitiuis uia fuit conceſſa per Campum
Fontinum, quæ poſteà gallica uia dicta fuit;
& Lucius Mininus eques Romanus poſt ambo
rum fratrum Scipionum occiſionem factam
36 in Hiſpania licentiam dedit Carthaginenſibus
in medio reductis, ut abirent, & illos poſt
inordinatos deleuit. ¶ Darius Rex in bello
vulneratus multis ſagittis inquit erga Poli-
ſtratum, qui illi præbuerat Pontum pro me
tibi meritum dabit magnus Alexander pro
tanto beneficio, & Dii remunerabunt ipſum
37 Alexandrum pro clementia, & humanitate
ſua qua fuit uſus erga uxorem, matrem, fi-
lias, & ſorores meas. ¶ Et cum Rex Perſiæ
ſcripſiſſet Regi Agiſlao pro habenda ſecum
amicitia, reſpondit ſi ipſe erit græcis ami-
cus, ſuus erit amicus, ſin autem hoſtis per-
petuus; & nunquàm potuit ipſum corrum-
pere donis; & in fide, & uirture pro ui Mi-
thridates non potuit Pomponium Romanum
militem euertere à fide Romanorum. Et
dum Conſul P. Craſſus militaret contra Ari-
ſtonicum, & in hoſtium inſidias incidiſſet in-
tra Heliam, & Mirinam, & captus fuiſſet pu
tans indignè geſtum pro Conſule percuſſit ba
38 culo illum qui ipſum ducebat, quem occi-
dit euulſo ſibi oculo, & ità uindicauit igno-
miniam ſeruitutis ſuæ. ¶ Q. Metellus in Ro
manorum dedecus curauit proditione habe-
re captiuum Iugurtam Regem, & fortè Deo
placuit, quia Iugurtæ placebant proditiones,
& proditores. Et quia Rex Perſiæ nimis de-
licatè uiuebat, de eo Rex Agiſlaus Macedo-
nus dicere conſueuerat Regem Perſię non ui-
rum uirtuoſum uiuere, ſed ut debilem feram
uitando frigus, & calorem; & ſe Rex Agiſ-
laus palàm ſuis in laboribus offerebat uirtu-
te ſua. Nunciato Cæſari à captiuo quoddam
qualiter Afranius, & Petreius in oſcura no-
cte uolebant mouere exercitum ſuum; & ut
impediret eorum diſceſſum iuſſit in prima ui
gilia clamores, & tumultus fieri per ſuos, &
uaſa tumpi, & mulos amoneri: ita quòd per
ceperunt Afranius, & Petreius Cæſarem uel
le diſcedere cum exercitu. Et Arridas Rex
Moloſſi contra Ardium Regem Illyricorum
miſit non aptos ad bellum in Aetholiam, &
exercitum duxit in locis alpeſtris, & fortibus;
hoſtibus inſidiando contra bona illa Moloſ
ſorum uerſus Aetholiam miſſa: iuerant Illy
rici auidi præda, quibus inſidiauerat Arridas
in arctis locis cum ſuis, & illos arte deleuit
39 fugientes. ¶ Audito per Lucullum Regem
Armeniæ Tigranum cum Mithridate ueloci
ter deſcendere in Gliciam cum maximo exer
citu; putauit Lucullus Tigranum indiguiſſe
conſilio ſano, cum hoc facere debuiſſet ante-
quàm Mithridates eius ſocer diminutus uiri-
bus ruptus, & expulſus fuiſſet de Regno ſuo
Ponti; & quòd modò Tigranus ponebat ſuum
in periculum cum rupto Rege Mithridate.
40 ¶ Et tunc Micares filius Mithridatis qui tene
bat Boſſorum, dubitaris Tigranum eſſe ru-
ptum in primo ingreſſu, dono miſit coronam
Lucullo, rogando illum, ut in amicum reci
peret Populi Romani: & relicta legione in Pō
to pro cuſtodia Duce Sornacio, contra Ti-
granum acceſſit Lucullus per aſpera loca ui
gente duro gelu, & cum equitatu duodecim
millium, & trium millium peditatus, in uitis
militibus ſuis peruenit ad Euphratem tũc tur-
bidum: & præparata materia propontibus,
de mane fuit effectus fluuius meabilis contra
naturam ipſius fluminis: & illicò cum exer
citu tranſiuit amnem Lucullus qui uidens Ti
granum eſſe caſtramentatum in colle loco for
ti, & ut ad pugnam deſcenderet, obſedit Tigra
no certam urbem ualdè dilectam à Tigrano; &
de expeditione ſecuta inter Lucullum, & Ti
granum Regem Armeniæ alio loco dicemus.
41 ¶ Et dum Cœlius prætor urbanus redderet
ius, ſuper eius caput aduolauit auis nomine
Picus, quam ipſe occidit, & uani aruſpices
iudicarunt populum Romanum eſſe uicto-
rem; quia prætor Cælius auem occidit, ſed
quòd ipſe peribit in bello illo cum ſua fa-
milia: & ita fertur accidiſſę ſecuto Marte: ut
de Detiis illis qui ſe deuouerunt pro Repu-
blica, pro ut Romana docet Hiſtoria.
42 ¶ Dionyſius Syracuſanus tyrannus, audito
qualiter Pœni ueniebant Siciliam, forcia lo
ca pro cuſtodia muniuit armata gente, ei-
dem dato ordine, ut ſe pacto daret Cartha-
ginenſibus quod arte fecit, ut hoſtes dimi
nuerentur præſidio, ut factum fuit, quos
poſtea uidens Dionyſius eſſe paucos, & dimi
43 nutos auxilio, ſuperauit. ¶ Rex Agislaus La
T 2 cedęmonius

cedæmonius militans contra Tyſaphernem ſi-
mulauit ire in Chariam locum aptum pro ui-
ctoria, ubi acceſſit Tyſaphernes cum exercitu
nè Agiſlaus caperet locum, & Agiſlaus muta
ta uoluntate iuit in Lydiam, & regiam urbem
Tyſapherni cæleriter cæpit cum theſauro.
44 ¶ Contingit Mithridatem rupiſſe Fabium; &
contra Pharnacem, & Triarium copias ſuas
ducere pigreſcentibus Fimbrianis militibus;
qui demùm impulſi pudore ſequebantur Lu-
cullnm, & illi parebant; ſed audito per Tria-
rium Lucullum ibi aduentare, & nè Lucullus
particeps foret uictoriæ, & gloriæ, pugnam ac
celerauit contra Mithridatem; & ruptus ab eo
permanſit millibus ſeptem, & ultra ex Roma-
nis interfectis centum & quinquaginta ex Cē-
turionibus, & ex Tribunis militum uiginti-
quatuor captis unà cum uallo Triarii; & inde
ſuperueniente Lucullo Romani milites Tria-
rium occidere curabant, qui à Lucullo abſcon
45 ditus euaſit. ¶ Cyrus Rex Perſarum exiſtens
incluſus in Sardos à parte rupti mōtis ubi nul
lus dabat introitus, arbores magnas altitudi-
nis montis præparauit cum ſimulactis, & or-
namentis armatis, & habitu Perſarū de ſupra:
& de nocte appoſuit monti, & de mane in au-
rora radiante ſole acceſſit ſupra montem ab
alia parte murorum: & uiſis tropheis per po-
pulum, ipſe fugit credens hoſtes fuiſſe in ciui-
tate ingreſſos, & uictor extitit Cyrus. Et Ti-
tus Labienus Legatus Cæſaris in Gallia propè
flumen caſtramentatus ſub ficto timore fugæ,
Galli Amnem tranſire cœperunt in malis ua
dis ubi Labienus illos facto ipſius militum
agmine oppreſſit & ſuperauit. De no-
cte pluriès Annibal Dux Pœnorum tenta-
uit hoſtes nè dormirent, & cum parte ſuorum
infeſtauit, reliquis in uallo quieſcentibus uen
toſo etiam & pluuiali tempore: & inde de die
habuit uictoriæ palmam. Et Fuluii Conſulis
negligentia dedit honorem Annibali, & Epa-
minundas uictoriam habuit contra Lacedæ-
monienſes uigiles de nocte arte retentos: &
Sertorius in Hiſpania poſitis inſidiis Pompe-
ianis militibus de nocte à fronte, & à latere ag-
greſſus cauſa pabulornm Pompeianorum mil
lia decem trucidauit, inuito Pompeio ſuo Du-
ce, qui de nocte poſitis inſidiis in Hiſpania
contra Perpennam ſimulando fugam, illum
inſequente Perpenna uſque ad locum inſidia-
rum, per qnas fuit Perpenna captus cum par
te ſuorum reliquo trucidato militum Perpen
næ, & cum tribus millibus; & qningentis e-
quis leuis armatnræ per Pompeum arte de no
cte poſitis in nemore inſidiando Mithridati ha
benti magnum equitatum, de mane fuit Pom-
peus Regem aggreſſus, & Rex illum fuit in-
ſecutus longo equitatu, ſe retrò paulatim pro
bè retrahente Pompeio in ordine ad ſuos qui
inſidiabant Regi, per quos Pompeius fuit, Re
gem adhortus, & uictor permanſit ſuorum
46 ordine firmo. ¶ Romani orbis domitores
diſtribuebant prouintias uniuerſi Orbis ad
tempus Conſulibus ſuis cum exercitibus, ut
legitur de Cæſare, Pompeio, Sylla, Mario,
Craſſo, Metello, Lucullo, & de aliis excel-
lentiſſimis Imperatoribus: qui primò candi-
dati in commitiis electi fuerant in Cāpo Mar
tio, uel in Capitolio urbis à Populo Roma-
47 no. ¶ Et cum è Thratia, & Macedonia ue-
niſſet contra Syllam Staxilles Præfectus Regis
Mithridatis cum centum millibus peditum,
& decem millibus equitum & curribus no-
naginta falcatis: ad ſe uocato Archilao Du-
ce Mithridatis in re docto militari, qui claſ-
ſem tenebat apud Munichiam, & arte bellum
differebat impediendo, & tollendo uictum
48 Romanis. ¶ Et Sylla uerſus Bæotiam mu-
tatis caſtris locorum ſterilium in aperto, &
plano campo meauit cum exercitu, & caſtra-
mentatus fuit in loco, ubi ſuis non deficiebant
neceſſaria: & licèt mutatio talis non fuiſſet
ab omnibus laudata ob numerum magnum
hoſtium peditatus, equitatusque, & falcato-
rum curruum, ſed uolnit magis Sylla ſe op-
ponere Martis periculis quàm pati inopiam
famis; & etiam quia expectabat Hortenſium
Legatum ſuum, uirum expertum in re belli-
ca, & auidum pugnæ, dubitans illum non
inſidiari ab hoſtibus in arctis locis, & ma-
lis uadis in quibus barbari degebant cum in
ſidiis: propterea Sylla iuit in Bœotiam, &
Caphus focenſis domeſticus Syllæ erat cum
Hortenſio decipiendo hoſtes per uias incul-
tas, aſperas, & inſuetas; imò ipſum duxit
Hortenſius cum exercitu deſubtus titoram, &
Parnaſium deſcendere fecit illum ad locum
ubi ſe tuti reduxere Focenſes à uiribus Xer-
ſis, & ibi fuit per Hortenſium caſtramenta-
tum, & die ſequenti reiecit hoſtes, qui illum
fuerant adhorti: & in nocte deſcendit Patro-
nidem per aſpera iuga, & ſe iunxit cum Sylla
qui obuiam ſibi uenit cum exercitu, & inſi-
mul collem fertilem cœperunt ubi commo-
dè, & ſine inopia manere potuerant cum e-
xercitu quindecim millium peditatus, & mil-
le, & quingentum equitatus, ubi à barbaris
Ducibus niſus fuit paruus exercitus Roma-
norum, & induxerunt Archilanm contrà
ſuam uoluntatem, & cum cohortibus, cur-
ribus, & turmis deſcendere ad pugnam acie-
bus inſtructis, & benè armatis cum neſti-
bus uariè coloratis diuerſarum regionum, &
nationum; adeo ꝙ Romani non audebant exi
re caſtrnm: & Sylla non potuerat ab illis fu
gare timorem, & erga illum dicebant milites
quòd

quòd barbari paruifaciebant ipsos, & hoc placebat Syllæ, quòd barbari reddibant, & pergebant inordinati suis nō parētes Ducibus mul tis quos habebant auidi præda uagantes per agros, & loca mulia deuastantes, & derobantes, & ab exercitu dilungantes, & segregantes ocio si: & Sylla suos in exercitio assiduo detinebat cauando foueas, & aquam diuertendo fluminis Cæphisi ad effectum ut libentius pugnarent cō tra hostes; & itá contingit pro ut fuit opinatus Sylla, ꝙ Romani milites desperati in cauando foueas decreuerunt hostes ferro magis tollere de medio quàm ulterius fodere terram, qđ ual dè placuit Syllæ certam tenens uictoriam uirtute suorum militum, qui ipsum rogabant Syl lam Imperatorem suū ut permitteret illos ferro hostire barbaros hostes, & facto suorum iu dicio cognoscens Sylla ab illis fuisse fugatum timorem respondit; hoc petitis causa fugiendi laborem cauandi terram, & non pro pugna; & si ueram pugnæ cupiditatem habetis Romulei mei sumite arma, & collem illum Saxeum ubi olim castrum fuit modò dirutum capite, quem locum curabat Archilaus occupare cū suis qui fortissimus erat, & disiunctus à mōte Aedilio, ab Axe, & à Cęphaso fluminibus: & Romani celeres ante hostes montem cæperunt, & Archilaus repente se reduxit in Chironiā, quæ à Chi rone conditore ipsius dicta est: & Sylla ad preces Cheronensium, qui militabant cū ipso succurrit Chironensium urbi misso Sabino Tribu no suorum militum ad ipsam cum una cohorte benè armata cum Chironensibus, qui sua vir tute celeriter intrauit, & liberauit urbem ante quàm Cbironenses accederent ad illam; & Sylla aquauit Axem, & fuit castramentatus propè Archilaum, qui castrum habebat benè munitū inter montes Acconsiū, & Aediliū apud Asios, ibi per Syllam relicto Murena cum duabus co hortibus, ordine sibi dato, ut hostes perderet in ordinatos: & ipse accessit ad Chironiam, ut gē tes armatas duceret pro pugna, & probè consideraret Orthopagium, & seu Turinum dictum qđ ab hostibus occupatum fuerat: & Tribunus unus militum obuiam uenit Syllę cum militibus suis, & aurea corona quam dedit Syllę, qui illos humanitate accepit; & duo Chironenses promiserunt dare modum Syllo quo Orthopagium habebit, & ꝙ hostes dissipabit ad libitum suum; & uiam docuerunt tortuosam accedentem ad summitatem montis hostibus igno tum: & ipsi unà cum Romanis iuerunt ad cacumen montis ꝙ hostes non aduerterunt: & ita factum fuit & post in præcipitem saxa in hostea deorsum morantes proiecerunt; ordinatis per Syllam copijs suorum militum in acie factis cornibus peditum in ipsis, distributo equitatu, & dextrum cornu assignauit Sabino, & sinistrum Murenę, Galba, & Hortensio Legatis suis retrò manentibus cum cohortibus probè instructis, & ordinatis pro custodia, & ad subsidium, nè hostes circuirent Romanos ex improuiso. Et ex aduerso Archilaus curruum cornu dextrum instruxit suorum multitudine longa, ut Romanos circuirent longitudine, & illos occuparent in pugna propter maximam copiam curruum falcatorum, peditumque, & æquorum suorum, & ut occuparent Chironiam si ab ea disiungerentur Romani; & Chironenses Duce Ericio sibi dato à Sylla circundarunt Turinum, seu Orthopagium dictum secretò: & cum repente se ostendisset barbaris, ortus est inter barbaros timor intestinus cū fuga maxima præcipitantes deorsum, non ualentes sistere in rupe, & conati lanceis se firmare unus alium impigebat, & impellebat raptim præcipitantes ex alto: & ab omni parte pugnantibus Romanis, relicto loco per hostes, ubi ex ipsis mortui permanserunt tria millia; & fugientes Murena faciebat ab una parte aciebus instructis; & ab alia parte fuerunt restricti barbari, & ibi rupti in castro suo, & sparsi à peditatu nimis timore repletis, barbaros inuasit Sylla illicò cum copijs suis instructis, & contra hostes inordinatos impetum fecit omni post posita mora, & cum celeri cursu cœpit terræ spatiū quod erat in medio: & uigorem sustulit omnem curribus falcatis, qui currere non potuerunt; & restricti sine uiribus permanebant reiecti per Romanos de hoc ridentes cum maximo plausu
49 lætantes, ut fit in cursu brauiorum. ¶Postquàm Romanorum pedites se extenderunt ab omni parte barbaricis fallangibus scutatis acie instructis cum longis larissis, quas Romani incidebant ensibus inter ordines barbarorum; & contra existentes in millibus quindecim seruorum, qui uno proclamate fuerunt uocati ad libertatem, contra quos opposuerunt Romani sagittarios, & funditores suos, qui uerterunt illos in fugam peruerso ordine suo, tūc ducente Archilao dextrum cornu sui exercitus, ut circuiret Romanos: contra quem uelociter occurrit Hortēsius cum suis instructis cohortibus, & ibi se opposuit Archilao ad latus hostium, qui ibi uenerant, & contra Hortensium uertit Archilaus duo millia sui equitatus, ita quòd Hortensius reiciebatur à pluribus, & se reducebat ad alciora loca, nè equi illum offendere possent, paulatim paulatim interruptus, & circundatus fuit à fallangibus hostium; cui occurrit repente Sylla cum dextero cornu, & dubitans Archilaus de puluere quā faciebat Sylla, se ad ipsum conuertit recto Hortensio: quia Sylla impetum maximum faciebat in hostes, Et contra Murenam Staxil-

lus Præfectus Mithridatis cum peditatu impetum fecit cum maxima uoce, quo audito rumore ab utraque parte emisso, & à montibus resonante se firmauit Sylla dubius, & in qua parte foret ipse aspexit, & copias suas retraxit: & misit Hortensium ad succurendum Murenæ cum quatuor cohortibus, & ipse cum quinta cohorte concurrit ad dextrum cornu ibi pugnando uirtute contra Archilaum: & postquam milites dextri cornu Romanorum uiderent Syllam Consulem, & Imperatorem suum ibidem adesse, & pugnare cum maximo impetu, & uiolentia; pugnarunt strenuè in præsentia sui Imperatoris, & hostes in fugam celerem peruerterunt, illos insequendo usquè ad flumen, & montē, & paulatim paulatim se Sylla reduxit in succursum Murenæ quē uidit esse etiam uictorem cum Hortensio, & retrò cedit ad insequendum hostes, qui celeriter fugiebant ex hostibus innumerosis decem tantùm millia fugerunt in Calcidem urbem; reliqui capti, & occisi passim in fuga fuerunt; & in castro, & extra castrum quod capere nitebantur, & id facere non potuerunt impediti à Romana uirtute. Legitur in tali expeditione ex militibus Syllæ perijsse duodecim milites, & celebratæ fuerunt uictoriæ tales per Syllam in ciuitate Thebarum, relictis tropheis in locis ubi pugnatum fuit, cum titulo, Victoria, Mars, & Venus: & in tropheo habitæ uictoriæ in cacumine montis Orthopagij cum literis his, Homoloicus, & Anaxidamoues fuerunt optimi bellatores. Et cum Sylla percepisset per eius exploratores Dorilaum alium Mithridatis Ducem cum magna Classe applicuisse Calcidem cum octuaginta millibus bellatorum benè armatorū, & expertorum in bello, & Bæotiam cucurrisse Flacco tunc Consule Syllæ contrario in Ionio mari cum magno exercitu contrà ipsum uenire, arte sparso nomine in exercitu Syllę, qualiter Flaccus progrediebatur contra Mithridatem, Dorilao Duce Mithridatis dubitante Flacum iungi cum Sylla; & propterea conante studio omni, ut Sylla cum ipso certaret, & in nihilo parendo Archilao, imò illum increpando tam magnum perdidisse exercitum, & non sine proditione, & illi contrarius erat, quia Archilaus uirtute differebat pugnam fieri cum Romanis, tunc castramentatis barbaris in loco forti probè capto per Archilaum pro peditatu, & equitatu apud Orcomenum fertilem & abundantem locum; & in planitie cum palude à parte locata pro munimine, in qua gurgitabat aqua fluminis Mellæ, quòd præter naturam aliorum fluminum Græciæ in ortu suo est nauigabile, proueniente desubtus urbis Orcomeni: & ibi tutò stabant Barbari in ocio non longè à castro Syllæ: qui suos inquietos exercebat in cauando foueas ab utraquè parte, & ageres faciendo pro munimine sui ualli, & ut ualeret excludere hostes à locis firmis, aptis equitatui hostili, & illum traheret in loco cenosæ paludis: & cum illi Romani, qui erant ad operas deputati; & nonnulli alij exercitus Syllæ, postquàm fuerunt à suis ductoribus relicti, non ualentes expectare, cum tanta uelocitate cœperunt currere, quòd ordines perturbarunt suorum, & cum suis mixtim fugientes à barbaris fuerunt adhorti: quo uiso per Syllam, ibi accessit celerrimè cum equo, & ab illo descendit accepto uexillo, & irruens per medium occisorum clamauit erga suos terribili uoce uelociter transeundo per suos in hostes, O Romani milites in hoc loco dignè morior pro Republica Romani Imperij, & quando interrogati fueritis ubi reliquistis Consulem Ducem uestrum, Estote memores dicere in Orcomenum: quibus uerbis præ pudore inducti Romani ad ordines se illicò reduxerunt uirtute sua, & inde restricti cum suo Duce irruerunt in hostes sibi uenientibus in subsidium alijs duabus cohortibus in dextero cornu, Ita quòd hostes uerterunt in fugam, & Sylla cum suis paulatim paulatim retractis ad uallum suum sumpto cibo ad operas reddit, primò inceptas cauandi foueas pro munimine sui ualli uersus hostes: qui Duce Archilao probè ordinati impetum fecerunt contra Romanos, Syllæ sagittarijs adeo restrictis, quòd non ualebant arcu iactare sagittas quas manu tenebant, & cum illis hostes uulnerabant; & in uallo restricti pernoctarunt nocte illa miserabiliter inter uulneratos, & mortuos: & de mane Sylla ordine facto suorum ad dictum opus inceptum fouearum milites eduxit, quem hostes fuerunt aggressi, & Sylla acriter pugnando fugauit illos cum magna cœde barbarorum; qua secuta uictoria, requisitus Sylla ab Archilao, pacem cum Mithridate bonis conditionibus fecit: quæ omnia sępe me-
50 morando proderint in re militari. ¶ Et mortuo Flacco Consule per Fimbriam Marianum Consulem, & Fimbriani se pacauerunt cum Syllanis militibus: quo audito per Fimbriam, ipse se gladio occidit in tentorio suo: & deprædata Asia per Syllam, ipse post Italiam applicuit cum magna classe, & Marianos profligauit; Carbonemque alium Consulem Ducem Mariani exercitus in Capuam Sylla fugauit, ex illis primò cæsis septem millibus: & legitur M. Lucullum unum ex Ducibus Syllæ cum sexdecim cohortibus superasse apud Fidentiam cohortes quinquaginta hostium trucidatis ex illis 18. millibus eorum capto uallo;

uallo: & hic M. Lucullus Frater fuit illius magni Luculli, qui bello Mithridatem, & Tigranum Reges superauit. ¶ Et legitur Syllam in
51 animo suo habuisse Leonem, & Vulpem: & Carbonem dixisse Syllę magis timere vulpem, quàm Leonem: & bello post commisso per Syllam contra Marium Iuniorem ipso recluso in Prænestinam urbem, cęsi fuerunt ex Marianis uiginti millia, captis octuaginta millibus; & quòd in expeditione prædicta non perierunt nisi uiginti tres ex militibus Syllæ, qui se tandem Dictatorem nocauit, dira per ipsum experta crudelitate in Marianos; quorum sex millia in Senatu, & in Præneste millia duodecim trucidare fecit præscriptorum: & post faustè triumphauit Sylla, & demum pediculari morbo Puteolis periit Granio Principe antequàm moriretur in ultima nocte suæ uitę coram eo prius strangulato fisci debitore, eò quia dimorebatur solutionem expectando mortem Syllæ; qui sepultus fuit in Campo Martio cum titulo hoc. Amicorum nullus me beneficiis, & inimicus inferior me fuit in iniuriis: & ni fuisset humanitas Pompei, inhumatus permansisset Lutius Cornelius Sylla, opera Leppidi.

52 ¶ Audito per Pompeum Cæsarem peruenisse ad Rubiconem cum exercitu, se gloriauit in Senatu, quòd si pede percusserit terram, milites, & equos habebit innumerabiles; post rupto Pompeo, & eo in fugam reducto sine ministris, Fauonius uir Senatorius Pompei amicus, fuit illum associatus, & eum increpatus fuit de eo quòd prædixerat in Senatu cum arrogantia magna; si pede terram percusserit, milites, & equos habebit innumerabiles; quomodo faceret tale miraculum; & solus Fauonius illi amicus fideliter ministrauit in aduersis sibi deficientibus seruis, uxore Pompei Cornelia tunc in Mithileno existente, ibi prius missa per Pompeum, quem Peticius in naue oneraria accepit ab eo rogatus, & in Mithilenum conduxit, ubi aderat Cornelia uxor Pompei: cui mœstissima obuiam uenit in accusando fortunam aduersam. ¶ Cæsar mortuo Pom-
53 peo expulit Cleopatram è Regno, & cum foret sibi dictum in præsentia Ptolæmei Regis Aegypti perpotentem Eunuchum Achillem Photinum, quòd iret ad peragendum aliqua gesta magnifica, prudenter illi respondit, se nō indigere consilio alicuius Aegyptiaci uiri, & iussit Cleopatram ad ipsum uenire, quę uenit in una naui de nocte, tunè cum Apolidoro Siculo, & non ualens de nocte intrare tentorium Cæsaris, inuoluta leticulo, fecit se arte portare ab Apolidoro prædicto in tentorium Cęsaris, quam Cæsar honorauit; & cum germano suo Ptole mæo Rege reconciliauit; & ambos æquè regnare in Aegypto percepit, & mortuo fratre ipsa sola Regina totius Aegypti
54 permansit. ¶ Quæro de milite uasallo, seu de non milite uasallo, an potest sine consensu domini feudi dare feudū in dotem filiæ suæ ad uitam ipsius filiæ inuestitæ; & quòd eiusdem filiæ uitam non transcendat? Dic Romam Romanæ Curię tenere quòd sic in titu. de feud. in antiquis. perpetuam autem concessionem sine consensu domini facere de feudo non potest, ut Rota prædicta tenet in loco prædicto. Vbi etiam habetur, inuestituram feudi prodes-
55 se absenti. ¶ Quæro de quoddam Barone feudum ligium tenente, qui rebellis fuit suo Regi, An uasalli ipsius Baronis perdant feudū quod recognoscunt à Barone prædicto? Dic quòd non; quia feuda per ipsum concessa firma permanent, & illa non confiscantur, habetur per Bald. in cap. 1. in titu. hic finitur lex Corradi: & incipiunt consuetudines feudorum, & quòd uasalli efficiantur franchi propter delictum
56 Domini firmat Ias. in l. fin. col. 9. C. de iure emphyteotico. ¶ Et quoque notandum est, ꝙ feuda perduntur pluribus de causis, & semper sunt citandi uasalli, neque sunt priuandi sine cognitione causæ tenet. D. Cardinalis Alexandrinus in cap. 1. Si quæstio de feud. amo. & in consilio incipiente, Dominus Abbas, & in alio consilio incipiente Archipresbiter numero 132. & per And. de Iser. in cap. 1. in titulo
57 de milit. uasal. qui contumax est. ¶ Quæro demùm de pœna mendacis uasalli qui negat se à domino tenere feudum, an perdere habeat feudum uasallus si noluerit iurare fidelitatem Domino? Dic quòd sic secundum Dom. Andream de Isernia in cap. 1. §. Notandum in 1. Rubrica, & in cap. vasallus, si de feudo defuncti militis fuerit controuersia. Plura de dictis, & de gestis militaribus hic scripsissem, quæ in præsenti libro tei, & Disciplinæ militaris in uariis locis sparsa scripta sunt, ibique lęgi poterint per prudentes in legendo curiosos.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *DVX belli quos equos tenere debeat. & nu.2.*

3 *Equitatus salus, est peditatum fortissimum habere.*

Mars deus est belli, qui preest maribus in bello, & Bellona militiæ Dea, & Martis soror.

4 *Equitatus quomodo, & quare fuerit egregatus per Ladislaum Regem Macedonum, & qualiter præmia constituit unicuiq; optimè equitanti.*

Equorum exercitatio facit populum animosiorem, fortiorem, belligerum, & superbum.

Corinthi urbs cur vulcani fucina fuit nuncupata.

5 *Lagislaus Rex ordinauit sagittarios, & funditores precedere alios in ordine belli.*

6 *Consilium pro Regibus ad habendum equitatum bonum in regno suo.*

7 *Imperatores tenētur peramare populos suos, & illos probè docere circa res, & negocia bellica.*

8 *Principes qui indoctum exercitum docuerūt, & illo prosperè pugnarunt magis laudātur quàm qui militibus aliena uirtute instructis uictores fuerunt.*

9 *Tullus Hostilius, & alij Reges, ac Imperatores laudantur ex eo quòd mirabilia bello peragere militibus sua doctis uirtute.*

10 *Romana uirtus quanto alias nationes præcelluit. Alexādriq;, & Cesaris pulcrum dictum. Seruile esse in bello amare diuitias; et Regium esse attendere laboribus, & illos fere libenter.*

11 *Martiales equi boni, ex uarijs oriuntur locis, suntq; amici humanæ naturæ, ac pro ipsius commodo & tutela.*

De Nicomedis Regis Bithiniæ mortui equo, qui non uiso ipso Rege noluit comedere, & mortuus fuit.

12 *Equi quandoquè pro dominis mortuis lachrimarunt; et uictoriam, seu ruinam ipsis Ducibus suis indicarunt.*

Equi à pluribus Principibus honorati.

De Bucefalo equo Alexandri Magni, & quo modo ipse Alexander illum equitabat.

13 *De equo Cæsaris, & quomodo equi martiales cognoscantur, & exerceantur.*

14 *Natura, forma, & signa martialium equorum quæ nam esse debeant. & nu.15. et 16.*

15 *Equi qui sint improbandi.*

Regis Anthigoni mirabile inuentum nè equi pigrescerent.

Desidia, segnitia, ignauia, imbellia, pigritia, & inertia est hostis accerrima uirtuti in pace, & in bello nocens ut pestis martialibus uiris, & equis cum multa mala pariat. Ideò omni arte, & ingenio uitanda.

Equorum scabies, & alia ægritudines quomodo sanari debeant.

Pro sanandis moroidis experimentum.

17 *Equorum martialium Domini tenentur bis saltem in die illos proprijs oculis uidere quibus impinguātur equi, illosquè benè nutrire, & curare.*

18 *De Porro Rege equitante magnum Elephantē, & de uirtutibus ipsius elephantis.*

19 *Vasalus duos recognoscens dominos inferiores à Rege pro feudo non ligio, qualem illorū in bello cum equis auxiliari teneatur. & num. 20.*

DE EQVIS MARTIALIBVS.

1 INcliti exercituum Duces, omni tempore tam diurno, quàm nocturno tenere habent aliquos equos ex suis sellaros, qui sint ueloces, fortes, castrati qui non nitriant de nocte equitantes; & quod non sint uitiosi, benè domiti, securi, animosi, & non perterefacientes umbras, arbores, ligna, & saxa de nocte, si in obscuro fuerit necesse equitare pro re importanti, nè uidentes equarum armenta, uel alios equos nitriant; & tali nitritu certiorentur hostes sub noctis silētio: qui fortè inordinati, & sine custodia capi possent, non certificati ab exploratoribus suis, & facillimè aggredientur inopinantes tale factum; & superabuntur ab animoso, & calido hoste longè castramentato ibi arte, & tutò peruento cum celeri equitatu suo, secum portata peditatus acie fortissimorum militum, hostibus aggressis, & interritis, uel in fugam positis, inermi repertis repentino aduentu. Ita q; arma capere; & equos sellare, & frenare propter impetum fortis, &
2 repentini aggressus non poterint. ¶ Et data occatione utile est in re militari secundum necessitatem temporum, & expeditionum, & negociorum fortissimos & animosos, integros, & non castratos, & sæpe nitrientes equitare martiales equos ortos ex forti prosapia: cum aqui la imbellem non generet columbam, secum receptos strenuissimos pedites electos habere cū ipsis eqs cū uariis armis, & ignitis instrumētis; ipsos comitantes cautè semper equitando, & calidè castramentando nè aliquid mali sibi,
3 & suis contingat. ¶ Et pro equitatus salute optimum est habere secum peditatum fortissimum cum ipsis quandoque portatum, quod proderit ualdè si contingerit infidos hostes habere plures equites quàm sint Catholici. Quia Mars, seu Mauors antiquo uocabulo (ut inquit M. Varro) pest maribus in bello: & Mars Pitrem .i. Martem patrem, & Deum bellorum;

&

& Bellonam militiæ deam & matrem,& Martis sororem Crassa uocabat antiquitas. ¶Et
4 non ualens Rex Agislaus Lacedæmonius cum percipitatu suo in Phrigiam pergere sibi prohibito per equitatum Pharnabaci, nouit prudenter necessarium fore equos habere in bello pro uictoria quibus ipse carebat. Ideò publico edicto præcepit omnibus diuitibus ciuitatum ipsius Imperij,ut equos nutrirent, & tenerent martiales;& quòd quilibet dans sibi equũ cum homine armato, & experto pro bello foret immunis à militia, & ità congregauit equitatum:& certè populi fiunt animosiores, fortiores,belligeri, & bello superbi ubi equi exercentur, & ita optimum equitatum cumulauit in Epheso, & præmium posuit turmis equorũ, & cohortibus peditatus, & unicuique optimè equitanti, & pedester se probè exercenti præmia posuit, omnibusque scutatis, sagittariis, & funditoribus factis gymnasiis exercitantiũ in militia,tam pro equitatu,quàm pro peditatu.Et urbs Chorinthi uulcani fucina nuncupabatur pro armis quæ in ipsa ciuitate fiebant.
¶Et probè ordinauit Rex Agislaus lacedemo
5 nius sagittarios,et funditores præcedere alios in ordine belli, nè suos ledere possent:& ità tẽpore nostro fieri debet de pillularijs tartarei ignis:& gymnasium pro exercitio militiæ constituit,& benemerentes in gymnasio pro honore,& gloria uirtutis coronari mandauit:& illi lætantes Dianæ præsentabant coronas quibus
6 coronabantur. ¶Consilium erit pro Regibus ad habẽdum equitatum bonum in regno suo, quo ipsi ualeant posteà uti pro bello præcipiẽdo subditis suis publico edicto in bonis tot ualorem habentibus; ut unum, duo, uel tres equos teneant bonæ stirpis, distribuendo illis equos,& iumenta martialia;ipsos faciendo immunes ab omni onere populari: & quòd nullus possit tenere mulũ, uel mulã absquè equo uno martiali; & quòd nullus indui possit panno fino nisi tenuerit unũ equum pro bello; & iam comedit equus unus malus, quàm bonus unus:& ita in eorum regno de facili habebunt bonum equitatum pro militia. ¶Et tenentur
7 Imperatores peramare populos suos, & illos instruere ad exercitium bellicum, sæpe equitãdo otij tempore uenationes proclamate facto, ut omnes aliò non impediti Iuuenes habentes equos martiales accedere deberent cum eorũ Rege ad uenationẽ:& illos exercere cursu, & saltu;& præmia quandoque illis donare se pro bẽ exercentibus:& quandoque eos exercere in hastiludijs præmio uincentibus dato, & illos amare,& pbè docere circa res,& negocia belli
8 licæ. ¶Et laudantur Principes illi,qui exercitu benè disciplinato magna peregerunt, manu tenendo illos securos,tenaces, & disciplinato sure & disciplina militari, & magis laudantur Principes illi,qui indoctum exercitum docuerunt,& illi præcipere sciuerunt,& cum eo prospere pugnauerunt;& uictores, & gloriosi extiterunt,quàm illi qui militibus ab aliena uirtu
9 te instructis uictores fuerunt. ¶Suos docuerũt milites Rex Tullus Hostilius, Epaminunda Thebanus, Rex Philippus Macedo, Romani, & Alexander magnus,Gracchus,Pelopida, & Cyrus Rex Persarum;& cũ illis sua doctis uir
10 tute mirabilia bello peragere. ¶Romana uirtus, teste Liuio Patauino, præcelluit omnes nationes uirtute, religione, natione, generatione,armis,& disciplina militari. Et quidã nostri temporis Duces armatæ militiæ sunt in causa habẽdi bonos,& malos milites ignauia, & auaritia sua; quos corrodit segnities,& ignorantia hostes in re militari. Inquiebant Alexãder,& Cæsar seruile gestum esse in bello amare diuitias; sed regium esse attẽdere laboribus
11 & illos ferre libenter. ¶Martiales ex uarijs locis boni oriuntur, licèt in omni loco aliqui equi boni nascantur, & etiam mali. Equi sunt amici humanæ naturæ, & pro ipsius commodo orti sunt & tutela;Et mortuo Nicomede Rege Bythiniæ;quẽ non uidens equus suus, nunquàm comedere uoluit, sed mori magis
12 peroptauit, & ita fuit mortuus equus Nicomedis. ¶Et legitur equos in bello pro dominis mortuis qñdoq; lachrymasse,& tristes permansisse cibi immemores sibi dati; & quãdoq; indicasse uictoriam, seu ruinam Ducibus suis cum gestis exterius per ipsos factis,& propalatis.Et legitur quosdam Principes magnos honorasse equos suos mortuos, uel uulneratos in bello; & Alexandrũ magnũ mortuo suo equo Bucifale in bello contra Porrum Regem,in India urbem construxisse Buccifaliam sub nomine,& in memoria equi sui Bucifalis,quem indomitũ emptũ pro Philippo Rege patre Alexandri per Philonicum Thessalum prætio tredecim talentorum; & equitare audebat nemo ferocitate sua, & cognoscens Alexander equum esse sine freno præ timore umbræ solis demonstrantis ante ipsum imaginem alterius equi, qui uidebatur cernere illum;uertit equum cõtra Solem, & placidè super eum ascendit,& illũ probè rexit loris, & domuit, & in bello pluries illum equitauit, & mirabilia gloriosè su
13 per eo fecit. ¶Equitabat Cæsar equum unum terribilem habentem quasi pedes hominis humani,& sup eo,bella, multa peregit,& equus prædictus primò fuit à Cæsare equitatus quàm ab alio,ut de Alexandro legitur,q̃ primò equitauit Bucifalem. Equi martiales cognoscuntur dum sunt pulli equini in eundo, & ludendo, & aquas transeundo;& tertio anno de armento debent capi,& probè curentur in stabulis,domẽtur, &

tur,& mansuetè exerceantur; & bene sine uitio instruentur, exemplo Castoris Tyndaridis, & Mesapij antiquorum domitorum equorum, Iuxtà illud Poetæ,

At Mesapus equum domitior neptunia proles.

4 ¶ De natura, forma, & signis martialium equorum quædam hic scribere decreuimus; & primò de signis, ut facilius reliqua cognoscantur.

5 ¶ Signa uerò bonorum equorũ pro bello sunt nescire stare pedibus firmis, & frenum ob necessitatem mordere spumantem, naribus terrorem monstrantium, & terrã ungula concutientium, & fodientium, & exultantium audacter, & sæpe nitrientium; in cursu, & armis se lætos offerentium, & absquè metu saltantium, & non contemnentium pauorẽ, sono lætantium, & gaudentium; tubarũ, & timpanorum strepitus non timentium bellicorũ instrumentorum, sed illis lætantium; & q̃ sint cupidi, & uoraces in edendo: quorum pilus nõ curatur, quia ex omni pilo aliqui boni, & aliqui mali reperiuntur equi; licèt albus, & niger maculatus pilus commendetur in equis, ut placuit Xenophõti. Natura, moribus, colore, forma, & educatione, & loco comprobãtur equi, natura scilicet hylaris, allacer, intrepidus, & lasciuus; moribusque tẽperatus, placidus, & obediẽs equus honoris cupidus, & auidus in gestis suis se ratione regendo sibi data à prudente domitore illum exercente. ¶ Et improbandi sunt equi illi, qui stimulis, frenis, & habenis obtemperari nequeunt, calcitrantes equitando. Forma uidelicet capite breui, & sicco, pelle prope modũ adhærente ossibus, ardua ceruice, & erecta, auribus, breuibus & acutis, oculis magnis nigris, uel felineis; naribus largis; spissa, densa & crinita coma protendente ex latere dextro; pectore lato, substricto uentre, testibus exiguis, rotundis clunibus; firma, & longa cauda; mollibus, altis, erectisque cruribus altis concauis, & rotũdis; pedibusque siccis; ungula firma, compposito corpore, uisu delectabili; grandi, & erecto corpore, & sublimi; & aspero in loco educato: qui exerceri debent assiduò, nè tristes fiant, & scabiosi Exemplo Regis Anthigoni in Nora castro Frigiæ hostium ui reducto cũ equitatu suo, & nè ignaui fierent equi, non ualens illos calefacere, & exercere; & ut libentius cibum caperent; & remouerentur corporis motibus equorũ capita loro substrinxit, altius, quàm ut prioribus pedibus planè terrã possent attingere; deinde cogebat ipsum equitatum posterioribus exultare, & calces emittere: qui motus non minus sudorem excutiebãt, quàm si cursu terræ spatium decurrerẽt, quod callidè fuit inuentum, nè equi pigrescerent, & fuit mirabile uisu ipso exeunte castrum; cũ ita agiles, & pulchri uisi fuerint prędicti equi ac si in capestro, & non in loco obsesso fuissent, ubi per multos menses steterunt. Nam desidia, segnities, ignauia, imbellia, pigritia, & inertia est hostis accerrima uirtuti in pace, & in bello; & ut pestis nocet martialibns uiris, & equis propterea est fugienda, & uitãda arte, ingenio, & studio omni: quia corpus, uires, & animos hominum extinguit, & mortalibus tollit gloriam; nec unquàm est habenda pax cum desidia hoste; quia uirtutem reddit infirmam, & prudentes tumulat sine honore; & dormientiũ destruxit urbes, & Imperia præcipitat. Iuxta illud Catonis,

Segnitiem fugito, quę uitæ ignauia fertur.
Nã cũ animus lãguet, cõsumit inertia corpus;

Pro ut ferrum territ rubigo.

Scabies ualdè nocet equis, quæ mederi facile potest cum ruta, Sale, & sulphure, lupinorumque aqua facta bulitione ad ignem, & balneo reddito tepido; & uinum album disiccat humores tibiarum, & pedum equorum. Piper cum sale, & ipsis impleto foramine, & illo obturato cum bombice prodest ad inclauaturam equorum, & poterit ferrum apponi ungulæ dolentis equi inclauati sine periculo, euulso primò ferro cum clauo illo quo fuit pes inclauatus equi: cui uulneri prodest oleum, aut succum herbę tassibarbasſi. Quod etiã hominum prodest ficubus, siue moroidis cum nernice liquida qua utuntur pictores, & oui uitello cum modico melis, & ceræ nouæ mixto, & ad ignẽ bene incorporato; & frigidè facto vnguẽto un ctos, sanatos fuisse homines quàm plures uidimus liberatos à moroidis: quæ labore, calore, & equitatu longo, & ex nimia sanguinis super fluitate proueniunt: ad tollendum uarias equorum ęgritudines docuit Chiron, & post ipsum quàm plures docti, & excellentes uiri, qui de ijs scripsere: & qa nostra nõ est professio equorum medela, ideò me remitto ad scripta illorum, qui ad hoc ingenium, & studium suũ ap-

17 plicuerunt. ¶ Et tenentur regulariter equorũ domini martialium uidere bis saltem in die equos suos oculis proprijs, quibus, ut fertur impinguantur equi, & illos bene nutrire, & curare nè sibi defficiant necessaria, quia pugnant & ipsi calcibus, dentibus, & forti corpore suo

18 pro gloria Dominorum suorũ in bello. ¶ Legitur Regem Porrum in die fuisse magnum, & fortem, & longum quatuor cubitibus, & ultra uno palmo equitasse magnum elephãtem probè ad bellum instructum, qui in pugna contra Alexandrum præliauit totis uiribus; & quòd Regem suum uulneratum sagittis fuit tutatus; & quòd ex eius corpore ore suo sagittas euul-

19 sit. ¶ Quæro de uasallo nõ ligio. i. non regio, qui

qui promissit iuuare dominũ feudicũ equis, si de illo uasallo, qui non iurauit homagium, seu fidelitatem in manibus Regis, sed in manibus inferioris à Rege, ut puta Baronis; nã differt in sacramento dato in manibus Regis pro feudo Regis; & pro sacramento dato in manibus inferioris pro feudo quod habet à Barone: & id quod defertur Regi dicitur ligium, & sic nunc loquor de uasallo non ligio duorum baronum habente feuda à duobus pluribusq; dominis baronibus inferioribus à Rege inter se bella gerẽtibus requisito, ut illos adiuuet cũ equis, cũ promisserat eos iuuare in iuramẽto homagij, seu fidelitatis: qdã dicunt neutrũ teneri iuuare, cum in simul concurrant cap. 11. quæst. 1. l. Quoties. ff. de usufruc. Cum nemo possit duobus dominis seruire: & quidam alij tenent locum esse gratificationi cap. Cum autem de iure patron. l. si quis in graui. §. cũ omnes. ff. ad Syllania. uel sorte terminari cap. Cũ sors uiges. sex. quæst. secun. Quidam alij priorẽ dominũ teneri iuuare dicũt, cui primò iurauit, & hæc opinio satis ratione comprobatur. l. Imperialem de prohib. alien. feu. l. secun. C. qui. potiores in pigno. habean. & l. operis. ff. locati cap. Quia tua quinquages. dist. in. vbi habetur teneri primum iuramentum, & fidelita-
20 tem seruare. ¶ Et quidam alijs dant consilium; quòd primò seruiat cum persona, & alij etiam si plures fuerint gradatim per substitutũ si hoc feudorum natura patiatur l. 1. & per Bald. ibi C. de cadu. tollen. in §. Sin autẽ: & hæc opinio satis æqua est secundum Ioannem de Lignano in lib. suo de bello. Tu dic teneri illum iauũ iuuare, qui iustum bellum mouet cap. pri. uiges. quar. quæst. sex. Ibi enim non opem fert, tenet Bar. in l. si quis. ff. ad leg Iul. maie. & Bal. in usibus feud. hic incipit consuetudo &c. Ad hoc faciunt notata per Doctor. in cap. In nostra. de test. & Petrus de Anehar. in cap. pri. de eo, qui mitti. in possess. in 6. quòd si fuerint plures Barones domini feudi inter se bella gerentes, iustè tunc seruiet Vasallus primo personaliter & secũdo, & alijs per substitutum gradatim, ut suprà non adiuuando iniustè bellantes per iura prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Hostium occultorum in exercitu quanta sit habenda ratio.*
Ignorantia rei militaris est hostis occultus militantibus, & quantum nocuit Demetrio filio Anthigoni Regis Frigiæ, & Romanis.
Ignauia militibus nocet.
2 *Odia nocent imperio, & de odio Marci Antonij contra Cæsarem.*
3 *Inopia hostis occultus in exercitu, & de accelleratione Cæsaris a Dyrachio in Thessaliam ut Pompeum fugeret, & inopiam euitaret, & de obsidione Cæsaris per Pompeum, & num. 4.*
5 *Lisander quomodo Athenas propter famem sine pugna habuit.*
6 *Desidia nocet sanitati animæ, corporis, et salutis.*
Auaritiam tollit munificentia, & fames per copiam frugum deletur.
Desidia per concordiam, Inertia, & ignauia tollitur per exercitium frequens, & diligentiam.
Animosa uirilitas fugat timorem.
Pax, & beneuolentia odium spernit, & nutrit amorem.
Otium contemnit improbus labor.
Virtus inuidiam tollit, & ipsius sorores.
Continentiam negligit luxuriam.
Ars, & pacientia portat uexillum honoris in periclis, & laboribus militaribus.
Duces exercituum hostes ocultos opprimendo facile uictoriam obtinebunt.
Epaminundas Thebanus, qua arte induxit milites suos ad pugnam contra lacedæmonios, qui illorum uictores fuerunt.
7 *Tutius est hostes suos fame domari, quàm illos consumere ferro.*
8 *Humano sanguini in quantùm fieri potest parcendum est.*
Lucullus famę superauit Mithridatem Regẽ Ponti, propter quam exercitum suum diuisit, & illum inordinatum lucullus oppressit. & nume. 12.
Tigranus qui Lucullum noluit uincere fama, fuit à Lucullo uirtute superatus.
9 *Alexander magnus uictus per ipsum Persis, & Cypro; Marte, Regna multa cũ Regibus sine pugna sub eius ditione sponte habuit.*
10 *Inuidia hostis est occultus, & plures destruxit.*
De captiuitate Tigrani iunioris, & qualiter fuit ductus ad urbem in triumpho Pompeij.
11 *Sertorius quomodo superatus à Metello, capto frumento pro cibo exercitus Romanorum.*
13 *De prouisione facta per Lucullum superato Mithridate, nè exercitum suum fama periret.*
14 *Loca obsessa, sunt hostes occulti exercituum.*
Deficientibus alimentis catholico exercitui curandum est arte habere terminatas indutias cũ hostibus, ut necessaria habeantur.
15 *Fideles ad infideles arma, & annonas portantes præter pœnam canonicam, pœna Imperialis adicti sunt puniendi.*
16 *Leucadię ciuitas carens alimoniis propter Alexandri obsidionem, illius ditioni se supposuit.*
17 *Imperio periculosius est amicis carere, quàm pecuniis.*
Imperatores semper curare debent amicos facere, & antiquos conseruare, nec grauare populos exemplo Scipionis.

18 *Scipio*

18 *Scipio Aphricanus cur Maſiniſſam reſtituit ad regnum paternum Numidarum.*
Exercitus hoſtium cum premitur ab hoſte intrinſeco, quid ſit peragendum, ut ſine ferro, & pugna uincatur.
Ouidij natiuitas.
19 *Antonius qua arte multos Lepidi milites ad eius uotum reduxit.*
20 *Hoſtes tenere oppreſſos inſidijs optimum eſt conſilium in exercitu, & arte tali illos opprimere.*
Surina Parthorum Rex, quo actu Craſſum ſuperauit, & occidit; & de conſilio Artuaſidis Regis Armeniæ dato Craſſo, nè iret in Parthiam niſi pes Armeniam: & de Arimando Principe Arabiæ miſſo per Duces Parthi Craſſo, ut illum proderet, & de morte Publij Craſſi Iunioris, Planci, & Cenſorini, & aliorum nobilium uirorum à Parthis occiſorum, & de morte ipſius Surinæ & num. 21. & 22.
22 *Iroides qua morte uitam finiuit.*
23 *Seditio in populo, & exercitu peſſima eſt, & cauſa multorum malorum.*
24 *Teſtes pro nobis, & cõtra nos tres ſunt, Deus, conſcientia, & proximus.*
25 *Inimicus non admittitur ad teſtimonium etiã in cauſa hæreſis, criminis læſæ maieſtatis, & ſimonia.*
26 *Cautela pro reis ad impediendum torturam, & opponendum contra teſtes examinatos.*
Confeſſio in tormentis facta legitimis inditijs non præcedentibus nõ nocet, etiam ſi fuerit ratificata, & perſeuerata. & nu. 27.
27 *Iudices non debent eſſe faciles ad tormentandum reos, & non admittentes appellationes à tormentis pœna ultimi ſupplicij, & cum infamia puniuntur.*
Tortura non requiritur cum maleficium eſt legitimè probatum.
Tortura quare inuenta.
Fama ſola nõ eſt ſufficiẽs inditiũ ad torturã.
Teſtes malæ famæ contra homines malæ famæ dummodo non ſint eiuſdem criminis ſocij, probant.
Torqueri quis nõ põt ẽt in crimine læſę maieſtatis non pręcedentibus inditijs legitimis.
28 *Confeſſio facta per reum exiſtentem in fortijs Iudicis, dicitur metu tormentorum facta; & æquiperatur confeſſioni factæ in tormentis.*
29 *Vaſallus requiſitus à Domino, ut ipſum iuuet contra patrem ſuum, uel iuuet patrem contra filium: an ad id teneatur.*
30 *Vaſallus an teneatur ſequi baronem ſuum uolentem ire ultra mare ad pugnandum contra barbaros.*
Dominus tenetur ad ſumptus uaſallo ſibi ſeruiẽti ultra mare arbitrio moderatas boni uiri.

DE INIMICIS OCCVLTIS exercituum, & de eorum prouiſione.

1 CONSIDERATIO eſt maxima habenda occultorum hoſtiũ exercituum: quorum aliqui ſunt interiores, & aliqui exteriores cap. Paratus. uigeſ. ter. queſ. 1. inter quos ſunt uitia, otia, luxuria, disſidia, inertia, timor, inedia, deſidia auaritia, odium, diſcordia, inobedientia, deſertio omnis, & ſimilia. Ignorãtia rei militaris eſt hoſtis occultus Ducibus, & militibus, quæ nocuit Demetrio filio Anthigoni Regis Frigiæ, & Syrię: qui dũ eſſet Iuuenis, & inexpertus, & abſq; conſilio expertorum, inexpertos habens milites innumeroſi exercitus ſuperatus fuit in Syria à Ptolomæo Rege Aegypti, ſuis de prædatis regijs tentorijs; erga quem Ptolomęus fuit poſteà uſus humanitate; & omnia ſibi deprędata reſtituit liberaliter illi, inquiẽs, ſe pugnare pro Imperio, honore, & gloria & non pro rebus mobilibus, quibus ipſe non indigebat: quo audito per patrem Anthigonũ, reſpondiſſe fertur Ptolomęum pugnaſſe cum Iuuene imberbe. & illum ſuperaſſe inexpertum; ſed in futurum pugnare habebit cum uiris barbatis, & expertis. Et indè refecto exercitu per Demetriũ expertorum conſilio ſenum; & contra Cilicem Ducem Ptolomæi copia eduxit, & pugnauit, & illum uicit, & cœpit cum ſeptem millibus militum: & illicò ſcripſit ad patrem Anthigonum Demetrius de uictoria habita, rogans ipſum, ut gratiam ſibi facere uellet utendi præda per ipſum quæſita arbitrio ſuo, & Pater fuit contẽtus; & Demetrius dono miſit Ptolomęo Cilicem Ducem ſuum cum reliquis captiuis: & de hac cauſa Ptolomæus bello, & liberalitate uictus Syriam liberã reliqnit Anthigono obſidibus datis per quaſdam urbes pro fide Romanis in bello punico, uolentes dictę ciuitates rebellare à Romanis, & obſides ſuos liberare; arte procurarunt per Romanos mitti legatos ad componendum diſcordias finium uertentes inter uicinas urbes: quæ poſteà retinuerunt Romanos legatos donec fuerant liberati eorum obſides, & ſe poſt dederunt Pœnis. Hoſtis occultus ignauia nocet militibus; ideò Rex Cyrrus exercuit ſuos uno die ad incidendum nemus, & alio die iuſſit illos quieſcere, & benè paſcere delicatis cibis; interrogãdo illos, ſi ſibi magis placebat labor externi diei, an hodierni; reſpõderunt hodierni: & ipſe dixit prudẽter; ꝙ ipſi nõ poterint eſſe liberi, & beati niſi cũ paciẽtia laboris, & exercitij uicerint hoſtes ſuos, &
2 ꝓpriũ corpus uirtute. ¶ Odia nocẽt Imperio; pacato aũt Marco Antonio cũ Cęſare Augusto affini-

affinitate fecuta inter ipsos; non potuit M. Antonius non odire Cęsarem ob ipsius immensam,& splendidissimam uirtutem, qua,sua obscurabatur existens apud Cæsarem:& quidam Aegyptiacus erga M. Antonium dixit suam fortunam ex se splendere,sed obscurari eo existente propè Cæsarem,& monuit illum se absentari ab urbe;& tali per ipsum accepta moni
tione iuit Antonius in Græciam ubi multa di
3 gna peregit. ¶ Fœlici secuta expeditione Põpei contra Cæsarem, apud Dyrachium iussu Cæsaris sparsis militibus suis per agros ordine sibi arte dato,ut se in nocte reducerent ad certum locum sibi datum,& inimicos pertranseũdo,Cæsar reductis suis accelerauit iter suum in Thessaliam ut uitaret inopiam hostem occultum ipsius exercitus, quibusdam ex Pompeianis iudicantibus Cæsarem fugere,& illum sequi:& quibusdã aliis iã esse bellum finitũ cũ ipso,& procurarunt nonnulli ex Pompei amicis reddire ad urbem firmiter tenentes bellum esse finitum cum Cæsare: & nonnulli hac de causa nauigarunt ad Lesbon ubi erat Cornelia filia Metelli Scipionis uxor magni Pompei,
4 nunciantes illi bellum esse finitum.¶ Et prudẽter Pompeius iudicauit Cæsarem insequi, & illum opprimi obsidione,& fame,& superare illum sine pugna; quod fecisset, nisi impeditus fuisset à suis consultoribus: & à Senatoribus: quorum consilio impulsus fuit ad pugnam in Campis Farsalicis solo Catone Duce Classis, dissentiente suo libello expeditionem armorum non fieri cum Cæsare,sed illum obsidione
5 & inopia uincere sine ferro. ¶ Lisander ut Athenienses obsiderentur ab hoste intrinseco famis, omnes Athenięses qui erant foris Athenas ut comederẽt fruges in ciuitate recõditas; & ut ipsi ciuitati postea deficeret,misit ad ciuitatẽ illos minãdo,ut si ipsos reperierit extra ciuitatẽ interimeret: & ita habuit Athenas sine pugna illos opprimẽte inopia,& inedia exerci
6 tuũ hoste,& populorũ accerrima ¶ Desidia nocet sanitati animæ,corporis, & salutis;iõ uirtutibus intẽdẽtes uagari non debẽt perniciosis cogitationibus e. nũquam. de cõs. dis. 5. Iux. il.

Quæritur Egisthus quare sit factus adulter,
In promptu causa est, desidiosus erat.

Inertia, desidia, ignauia, timor, odium, luxuria, auaritia, accidia, otium, fames, uitium, dissidia, inuidia, & ignorantia rei militaris tollunt honores, & gloriam æthernam. Et hæc ab omni uirili prudentia recta diuina ratione exulandæ sunt. Nam auaritiam tollit munificentia; & famis per copiam frugum deletur;& desidia per corcordiam; inertia, ignauia, & dissidia tollitur per exercitium frequẽs & diligentiam; Animosa uirilitas fugat timorem, Pax,& beneuolentia odium spernit,& nutrit amorem;& otium contemnit improbus labor;& uirtus inuidiam tollit & ipsius sorores; continentia negligit luxuriam; ars, & pacientia portat uexillũ honoris in periculis, & laboribus militaribus: & nisi Duces exercituũ fuerint recti uirtute hostibus occultis opprimentibus illos cum exercitu suo peribunt, uel captiuabuntur ab illis sine pugna, & ferro: quia tales inimici occulti tollũt uires militibus, & equis martialibus in tantùm quòd hostes hostire,& se ab hoste tueri nequeunt. Prudens Epaminundas Thebanus cum suis pugnaturus cõtra Lacedęmonios,inquit erga suos & qualiter Lacedæmonij decretum fecerunt si fuerint uictores omnes Thebanos,& eorũ filios,& uxores delere usq; ad unum: & suos hac arte adeò reddidit inimicos Lacedęmoniorum ,contra quos strenuè Thebani pugnarunt, & uictores
7 fuerunt.¶ Et tutius est hostes suos fame domari,quàm illos consumere ferro: à quo est abstinendum in quantùm sit possibile;cum oẽs uię sint experiẽdæ antequàm deueniatur ad illud, quod reseruandũ est in omni negotio,pro ulti
8 mo refugio,& desperato remedio.¶ Et in quãtũ fieri possit est parcẽdũ humano sãguini;nec tã parua fit clades quin pereat in ea aliquis ex utraq; parte bellantium: Lucullus arte hoste intrinseco fame superauit Mithridatem Regẽ Ponti;qui satures suis non credebant indigentibus,& ipsius Duces: & ipse Mithridates consuluit Tigranum uincere Lucullum tempore & sine pugna,& sanguine impediendo,& tollendo sibi alimenta,& alia necessaria pro bello, & exercitu pro ut contra ipsum fecerat Lucullus:sed Tigranus superbia eleuatus suorum multitudine longa , Armenorum, Medorum, Gordianorum, Adiebanorum, Arbiorum, Albanorum , & Hyberiorũ qui passim ad ipsum confluebant sanum pro ipso spreuit cõsiltum: & tandem à Lucullo uirtute fuit bello supera-
9 tus. ¶ Et uictis Persis per Alexandrum magnũ marte secũdo, Cyprum cœpit,& regna multa cum Regibus suis sine pugna, quæ sub eius di-
10 tione spõtè habuit. ¶ Inuidia hostis occultus quam Duces Attici habebant contra uirtutẽ sui Niciæ optimi Imperatoris, hæc pluriès destruxit Atheniẽsium exercitum cum classe. Et inuidia Tigrani iunioris, quam habuit uersus patrem suum, incusando clementiam magni Pompei per ipsum usam erga senem Tigranũ patrẽ suum, cui pepercerat Pompeus,& illum Regem reliquerat in Armenia:& ipse uoluisset se Regẽ relinqui Armeniæ ; & patrem suũ captiuũ duci ad urbem per Põpeum in triumpho: & uocatus ad cęnam per Pompeũ,respõdit superbè,non indigere,& ꝙ reperiet aliũ inter Romanos qui erit sibi in fauore, quẽ captiuari fęcit Pompeus,& duci ad urbem in trium

V pho.

11 pho. ¶In bello Saguntino contra Sertorium ut uitaretur fames hostis occultus tunc indigẽtibus fruměto Romanis, quorũ,q̃ plures acie instructa missi fuerunt ad frumentãdũ, qui per Sertorium aggressi fuerũt,& mortuus fuit Męnius ciuis Romanus prudẽs,& egregius,& bellax amicissimus Põpei;& in ipsa pugna fuit excellentissimus Dux Metellus uulneratus; & à suis defensus:quorũ uirtute fusi fuerunt Sertoriani cũ ipso Sertorio Duce suo, & uictor permãsit Metellus reterto frumento pro cibo suorũ: post cladẽ Marianam, Mariani obsessi p̃ frumentũ quo Sylla putabat Marianos indigere,& abundantiã tenebant factis horeis multis pro copia frumenti,& captiuos liberarũt à captiuitate sibi incisis manibus,& suis nunciauerunt marianorũ opulentiã. ¶Et Mithridates
12 superatus fuit à Lucullo obsidione famis,propter quã diuisit exercitũ suũ, & illum sparsum misit quẽ inordinatũ Lucullus oppressit. ¶Et
13 in fine Regni Mithridatis passus ualdè fuit, & ipse Lucullus ab occulto hoste famis ducendo exercitum suũ per Bythiniã,& Gallatiã;& oĩbus portantibus modiũ unũ fruměti in castro præmiũ magnũ dabatur ob difficultatẽ habẽdi fruměrũ, quo remedio ẽt tempore nostro qui dã prudentes Principes utuntur in Principatibus suis tempore penuriæ, ut copia frugũ abũdet in illis;& propter difficultatẽ habendi frumẽtum mittebatur per Lucullũ tria millia militũ expertorum in bello pro scorta cuiuslibet ex Gallatis portantibus unum modium frumẽdati:& indè capto per Lucullũ regno Mithritis,copia tã magna fruměto abũdauit ĩ castris ipsius ꝙ bos unus cõiter uendebatur pro una dragma, & captiuus pro quatuor dragmis cõmuniter uenũdabatur,& reliqua p̃da sperneba
14 tur à Lucullanis. ¶Et maxima est prudẽtia sũmis extollenda laudibus in re militari, ut oĩs uia,& ars experiatur,nẽ sanguis ferro fiat;& ut hostes sine eo,& pugna uincantur arte sibi appositis occultis hostibus: quibus obstandũ est uirtute,& operari arte,& cura oĩ,nẽ suis necessariorũ copia pro exercitu,& bello deficiat;& ut ipsis hostes indigeant, reducẽdo illos in sterilibus & angustis locis: & ibi ipsos obsessos arte tenere, Nam loca huiusmodi etiam sunt hostes oculti exercituum. Deficiẽtibus autem alimentis exercitui catholico curandũ est arte habere indutias terminatas cum hostibus ad ef
15 fectum habendi necessaria pro exercitu. ¶Et oĩ studio est curandum per catholicos, nẽ arma, & annonæ, & alia pro bello munimenta deferantur ad infidos hostes ex locis fidelium: & contra facientes absque misericordia, & uenia ulla sunt puniendi præter pœnam canonicam,pœna Imperialis edicti cap. Ita quorundam, & cap. Ad deliberandam, & cap. Signi-

16 ficauit. extrà de iudæis. ¶Acceptis autem per magnum Alexandrum oppidis confinium munissimæ urbis Leucadiæ; & ipsis arte annona priuatis ad effectũ, ut oppidani ad urbem confugerent, & illius consumarent alimenta;& arte tali ciuitas prædicta obsessa carens post alimonia se uoluntariè posuit ditioni Alexan-
17 dri. ¶Periculosius est imperio secundum regulas militiæ carere amicis, quàm pecuniis, Scipionis exemplo, qui semper curabat facere nouos amicos, & conseruare antiquos; nec grauare populos,sed illos beneuolentia,amo-
18 re, & liberalitate in fide retinere. ¶Masinissam Romanis amicum restituit Scipio Aphricanus optimus Imperator ad regnum paternum Numidarum, sibi etiam aucto Imperio ex regno Syphacis iam Numidarum Regis bello superati à Romana uirtute: & probè fecit Scipio Optimus maximus Romanorum Imperator,ut hostem uicinum palàm, & occultum haberent Carthaginenses; & illos contendentes de confinibus pro dicta causa, Scipio relinquit litem indecisam. Et cum hostium exercitus præmitur ab hoste intrinseco,tunc est bellum differendum, ut sine ferro, & pugna uincatur:& licẽt uictoria obtenta in hostes fame oppressos non sit tam honorabilis,ut est illa,quæ ui armorum comparatur,tuta tamẽ est,& certa,& sine effusione sanguinis, & morte; non aliter experta,nec tentata fortuna in bello dominatrice: q̃ uictores sæpe reddit uictos, & captiuos famelici hostis desperatẽ pugnantis. Fugato M.Antonio à Cęsare Augusto,pugnantibus Consulibus Ircio, & Pansa apud Mutinam ubi marte uterquẽ cæcidit Consul die illa,qua natus fuit Ouidius Sulmo
19 nensis Poeta,ut ipse Ouidius attestatur. ¶Antonio post paciente inedia,qui arte indutus ueste nigra,capillis, & barba incultis apud exercitum Lepidi concionando, multos lepidi milites reduxit ad eius uotum sua oratoria arte; & si cautus fuisset tunc lepidus in faciendo sonare tubas,uox Antonii audita non fuisset, & ipsius exercitus partem non deuiasset;& nẽ lepidus fuisset amicus Antonii,non euasisset Antonius ab hoste occulto cum exercitu suo, facto triumuirato inter Octauianum Augustum,Marcum Antonium,& M.Lepidum;orbe inter ipsos tres distributo: & demum in solo Octauiano post longum bellum permansit
20 Imperium uniuersi Orbis. ¶Optimum erit Consilium in re militari hostes tenere oppressos insidiis,& illos in armis assiduò, ut debilitentur uires eorum labore,sudore,frigore, calore,& fame,& arte tali opprimentur,ꝙ accidere facile poterit si nostri catholici milites cibo satures in armis fuerint, ordine facto acierũ;& hostes famelici steterint in armis ab ho-

ste in-

ste intrinseco oppressi, uel acie instructa militari ordine cum suis armatis simulato tenenti bus uestes super armis, ut hostibus uideantur inermes; & ut indè cōmisso certamine delusi, & superati permaneant callidi prudentia Ducis. Vt Rex Parthorum Surina fecit cōtra Crassum; quem dolo, & insidijs superauit in aperta

21 planitię Parthiæ. ¶ Et si credidisset Crassus Artualsidi Regi Armeniæ Romanorū amico, quā do accessit in tentorio Crasi, illum ritè consulendo, ut per Armeniam ingrederetur in Parthiam, offerens ipsi necessaria cūcta pro exercitu; & esse in eius auxilium cum equitatu armatorum sexdecim millium, & peditatu tringinta millium expertorum militū, & probè armatorum cum tuto itinere; & ꝙ non deberet aliò ire in Parthiam nisi per Armeniam: quoniam Parthia erat defensa à montibus asperrimis, & se deberet abstinere à locis apertis, planis, & aridis Parthię ob maximū eqtatus numerū, quem habebant Parthi, nè circuiretur ab illis: & Crassus benignè acceptauit oblata per Regē, & illū licentiauit, ut ad suū regnum redderet cū gente sua: q; in castris iā cōducta erat Romanorū nō euenisset ꝙ (suo aliter sancto nō accepto cōsilio) cū eius uolūtas fuerit ire in Parthiā ꝑ Mesopothamiā, ubi maiorē partē habebat copiarū suarū. Post Parthici Duces isidiādo Romanis, Arimandū Principem Arabiæ miserūt ad Crassum, ut illū proderet sinodica arte, pollicendo ducere illū per locū tutum, quē posteà induxit per loca plana, arida, lata, & arenosa ubi indigebant aqua, & aliis necessariis Romani; & ibi quàm plures ex Gallatis, q militabāt cum Crasso siti, calore, impacientes perierunt: & ubi Parthi cū suo innumeroso equitatu circuire facillimè ualerēt exercitū Romanorum, ut factum fuit proditore Arimando ad hostes posteà celeriter conuolato, ut Crassum circuirent reductum in lata, & arenosa planicie, ubi Crassus plusquàm potuit laborauit, nè circuiri posset à longissima hostium multitudine ordinato Romanorum exercitu in cornibus, in quorum dextro posuit Crassum iuniorē eius filium, Duce se in medio reducto, scutatis circūcirca positis; ut suis murus esset contra barbaros, ordine post mutato spatiis quibusdam in medio eorū relictis in forma portarū, cibo accepto per milites iussu Crasi aciebus instructis propè flumen Balisum, & exercitū suū in ordines duodecim diuisit, & locauit; dādo uni cuiq; dictorū ordinū turmā equorū pro subsidio, & societate; nè uiui in manibus Partorū accederent. Et contra Romanos per Partos actu Surinæ sui Ducis, uariè missis cohortibus suis benè armatis cū frōdibus, & pellibus arma tegentibus, cū longis capillis, & fictis barbis lōgis, & incultis, cum sitis capillatis, nè uiderentur armati; & ut contemnerentur ab hostibus Romanis credentibus illos fore inermes, & ut disiungerentur ab ordinibus in sequendo Par-

22 thos, ut factum fuit ¶ Post occurit Surina cū maximo impetu innumerosi equitatus denso eleuato puluere arenoso ualde nocente Romanis. arma fortia lūga, & mediocra, aliaq; missilia instrumēta ferrea totis exercētes uiribus cū maximo sono magnorū tympanorū, & immēsis clamoribus adhortus fuit Surina Romanos discopertis armis, innumerabilibus iactis sagittis, & fortioribus aliis missilibus multis ualde nociuis Romanis, & fugiētes Parthi, & Scythæ Romanos vulnerabāt ī faciē, & pectus sagittis, & lōgis larissis, & aliis missilibus armis quibus camelos tenebāt oneratos inscijs Romanis credētibus illos carere missilibus armis cū innumerosa traxerint Publii Crasi Iunioris, Planci, & Censorini, & quàm plurium nobilium Romanorū in conflictu mortuorū per Parthos hastis infixis, & ante Romanos portatis Crasso inqniēte, O, Romani est faciēda per nos ultio magna pro morte tanti filii conciuis uestri, & in prælii ardore non se uidentes Romani dēsitate pulueris; & sępe Romani Romanos occidebant credentes lædere Parthos hostes suos: & demū uictus permāsit Crassus; qui deniq; actu Surinæ sub spe pacis proditorię occisus, trūcato sibi capite per manū Pomexarti parthi; Irode Rege Armeniā tunc uastante, & bellante cōtra Artuasidem Armeniæ Regē. Et post Surina caput cū dextra Crasi dono misit Irodi in Seleuciam urbē, vbi Psilacus Rex aderat in conuiuio; & inde Irodes inuidia ductus tantæ uictoriæ Surinæ, ipsum Surinā occidit proditoriè. Et ipse Irodes hydropicus existēs, & non celer moriēs dato sibi per fratrem eius filiū proditoriè ueneno: & uidens frater patrē etiā non perire, strāgulauit illum more barbarico, illorū uidelicet; qui sine uirtute, & gloria ulla uiuunt, & moriuntur: & mali mores inter hostes occultos etiam numerant exercituum,

23 & populorum. ¶ Orta seditione in populo, & exercitu, quæ est inter occultos hostes, ut pestis mortifera populorū, & exercituū: quibus tumultuātibus tristi cōfusione seditionum ordine repente instructo acierum: & facta expeditione superabuntur inordinati exercitus, & populi obsessi in quibus uigebit confusio ho-

24 stis accerrima belli. ¶ Tres sunt pro nobis, & contra nos testes, uidelicet, superior, interior, & exterior. Superior est Deus, Interior est cōsciētia nostra; & exterior est ꝓximus c. Inter. & c. Peccatū. 22. q. 1. & c. Iubemus. de cōsecr.

25 dist. j. ¶ Cōtingit in dies examinari testes male uolos, odiosos palàm, aut secretos inimicos ī causis inimicorū suorū; Quęrit an sint hi Idonei testes, & ꝓbēt cōtra inimicos suos de iure?

Dic illos non probare, ēt si essent in causa hæ
retis,& criminis læsæ maiestatis, & Simoniæ;
ubi infames, & inhabiles admittūtur : sed iura
inimicos a testificatu huiusmodi repellūt, nec
admittunt;neq; illis fidē aliquā præbēt, nec ad
hibēt tamq̄ si non fuissent examinati c. De cri
mine.15.q.3.& l.Testiū.ff.de test.c.In primis.
2.q.1.& per Bar.in l.Quæstionibus.ff.ad leg.
Iul.maie.& per Alex.in cons.126.in 4.uol.&
26 in consi.2.in 1.uol. ¶ Et optima est quidē cau
tela pro reis ad impediendū torturam,ut petāt
sibi nominari testium nomina cōtra ipsos exa
minandorum, protestando se uelle in continē
ti probare, seu in breui termino illos esse sibi
inimicos capitales,&curia tenebitur ipsum au
dire,si illi iniustitiam facere noluerit; & tene-
bitur testium nomina,& terminum petitum da
re sibi, & aliter nō procedere ad torturam per
tex.in §.Si quis dicat.auth. de test. & per And.
de Iser.in constit. Regni Siciliæ incip. Huma-
nitatem.col.pe.Et si secus fieret posset appella
re;& si non appellaretur,tenebitur omninò Iu
dex in foro fori,& poli.Et si reus fuerit confes
sus crimen in tormentis non præcedentibus le
gitimis inditijs ēt si ratificasset, & in confessio
ne perseuerasset; talis confessio omninò nō te
nebit,nec ipsi in aliquo prȩiudicabit, ut tenet
Bar.& communiter Doctor.in l. De minore.
§.Si pluriū.ff.de q.& D.And.de Iser.in tit. de.
tormen.in c.1.incipiēte Tormenta in lib.Ca-
27 pitulorum Regni Siciliæ. ¶ Et sic Iudices de-
bent esse iusti, & sapientes, & non tam faciles
ad faciēdū tormentari, & cruciari reos, & car
nem humanam ob damnū irreparabile quod
procedit ex tormentis,ut probè dicit idem D.
And de Iser.in c.Si iuste.in tit. quòd recipian-
tur appell. à tormentis ubi rectè puniuntur Iu
dices,qui cōtrafaciunt pœna ultimi supplitij,
& cum infamia qualitate aučta delicti.Et quā
do est probatum legitimè maleficium alia tor
tura nō requiritur.l.Aedictū.ff.de q.Nam in-
uenta fuit tortura,ut haberetur ueritas,quādo
aliter haberi non possit nisi per torturam, sed
quando aliter haberi potest per alias probatio
nes, nō est procedendum ad remediū torturȩ,
ad quā nunquàm deueniri potest legitimè,ni-
si illam præcedant legitima inditia per no.per
Bart.in dicta l.De minore.§. si plurium. ff. de
quæstio. ubi dicit, quòd si reus non legitimè
tortus confessus fuerit per tormenta, & in sua
confessione perseuerauerit,non tenebit confes
sio talis,nec reo præiudicabit, neque nocebit,
& per D.And.de Iser.in dicto cap. Tormenta,
& per Bar.in l.1.§. Diuus Seuerus.ff.de quæst.
& in l. 1. C. de confessis; & per Salyc. in l.2.
C.de cust.reor.& in l.penul.ff.de quæst. & per
Hipp.de Mars. in l.1. colu. 6.ff.de quæstio. &
per glo.in l.Maritus.ff.eod.& per Bal.in add.
ad Specu.in titu.de confes. & per Fely. in cap.
Qualiter,& quando.de accusat. & in cap. Ad
nostram. de probat. & per Matth. Mathesilla
in singulari suo 55.Nec sola fama est sufficiēs
inditium.ad torturam tenet Bal.in consi.275.
incipien. Ad euidentiam. Et est notandum,
quòd testes malæ famæ contra homines ma-
læ famæ probant, si non fuerint socij eiusdem
criminis tenet Innoc.in cap Veniens.extra de
testibus.Nec confessio facta in tormentis præ
iudicat reo inditiis non præcedentibus legiti-
mis,etiam in crimine læsæ maiestatis, in quo
quis torqueri non potest,nisi ipsis præcedenti-
bus legitimis inditiis.l.si quis alicui, & ibi gl.
Cy.Bal.& Saly. C.de ad leg.Iul.maiest.& per
Ange.Aret.in tract. suo maleficiorum in uer-
bo,Che tu hai tradito la tua patria;& per Frā-
ci. Bru. in tract. suo de inditiis ; & torturis in
2.col.nonæ cartæ, & per Bald.post glos.in l.
fin.C.de accus. & per Roman. in consil. 167.
28 ¶ Et sufficit timor, seu metus tormentorum
ad probandum quòd quis fuerit confessus in
tormentis:sufficit quoque probare confessio-
nem esse factam in carceribus, Nam confes-
sio facta per reum existentem in fortiis Iudi-
cum dicitur facta metu tormētorū,& æqui-
paratur confessioni factæ in tormētis, pluriès
consuluit Hippol.de Marsiliis magnus crimi-
nalista,& maximè in consi.12.1.uol.& in cō-
sil.18.& in consi.29.& in consi.54. eiusdem
uolumine consiliorum suorum criminalium,
& in consi.124. & in consil.125. secundi uo-
luminis,& in repetitione sua.l.1.ff.de quȩstio
29 nibus. ¶ Quæro de uasallo requisito à domi-
no,ut iuuet ipsum contra patrem suum,uel iu
uet patrem contra filium, an teneatur id face-
re:Glo.tenet quòd sic in cap.De forma.uiges.
secun. quæst. quin. ad hoc facit Abb. in cap.
Petitio.de iureiurando,& Dic,ut ibi per eum.
30 ¶ Et an teneatur uasallus sequi baronem suū
qui vult ire ultra mare ad pugnandum contra
barbaros,distinguendum puto,si Baro est iam
potens,& sollitus bellare contra barbaros ho
stes infidos,tunc dico teneri,si natura feudi pa
titur, sin autem nō teneri:& istam quæstionē
firmat Ioannes de Lignano in suo eleganti tra
ctatu de bello,& Paulus eius pronepos amplia
uit illam allegationibus pluribus, ubi allegat
Bal.in cap.1.§.1.quo tēpore miles inuestiturā
petere debet in 4.col.ꝙ si Dominus vult uola
re,ut fecit Dedalus,ipse uasallus nō debet uo
lare pro ut fecit Icarus (qui cecidit secundum
fictiones poeticas); Iuxta illud Ouidii Poetæ.

Icarus Icarias nomine fecit aquas.

Et unū ponit in præallegato loco Ioā. de Lig.
Dominum teneri ad sumptus uasallò sibi ser-
uienti ultra mare arbitrio moderatas boni ui-
ri.

ri l.Operæ.ff.de oper.libert.& l.pen.& l. Qui uniuersorum.ff.de pignoratitia actione.

SVMMARIVM.

1 *CIsternas, & aquaductus pro exercitu sficiēte facere solebāt antiqui.et n.11.*
2 *Aqua bona, & bonorum locorum quomodo cognoscatur, & nu. 4.*
3 *Exercitus, si contingerit castramentari in loco putrido, & fetido, quomodo cisternam facere possit.*
5 *Marci Antonij exercitus in regno parthorū castramētatus bibēs est aquas uenenosas destructus.*
6 *Aqua an sit ppinqua, quomodo cognoscatur.*
7 *Mithridates castramentus in expugnabili loco, sed quia aquam nō inueniebat discessit, et illicò locus ille occupatus fuit à Pompeo, qui pluribus factis foueis aquā reperit, & ita Mithridatis ignorantia damnatur.*
8 *Fontes ex quibus ignis oriebatur, & aqua sulphurea.*
9 *Sal quomodo fieri artificio possit.*
10 *Salis multe dātur significationes.*
11 *Aquarum diuersitates natura.*
12 *Aqua cum sale inuocato nomine Patris, filij, & spiritus sancti per sacerdotes, sanctificat populos.*
13 *Infirmus in lecto, si citetur, an teneatur comparere.*
14 *Miles infirmus, si petierit licētiā, an abesse pt.*
15 *Citatio in Iudicio feudorum, an debeat fieri semel, bis, ter, uel pro quibus uiribus.*

DE AQVA POTABILI ARTE *inuenienda in locis salsis, & montanis; & De Sale faciendo in locis non Salsis.*

1 ANtiqui cisternas, & aquæductus facere cōsueuerūt in maritimis, Salsis, & mōtanis locis, ubi aqua bona pro potu deficeret: q̄ ut refert Vegetius scribendo de re militari, reperiri pt in litore aliquo, & in umbrosis, mediterraneisq; locis ubi ex se nascūtur, & pullulant arbores fructiferæ. Exēplo Pauli Aemylii Romani Cōsulis ad pedē Olympi cōtra Regē Perseū castramentati in Macedonia Philippi, & Alexandri successorē: & dū Aemylius penuriā haberet aquæ pro exercitu, uidens mōtis cacumina fore nemorosa cū magnis arboribus, iudicauit arbores ibi uiuere non posse sine aqua; & factis cauis, & foueis in rupe, Lymphā potabilē reperit p exercitu. ¶ Et de aqua,
2 loco, & aere bonis pro exercitu cognoscēdis; & qualiter bona aqua, aut mala, locusve bonus, aut malus cognoscatur; & p quæ signa patet; si homines ibi habitātes sint pallidi cū colore oliuæ nō maturę; & si ibi sint Iuuenes, aut Senes, aut Senes tātùm, uel Iuuenes tātùm sepulta senecta: & ob hoc malus, uel bonus situs, aer, & aqua iudicabitur: & si aqua in loco mineræ sulphuris erit nocebit corporibus potātibus illā; & similiter erit in loco molphitarū regni Siciliæ citrà farum apud urbem Frigenti, ubi pp fœtorē terrę aues uolantes mortuæ cadunt in terrā; & homines, & bestię ibi erantes pereunt: & in loco prędicto terra non facit herbā ob loci malignitatē. Aer bonus cito calefit Sole, &
3 eo remoto pariter cito frigescit. ¶ Et si contingerit castramentari cum exercitu in loco fetido, & infecti aeris, consiliū erit, nè infœcteiur, & infirmetur exercitus, q ignes magni fiant assiduò per exercitū circumcirca castrū loci aeris infecti: quoniā malignitas aeris tollitur, &
4 desiccatur igne. ¶ Et aqua sine sapore, colore, & odore bona est pro potu, & illa est melior q̄ leuioris sit ponderis, & citò calefit, & similiter citò frigescit; & oïa legumina breuiori tēpore coquit: & aqua est bona si clara descendit in lapidibus, & in giarra sine uena sulfuris, aluminis, & bituminis: quibus fluxus, & morbus procedit pestilētissimus: ut de aqua lutuosa, & cœnosa paludis, niuis, & glaciæi, exemplum dedit Alexander magnus, qui ob potum aquæ frigidæ infirmatus cum periculo mortis in Cilicia
5 fuit. ¶ Et contingit Marco Antonio castramētato in regno Partorum, ubi scaturiebāt aquæ uenenosæ, quæ ferè totū destruxerūt eius exer-
6 citū in laboribus, & inædia nutritum. ¶ Et cognoscitur, q aqua est propinqua ubi magnæ arbores sunt, & frōdosę, & facta fouea cauata per sex pedes ad minus scaturiet aqua, & ubi sunt iunci, est aqua sæpe sana, & propinqua, & ponendo in fouea prædicta lanā succidam, quę si madefacta fuerit, proxima erit aqua, & alterins cauando illā citò reperies, quod ēt cognoscetur aquā esse propinquā in fouea ueniēte sole summo mane proueniente ex parte orientis fumū emittente ex loco cauato. ¶ Et cum Rex
7 Mithridates castramētatus fuisset in forti, & inexpugnabili colle cū triginta millibus peditū, & equitatu duorū milliū pugnaturus contra magnū Pōpeū, qui classem forti præsidio firmauerat in toto mari infra Bosforū, & Phenitiā, & indigens Rex aqua, collē reliquit, quē illicò occupauit Pompeus, putādo, q arbores ibi natas à loci natura nutritas reperiri Lymphā, & pluribus factis foueis aquā reperit abūdāter incusando Mitridatis ignorātiā, & muro arte cinxit Regē, ubi per quadraginta quinq; dies stetit obsessus, qui ex loco obsesso occisis infirmis, & debilioribus suis fugit secretò silē-
8 tio noctis. ¶ In regno Babillonis uidit Alexāder magnus in agro Aebathaniorum terræ apertutam, ex qua fons ignis exibat assiduò, ut in monte Aethnæ in Sicilia, ultrà Farum Mesinæ exire consueuit, & legitur fontem prę-

dictum non longè ab Anaphata abũdare aqua crassa simile bituminis, ex qua locus madefactus accenditur igne: Mirumq́ue fuit, quòd accidit tempore nostro Puteolis non longè à nobilissima urbe Parthenopea, scissurá aquę sulphureæ bulliẽtis balneorum rupta terra cauernosis repertis locis, & facto in mari monte cineribus fusis, & sparsis pumicibus ultra pręfatam urbem Parthenopæam, & mõtes Summarum, & usq; ad ciuitatem Campanię fuisse percepti: & uidi dictum recẽtem montem factum in aqua maritima Puteolorum, & super illum nutu Dei accessi adhuc fumantẽ usq; ad summum cacumen; ubi salutifera crux posita fuerat: quam flexis genibus adoraui, ut Dei fidelibus conuenit. ¶ Et ubi sal deficiat ex aqua salsa fieri potest ad ignem posita in aptis uasibus, ut in agro fit Volaterano: & ex bullitione huiusmodi optima fit salina; aut cauata fouea in aperto, & patenti loco ubi sol, & uentus uerberat, & dissiccat; & illa impleta aqua salsa, facta dissiccatione à sole, & à uento sal congelatur, ut faciunt Senenses, uel in Salinis, ut fit Cerui, & Baruli; aut in Saxo, ut in pluribus locis fit in regno Siciliæ citra, & ultra Farum Mesinæ; aut ponendo Salsam arenam in fouea terrena, uel Saxea plena potabili aqua in aperto ubi Sol, & uentus dominantur, & operãtur suam uirtutẽ: & facta dissiccatione à Sole, & à uento Sal congelatur; & fiet, ut firmat Vegetius in dicto suo libro rei militaris. ¶ Pro Sale interpretatur Sapiẽtia, ut inquit Dominus, Sal habent. i. sapiẽtiam uerbi cap. Sit Rector. quadragesi. ter. dist. & Sal terræ dicuntur Sacerdotes, & Prælati, ut dictat Euangelium, quia in terra boni Sacerdotes sunt ipsa sapiẽtia cap. Sacerdotes. no nagesi. ter. distin. & malus Prælatus dicitur infatuatus, qui cõculcatur à porcis ca. Sacerdos. tert. quæst. sept. & ca. Sequuti. secũ. quæst. sept. & in cunctis sacrificijs Dei Sal est offerendum sapientiæ cap. Sal. de consecrat. distin. quarta. ¶ Et qa in uarijs locis Orbis reperiũtur aquæ bonæ, & tristes, tepidæ, frigidæ, calidæ, dulces, limosæ, & Salsæ; & quędam uenenosæ, & mortiferæ, ut in alpibus Syrię, & Armeniæ: & quædam cocentes, & bullientes; & quædam frigidissimæ; & quędã sunt humano generi proficuæ; & quædam aliæ adeò nociuæ, ꝙ potantibus illas ingeniũ, & memoria tollitur: Et qdã aliæ q̃ acumen ingenij accrescunt, & memoriam afferunt; & quædam sunt quæ lucem oculorũ præstat; & quædam aliæ quæ tollunt oculorũ luminina; & quædã quæ ebetant, & quæ tenebrant lumen oculorum; & quædã sunt gipsatæ quæ saxum, seu lapidem in uentre, & uescica potantium gignunt; & quædam sunt, quæ gotiũ auferunt; & quædam sunt ferreę, acerinę, cupreę, Stamnatæ, & plombatę; quædam odorẽ, & quædam fętorem ferentes; quædam uitratę, glaciatæ, nitratæ, sufureæ, bitumnatę, rasinatę, piciatæ, & crassatæ, ut apud flumen Axon fluentem aquam crassam licoris olei: & fons reperta fuit crasii licoris fungię porci; quædam subtiles, & quædam crassæ; quędã leues, & quędam ponderosæ; quædam saxeæ, & quędã terreneæ, & harenosæ; & quædã uarios colores, & infirmitates ex corporibus rationalium animalium afferentes & irrationalium rollentes; & è contra humano generi proficuæ, & bestiis nociuæ; & quędam uarios effectus proferunt hominibus, & animantibus, quæ in diuersis locis Orbis sunt, ut in Italia, Armenia, Græcia, Ponto, Syria, Aphrica, Asia, Iudæa, Archadia, Thratia, Germania, Sardinia, Numidia, Vngaria, Hispania, & aliis in locis, & mũdi partibus reperiuntur: propterea curandum est citernas fieri cum omni diligentia, & cum optima argilla, ut aqua bona, & Saluberrima habeatur ꝓ animalibus cunctis rationalibus, & irratio-

12 nalibus. ¶ Aqua sanctificat populos cum Sale aspersa per Sacerdotem inuocato diuino nomine Patris, & filii, & Spiritus sancti c. Aqua. de consecrat. distin 4. & uaria sunt maria, flumina, & fontes aquarum in orbe, uarios effectus, fluctus, pisces, & animalia inducentia diuersi generis. Interrogati fuerunt Sapiẽtes Sabbæ urbis ab Alexãdro magno, an terra, uel mare plures bestias nutriret, responderunt prudentes terra, qa mare est pars terræ. ¶ Quęro mo

13 do de infirmo ob infirmitatem, uel alia causa iacente in lecto; si foret citatus, an tenebitur cõparere, & an indifferenter procedat in omni infirmo. Dic tantùm infirmitatem grauem, & leuem illum excusare: contra quem citatũ si fuerit sententia lata ipso iure erit nulla secundum D. Alex. in l. Quęsitum. ff. de re iudi. Et non solũ propria infirmitas excusat à cõtumatia, sed etiã suorum infirmitas grauis operatur idem, ut ibi per Alex. de Imol. neminẽ tñ leuis excu

14 sat febricula. ¶ Et si militi superueniret infirmitas, quia militia soluitur ipso facto sola petita licentia, an abesse poterit. Dic ꝙ sic l. 2. §. ignominiæ. ff. de iis, qui no. infam. & per Luc. de pen. in rubr. de iure fisci, & de censibus. C. l. fi. uers. deci. in uerbo, silentio: ibi quæ aũt sunt

15 dilationes, & in l. 1. C. de cõmea. li. 12. ¶ Quęro qualiter, quis citari debeat in iudicio feudorũ an semel, bis, uel ter? ca. 1. de mil. uasal. qui contuma. est, ut ibi per And. de Iser. qui cõcludit, ut in gl. ter citari debere: & hoc esse specia le in feudis, ꝙ nõ sufficeret una citatio pro oĩbus tribus in feudis; & ad hoc, ut ualeat citatio & arctet citatũ, opus est, ut perueniat ad noticiam citati, habetur per eundẽ And. de Iser. ibi dẽ. Et in dolo est ille, & cõtumax reputabitur qui dat operã, nè citetur. ¶ Verus tamen feudatarius

zarius contumax erit si citatus dixerit nolo uenire, & priuabitur feudo, ut in tit. hic finitur lex.§. Ad hoc. i usibus feudorũ,& l. Ab eo. quo & quando Iudices cum simil.& per And. de Iser. in pall. loco de mil. uasal. q cõtum. est.

SVMMARIVM.

1 Charitatis pracepta duo sunt Amor Dei, & proximi, & in quocũque Duce optimo exercituum esse debent: quibus, et operibus bonis placatur Deus.
De Horatij Coclitis charitate ut patria Roma seruaretur ab Hetruscorum exercitu.
2 De charitate Casaris aduersus Opium militem infirmum.
Corinthum Agislaus Rex noluit prædari, nè suis dissiparetur exercitus.
3 Pompeus uictis Albanis uolens ire uersus mare Caspium uariis repertis serpentibus, ut sui conseruarentur retrò uersus Armeniam minorem rediit.
4 Q. Fabii Consulis mirabilis responsio filio dicenti locum quendam tutò capi posse: & in tali effectu peribunt pauci. tu noles esse de dictis paucis.
Milites seruandi sunt pro Reipublicæ necessitate.
5 Alexandri Magni dictum de milite frigore exinanito.
6 Milites inexperti nõ sunt cum infamia expellendi, sed eis data pecunia remouendi, exemplo Vespasiani Augusti.
Exercitus per expertos milites conseruantur.
7 Humili ex genere ortus, aliquãdo gratia Dei exultatur, & aliquando nobilis sinistra fortuna humiliatur.
8 Principes illi laudandi sunt, qui propria uirtute se, & suos, et patriam extollunt gloria: & illi, quibus donata sunt arma & insignia ob factum egregium, idque multis exemplis comprobatur.
9 Principes uituperãdi sunt, qui de alta stirpe, nobilissimaq; domo orti sunt; & indè exciterunt ob ignauiam suam, ut de Cathilina, Sergio, & cæteris legitur.
10 Bellorum Reges, & magistratus quæ curare habeant pro conseruando exercitu suo à periclis, & à malis.
11 Principes exercitus qualiter pro eo conseruãdo debeant hostes decipere.
12 Exercitus conseruatur, hostes domando fame. Dux exercitus idem habere debet consilium contra hostes suos, ut medici erga infirmos. Consilia Senum in bello esse debent.
13 Vt exercitus conseruetur, urbes prędari non debent.
Belli Dux quid agere debeat, tùm casus sinistri in bello occurrunt, & ex suis aliqui aufugiunt, & adducit exempla Regis Tulli Hostilii, Lutii Syllæ, & Cœlii. & n. 14.
15 De Cynea, qui medicinam docuit ut Pyrrhus exercitum suum conseruaret.
16 Regentis exercitus est officium curare, nè annona, & alia pro uictu deficiant copiis suis, & ut milites infirmi, & sauciati curentur.
Regens exercitum cognitionẽ medelæ, probosq; medicos habere debet.
Medela pro extrahendo ferro ex uulnere osso infixo. & num. 17.
Et ibi habes alia remedia pro aliis uulneribus, & ægritudinibus.
18 Remedia pro oculis calliginatis, & offuscatis, & eorum uisu. & num. 19.
Eufragiæ uirtus. & nu. 19.
19 Remedium pro sanandis moroidis.
20 Remedium contra dolorem capitis, frontis, & oculorum.
21 De Marco Catone asserente medicos exulari debere ab urbe, & necessariam non fore medicinam.
Exercitus quo in loco castramentari debent pro militum salute, & quomodo regentes se gerere habeant pro conseruando exercitu ab ęgritudinibus. & nu. 22.
22 Exercitus quomodo sanus conseruari debeat.
23 Occidens ueneno fratrem suum condemnatum ad mortem, qua pœna puniatur.
24 Occidens ductum ad iustitiam, ut homicida puniatur, nisi hoc in mandatis superioris habeat.
25 Medicis consultis super uulnere, an sit lętale, qualiter standum, & quæ eorum opinio praualere debeat.
26 Medici non approbati in studio Salernitano non possunt in Regno Siciliæ artem medicam exercere.
27 Medici debent esse insignes, approbatę artis, & fidei.
28 Medici quot sufficiant pro faciendo relationem an vulnus sit lętale.
29 Medicorum ars est necessaria pro salute corporũ humani generis, & excusatione citati infirmi.
30 Vulneratus, vulneratum insequens, et percutiẽs an puniri debeat.
31 Vulnerans non tenetur de morte, si uulneratus facit se per incantationes mederi, & moritur.
32 Vulnerans de morte non tenetur, cũ uulneratus dedit causam suę morti.

DE MEDELLA CONSERVANDI EXERCITVM.

1 Dvo sunt charitatis præcepta, amare Deum, & proximum, cap. In scripturis. 8. quæst. 1. Hæc. n. præcepta in quocunque optimo Duce exercituum esse debent. Quibus, & operibus bonis placatur Omnipotens

tens Deus: qui vtitur misericordia in illos, qui sunt misericordes, & illis succurrit Altissimus in archanis diuino cõsilio suo in quo cunq; militari exercitio & negocio, cap. Abijt Iudas. 11. quæst. 3. Vrgente autem Hetruscorum exercitu Duce Porsena Rege, nè hostes ingrederentur vrbem magna fuit prudentia, & virtus charitatis Horatij Coclitis, ut patria Roma seruaretur: Nam armis onustus, & vulneratus non dubitauit audito pontis fragore cadentis dum incidebatur, & se pro alijs suis, & patriæ conseruatione in Tyberim præcipitem dare, & cadere cum ponte; & inde transacto fluuio ad suos gloriosè reddire. ¶ Et Cæ-
2 sar in itinere pluuiali hospitatus apud paruũ, & vile tugurium, vbi erat lectulus vnus, iussit dari Opio infirmo militi, & ipse cum reliquis militibus dormiuit in terram ante dictum tugurium. Corinthum Agislaus Rex noluit prædari, nè suis dissiparetur exercitus, Inqniens prudenter, ciuitates Græcorum nõ oportere destruere, nec illas in seruitntem ducere; & si peccant, artè ipsas castigare, ne in futurum deficiant nobis adiutoria. ¶ Et legi-
3 tur Pompeum magnum victis Albanis iuisse in Hyrcaniam versus mare Caspium varijs repertis serpentibus venenosis; & ut sui conseruarẽtur per tres dies retrò reddijsse versus Armeniam minorem. ¶ Erga patrem Q.
4 Fabium Consulem dicente filio locum quendã capi tutò posse, & quòd in tali effectu perihunt pauci, inquit prudenter: Tu noles esse de dictis paucis mortuis. Nam seruandi sunt milites pro necessitate maiori Reipublicæ.
5 ¶ Legitur Alexandrum magnum residentem ad ignem suis pertranseuntibus copijs glaciali tempore militem quendam cognouisse exinanitum frigore, consedere loco suo dixisse; & inde erga illum humaniter protulisse, si in Persis natus esses, & in regia sella sedisse foret tibi capitale crimen, sed in Macedonia nato conceditur. O gloriosum gestum in re militari, & mirabile exemplum tanti Regis, & qnòd in Alexandri exercitu tam magno unns tantũ fuerit miles exinanitus frigore hyemali tempore: ni mirum fuit si ipse Alexander Macedonum Imperator magnus fuerit nominatus virtute, nè dum sua, sed suorum militum à
6 patre suo Philippo Rege exercitatorum. ¶ Inexpertum, & indocilem militem iuuenem quẽdam ordine posuit Vespasianus Augustus, & illum vidit desertorem imperitia sua absque infamiæ nota amouit, sibi data pecunia, vt iret ad proprios lares, inquiens, exercitum suum conseruare expertorum dumtaxat militum suorum virtutem pro honore militiæ.
¶ Et si quis ex humili genere Consul, aut Rex
7 effectus fuerit gratia Dei, vel de Consule, aut Rege fuerit rector effectus sinistra fortuna, & tacito Dei iudicio, iuxtà illud Iuuenalis.

Si fortuna volet fies de rectore Consul,
Si volet hæc eadem fies de consule rector.

Dionysii tiranni Siracusarũ Regis, & Anasii Regis Aegyptiorum exemplo, qui cum à suis contemneretur de ipsius ignobilitate, vasculũ vnum quod tenebat pro trulla ad turpe usum, simulacrum ex eo fieri iussit, & poni in celeberrimo locò ubi venerabatur à populo, si vasculum illud veneretis, inquit erga suos, ad vilem vsum primò factum, & modò in celeberrimo loco positum, ita de plebeo. Ego sum factus Rex vester, quæ verba induxerunt illum
8 ad virtutem, & ad Regis venerationẽ. ¶ Enimuerò sunt illi laudandi Principes, qui propria virtute se, suos, & patriam extollunt gloria; & illi, quibus donata sunt arma & insigna ob aliquod factum egregium, vt de Torquato, de Coruino, de Marco Tulio Cicerone, Coriolano, Cornelio, Scipione Aphricano, de Asiatico, de Numantino, & de alio Scipione, Acchille Romano nuncupato; & apud Græcos quippè, & Romanos seruabatur mili-
9 tia pro honore, & gloria. ¶ Et illi sunt uituperandi, qui de alta stirpe, & nobilissima domo orti sunt; & indè extiterunt ob ignorantiam, & ignauiam suam in dedecus suæ nobilitatis, ut de Cathilina, Sergio, & Cœthegis legitur. ¶ Et habent curare bellorum Reges, & magistratus omnes regentes milites, & populos nè suis deficiant necessaria, nec illos ponere in discrimen fortunæ, sed eorum curare salutem studio omni, & diligentia; & licèt pauci perirent, verecundia est magna regentis; nec nllus esse uellet de illis paucis peremptis: & sic in Dncibus esse debet Charitas pro conseruando exercitus suos à periclis, & à malis facta prouisione eorum salutis, tam pro animabus, quàm pro corporib. ¶ Et medela est exercitus, ut sui Principis ingenio decipiantur hostes, reducendo illos in foueas, cauasq;, & insidias: primò præparatas occasione locorum; & tam in laiis, quàm in arcto, & aperto simulando fugam ut hostes
12 cadant in foueas arte coopertas. ¶ Conseruantur quoque exercitus hostem domando fame, ut Cæsar dicebat, & quòd Dux exercitus debebat habere idem consilium contra hostes suos, ut medici erga infirmos, & hostes proprijs eorum uirtutibus, operibus superari debent iudicio Domitij Carbuli prudentis Imperatoris; consilia Senum esse debent in bello, nt Imperator in l. Paulus firmabat pro cõseruatione Reipublicæ, & honore gloriosæ
13 militiæ. ¶ Et modela est conseruandi exercitum

citum nó paciendo ita passim prædari urbes, nè cum præda dissoluatur exercitus; quia milites cum præda oppulenti affectant discessum ab exercitu. Et si quid occurrerit sinistri casus in belli ardore, & quòd aliqui ex suis aufugissent, poterit Princeps uti exemplo Regis Tulli Hostilij, & Lutij Syllæ: qui dum prospexissent partem suæ gentis aufugisse ad hostes, & nè sui deficerent in pugna illis placido, & læto vultu propalarunt gestum fuisse ex ordine suo; & ita suorum animos ob hoc turbatos reconciliarunt, & adeò accreuerunt eorũ audatiam, quòd victores permãserunt: & alia vice Sylla certis ex suis missis ad explorandũ, qui truncati ab hostibus fuerunt, nè sui timerent, inquit, illos se misisse ad hostes dedita opera, ut interficerentur, quia pluriès transfugare voluerunt, & quòd reperit illos sibi fuisse infidos cum minanerint se fore breui fugitiuos, & transfugas; & magis uoluit per hostes
14 puniri, quàm per suos dirimi. ¶ Conductis lignis pro vallo suos conseruauit, & vallum Cælius primopilaris fictè, quòd indigebat lignis pro vallo missis suis ad furãdum ligna, & dum hostes capere ligna prohiberent Romanis sparsis, incisis truncis occupari vallũ, suũ firmauit Cœlius arte tali, liberalitate Stutillum nobilem equitem retinuit Q. Fabius maximus in exercitu sibi donato equo vnà cũ summa quadam pecuniarum, & pariter donis Philippus Rex Macedonum retinuit in exercitu suo Peritiam virum fortem; & prudentia Ducum prædictorum illos habuit fideliores.
15 ¶ Et pro medicina exercitus Pyrrhi docuit Cyneas Pyrrhum Regem, ut deberet vitare Idram serpentem incolentem paludem Lerniam, quem vitare poterit non pugnando cum Romanis, qui superari non possunt potentia, & virtute sua diuina; dissuadendo, nè bellum gereret cũ Romanis, si suum exercitum conseruare voluerit, aliàs victus tandem permanebit ab illis, & sine exercitu: quẽ conseruare deberet pro tutela Imperij sui, videns Romanos duplicasse exercitum Albino
16 Duci, & Consuli suo. ¶ Ducum nempè est officium pro conseruãdo exercitum suum curare nè annonas, & alia pro victu, & bello necessaria deficiãt copijs suis: & ut infirmi, & sauciati milites curentur l. officium. ff. de re militari. Optimum est in re militari habere cognitionem medelæ, & probos, longeuosque medicos, ac expertos tenere præmiatos in castris suis; & si quis militum fuerit vulneratus missilibus armis, uidelicet, telo spiculo, aut sagitta, & ferrum remanserit in uulnus osso infixum, ut fertur contingisse Anchisiadi Aeneæ, ut cantat Poeta.

Hinc Venus indigno nati concussa dolore.
Dittamum genitrix crateo carpit ab ida.
Puberibus caulem, & florem comantem.
Purpureo non illa feris in cognita capris.
Gramina cũ tergo volucres æ tebere sagittæ.
Ambrosiæ succus, & odoriferam panaceã.
Fouit ea vulnus lympha longæuus Iapis.
Ignotas subitoq, omnis de corpore fugit.
Quippè dolor ois stetit, imo de vulnere sãguis.
Iamq, secuta manum, nullo cogente sagitta.
Excidit atq, noua reddiere in pristina vires.

17 ¶ Et si uulnus huiusmodi sanari non poterit, proderit summere repentè cinerem hirundinis in olla combustæ cum aceto, & murem similiter dilectum, & super impositum cum farina facta ex semine lini cum radice cucumeris siluestri, & uirtute magistra cadet illicò ferrum. Lingua uulpis cum oleo communi decocta, & ut spongia effecta, & super uulnus impositа prodest, ut ferrum repente ex osso infixum extrahatur. Massillarum apri cinis prodest habentibus ossa fracta, & consolidat illa arte magistra. Et optimum est id, & præsentaneum remedium habentibus costas fractas: quibus etiam prodest fimus caprinus cum uino ueteri. Et ex his remedijs vulnera quoque aperiuntur, & ex illis extrahitur ferrum, & sanatur sauciatus, cuius sanguinem ex vulnere sistit puluis olibani cum pilis leporis, & oui vitello facto emplastro, & super imposito. Prodest de per se aloes puluis, vel acetum forte, vndecunque fluat sanguis illum sistit; & frigida aqua etiam de per se retinet sanguinem, & si infusa fuerit panno lineo inuoluto collo sanguinem retinet exeũtem ex naso. Et si ex brasica deccoctione trita imposita fuerit foueantur vulnera vetera, aut recentia mirè sanantur. Sanatque vlcera, & vulnera, vermes quos cossos vocamus in ligno nascentes. Et ombellici in terra orti vermes conglutinãtur vulnera recentia, & neruos præcisos solidant illitos unguine tali infra septimum diem vt firmat Democritus Græcus chirurgus; quos in mele conseruari mandauit. Inflaturam sanat, seu contusionem ex ictu factam trita cicuta, & absinthium quoque prodest calefactum super lapide cum aceto infuso. Prodest ad suspirca achilea mille folleum maius dicta, quæ pr oficua fuisset, Virgilio Mantuano Poetarum Principi, qui tali morbo, vt legimus, paciebatur. Nam hæc ad vmbram desiccata, & in puluerem facta, & aceto potata prodest valde præcipitatis ex alto, vt sæpe contingit militibus expugnantibus vrbes, & vulneratis, & alijs patientibus diuersis ægritudinibus, ut accepimus ex varijs auctoribus. Fumus cimicũ prodest patientibus difficultatem mingendi

super

super carbone ignis impositarum, ita quòd il
licò mingei per testiculos,& nerui virgam ta.
lis fumi sentiuo fœtore, ut in libro de poten-
tia Dei firmat beatus Petrus Damianus Rha-
uennàs olim Cardinalis sanctæ Romanæ Ec-
clesiæ: qui etiam dicit fumum prædictum fa-
cere Irundines euomere sanguinem, & illicò
relinquere morsum ; & plus ibidem scribit,
quòd ex pelle colubris, seu anguis decocta in
feruenti oleo oliuæ auriū mirabiliter tolli do
lores;quod optimum est pro militibus solitis
dormire in terram : cuius frigus , & humidi-
tas,vel galearum pondus, & frigiditas ferri ge
nerant illis dolores aurium,& capitis;cui pro
dest acetum panno lini infusum , & impositū
super frontem. Et si ex causa prædicta contin
geri aures obturari,& murmurari more gra-
bronum panis cocti callidi recepta molena,&
indè post in auribus posita aperientur aurium
meatus,& porri obtusi , ex quibus aqua pro-
ueniet , quæ abstergatur bombice muscato in
auribus imposito , & ibi relicto ; & Dei gra-
tia talis aurium dolor intensus, & murmur
cessabit ; & propter talem calorem restituetur
18 auditus facto experimento . ¶Pro oculis , &
eorum visu prodest eufragia,seu herba lucida
abiecta radice in umbra desiccata, & pulueri-
zata in quātitate vnius mediæ nucis,vel unius
coclearis cum vino albo potata,aut cum me-
le in modum electuarij sumpta omni mane ie
iunio stomaco, & valde proderit obscuritati ,
& seu caligini oculorum , visumque mirificè
clarificat ; & memoriam reparat si sumpta fue
rit quadraginta saltem diebus continuis. Et le
gimus hoc fuisse expertum in senibus decrepi
tis multis carentibus uisu oculorum : quibus
gratia Dei fuit restitutus visus remedio , seu
19 medicamine tali . ¶Et si herba prædicta fue-
rit posita in musto vuæ vinum clarificat & cō
seruat , & curat rupturam à putrefatione , &
absque incisione sanat moroidas, & stringit
sanguinem ex quacunque parte profluentem
corporis. Prodest,& fel galli,& celidoniæ suc
cus ad accuendum visus si incorporatum insi-
mul fuerit, & optimū fiet colliriū cū dragma
una melis , & untia aloes, ac camphoræ tri-
bus untijs,& totidem aquæ rosarum,& feni-
culorum,& verbenæ insimul iunctis ad ignem
facta aqua lambicata ; & indè cautè seruanda,
& in oculis ponenda pro eorum visu, & acu-
mine . Electuarium etiam fit pro oculis sum-
pto semine apij , feniculi foleis , & rutæ , ver-
benæ,& brithonicæ cum grano iuniperis,ca-
mederios,pinpinellæ vntias duas sumendo, &
saluiæ untiam vnam,& duas eufragiæ,& toti-
dem montaui fyllaris , & cælidoniç munitæ
untias tres , cū dragma una cum dimidia cina
momi,nucis muscatæ , gingeberi , geduariæ,
piperis longi,maæ, gariofalorum vntias du-
as cū dimidia,tres enolæ dragmas , & sex me-
lis . Prodest ex fœnolo visui, prodestque calli
ginatis & offuscatis oculis album vinum aqua
vitis , & aloes apaticus pistis infusus albo vi-
no : & probè incorporatus in vna vrna vitri
optimè obturata positus ; & optimum ex his
fit collirium proficuum ad sanguinem,& ob-
scuritatem caliginosam oculorum. ¶Prodest
20 & tritus aloes cum vitellis ouorum cōtra do-
lorem capitis , frontis , & oculorum. Prodest
brithonica trita super fronte posita , & mixta
fimo columbicum forti aceto; quòd ex se etiā
prodest super frontem positum pro dolore
oculorum , & capitis . Sinapis,& ruta æquali
ter sumpta cum mele,& cera super panno lini
posita, & super frontem illinita ad lipitudinē
prodest oculorum rubeorum sæpe lachrymā-
tium , quo morbo legimus laborasse Horatiū
Poetam venosinum;qui inter Poetas Lyricos,
& Satyricos obtinet principatum : hic fuit
amicus Virgilio laboranti suspirijs: in quorū
medio dū sederet Octauianus Augustus poe-
tando cum prædictis ; & cùm tunc fuisset in-
terrogatus à Mæcenate superueniente, quid fa
ceret Augustus, ipse illi iocosè respondit,se se
dere inter lachrymas . & suspiria ; intelligen-
do de Horatio , & de Virgilio respectiuè pa-
21 tientibus dictis morbis. ¶Marco Catoni di-
splicebant medici , asserendo illos esse carnifi-
ces,& homines sæpe occidere impunè ; & con
tra ipsos orauit in Senatu asserendo illos exu-
lari debere ab vrbe, & necessariam nō fore me
dicinam affirmabat improbè : & librum scri-
psit contra infirmitates ad redendum sanitatē
infirmis, quos ieiunos stare nolebat dando si-
bi pro cibo caules,betas,palumbos,anates,&
lepores ; & illos ita saturos tenebat : quæ res
faciles erant pro stomaco , & ad digerendum;
& ijs somnia persæpe inducebantur . Conser-
seruatio enim, & medicina salutis exercitus
est , quòd sui inclisi Duces castramententur ,
cum ipso in loco tuto , & sano , fugiendo lo-
ca paludosa, & subiecta aquis , & ventis noci-
uis corporibus humanis, quod facilè (vt aliàs
dixi) cognosci potest per situm, & colores in
habitantium,non dando causam futuris infir
mitatibus propter inordinationes ; operando
vt milites dormiant sub tentorijs, & ubi fit co
pia bonarum arborum , quæ faciunt umbram
militibus æstiuo tempore ; & ubi fit copia li-
gnorum pro usu belli,& exercituum;& quòd
non itinerentur per æstiuos calores, sed de ma
ne , & de sero , nisi necessitas impelleret illos
alio tempore meare . Et legitur in regno Ba-
bilonis homines dormire super utribus aqua
plenis propter magnum calorem.Et quòd de
hyeme dicta cessante necessitate non itineren-
tur

tur per niues,& glacies,& gelu sine ignis commodo, & debitis necessarijs vestibus : nec bibere aquas cænosas,fetidas & fetentes,Salitas, aut venenosas; curando infirmos cum omni studio & diligentia, ut sanentur : quia non est remedium pro Duce,quando pro hoste habet infirmum exercitum suum, & habet pugnare
22 cum hostibus suis validis.¶Et nihil est utilius ad conseruandum exercitum suum in sanitate quantùm sit assiduum exercitium,castramentando in locis tutis, & vbi hostes non possint impedire victum, & alia necessaria pro exercitu, & bello; considerando optimè locorum naturam,ubi castramentari contingerit,& vbi hostes resideant,præcogitando,quæ sint futura, & illis prouidendo nè suis deficiant annonæ mutationes, & alia pro exercitu, & bello necessaria; & quòd non dissipentur,vel ab hoste tollantur insidijs,conseruando illas in tuto loco,illas ordine dispensando militibus,ut hostis occultus fames vincatur virtute,& pruden
23 tia inclyti Ducis bellorum experti. ¶Quæro de casu, Miles quidam de Melphio habens fratrem suum carceratum iam primò bannitũ, & foriudicatum qui veniebat decapitãdus pro delicto; & nè vituperetur eius parentela, eidẽ in cibo dedit venenum,& mortuus est dictum carceratus; & ide fuit captus miles prędictus, an puniri debeat? & qua pœna? fui ego aliàs consultus de præmisso casu in contingentia facti; & consului dictum militem vti parricidam debere puniri secundum D. Ioã.de Anania,in cap.cum iuramẽto,in vlt.col.& in cap. j.& ij. extra de sortileg. & per Ioan. de Imol. in l. Publius.ff. de condition. & demonstr. & per Bal.in l. fin.C.de malefi.& mathema.in l. fideicommissa.ff.de leg.3.& in l.j. C. vnde vi. & per Paul.de Castr.in consi.193. & per Bar. in §. arripiat.authen.vt om.obed. ind.suis, & per Ioan. And.in addit. ad spec.de accusat. in §. sequitur,& in addit.magna : & ita fuit iudicatum, & executum iuxta consilium meum.
24 ¶Et iure quoque cautum est, quòd si quis reum occiderit ductum ad iustitiam,puniri debeat de homicidio scilicet pœna leg. Cornel. de siccar.etiam si dubitaretur per familiam curiæ illũ sibi tolli per viã ab amicis condemnati,illum familiæ curię non potest impune occidere, nisi hoc habuisset in mandatis à superiore de occidendo ipsum in dicto casu secundum Bal.in l.fideicommissa, & in dicta l. fin. C. de malefic.& mathema.in l. Additos.C.de episco.audien. & Alex. in l. iij. §. Transfugas ff.ad leg. Cornel. de siccar. & per Bar.in l. cu
25 iusque.ff.ad leg. Iul. Maiest. ¶Quæro de alio casu occurrenti per dies, an stetur relationi medicorum circa infirmitatem,& qualitatem vulnerum si sint lætalia, vel non lætalia; & an vnius tantùm medici, vel plurium. Dic plurium expertorum,& approbatorum medicorum fide dignorum, habetur per Bar.in l. j.in §.eadem.ff.de verb.oblig.in l. Semel. C. de re milit.lib.12. Ad hoc facit gl.in cap. ego solus,octa.distin.& Spec.in tit.de homicid.in §. 1. Vbi habetur quòd statur voto, & relationi paucorum peritorum, & non voto plurium imperitorum contrarium asserentium, vt firmat Ludouicus de vrbe dicta.l.j.in §.fin. ff.de verb.oblig. & Ant.de Butr.in cap. propositi.de probat.& Matth. de Afflict.in pri.decis.
26 sui, lib. deci. consilij Neapolis. ¶In Regno Siciliæ, si medici non sunt approbati in studio Salerni puniuntur, medentes, aut consulentes cum salario, vt in constit. dicti regni incipient.quisquis,& in constit. incipiente vtilitati cum sequenti tit. de probabil. exper.med.vt nullus audeat practicare,nisi in cõuentu publicè magistrorum Salerni sit approbatus,ut in constit.incipiente, Quia de medicis,lib.3.Constitutionum prædicti Regni.
27 ¶Medici debent esse insignes, & approbatæ artis,& fidei vt in dicta l. Semel. C. de re militar.& in § Quod autem authen.de nõ alien.
28 arg.l.j.ff.de ventr.inspicien.¶Et quot medici sufficiant pro faciendo dictam relationem. Dic duos sufficere, & plures si haberi poterũt; & si plures quàm unus haberi non possit, illius tantùm medici approbati sufficiet relatio arg. §. Quod autem dictum nobis.authen. ut licea. matr. & aui. vbi si tamen adest, & per And.de Iser. in §. Prætereà.in tit. hic finitur lex. incipiunt consuetudines; & Lucas de Pẽna in l. Cùm allegatis. C. de re mil.lib. 12.
29 ¶Medicorum ars est necessaria vt in ecclesiastico cap. 38. pro salute corporum humani generis.l.j.C.de var. cogni.& C. de profess.& med.lib. 10. Et pro escusatione citati infirmi propter impedimentum infirmitatis statur relationi in regno Sicilię vnius medici approba
30 ti secũdũ distinctiones prædictas.¶Quæro si vulneratus sequatur vulnerantẽ, & illũ percutiat an puniri debeat.Dic quòd sic l. Si ex plagis.§.j.& l. Qua actione.ff.ad leg.aquil.& an puniatur vt dolosus, vel vt culpabilis habetur per Ioan.de Lign.in lib.suo,de bello, in cap. 118. & ibi me remitto causa breuitatis.
31 ¶Quæro de vulnerato,qui se fecit mederi per incantationem, & mortuus est, an teneatur vulnerator de occiso, vel de morte. Dic quòd non; quia incantator non est medicus, & de iure diuino,& humano est prohibita incantatio,pro quo facit tex. in l.Obstetrices.ff.de varijs & extraordi. cognitio. & per Ioan. de Anania,in rubr.de magist.& idem consuluit Sozin. in consi. 178. incipiente primo aspectu
32 ¶Neq; vulnerans tenetur de morte vulnerati, quando

quando vulneratus dedit causam suæ morti, & per medicos noluit medeci, uel illis fuit ino bediẽs; aut imperitos medicos accepit: ad pręd. dicta facit not. per Fely. in cap. Presbyterum, & in cap. significasti i. el secōdo de homicidijs.

SVMMARIVM.

1 *Reges exercitus insidiãdo hostibus cura re tenentur possidere aptiora, et fortio ra loca cũ exercitu suo, ut paretur uictoria.*

2 *Reges si contigerit pugnare peditatu contra equitatum hostium, quid facere debeant.*

3 *Quid si cum peditatu contra peditatum.*

4 *Scientia locorum in re bellica est necessaria.*

5 *Cæsar pugnaturus contra Fornacem Mitrida tis filium, instruxit aciem in colle, ubi poti tus fuit uictoriam.*

6 *Pœnus, Annibal quomodo fecerit ut Elephã tes onerati cōmode pertransirẽt rupibus di ruptis, aceto, igne, ac fero facta sibi uia per Alpes.*

7 *Et pugnaturus contra Marcellum, eauas, & perruptas uias abiecit ad latus, adeò ut loci auxilio uictor extitit.*

8 *Marcellus pluries fregit insidias Annibalis, et quomodo perierit.*

9 *Fabritius pugnaturus contra pyrrhũ: cernẽs Elephantes turritos ad pugnam instructos, arte Pyrrum in loco ramusculoso reduxit, propè amplum flunium apud Asculũ urbẽ ubi tandem uictoriam habuit.*

10 *De pyrrhi gestis in auxilium sicul orum, & Græcorum.*

11 *Et quid euenerit, cum fuerit in auxilium uo catus à Tarentinis, & Samnitibus a Roma nis oppressis.*

Pyrrhus in caput uulneratus duellauit cum feroce Mamertino.

12 *Pub. Cornelius scipio Aphricanus magna cũ uirtute, uicit Asdrubalem Annibalis fra trem Ducem Pœnorum.*

13 *Asdrubal se giũgere nolebat cũ exercitu Cy groni Asdrubalis, etiam Ducis pęnorum.*

14 *Amicitiæ origo inter Massinissam, et Marcũ Sillanum.*

Et de quandam uictoria ipsius Marci contra Celtiberiam.

15 *Milciadis Athenienfium Ducis uictoria, contra Datbimem Ducem Xersis.*

16 *Dux exercitus perspiciens hostium pedites esse in arctis locis, & angustis ubi equitatus currere nequeat, quid facere debeat.*

17 *Tempus mũ in modum in re bellica cōsiderari debet.*

18 *Dux exercitus considerare debet conditionẽ ho stium, acieũ ordines, manchinas, et Instrumen ta bellorum, et alias similes instructiones.*

19 *Fouee debent fieri ab exercitu circuncirca, cum fuerit inclusus inter montes. et acie instructa iacto ponte discedere et 20.*

21 *Millites ne ob aquarum potum infirmentur cu randum est.*

Darii, et Alexandri pugna.

22 *Cæsar quomodo in gallia apud fluuiũ Ararim, superauerit Eluetios, et Tugurinos.*

23 *Et ipso absentato contra eius exercitum hostes impetum fecerũt, & multos ex illis uulnera rũt, et occiderunt, et quid fecerit Cæsar audi to hoc*

24 *Cæsaris uictoria summa uirtute ferocissimos Atrabates.*

25 *Alexader Magnus interrogauit sapientis: qua liter unus mortalis posset se ponere in nume ro duorum.*

Et dedocta responsione.

26 *Duces, et Imperatores nostri temporis multi sunt qui uirtute, et arte antiquos superant.*

27 *Vassallus male gubernãs rem feudalẽ: an à Do mino ea priuari possit. et 29.*

28 *Baro male tractãs uassallos: an dicatur feudo abuti, & eo priuari possit. et 29.*

29 *Vassallus: an possit incidere arbores fructiferas ex re feudali, et incidens dicatur, feudo abuti. et 30.*

31 *Vassallus tutor pupilli Domini sui: si non misit frumentum pupilli sui domini ad uendendum in loco, ubi carius uendebatur: an teneatur ad interresse, ratione lucri cessantis.*

32 *Et quando petendum sit lucrum, et interesse ces sans, et an iudicis officio, uel iure actionis.*

33 *Libertus: an teneatur sequi patronum suum ad bellum uocatus ab eo.*

34 *Quid in seruis.*

35 *Quid in agricola, colono, uel inquilino.*

36 *Arg. à communiter accidencibus: an incrimina libus faciat indubitatum Iudicium ad tortu ram.*

37 *Citatus ad locũ non tutum: an teneatur compa rere.*

38 *Quid si fuerit citatus ad locum tutũ, sed debeat transire per locum non tutum: an teneatur cō parere.*

39 *Et quomodo procedat.*

40 *Citatus qui tenet comparere, uel per procurato re: an possit mittere procuratorem in locum nō tutum propter odio.*

DE

DE LOCO CAPIENDO PRO exercitu,& Pugna.

1 HOstibus insidiando curare tenentur sapientes exercituũ Reges possidere aptiora,& fortiora loca pro , & cũ exercitu suo , vt ipsi paretur victoria:ex locis aũt,& illorum superioritate,& natura probè captis & electis in re militari ꝓ pugna,pro uallo , & statione, & maximũ
2 percipitur auxiliũ.¶ Et si cũ peditatu cõtingerit pugnare cõtra æquitatũ hostium, sunt elligenda loca siluosa aspera,mõtana & inæqualia ubi eq̃tatus poterit facilimè superari à peditatu . Nam multitudo equitũ arte , & loco superatur à do-
3 cto peditatu ducis experti.¶ Et si cõtra peditatũ hostiũ cõtingerit pugnare,plana sunt tunc eligẽda loca,ęqualia,patientia,& non montana,neq; aspera,siluosa;ut equi currere,& strenuè certare
4 valeãt.¶ Et optimũ est in re bellica sciam habere locorũ,prodest suffragiũ,& sępe ex ea paratur victoria,vt sunt flumina,rupes,cauæ,valles, fontes & similia : ita ꝙ exercitus circuiri ab hoste non possit ab oĩ latere,& ut equi,& pedites reficianẽ in pugna,& fessi hostes in longum deducto ꝓlio uicti permaneãt loci natura tali carẽtes cõmodi
5 tate.¶ Et cũ fuisset olim pugnaturus Cæsar contra Farnacẽ filium Mithridatis Regis Põti, aciẽ instruxit in colle loci natura auxiliũ sibi prębẽte
6 fuit potitus victoriã.¶ Et pœnus Annib.in saltibus Pyreneis,aspera illa iuga inuicta , & accensa frigore intractabilia artẽ muniuit;ita ꝙ onerati elephãtes cõmodè pertrãsierũt rupibus diruptis acetto , & igne, & ferro facta sibi uia per Alpes, & primum vidit flumen cum exercitu duro marte trãsgressos resistentes depulsos in loco vbi uix
7 inermis hõ irepere potuisset. ¶ Et cõtra Marcellũ certaturus cauas , & perruptas vias abiecit ad latus,& fuit vsus ipsius loci natura ꝓ munimẽto
8 & ita loci suffragio extitit victor.¶ Hic Marcellus sua virtute pluries fregit insidias Annib.Pœnorũ maxima cæde secura, & demũ gloriosè perit in pugna dolo callidi Annib.Ducis Carthag. qui asserebat Marcellum ensẽ esse & Fabium scutum Romanorũ,teste Plut.& Posidonio Alexãdrino,& horũ virtutẽ valde formidabat Annib. solitus dicere se timere Sabiũ doctum & cautum præceptorẽ,& Marcel. fortẽ bellatorẽ Marte expertos Imper.Et prudens olim D.meus Illustris Prosper Columna fuit alter Fabius Maximus in militia doctus magister,qui cum prudentia cunctãdo bella gerebat,& gloriosè hostes superabat virtute.Et Illus.Fabritius Colũna fuit alter Marcellus auidus pugnæ,& bello expertus.¶ Et dum
9 foret pugnaturus Fabritius cõtra Pyrrhũ cernẽs Elephãtes turritos ad pugnã instructos,artẽ Pyrrhũ reduxit in loco ramusculoso,& prope fluuiũ amplũ apud Asculum vrbem,& cõmisso prælio fuit pugnatum victoria pari usque ad tenebras noctis,quæ talem pugnam diuisit,oĩbus se respectiuẽ reductis ad castra sua,& post triduum Pyrrhus in planitie locauit exercitum arte instructũ pugnaturus cõtra Romanos, mõtanis locis relictis cũ presidio hastatos , plardos cũ sagittarijs mixtos inter elephãtes ordinauit:& strictis turmis, & acieb. fuit Romanos aggressus nõ suffragatos à natura loci vt p antea fuerãt,& in aperta & lata planitie extitit animosè pugnatũ per Romanos ueloci impetu maximo cõtra peditatum Pyrrhi antequã elephãtes accederẽt ad bellum, cum ensibus pugnabant inæqualiter contra arma,quibus utebãtur Pyrrhi bellatores, & intenti pugnabant Romani nõ curantes de periculo ullo,& tandẽ à parte ubi pyrrhus certabat se retrò retraxere Rom.in fuga,& in pręsidio Pyrrhi tũc fuerant turriti elephantes cũ robore suo . Ita qũ non valebant Romani exercere vires suæ uirtutis , & coacti fuerunt fugere ad eorum castra ad quæ se in fuga reduxerunt , vulnerato Pyrrho in brachio: ex Romanis fertur fuisse mortuos in dicta pugna tria millia & quingẽtũ; & ex Pyrrhi
10 militibus plures .¶ Et tunc fuisse dictum p Pyrrhum,quòd si ita alia uice pugnatum fuerit cum Romanis & ita uiceremus ut modò fecimus,omnes diruti erimus:& incontinenti ex urbe legiones quàm plures acie instructæ peruenerunt consulibus ad bellum accẽsis , & probè præparatis animo inuictis: & prouocatus Pyrrhus in auxilium Siculorum,& græcorum aduersus carthaginenses , contra quos nauigauit Pyrrhus cum exercitu, magno per ipsum relicto præsidio in urbe Tarenti, & expugnauit Ericem ciuitatem Pœnorum:quorum potentiam destruxit terrestri, & maritimo bello ; capta Erice scalis appositis , & ruptis illius muris longa pugna, & Pyrrhus primus fuit qui muros ascendit erudeli aspectu , & fortitudine; & cõtra Mamertinos à Marte dictos feroces populos non longè à Meseno accessit , qui græcos molestabant angari.s,& demum Pyrrhus in odium peruentus Syculorum ob tyrannidem suam , pars Siculorum se ditioni posuit
11 Carthaginẽsium,& alia pars Mamertinis.¶ Et cerciorat us pyrrhus à Tarentinis, & Samnitibus à Romanis oppressis, & qualiter ab illis fuerant expulsi , ab Imperio suo ut repente ueniret in eorum præsidium cũ exercitu: & hoc præscito Italiam applicuit linquiens in discessu aliqd̃ in hac insula exercitium belli relinquo inter romanos, & pœnos,& inde fuit aggressus in terra à decem millibus Mamertinis qui illius exercitũ dissiparunt,& ordines duos elephãtorum interfecerunt & Pyrrhum regẽ in caput vulnerarunt, & ita vulneratus duellauit con feroce Mamertino:& pęni in mari naualiq; bello Pyrrhũ uexarũt: & deniq; ꝑ ipsũ perditis nauibus multis peruenit tarentũ cũ equitatu trigita milliũ et peditatu uigiti millium,

liū,& illicò accessit unà cum Tarentinis contra
romanos castramentatos insamnio, ubi pluriès
profligauerant samnites, et odio tunc Pyrrhum
samnites habebant,quia illos derelinquerat per
accessū suū in Siciliā, eorum amissa spe cū rebus
suis;putantes ꝙ si Pyrrhus fuisset in Italia non fo
rēt priuati eorum imperio à romanis,cōtra quus
putabant habere uictoriam Duce Pyrrho; cum
belli finis sit uictoria quæ cōsistit in duce exper
to in re militari & in liberalitate, & clementia:
13 quæ sunt gloriæ,et laudes Imp. ¶Castramētato
aūt Asdrubale fratre Annibalis et Pœnorū Duce
in Hispania, romana uirtus Publii Cornelii Sci
pionis Aphricani,postea dicti de loco fluminis
Besule reduxit Asdrubalē castramētari in colle,
& illū acie instructa ibi reductū uicit audacia ui
ctoriæ per ipsum primò cū suis adepte ob nouā
captā Carthaginē romanis impigrè pugnātibus
in præsentia sui Ducis pœnorum affrectauit pu
gnam,et illum superauit, et captiuos omnes hi-
spanos liberaliter,et sine præmio ullo liberauit,
14 & Carthaginēses captiuos dūtaxat retinuit.¶Plu
ribus donis datis Iuueni cuidā nepoti Masinissę,
quē libere dimisit ad patruū suū Masinissā;et hęc
causa fuit amicitiæ Masinissæ Duce M. Sillano,
& facto cōsilio inter Duces Carthaginen.de au-
gēdo exercitū suū, Asdrubal iuit ad fratrē suum
Annibā.in Italiā;& loco ipsius missus fuit cū no
uis copiis in Hispaniā Annonus alter frater An-
nibalis suscitādo Certiberiā ad prœliū et ruptus,
& captus fuit a M.Sillano legato Scip.in primo
congressu,capta per C.Scip.fratrem publii Scip.
Orīgha urbe ditissima astu Scip.primitus in
sultata & obsessa,quæ maximi auxilii fuerat ho-
stibus:cuius suffragio potuissent de facil: hostes
renouare bellū,Scip.post hiemato Tarracōni;&
hostes pp timorē se reduxerūt ad oceanū cā illic
15 hiemādi.¶Milciades aūt Atheniēsiū Dux cōtra
Datīmē Ducē Xersis cum decē millibus graiæ
gentis auxilio loci per ipsum artē electi, ducēta
millia hostilis peditatus, et decē millia equita-
tus gloriosè suis ardore maximo pugnātibus su
perauit,cētum milibus ex hostibus cęsis,& reli-
16 quis uersis in fugā.¶Et si cōtingerit hostium pe
dites esse in arctis locis,et angustiis ubi equitatus
currere non possit,optimum erit cōsilium equi
tatum simulare fugam,& metum; ut hostiles pe-
ditatus descendant in planiciem ubi circuiri pos
sint ab equitibus , & sibi tollatur refugium per
rapacissimum equitatum celeri cursu, ne ualeat
hostis reddire ad pristinū locum angustum, ho-
stiū inuisum equitatui, & ita icauti pedites h sti
17 les opprimentur si illi fuerint inexperti . ¶ Cer est
notandum in re bellica quòd sæpe tēpus prebet
consilium,et quòd est probè considerandum ip
sum tempus,locus,et hora ineundæ pugnæ , in-
struēdo optimè acies subsidio , & suos à metu
tollendo,perterritos firmādo,& reuocando arte
magistra;polliciationibus,hortationibusq; sibi
gratissimis silēdo secreta sua,& fingendo ea quæ
sūt sibi proficua in hostes, uitādo eorū insidias,
& cogitationes inimicorū præcipiendo,speculā
doq; et explorādo uirtute sua habere scientiam
hostilis exercitus,et ipsius cordiū secreta,impedi
menta,et errores,ac præsidia;& illorū mores;et
disciplinā militarē,armorūq; genus,qualitates,
& quātitates militum tā peditatus,ꝙ equitatus;
impedimētorū,machinarū, munitionum,anno
narū,et istrumētorū bellicorū, locorūq; naturā
vbi castramentātur,prescrutando oīa,loca mutā
do,cōsiderando tempora,uentos, solem, noctē,
& lunam,armorūq; splendorem,& umbras aplu
uias,& niues,gelu puluerem, paludes, flum,na,
arenas,colles,siluas,caues,fontes,mala uadi ,&
asperitates locorum,si arcta,uel lata fuerit,& si
hostes sint in loco ubi auxiliū haberi illicò pos-
sint à suis,& refici nouū exercitum ut fecit Car-
thago ruptis p Scip Syphace,& Asdrub. Cygro
18 ne.¶Considerando conditiones hostium, acie
rum ordines, machinas,instrumenta bellorum,
& instructiones uariè factas modò inflexas ,
modò cuncatas,modò bipartitas,uel tripartitas,
quadrato,uel angulato,lunatouè ordine,aut ali-
ter īstructas,& ordinatas;ut cū legionibus,& au
xiliariis pugnare ualeāt, nihil omittēdo inexper
tū,& cogitatū ut martiales Reges excell.faciunt.
19 ¶Proderit inclusis inter mōtes, aut ī plana loca
circūductis à multitudine facere foueā unā , uel
plures,&data occasiōe,iacto pōte discedere acie
instructa,iruptionib.et arte faciēdis ab una, uel
pluribus lateribus astu prudētis Ducis,Data cā,
& arte missis equitib.cōtra custodes locorū p ip
sos facto ipetu,eorū depredato territorio se libe
rauit ab arcto loco L.Minut.Rom.Cons.ubi ob
sessus fuerat,& inclusus à Ligurib.& abundè uiā
20 sibi arte præparauit per irruptionē. ¶Ab una
parte facta irruptione cum forti cuneo cōtra o
bidentes,& exercitum hostilem longè multitudi
nis liberatus sæpe fuit ab obsidiōis periculo exer
21 citus paruus expertus,fortis,& animosus.¶Cu
rādū est quoq; pro tutela exercitus nè ifirmetur
ob potū aquarū fluminū quorūdā habētiū aquas
nocinas humano generi ob potū aquæ flumin is
Cydni, ut aliàs dixi , infirmus fuit effectus Mag.
Alex.Dario tunc ex Susa urbe exercitū cumulā
te sexcentorū milliū hoīum,et peroptāte ducere
in arcto loco exercituū Alex. & ibi illū expugna
re Mintia macedone hoste,& transfuga Alexan
dissuadēte Dario,& illū cōsulēte ut Alex.paruū
exercitum habētē duceret arte in amplo, plano,
magno,& lato cāpo ad pugnā ubi circuiri possit
cum multitudine, Dario illi respōdēte sine cōsi
lio sano se dubitare Alexā.fugere,ideò illū uole
bat ī angusto loco ducere, cui replicauit Mintia
macedo sciēs natu Alex.nè timeas hoc,qa Alex.
ueniret cōtra nos libēter ad hāc rupē, & Darius

bono Mintiæ ſpreto conſilio meauit cum exercitu Ciliciam uerſus, & illicò Alexander ambulauit cum ſuis copiis uerſus Syriam contra Darium, et ſuperuenta nocte non pugnauit,et arcta loca occupauit de die pro ſuorū paucorum muniuit,peroptans ibi bellare cum multitudine Darii,& ibidem peroptabat Darius cū paucis pugnare lōga multitudine ſua in arctis locis aſperimis,ſaxoſis,et nemoroſis nō longè a mare mediatis à flumine pīdaro, et acies ſuas repētè inſtruxit Alexāder rite ordinato cornu dextro, & ſiniſtrū ſuum locauit per obliquum dextero cornui hoſtiū nè circuiri poſſit a multitudine Darii; & ſic arte in fugā uerſit barbaros ipſo Alexādro in coxa uulnerato p̄ Dariū, qui poſteà fugit relicto Alexandro uictore in arctis, loci natura ſibi opitulante:et inde indoluit Darius ſe ſanum Mintiæ non accepiſſe cōſiliū,memor ruptæ patris Xerſis uictoriç Themiſtoclis apud Salaminā arctum locū,ubi multitudo uicta fuit à parua magnu græcorum.

22 ¶In Gallia Cæſar duce Labieno ſuo legato apud fluuiū Ararim ſuperauit Eluetios, et Tugurinos;qui cōbuſtis duodecim eorū ciuitatibus,& uillis Quatercētum ingreſſi fuerat in locis romanorum ut primitus fecerāt Cimbri,et Theutoni:& Cæſar tunc fuit ex improuiſo ad hortus à furtibus Eluetiis,ita q̄ ſe arte reduxit in colle,& ſuis ordinatis in acie hoſtes fuit aggreſſus;&dū ſibi foret ductus equs ſuus,inquit, ſe uelle ire pedeſter,et pugnare unà cū aliis cōmilitionibus ſuis:& equū reſeruare ad inſequēdū hoſtes in fuga:& impigrè pugnato ſuperauit Eluetios,& eorū rupit ſtationes, et currus expugnauit uſque ad mediā noctem ceſis hoſtibus utriuſq; ſexus parſiiſſet magnis pugnantibus,quorum numerus fuit tercētorum milliū, inter quos fuerunt millia ducētum animorum

23 militū.¶Et cū Cæſar ſe abſētaſſet e Gallia,in Italiā peruētus, relicto ī galliā exercitu ad hiemandū;& galli audita romanorum Ducis abſētia impetum fecerunt in exercitum Cæſaris; multis ex illis occiſis obſeſſa legione,& ferè tota vulnerata;in uallo.Q.Ciceronis legati Cæſaris;quo audito per Cęſarem ibidem aduolauit cum ſeptem millibus armatorum militum expertorum occurrit Ciceroni,multitudine hoſtium inſequente Cæſarem; qui ficta fuga ſe reduxit in colle,et locum fortem cum paucis ſuis ubi ſe ualerēt ueri à multitudine lōga gallorū, et cū illa pugnare: & munito loco pcepit militibus ut ſe penitus abſtinerēt à bello; & ficto timore fecit uallū altius fieri et eleuari,& portas reſerrare ut cōtemneretur ab hoſtibus;& ibi dū morādo cernēs barbaros temerè,& paſſim inordinate uagare inuaſit illos & rupit.¶Et cō-

24 tra ferociſſimos Neruios, bellaceſq;, & fortes Atrabates, ſylnas incolētes duxit exercitū Ceſar,quē in caſtramētādo fuerūt adhurti,hoc ipſo Inopinate, ipetū fecerūt cōtra exercitū ſuū, Cæſarianis equitibus pro parte uerſis in fugā; ſeptima,& duodecima circūdata legione,& ipſius cæſis Centuriis,ita q̄ deſperatus Cæſar cū ſecuto ſe illis oppoſuit, ſuis retētis ultra uires pugnādo inter barbaros,quo perſpecto p̄ decimā legionē Cæſaris repētè illa deſcēdit ex uno colle per mediū hoſtiū occurrēs duci ſuo in duro ſtanti periculo cū impetu,et ultra uires pugnantes: ita quòd hoſtes euerterunt in fugā ex patritis romanis 400.bellantibus, relictī uiui 397. fuerūt centum et tribus in acie glorioſè cæſis:et ob hoc egregiè factū in vrbe p̄ 15.dies deprecationes, & ſacrifitia lætante populo peracta fuere pro uictoria Cæſaris qui poſt ordinatis Galliæ rebus ultramontanæ hiemauit in Citramontana,ſeu Ciſalpina gallia,vt proui

25 deret patriæ circa dignitates,& offitia ¶Interrogauit magnus Alexan.ſapientes vrbis Sabbæ qualiter mortalis vnus poſſit ſe ponere in numero duorū,reſponderunt, ſi operas faceret vltra humanas uires,& dum miraretur Alexā.de eorum ſapientia erga ipſum protulerunt hæc uerba qui friuolè petit, friuolè oportet ſibi re

26 ſpōdere.¶Et ſi tpe noſtro fuiſſent illi antiqui Duces,& bellatores;non fortè in re bellica ſuperaſſent virtute Imper Duces,& milites quoſdā noſtræ tempeſtatis,qui adeò præcelluere,& præcellūt in re militari martia prudētia, & virtute animorum non timētes pericula vlla pro honore,& gloria militiæ, cum non formident Inſtrumenta tartarei ignis,quibus carebat antiquitas; nullo per ipſos inexperto relicto īſidiarum modo vt victoria parētur; nec aīali a fera, neq; gigantes illos ſuperarent viribus,quæ ſer

27 uiunt uirtuti,& captiuantur ab ea. ¶Occurrit modo p̄ponere certos caſus feudales,qui mihi fuerunt tranſmitti ad conſulendum pro veritate,videlicet,An vaſſallus malè gubernans rem

28 feudalem priuari ea poſſit à Domino. ¶Item ſi Baro maletractās uaſſallos dicatur abuti feu

29 do priuari eo poſſit.¶Itē ſi vaſſallus poſſit incidere arbores fructiferas ex re feudali, & incidens dicatur abuti feudo j.& 2.caſu.Dic priuari feudo cum id malè gubernet, & abutitur illo c.j. Qualiter vaſſ.de proprie priue.& l.3 C. de loc.& conduc.& per Io.Andr.in c.Ad apoſtolicæ de re iud.lib.6.in nouella;& per Bar.in l.eleganter in fi.ff.de pign. actio. Quia ſe indignum feudo facit vaſſallus abutendo illo. l.2. ff.de ijs qui ſunt ſui vel alien. iur. per quē textum idem firmat Bal.in c.1.qualiter dom.pro

30 ſuo feud.priue.¶Ad tertium caſum ſi uaſſallus poſſit incidere arbores fructiferas exiſtentes in feudo,et incidēdo dicatur abuti re feudali.Dic q̄ nō pōt incidere,& incidēdo abutitur feudo, habetur p̄ Bar. in l. fraudē §.fi.ff.de iure fiſci.

31 ¶Quero de alio casu mihi transmisso ad consulendum, An uassallus tutor pupilli. Domini sui, si non misit frumentum sui domini pupilli ad uendendum in loco ubi carius uendebatur frumẽtum teneatur ad interresse ratione lucri cessantis. Consului quòd non teneri, nisi id do lo fecerit secundũ Bal. in l. vlt. ff. de administr.
32 tut. ¶ Et quando petendum sit lucrum, & interresse cessans, an peti debeat iudicis officio, uel iure actionis. Dic iudicis officio secũdum Angel. de Aret. in §. fuerat instit. de action. ¶Que
33 ro si libertus teneatur sequi patronum suum ad bellum uocatus ab eo. Dic libertum teneri Domino ad operas sibi tantùm impositas, & ad solitas, & ad suportabile onus & obsequium; & non ad durum, & insuportabile; neque ad operas insolitas l. Liberios C. de obsequ. libert. &
34 l. Nisi §. fin. ff. de oper. libertorum. ¶ De seruis non est dubium quòd sequi habent dominum ad bellum, & ubiq;; dummodo Domini non se uiant in eos l. i & ij. ff. de his qui sunt sui uel alien. iur. secundum Ioá. de Lign. in tractatu suo
35 belli. quęst. cẽtesimapri. ¶ Et an Agricolæ, aut glebæ ascripti, coloni, & Inquilini, & capite cẽsiti uocati à Domino suo accedente ad bellũ teneantur sequi illũ. Dic ipsos non artari, quia hi sunt prohibiti à glorioso exercitio militari
36 (ut aliàs dixi. ¶Quero de casu occurrenti, si locus in criminalibus à communiter accidentibus faciat indubitatum iuditium ad torturam. Dic quòd sic, ità tenet Bal. in additio. ad spec. in titu. de sentẽ. & in l. fin. ff. de hæred. institué. & per Ioan And in titu. de probat. & per Bar. in l. 2. ff. de furtis, & in l. suo adulte. C de adulte.
37 & Saly. in l. fi. C. de probationib. ¶ Quæro de citato ad locum non tutum, an teneatur comparere in loco non tuto, & si non comparuerit dicatur contumax. Dic quòd non tenetur comparere, neq; legitimus contumax erit secundũ Philip. Cor. in cons. 59. incipiente uiso processu in pri uol. ut latè dixi in consil. quod feci in fauorem matrimonii Serenissimæ Reginæ Angelorum. ¶ Et si citatus ad locũ tutum habue
38 rit transire per locum non tutum, an tenebitur comparere, & non comparendo dicatur contumax. Dic quòd nõ secundum Corf. in dicto suo solemni consilio: ad quæ faciũt notata per Socin. in cap. ueniens de accusatio. & per Oldra. in cons. 43. quem sequitur ibi Soccinus in præallegato capitulo veniens; & per Alex. de Imo. & Ang. de Peruf. in l. Cum res, ff. de leg. pri. & per Fely. in cap. Accedens extra ut lit. nõ
39 contest. ¶Quod procedit in ciuilibus, & criminalibus causis, etiam si extaret cõtractus, quòd ubiquè posset quis conueniri, nõ poterit in loco sibi non tuto conueniri, ubi comparere tutò non potest, & comparere ibi non tenebitur etiam per procuratorem, si timet citatus sibi, uel causæ uim inferri Secundum Angelum in li. secun. ff. quod met. cau. & per Fely. in dicto cap. Accedens ut lit. contest. & per Ang. in l. secun. §. Quod diximus ff. Si quis cautio; & in disputatione sua incipiẽte, Bononiẽsis quidam, & per Ioá. de Imo. & Alex. in l. Recusare §. fin. ff. Ad Velian. in dicta l. secun. ff. si quis cautio.
40 ¶Et in casibus in quibus tenetur citatus comparere, uel mittere procuratorem an tenebitur quis comparere, uel mittere procuratorem in locis non tutis propter odia, & parcialitates ubi quis tutus comparere non potest ex præallegatis. Dic quòd non tenetur quis comparere per se, neque per procuratorem, quãdo quis timet citatus, sibi, uel causæ uim inferri per notata per Doctores in cap. Accedens ut lit. non contest. &c.

SVMMARIVM.

1 *Ptolemaus arte, per equitatus cursum celerẽ elcuato puluere, inimicos superauit.*
2 *Instrumenta bellica, & omnes artes in die pugnę expriendæ sunt.*
3 *Pugna quo tempore debeat fieri.*
4 *Milites paruo cibo in die pugnę contenti sint, ut agiliores sint.*
Sobrius vulneratus citius sanatur.
5 *Parsimonia laudatur.*
6 *Hiemali tempore qua hora à militibus cibus capiendus sit, dum pugnare intendunt.*
7 *Annibal, tempore hiemalis cibatis prius militibus agressus fuit exercitum Sempronij ieiunum, quem superauit.*
8 *Leonida Dux Lacedemoniorum pugnaturus contra Xersem hiemali tempore ait militibus, prandete, & sic cibatos milites foras deduxit bellantes contra ieiunas copias Xersis, quas superauit.*
9 *Exercitus pugnans debet sequi hostilem exercitum fugientem.*
10 *Exercitus si fuerit fugatus longo itinere: quid faciendum sit. cum seq.*
11 *Asdrubal cum militibus siti oppressis: uictus fuit magna arte à Scipione.*
12 *Titus Quintus Cincinatus Consul Romanus, restaurauit magna uirtute milites suos in fuga positos.*
13 *Sertorius non ualens barbaros Caeitibancos superare, magna virtute, & inditio tandem superauit.*
14 *Thimoleon Corinthi Dux, cum parua manu militum, mille tantum, & ducentum, dissipauis cethum tyranum Sicilia cum quinq; millibus militum itinere fatigatorum.*
15 *Annibal sciens Scipionẽ Aphricam deuastare, & Carthaginis agros depredare bonum esse putauit tum exercitu in patriam de Italia meare.*
16 *Annibal cũ quadraginta millibus ex Carraginẽsibus cæsis et captis, a Romana uirtute uictus fuit.*

17 *Titi Quinti Flaminij Romanorum Cosulis uaria, memoria digna gesta.*

18 *Pyrrhi Epyrrotharum Regis timor, aduersus Romanos.*

19 *Exercitus (cum inter se hostium capita contendunt) tunc, tunc, aggrediendus est, antequam ad concordiam conueniant contendentes.*

20 *Dux exercitus, si dubitet exercitum per se referi maximus instrumentorum bellicorũ strepitibus, & rumoribus, debet obturare aures militum bombice, uel pice Vlyssis exẽplo.*

21 *Exercitus fugiens quomodo se tueri possit.*

22 *Milites debent uniti in exercitu manere, cum ordine, docti designis, arte, sonis instrumentorum bellicorum, & militia ficta instructi.*

23 *Pompeus ut esset fugæ impedimento arte cœpit pugnare declinante sole contra Sertoriũ in Hispania, sed tamen uulneratus fuit uictus. & tandem ipse quoque Sertorius per Aphranium superatus fuit.*

24 *Milites qui corais coctis elephantum utantur in clipeis tempore pluuiali pugnare non debent, & hostis tunc bellum incipere debet ut uictoriam consequatur.*

25 *Pluuiali tempore est pugnandum contra sagitarios.*

26 *Tulli Torquati pulcrum dictum, cum ei nunciatum esset per exploratores extare quandam urbem gracię magnam sagittariam.*

27 *Marcus Antonius contra Parthos gerens bellum, summo mane omni die agressus erat à sagitarum multitudine, qui tandem Parthis decepit.*

28 *Calcibrates milles gracus, à Thebanis sagita vulneratus, non dolebat mori, sed potius ita uiliter à sagitta uulneratus.*

29 *Ventus quoq; in re militari desiderandus est.*

30 *Sol luna, armorum splendor qui arte per offuscandis oculis pręparari potest, considerari debet & 40.*

31 *Bellum an de nocte fieri debeat.*

32 *Demosthenes Dux Atticus de nocte bellauit, & quid euenerit.*

33 *Pompeus, Mithridatem fuit insecutus usq; ad Euphratem, & illum fugauit.*

34 *Tigranus perspiciens filium suum ab eo rebellasse, quid fecerit.*

35 *Pompeus contra Tigranum seniorem. clementia in capiendo Regna absque pugna.*

36 *Curiositas Ducum bellandi non laudatur Annibalis maxima uictoria.*

37 *Senatus Romani respõsio ad millites, qui uñũ insigne à M. Marcello consule in Sicilia cum exercitu contra syracusas gestabat, petebãt.*

38 *Anuli tres aurei, ab Annibale in patriam translati fuere. & de eius magna pugna, & strepitu.*

39 *Annibal uictus est, et de maximis eius gestis.*

40 *Marius Arpinas uictos reddit Cymbros feroces et fortes theutonos, et hoc auxilio solis, et uẽti.*

41 *Et multas legiones de Camerio contra leges Vrbis romulea, creauit ciues Romanos, & quid dixerit circa hoc repręhensus.*

42 *Pompeus magnus habens post tergus lunam, de nocte Mithridatem superauit, in cuius oculos radiebat luna.*

43 *Lucullus inordinatos Ponticos lumine lunæ, & uenti suffragio uicit.*

44 *Milites omnes in aciebus per duces suos placido, & excellenti sermone hortandi sunt, ut strenue pugnant.*

45 *Cornelius Scipio uictus per Massinissam inconsiderato modo.*

46 *Scipio arte misit ex militibus suis in alio habitu exploratores in hostili exercitu.*

47 *Scipionis fictio, ad comburẽdum castrũ Syphacis.*

48 *Tullus hostilium Rex audiens Albanos uenire in præsidium hostium, ergà suos ait, modò uictoriam habeo, & antequam cum hostibus iungerentur eos fugauit.*

49 *Lucullus: quid fecerit ad impediendum, nè Tigranus Rex Armeniæ iungerentur cum suis, qui erant in tauro monte.*

50 *Pluriesq; procurauit Mithridatem inducere ad pugnam, quam differebat, & quare.*

51 *Stipendia augeantur militibus in die pugnę.*

52 *Milites non debent secum ferre bona sua: nisi equum, & arma, ne hostes fortiores deueniant ob prædam habendam.*

53 *Castra in quibus castramentati fuere non debent incustodita relinqui in die pugnę & hoc causa aliquando redeundi.*

54 *Marcellus occisus ab Annibale, et Crisinnus uulneratus fuit.*

55 *Annibal tunc tunc discessit, & in Brutiniam & in auxilium locrensium iuit.*

56 *Asdrubal à Claudio Nerone, et M. Liuio Salinatore occisus fuit, & à Claudio truncatum fuit caput, quod proiecit in exercitum Annibalis eius fratris.*

57 *Romanorum secunda fortuna.*

58 *Capita multorum proiecta in esercitum hostium.*

59 *Imperatores exercitus pracogitare debent pręterita, præsentia, & futura.*

60 *Milites quomodo ad pugnam ordinari: et qua scire debeant.*

61 *Silentium in Castris laudatur ab Anthioco Rege, nimis uerò loquacitas uituperatur.*

62 *Strepitus, & clamores militum, quando necessarij sint in bello.*

63 *Claudius Tiberius Nero contra Panonios quo tẽpore pugnauerit.*

64 *Scipio exercuit decem millia Romanorum millites, & in re militari instructos in Aphricam secum duxit.*

65 *Cecilius Metellus in Hispania noluit cõtra Herculeum*

culeum pugnare causa solis feruentis, ideo usque ad sextam diei horam morauit. & uicit hostes calore fatigatos.

66 *Milites non debent conserere manus in hostes nisi prius dato pugnæ signo.*

67 *Phosion reprehendebat quendam militem ex suis, qui ante alios, extra ordinem processit.*

68 *Pyrrus Epyrrota Rex per ludo reputabat pugnam, & magna eius fuit uirtus.*

69 *Pyrrhus deceptus à falso Oraculo Apollinis, fuit uictus à Romanis.*

70 *Infideles uel rectè, uel non rectè, in bello, omnis arte sunt insidiandi.*

71 *Hiphricates Dux Athenienſium aggredi fecit hostes suos ea hora, qua soliti erant cibare: quos ualde turbauit; et uictor extitit.*

72 *Fabius maximus sciens naturam samnitum et Gallorũ, primo impetu ferocẽ esse, iussit suis primum impetum sustinere, quo facto eos superauit.*

73 *Cæsar dilatauit Romanum Imperium, nauigato per Oceanum, & Athlanticum mare capta insula magna extra circuitum terræ.*

74 *Princeps exercitus hostibus suis omnino debet tollere omnia sua fundamenta. Exemplo Cæsaris.*

75 *Cæsar uicit Pharnacem Regem Mithridatis Philium, qui Domitium fugauit, & Bythiniam, ac Capadociam cępit.*

Celeritas temporis in rebus bellicis sequẽda.

76 *Rebellio Gallorum contra Cæsarem.*

77 *Reges exercitus: an possint fraudulenter pugnare contra fraudulosos hostes.*

78 *Celeritas temporis in cibando milites, fecit ut Lucius Postumius in Sicilia cõtra dictatores Cartaginensium uictor remaneret.*

Philippum Macedonum Regem in Cheronia contra Atticos, id fecisse legitur.

79 *Lutius Sylla contra Mithridatem retinuit ipsius exercitum auidum honoris, & illum fugientibus opposuit, dato prius ordine, ut de bello fugientes trucidarent.*

80 *Equitatui, hostium: quomodo sit impedienda uia.*

Cleomenes Dux lacedemoniorum: quomodo impedierit magnum equitatum Hippiæ Athoci Ducis.

81 *Catius Marius cõsul; arte retinuit milites suos pugnæ auidos, ut optimè eos instrueret, ad pugnam.*

82 *Timiditati militum est prouidendum per Duce exercitus, ut Cæsar.*

83 *Cæsar uoluit prius probare suos quàm pugnarent cum Pompeo habente septẽ millia equitatus, cum peditatu uiginti quinq; milliũ.*

84 *Cesaris laudes circa bellicas res.*

85 *Duces exercitus facta aliqua expeditione secunda, quid facere debeant & 86.*

87 *Milciades Dux Athenienſium cũ intelligisset Persas per triduum legiones olio teneri religionis causa, improuisos inuasit, et superauit.*

88 *Xantippus lacedemonius uno die uictor extitit in utroq; elemento terrę, & aquæ.*

89 *Epaminundas Thibanus, iussit cum equis suis puluerem celeri cursu in oculos hostium eleuari, quos uicit.*

Scipionis in Hispagnia apud indibilem Vrbem præclara pugna contra Hannonum Ducem Carthaginensium.

Lutius salinator, & Claudius Nero contra Asdrubalem.

90 *Prudentia est uirtus Imperatoria. et quare.*

91 *Duces debent dare parcũ comeatum militibus ut conseruentur annonæ.*

Nequt permitant equos duci extra prouinciam.

92 *Claues portarum, Castrorum, et Vrbium penes se habere debent Duces; & multa in exercitu curare debent.*

93 *Duces debent uisitare milites ualetudinarios, & sauciatos, & procurare, ut diligenter curentur. considerareq; debẽt locũ ĩ quo castramentãtur.*

94 *Pactum in feudo factum, ne. s. debetur alicui personę, uel ne uassalus se maritet irrequisito Domino an ualeat.*

95 *Filius naturalis, an succedat in feudo materno.* c

QVÆ SINT CONSIDERANDA ante pugnam.

1 PVluere pecudum, Perdiceam ar
te cum exercitu suo decepit Pto
lemæus, & per equitatus cursũ
celerẽ eleuato puluere inimicus
superauit. Thebanus Epaminun
das sol, fumus, nebula, ventus,
armorum splẽdor, & lunæ radiãtis artè captus,
et respectiuè factus, & vsus uictoriam dat exper
2 tis, & illam tollit inertibus. ¶ In die autem pu
gnæ sunt experiendæ artes omnes, & bellica in
strumenta diuersi generis, & tartarei ignis, cũ
celeri cursu rapacissimi equitatus; nè ignis, fu
mus, & puluis per equos eleuatus noceat suis.
3 ¶ Pugnandum est regulariter æstiuo, uel autu
4 mnali temporequo cessat frigus. ¶ Et in die pu
gnæ paruo sint contenti milites cibo, ut agilio
res sint, sobrii, bellaces, & ingeniosiores in prę
lio. Nam ita uulnerati melius sanantur, quia so
briorũ uulnera aptiora sunt in medela, quàm
5 pleni corporis. ¶ In iure laudatur parsimonia
quæ habetur pro frugalitate; & quidam firmat
locupletiores, & doctores fieri illos, qui parcè
uiuunt quàm crapulantes cap. Parsimonia qua
drag. pri. distin cap. Omnes quadrages. sept. di
stin. l. Siquis uenditor ff de edilitio edicto.
6 ¶ Hiemali tpe anteq̃ fiat certamen cibus est ca
piendus ut frigus repellatur à corporibus, quia

tunc milites cibo, potu vè refecti tota die pu-
gnabũt,refecto calore suo naturali. Nã frigus
tollit uires ieiunis pugnantibus in longum de-
7 ducto certamine.¶ Callidus Imperator Pœno
rum Annibal,cognita curiositate bellandi Titi
Sempronii Consulis expectare nolentis Colle
gam suũ uulneratũ C. Scipionem sanari apud
Ticinũ;nè particeps foret gloriæ, reducto exer
citu propè fluuium Trebiam,inspecto loco spi
noso inter campos existente, ibi Magnonum
fratrem suum cum experta gente militiæ loca-
uit, insidiando Sẽpronio:& insiit Numidas ce
leris equitatus paulatim paulatim aggredi ho
stes, illos trahẽdo in insidias loci spinosi, ubi
Magonus Barca instructus iacebat,oĩ exercitu
Annibalis benè primò cibato;ieiunis tunc Ro
manis existẽtibus,& artè prouocacis ad pugnã,
Confisus Annibal in curiositate Consulis ni-
mia bellandi qui ad bellum accessit pro ut pu-
tauerat Dux pœnorum, deductis equitatu cum
peditatu in acie, ieiunis strenuè pugnantibus
cũ pœnis saturibus biemali tempore, frigore
& inedia officientibus romanis: ita ꝙ resiste
re non ualuerunt Annibali,qui ductus ab ele-
fante cum toto exercitu superauit; & inde ex
improuiso hostiuit Magonus romanos una
cum insidiis ad latus Cœnomanorum præsi-
diorum externorum militum Consulis; ita ꝙ
Auxiliarii fugere cæperunt, & Romanorum
millia decẽ qui oppressi frigore, & inedia fue-
rant,videntes suos auxiliares exteros fugere, se
quoq; in fugam uerterunt Placentiam uersus
per medium acierum; & reliqui fugientes ad
latus Carthaginensium occisi fuerunt hostili
ferro;& Consul Sempronius tandem euasit nõ
sine periculo,& sanguine pluriès per ipsum ex
perto duello, ferè totis occisis elephantibus
Annibalis romanorum armis,cum morte mul
torum ex pœnis,post Annibal uagauit discipã
do agros,et non confisus de fide Lombardorũ
8 per Alpes descendit in Thusciã.¶ Et dum fuis
set Leonida Dux lacædemoniorum pugnatu-
rus contra Xersem hiemali tempore,Prandete
inquit Commilitiones egregii immensum di-
gni gloria;& post exercitum suum foras dedu-
xit acie instructum, & commisso prælio uicit
suis non impigrè bellantibus cõtra ieiunas co
9 pias Xersis.¶ Et si hostilis fugatus foret exer
citus, uel ipso pro parte in fugã recepto in ali-
qua urbe, celeriter est tunc sequenda uictoria,
quia fugæ timore perterriti hostis, & improba
monitio sua,spiritu tibi tunc auxilio,& consi-
10 lio carentibus. ¶ Et si cõtingerit hostes esse fu-
gatos itinere longo, uel armis grauati ieiuno
uentre,prudẽtia erit Catholici Ducis in re do
cti militari de nocte tenere in armis extra ca-
strum suum,aciem unam instructam,ut hostes
stent in suspecto de pugna nocturna; & reliqũ
exercitus intra castrum quiescere, ut illicò sũ
mo mane,recepto cibo parcè, uel in copia se-
cundum tempora, & temporum qualitates,&
locorũ acie instructa militari ordine:non erit
inutile inire certamen, animo semper tribuen
di uictoriam Deo:quę quidem facilis erit diui
no implorato auxilio, exemplo Scipionis, qui
arte tali pœnorum exercitum Duce Asdruba
11 le in Hispania de mane superauit. ¶ Nam As-
drubal summo mane à Scipione arte prouoca
tus ad bellũ per septem horas cupias suas acie
instructas detinuit, post mandauit illas cibum
capere, & quiescere: & cum Scipio Maximus
Imperator uidisset hostes inedia, & siti oppres
sos, & fessos labore castra repetere, illicò co-
pias suas eduxit irruendo in hostes,& commis
12 so prælio uici. ¶ Et idem in uolscos fecit. T.
Quintus Cincinatus Consul Romanus, qui ex
trà castra de nocte tenuit cohortem in armis,
& reliquum exercitus quiescere intra uallum
iussit;& illicò summo mane acie instructa, sũ
pto leui cibo pugnauit, & fessos hostes uigilia
13 noctis superauit.¶ Non ualens Sertorius supe
rare barbaros Cacithaneos,cauernas,& spelun
cas in colentes suprà flumẽ Thegeni, loci pro
spexit regionem equitiando per illam, ubi bo-
reas assiduò regnat; & uidens montem esse ap-
posito Cauernarum puluerulẽtum siccitate ca
loris solaris:& dum ualdè uexaretur Sertorius
à barbaris ibi castramentatus,& pulsus à Metel
lo;perspiciens boream puluerem eleuare, & il
lam in ianuas inferre speluncarum Cacithaneo
rum, iussit milites suos cumulum facere pulue
ris ex opposito montis;& superbi barbari deri
debant Sertorianos,& aggrediebantur illos ut
uictos,fugientes uirtutem Metelli,credentes il
los ibi facere foueas, & de mane illicò Serto-
rius eduxit,& de uallo copias suas militũ, quo
rum partem instruxit in aciem,& reliquos pul
uerẽ amouere sufflãte borea,& eleuare primo
cumulatum, & illum præcepit impingere uer
sus meatus, & foramina Cauernarũ: ita quod
crescente uento obturata fuerunt foramina ca
uernarum;& arte tali barbaros superauit,exitũ
non habẽtes aliunde, & hi se posteà in arbitriũ
14 Sertorii dederunt. ¶ Et Dux Corinthi Thimo
leon Icethum Tyrannum Siciliæ ociosum cum
quinq; millibus militum fatigatorum itinere
asperrimo fuit aggressus cum parua manu mil
litum, mille tantùm & ducentum ex suis Co-
rinthis quos quiescere & comedere non permi
sit, sed illos dissipauit captis ex illis sexcentũ,
& tercentum occisis; & reliquis uersis in fugã
Siciliæ urbibus sponte se deditis Thimoleoni
15 Optimo Duci Corinthiorum. ¶ Considerauit
Annibal Callidissimus Dux Carthaginensium
optimum fore prò salute Imperii Carthaginẽ
sium in patriam cum exercitu de Italia meare,
reuocatus

reuocatus à suis ob Scipionē qui Aphricam de uastabat, & agros Carthaginis deprædabat, iā mortuo Magone fratre Annibalis, & capto Syphace Rege Numidarū, Asdrubale, rupto Cygrone Duce Atheniensium socero Syphacis,& aliis quàm pluribus obtentis uictoriis per Scipionem contra Carthaginenses, & eorum confœderatos; cognoscens fore proficuū pro Imperio Carthaginēse pacē fieri cum Romanis.

16 ¶ Et habito super inde sermone in aperto campo cum Scipione Romanorum Imperatore, facta per diem tantum treuga inter ipsos:& demum Scipio post multa inquit Romanos non timere de bello,& ipsum uenisse in Aphricam pro desiderio magis pugnæ,& uictoriæ:quàm pro concordia:& sic finito eorum sermone cū tractetur de Imperio uniuersi Orbis,& honore Italiæ,& Aphricæ; conuenerunt sequēti die apud zamā expeditionem fieri, quæ facta fuit, & uictus permansit Annibal à Romana uirtute;quadraginta millibus ex Carthaginensibus cæsis et captis: & post hanc uictoriam Scipio fuit adhortus filium Syphacis uerminum, quē fugauit, & persecutus fuit usquè ad mænia, & portum Carthaginis:& tunc pacem humiliter petierunt Carthaginenses à Romanis per legatos suos missos ad Scipionem,qui tributariam Romanis cum pace reliquit Carthaginem, & omni combusta pœnorum classe quingētorū nauium,accessit ad vrbem cum triumpho, in quo duxit Syphacem captiuum Regem Numidarum,& gloriosè triumphauit,restituto Ma-

17 sinissa in regno suo Numidico. ¶ Et T Quintius Flaminius Romanorum Cōsul quàm plura marte fecit in re militari digna memoria, Epyrum cœpit ligatis pastoribus ante suos ambulantibus de nocte meato lucente luna:& Regem Philippum super montibus & plano adhortum superauit auxilio nebulæ, & aeris fusci:& fugit Philippus combustis urbibus,& de prædatis agris Thesaliæ,& ibi meādo T probè iussit p milites suos bene & liberaliter ut propria tractare loca illa destrūcta per Philippū, quod laudabiliter gestum fuit; & ob tale egregiè factum liberalitatis Thesali cum tota græcia,& finitimis populis, & prouinciis se spon-

18 tè ditioni ipsius Titi Quintii dedere ¶ Et uidens Pyrrhus Rex Epyrrotharum instructa Romanorum acie iudicauit romanos nō esse barbaros,Sed Martem in armis;& cum lacedæmoniis phalangibus, & testudinibus contra Titū per Philippum pugnatum fuit pertinaciter: & Titus arte secum suis locum cœpit hostibus inuitis, quos reduxit in arctis, adeò quòd ipsi pugnare ob pondus armorum non poterant, & illos fugauit, & ultra millia octo ipsorū occidit, quinquè millibus ex illis captiuatis,euaso tunc Philippo culpo Etboliorum prędam, & non uictoriam insequentium;& demum tributarium Regem Philippum reddidit Romanis; & Lochrenos, Corinthos, Argiuos, Focenses, euboicos, Acheos, Phtiotios, Maganesios, Thesalos, Porebios, Calcidoneos liberos omnes sub lege sua edicto Senatus Consulti reliquit Romanis amicos; Diis suis uanis in Delpho largis datis muneribus ad honorem Romanorum, & Spartanorum Principum triumphauit in vrbe Tit. Quintius Flaminius, & ibi periit febricitans non sine nota mortis Anni-

19 balis, Scipionis laudata uirtute ¶ Et si maiora hostium capita contenderint in exercitu insimul dissencientes, tunc sunt hostes aggredien

20 di repente antequàm se concordent. ¶ Et si dubitetur exercitum pertereferi maximis instrumentorum bellicorū strepitibus, ictibus,& rumoribus maximis, militibus, & equis sæpe nociuis in bello; utile erit cōsilium bombice, uel pice, aut alia simili materia obturare aures illorum, callidi Vlyssis exemplo, qui ita Syrenarum cantum euasit, & uigil permansit à somno: et reliqui classis a dulcedine cantus ipsarū oppressi adeò somno fuerūt, quòd suffocati ab illis in gurgiti uasto maris extiterunt: ut de graya, & troiana legitur historia: & sic ut sine timore strenuè prælientur proderit tale consiliū obturandi aures illorum militum,& equorum nè strepitus tales audientur ab illis: qui rumoribus perterresiunt huiusmodi, propter quos à pugna desistunt dificientibus sibi animo, & uiribus:& aliud tunc non peroptant nisi fugam vituperosam, Diligenter considerato an nostra, uel hostium sit benè acies instructa, & or

21 dinata ¶ Et si de nostrorum dubitetur fuga, robustissima à tergo ordinetur acies quę trucidet fugientes in conspectum exercitus ut fecit Scipio apud Numantiam, primò suis protestatus quòd omnes eorum qui fugiēt habere pro hostibus, ut spes tollatur turpissimæ fugę,& ut desperatione acrius pugnarent hostes, collocatis in acie extrema fidelioribus, & fortioribus optimi ingenio Ducis; qui sæpe actu, & arte prebet uictoriam suis, eorum quandoq; reintegrato robore amicorum uiribus recētioribus, Romanorum exemplo prudentum, considerata temporibus et armis cum aliis necessariis; quæ teneant, uel quibus indigeant hostes: & quo sit loco collocata acies, & instrumenta belli, & machinæ nè noceant suis: quod facile conspici potest, & prouideri prouidentia Ducis, etiam consideratis hostiū suffragiis, & omnibus, qui sibi, & suis officere possent in damnum generale, & æthernum dedecus; propterea est ualde formidandum, & perpensandum id quod euenire posset imprudentia Ducum,

22 & militum ignauia. ¶ Curando ut exercitus suus maneat unitus in acie sua,& ordine firmo prima-

primarum acierum prælii, & illarum quæ ad
pugnam veniũt instructæ, & ultimarum etiam
acierum firmitate locatarum, & probè ordi-
natarum, ipsis per antea benè instructis mi-
litia ficta; vt in veram postea victoriam in-
trepidè reportent, doctis de signis, arte, so-
nis instrumentorum bellicorum, ordinibus-
23 què, exercitiis militaribus. ¶ Peroptante .n.
Pompeo pugnare contra Sertorium in Hispa-
nia,& nè Metellus collega suus particeps foret
victoriæ,copias suas instruxit ad bellum,& ar-
te pugnare cœpit declinante sole, existimãs ob
scuritatem noctis fore impedimento fugæ, &
in hostium persecutione qui erant forenses, &
ignari locorum;intellecto Põpeum esse in dex
tro cornu, & impellere ualde Sertorianos, &
Aphranium esse in sinistro,se contulit ad dex-
trum cornu Sertorius in suorum suffragium,
quos retinuit,& Pompeium vulnerauit,& supe
rauit: qui ab equo deiectus aufugit per mediũ
militum Sertorii inter se contendentium diui-
dere prædam equi Pompei cum falleribus pul
chris auro coopertis ditissimis ꝑ ipsos captis;
&.per Aphranium in altero cornu sinistro ru-
pti fuere Sertoriani,& illos fuit insecutus usq;
ad uallum suum in fuga; & reddeunte Sertorio
cum victoria Aphraniũ rupit,& illum insequẽ
do vsq; ad castrum suum,ponendo ipsum cum
suis in prædam, ignorans Pompeũ fuisse supe-
ratum & fugisse vulneratũ: & audito post per
Sertorium quòd Metellus cum exercitu uene-
rat,erga suos inquit,Si senex iste in militia do-
ctus nõ modò superuenisset, hunc inueneri Põ
peum Syllę discipulum uerberibus castigatum
misissem ad domum,& cum ceruę religione di
catæ Dianæ amicos populos, & milites suos
24 barbaros retinebat in fide. ¶ Et si foret cũ Nu-
midis pugnãdum,qui coræis coctis elephantũ
utuntur in clipeis; consiliũ erit certare cũ illis
pluuiali tempore,quia tunc coræum prædictũ
vt spongia recipit aquam,& inutile fit & mol-
le ut laganum coctum,& arte tali victoria pa-
25 rabitur.¶ Et si fuerit cum Orientalibus, & sa-
gitariis pugnandum:quorum arcus, & eorum
nerui aqua mollescunt, non erit inutile dicto
pluuiali tẽpore experiri ferrum,Scipionis exẽ-
plo Asiatici,fratris maximi Scipionis Aphrica
ni;qui vẽto, & pluuiali tpe superauit in Lybia
exercitus Antiochi Regis Asiæ, & Persiæ Du-
ce suo Annibale pœno: & meritò dictus fuit
26 Asiaticus ob uictam ab eo Asiam.¶ Et cum fo
ret per exploratores publice nunciatum Tullo
Torquato obsidenti quãdam vrbem magnam
græciæ ibi extare sagittariam & iaculando ex-
pertissimam iuuentutem, probè respondisse le
gimus,eam pluris venundemus, suos animãdo
ad pugnam pluuiali tẽpore,quo molles, & inu
27 tiles arcorum nerui efficiuntur.¶ Marcus An-
tonius contra Parthos gerens bellum summo
mane omni die aggressus fuit saggittarũ multi
tudine, prospexit suos posse seruari per scuta-
tos,quibus ordine oppositis hostibus suos ser-
uauit indemnes,& inde sumpto prandio mea-
uit cum uniuerso exercitu suo Parthis reductis
ad domicilia sua: & mane sequenti cum sagit-
tis ad pugnam reddiderũt Parthi;& rèperto ho
28 ste absente,illos decepit.¶ Et dum Calichrates
bellico sus milles græcus, & magnus corpore
fuisset vulneratus sagitta à Thebanis,Non do-
leo inquit egregiè, erga suos commilitones ꝙ
mottor quia huc, pro græcia patria moritu
rus ueni,sed doleo quia uiliter morior sagitta.
29 ¶ In re militari prospiciendum est,an sit uen-
tus,cuius flatu, & equorum cursu terra tritta,
puluis,uel arida harena quattita eleuatur,& ca
30 dat in oculos hostium. ¶ Et nè fumus tartarei
ignis instrumentorum bellicorum lædat suos;
& pariter est aspiciendus sol,& luna de nocte;
nec non armorum splendor arte præparatus of
fuscando oculos bellantium in certamine:quia
vt cęci non videntes in terram cadent ita quòd
horum faciles erit uictoria,exemplo Anniba-
lis Ducis Carthaginensium; qui apud Cannas
Apuliæ propè flumen Auphidi, auxilio venti
vulturni, quem sirocum, seu fauonium quidã
nautæ uocant,summo mane orto iam sole ibi
flare soliti,& in meridie more stridentis rapidi
fluminis,harenæq;, & pulueris torridi campi
patentis eleuati contra Romanos aduersus so
lem,orientemq; instructos & pugnantes, me-
morabilem uictoriam fuit adeptus, ante diem
quartum nonarum sextilium, ut Claudius fir-
mat in libro 5. suorum annalium:quo in bello
fugit Terentius Varro unus ex Cõsullibus bèl
li temerator,altero Consule Aemylio glorio-
sè interfecto in pugna;hic Paulus Aemilius O
ptimus Imperator multa alia bello peregregia
fecit, & descendens ab illo Aemilio qui in Ma
cedonia contra Regem Perseum probè acie in
structis fallangibus Macedonum, & Crethen-
sium pulchris fulgentium armis solem uidit si
bi fore nociturum propter splendorem armo-
rum: post uerò horam nonam transcurso sole
eduxit legiones instructas equo sine freno e-
misso fugiente, aut mulionibus missis cum im
pedimentis,ut per ipsos hostes irritarentur ad
bellũ; & ita paulatim paulatim fuit initiatum
prælium cum Crethẽsibus, & dura Macedonũ
fallange pertinaciter inde pugnato ab utraque
parte,& demũ uictor permansit Aemylius sua,
& suorũ uirtute militum obedientia corona,
& Regem Perseum cœpit cum filiis tribus. &
uxore;& per ipsum Aemylium ductis ad urbẽ
in triumpho,& inde Perseus Rex periit capti-
31 uus in carcere.¶ De nocte autem semper non
est pugnandum,nisi necessitas impelleret ipsos
desperatos,

desperatos, Alexādri magni sentētia, Inquiēs er ga consulentes ipsum de nocte pugnare cōtra Darium, & illius aggredi multitudinem in ob scura nocte, Se non furari de nocte uictoriā re spōdit. ¶ Demosth. Dux Atticus fuit de nocte
32 aggressus stationes syracusanorū, quorum mul tos occidit, et perueniens ad Bœotios, ruptæ per ipsos cotiterunt Demosthenis copiæ quæ in fuga perdebantur à suis resistentibus declinante luna ad occasum; quæ uisum debilem et infirmum reddebat multitudine repercussa cor porum hominum dupplicatis, & triplicatis umbris nocturnis, & timor intestinus adeò sur rexit Atticis, quòd illos dubios reddidit, credē tes suos, & eorum umbras esse hostes, et incogniti sæpe amicos uulnerabant et occidebant: quas ob res in maxime difficultate erant tunc Athenienses pauescentes cum cordis tremore, qui fortuna sibi contraria aciebus erant instructi, luna eos post terga feriente, & ante illos magnā iactabat obscuritatem, ita quòd ip simet armorum splendore occultabāt numerū illorum, & ab alio latere radii; lunæ sibi repercussa à clipeorum & scutorum curuatione hostes uidebantur longe maiores numero; & eorum arma fulgentiora, et ab oī parte fa cto impetu per Syracusanos Attici fuerūt uersi in fugam, et passim truncabantur à suis propriis: & quidam ex Atticis se in præcipitem de derunt ex rupibus, vbi lacœrati miserabiliter moriebātur: & multi deuij et uagātes per agros de mane ab equitatu Syracusanorū interfecti fuerunt duobus millibus occisis, et pauci fugerunt ad uallum, & seu ad stationes suas eum ar
33 mis. ¶ Mithridatem fuit insecutus Pompeus usque ad Euphratem, & non longè à Mithridate locauit exercitum, et suorum consilio tribuno rū aggressus fuit Mithridatem, & illū fugauit decem milibus ex hostibus cæsis, reliquis captis cum uallo Mithridatis: qui cum præsidio suæ concubinæ bellacis Hispsicatreciæ illi mī nistranti necessaria euasit in castrum noræ, ubi Thesaurum suū tenebat reconditū; & inde aufu
34 git in Armeniā ad Tigranū. ¶ Et reperto per ipsum tigranum nouiter rebellasse ab eo filium suum præmio promisso per eundem filium centum talentorum illi, qui ipsum Regem Tigranum patrem suum occidisset, & dubitans Rea interfici fugite loco per Chol
35 chidem ubi oritur Euphrates. ¶ Et reperto per Pompeum Tigranū iuniorē se rebellasse a patre, Armeniam fuit ingressus, & apud Axem fluuiū qui oritur ubi Euphrates uersus Orien tem intra mare caspium uenit ad Pompeum, et meantes cum exercitu omnia regna, & bona capiebant sine pugna: & senex Tigranus audi ta Pōpei clementia, & potentia ferè destructus Luculli uirtute ad ipsum Pompeum Rex Tigranus pedester accessit cum suis; & Pompeus illū genuflexum dextera erexit, quem sedere in re gia sede cum filio Tigrano iuniore fecit, existē te Pompeo in medio: qui accusata Luculli aua ritia quòd à Romanis amouerat Syriam, Phænitiam, Cyliciam, Gallatiam, & Sophonem; & ipsum Regem nominauit, & restituit: & quia Tigranus rumperat pacta Romanis, præcepit, illi ut romano Imperio soluere deberet talenta 60000. & pœnam 6000. talētorum; & Tigranum iuniorem regnarem iussit in sophone, & lætus senex Tigranus permansit: & quia Pōpei milites illum Regem pro lætitia uocabant, uni cuiq; promisit medium numum argenti, & de cem argenteos Centurioni, & Tribunorū cui-
36 que talentum unum. ¶ Ducum curiositas bellandi non laudatur apud prudentes Duces; Annibal Pœnus doctus magister in militia, uidēs cūctationem Pauli Aemylii qui bellum prudē ter differebat, iudicauit illum ut Fabium maximum prudentem in Apulia: & sui Collegæ Terentii curiositatem bellandi imprudētiam maximam putauit; & sciens consules prædictos vi cissitudinē regere exercitum, expectauit tēpus quo illum Terentium gubernabat, quo peruē to tempore Terentius fretauit certare contra uoluntatem Collegæ sui Pauli Aemylii probè illum consulentis differre pugnam dato belli signo per Terentium, & illo uiso per Annibalem tunc necessitate ductū famis prælium per optantē copias eduxit; & lætus contra Consulem auidum belli trasiuit Auphidum omnem ordinibus factis acierum optimè armatarum armis diuersis Romanorum acicbus in meri diem uersis; ita quòd sufflante vulturno uulgò ut aliàs dīci dicto Sirocco, Romanorum oculi lædebātur, à trita quoq; puluere eleuata à cursu equorum Carthaginensibus astu sui Ducis uersis contra Septentrionem uulgò nuncupatum la tramontana; ita longè quòd Mauri tenebant utrunq; cornu, & in medio erāt instructi galli, & Hispani; & primò cucurrerunt milites leuis armaturę, post equites crassiores cataphractos, & per illud breue spatium quod erat inter flumen, & peditatum magis ferox erat bellū, quàm in longum retrò remissis Romanis equitibus, & tunc peditatus Romanorum belli pōdus suscepit cum tanto animo, & martiali ardore, ità putabat sibi deficere tēpus in pugnādo, & sibi ualde nocuit, quia Galli, & Hispani qui in medio collocati fuerant instructionis Annibalis non ualentes retinere impetum maximum peditatus legionum Quiritum, se retra xerūt inter barbaras acies, quos forti cursu, & spiritu insecuti fuerunt Romani pedites dato loco barbaris recipiēdi illos in medio, Numidis arte factis trāsfugis Annibalis retrò per Romanos relictis, strictis armis retrò uulnerarūt

Romanos

Romanos impetu forti, ita quòd uictor permansit Annibal, mortuo Consule Aemylio cũ multis nobilibus Romanis Consularibus uiris equitibus, & militibus innumerosi exercitus Romanorum, & Alter Consul Terentius belli auctor temerarius unà cũ Tuditano tribuno, & militibus multis fugit Canusium cum magno cordis tremore, pro ut illis contingit qui de mari euadunt propter fortunã, & milites illi qui fugierunt de dicto bello Cannense priuati militia, & exulati per Senatum fuerunt in Si
37 ciliam, quibus nunquàm parcere uoluit ¶ Et dum foret M. Marcellus Consul in Sicilia cum exercitu bellaturus contra Syracusas, milites prædicti exulati flexis genibus se prosternarũt ad pedes Marcelli ut illis dignaretur concedere unum in signe, qui scripsit ad Senatum multùm illũ orando pro illis militibus; & sibi fuit responsum per Senatum, Romanos non oportere habere ignauos milites pro usu Reipublicæ suæ; & si uisũ fuerit Marcello illos acceptare, acceptet, cum hac conditione, quòd pro aliquo glorioso gestu non possint consequi præmium ullum, neq; coronam; quod displicuit Marcello: hi postea se sub Appio Pulchro, & Publ. Cornelio Scipione Cõsulibus sumiserũt & multa sub ipsis digna memoratu marte peręgerunt: & sic in re militari bellãdum est strenuè, & de bello non est turpe fugiendum? pro gloria Reipublicæ, & suorum Imperatorẽ decore, proprioq; honore Romanorũ exemplo militum, inter quos Sergius fuit qui sub Flaminio Consule lauræam coronam accepit honoris: & n'i Romani pro honore, & gloria strenue & pertinaciter uirtute bellassent, non suum qui dem imperium extollissent usque ad cœlum.

38 ¶ Et ni Annibal in Cannense prælio strenuè, & arte præliasset, ubi tam magna Romanorũ cædes secuta fuit, nõ illos tres anulorum modios auri ex nobilibus cæsis Romanis equestris ordinis, pro cladis pompa misisset in patriam ut docet historia: ferreos enim anulos milites populores, & plebæi portabãt, & nobiles auri statuto senatus Consulti, & tantus fuit ardor pugnantium in dicto Cannensi prælio quòd ut legimus exit terræmotus maximus, quo urbes plures dirutæ fuerunt, & montes quidam scisi sunt, & translati, & Auphidus reddiit retrorsũ, & cursum suũ firmauit ut cantat Poeta. Et tardius Auphidus undis, & quòd hæc pugnantes non audiuerunt, neque uiderunt tanto intẽtũ, & inflamati bello: & fertur Romanos plures trũcatis sibi pugna manibus præliasse dentibus: & quippè uictoriam uiciat mendacitas græcorũ prolata more, ut de Xerse scribitur per Aquinatem poetam Iuuenalem, Creditur olim uelli ficatas Atthos, & quicquid Græcia mendax audet in historiis Constratum classibus hisdem. Suppositisq; rotis solidũ mare creditur altos deffecisse amnes, epotaq; flumina medo pran

39 dente: Et ma didis cãtatquè Sostratus alis. ¶ Et legitur secuta clade Cannense neminem potuisse exercitum cõtra Annibalem excepto Fabio Maximo, Marco Marcello cum Collega Crispino, & Scipione qui in Aphrica prudenter instructa acie superauit Annibalem, & tributariam Romanis Carthaginem fecit, & illius ruinæ causa fuit, licèt perantea secuta Cannẽsi cæde ferox Pœnus fuisset castramentatus non lõge ab vrbe, & hastam solus emisisset in muros Romæ: & illicò Romani Consules Sulpitius, Galba, & Cornelius cẽtimalo prius probe pro uiso per C. Calphurnium Prætorem in capitolio ad prælium parati cũ suis copiis exiuerunt vrbem, & castramentati extra illam fuerũt pro pe Annibalẽ, ex utraq; parte acie instructa ad bellum grandi pluuia cadente, & repentino cæli fulgure, & fragore ex alta Capitoli rupe descendẽte maximo uentorum turbine in hostiũ, & miraculo, & terrore concussus Annibal, inquit, Pluriès fui conatus pugnare vrbem Romæ, modò; animus mihi deest capiendi illam, nec potuit arte remouere unquàm obsidionẽ de Capua, quam eo inuito Romani obsessam tenebant, neq; impedire potuit suffragiũ quod Romani miserunt in Hispaniã inuito Annibale, & Capuam recuperarunt Romani: & timẽs sibi defficere uictũ Annibal iuit ad nemus Feroniæ ubi depredauit templum ditissimum, & post in Lucanos, & Abrutios accessit dolis uariis, & insidiis exptus fuit Annibal decipere Romanos, ut à dicta Capuana obsidione discederent quod facere nequiuit: & demum aquauit vulturnum cum exercitu per agros Sidicinos, Allifanos, & Castinates alto consilio longo tempore perpensato nõ posse dictam obsedio nem remouere nisi ipso accesso ad vrbem Romæ cum exercitu pro ut tunc celerrimè fecit; peruẽtus ad portam Coloniam cum millibus duobus su is expediti equitatus usque ad templum Herculis situm contemplando; & illicò fuit à Fuluio Flacco aggressus, & expulsus ab equitatu Romano: & alio die fuit cum expedito exercitu ex Apulia aduolatus in Campaniã in suffragium uocatus Cãpanorum. Et deniq; uocatus post Annibal fuit in patriã pro illius auxilio; deuastante illam Scipione, & prædãte agros Carthaginensium: & demũ cõmisso prælio uictus fuit à Romana uirtute Durus, ferox, Callidus, in militia doctus, cautus, & bellax

40 Annibal. ¶ Et Marius Arpinas uictos reddit Cymbros feroces, & fortes theutonos solis auxilio, & uenti: nam uires tollit solaris splẽdor, & uentorum puluis bellantium, vulnerãtium, armorumq; hastarum, & sagittarum, oculosq; offuscant pugnantium, & illos plenos la

chrimis

chrimis reddit:ideo illorum est habenda consi
deratio,tēporumq;, & locorum antequàm cō-
41 ferreretur publico, & generali bello. ¶Marius
legiones quasdā de Camerio cōtra leges vrbis
romuleæ,creauit ciues romanos; quoniam in
bello Cymbrico præter alios strenuè,& uirtuo
sè pugnarunt,& dum foret repræhensus quòd
hoc iura romana non paciebantur peregrinos
fieri romanos ciues', illum respōdisse legimus,
Se non audiuisse, neq; nidisse dicta iura ob ma
ximum armorum strepitum factum in dicto
Cymbrico bello, & quòd ipse ut Dux respicie
bat ad uirtutes pro gloria, & honore Senatus,
Populiq; Romani,& Tembranos de nocte dis-
42 sipauit Marius.¶ Et Magnus Pompeus luna si
bi suffragantes radiorum suorum splendore in
hostium oculos radiante, quē post tergus Pō-
peus tenuit arte Mithridatem de nocte supera-
uit militari ordine,hostium uictus uitando ob
falsam umbra,& imaginem lunæ,quam illa re
43 præsētare,& dupplicare uidebatur.¶Et Lucul
lus inordinatos Ponticos lumine lunæ, & uen
ti suffragio ulcit, quos aliàs ordo seruasset; &
optimum est in re militari habere semper ali-
quid superioritatis quod facile contigit exper
torum prudentia Ducum, Tigranum Regem
Armeniæ in regno suo superauit habentē exer
citum 600. millium hoīum qui primò deride
bat paucitatem militum Luculli, quæ tantum
fuerat viginti milllium expertorum instructo-
rum acierum ordine,gloria, & uirtute corona
44 torum.¶Hortandi sunt milites omnes in acie
bus ꝑ Duces suos placido, & excellenti sermo
ne ut strenuè pugnent in generali, aut particu-
lari pugna pro honore, & conseruatione Pa-
triæ,Reipublicæq;,& gloria, & honore Impe
ratorum suorum, exemplo Alexandri Magni
Macedonum Regis, qui suos adeò fuit horta-
tus milites quòd illos per aspera,& deserta lo-
ca duxit,& diuites fecit, & immortales pruden
tia sua, qua liberati fuerunt à laberintho deser
45 torum.¶Cōsiderauit Cornelius Scipio castra
mētatus in Aphrica apud vthicā per ipsum ob
sessam Syphacem Regem Numidarum fore iun
gendum eum exercitu Hannonis fratris Anni-
balis;propterea curauit illum primitus aggre
di per Masinissam ordine rite facto acierum ꝑ
Scipionem. Ita quòd Hanno contra Masinis-
sam descendit ad pugnam,& Masinissa reduxit
illum ad locum ubi Seipio cum legionibus ro
manis degebat acie instrictis, quem inuasit,ru
pit,& occidit parte cæsa & capta suæ gentis,&
reliqua in fugā uersa; & n'i superuenisset cum
exercitu suo Asdrubal Cygronus Dux Athe-
niensium tunc capta fuisset vthica ciuitas opu
lentissima per Seipionem; qui illicò suis edu-
ctis castrametatus fuit promonorio quodā
non longè ab hostibus, ita quòd contra ipsos,
& vthicenses tutò,& ad mare, & ad suam clas-
sem per eum in tuta statione reductam accede
dere ualebat cum damno hostium, procurādo
reuocare Syphacem ab amicitia Carthaginis.
46¶Et Syphax misit ad Scipionem oratores pro
curando quòd Scipio descenderet ex Aphrica
cum pace,& Scipio in legatorum reditu, ar-
te expertos in militia uiros in habitu Seruorū
misit ad offociandum illos ut exploraret exer
citum Syphacis,& Asdrubalis: qui retulerunt
Scipioni Syphacem habere castrum suum cin-
47 ctum arundinibus, & Asdrubalem ligno. ¶Et
ficto per Scipionē uelle de nocte pugnare vthi
cam cum instrumētis bellicis, & in obscura tē
pestiua nocte misit Masinissam ad comburen
dum castrum Syphacis, & ipse iuit ad creman
dum castrum Asdrubalis;& ita repentè factum
fuit in media nocte; quibus cōbustis castris,
ex hostibus cæsi fuerunt ultra quadraginta mil
lia militum inter Numidas, & Carthaginenses
quo audito per Senatum Carthaginis reuoca
tus fuit in patriam ex Italia Annibal, ad tuen-
48 dum Aphricam oppressam à Scipione.¶Audi
to per regem Tullum Hostilium contra Veien
tes castramentatum, quòd Albani ueniebāt in
præsidium hostium erga suos inquit,Se modò
habere uictoriam, quos acie instruxit fingēdo
se uelle circuire ueiētes, & Albanos fuit adhor
tus quos fugauit antequàm iungerentur cum
ueientis nè fierent audatiores, & animosiores
49 ueientani.¶Et nè Tigranus Rex Armeniæ iū
geretur cum suis qui erant in Tauro monte cō
tra ipsum Lucullus misit Murenam legatum
suum ut uias interciperet,& incideret, & uallū
aggrederetur Tigrani,& illud occuparet, & de
prædaret: & misit Sextilium alium eius legatū
contra Arabes qui ibant ad Tigranum: quos
Sextilius rupit, uolentes firmare uallum cum
maxima occisione. Et Murena uidens inordina
tos hostes meare illos fuit ad hortus, & rupit
sibi intercisa uia cū ualle aspera, & stricta,ubi
barbarorum copiæ paulatim paulatim perage
bant: & tunc fugit Tigranus relictis necessariis
exercitus in copia magna: & Armeni fuerunt
partim iugulati, & partim capti in expeditio
50 ne prædicta. ¶Curauitq; plurēs Lucullus in-
ducere Mithridatem ad pugnam quam arte dif
ferebat, u Tigranus secum iungeretur cū exer
citu suo.Ideò omni studio procurauit primò
cum Tigrano conferrere manus antequàm iū
51 geretur cum Mithridate. ¶Et consilium erit
per utile in die pugnæ augeri stipendia milit
bus cum fide promissa, quòd deperditorum in
acie filiis,& succesioribus eorum dabitur stipē
dium suum, de hoc publicè certo facto procla
mate,& eum affectu seruetur, fauendo semper
filiis,& successoribus interfectorum in bello:
qui ni uere per gloriam etiam dicuntur I. Qua
actione

actione.§.Si quis in bello.ff.ad leg.aquil. Anti
quorum exemplo, qui milites in bello amis-
sos gloriosè illustrabant, & eorum filios de
publico educari censuit Senatus, ut singuli
consolati strennè pugnent semoto timore.
52 ¶ Et in loco tuto suis præter arma, & equos
relictis bonis nè hostes auari fiant alacriores,
& strenuiores in bello ob prædam habendam,
ut sæpe contigit, quòd milites duros labo-
res, & pericula multa supportant, & causa
prædæ magnæ certantes strenuè, & uiriliter
pugnam pro ludo reportantes, & ex timidis
sæpe fiunt audaces, & ex strenuis imbelles di-
cta de causæ. Nam omnis semper est tollen-
da occasio ut hostes superentur insito timore
in cordibus suis occulto exercituum.
53 ¶ Neque sunt relinquenda incustodita castra
in die pugnæ, ut reffici possint in ipsis com-
misso prælio, & ubi tutò castramentari ua-
leant non secuto generali bello, uel ut in ip-
sis conseruentur Saucii infirmi, munitiones,
& annonæ, iumenta, instrumenta bellica, ma
chinæ, & alia ad bellum, & ad uictum neces-
saria pro usu, & exercitio militiæ, & ut cum
ipsis data occasione aliò mutari pro suo com
modo possint: quæ si forent in custodita ab ho
stibus comburi facile possent, ut inimicus e-
xercitus opprimeretur ab hoste intrinseco pe
54 nuriæ necessariorum. ¶ Et timens Annibal
duos consulares exercitus apud Venusium Du
ce Marco Marcello, & Crispino Consulibus,
illos insidiari fuit pluriès expertus; & cum ui
disset frondosum montem cum fontibus ame-
num; qui omnium consilio aptus erat pro ca-
stris, ad quem locum accesserunt Consules ui
suri locum pro futuro bello, quos primò An
nibal occupauerat insidiis, ibi gallis occultè
de nocte locatis: qui Marcellum, & Crispinum
adhorti fuerunt, & periit Marcellus in pugna
Marte pluriès per ipsum experto, non sine ho
stium sanguine, & Crispinus uulneratus eua-
sit; Et quia Marcellum anulum Consularem
habebat, repente Crispinus nunciauit amicis
ciuitatibus nè credere ulterius deberent signo
Marcelli quia mortuus fuerat, & quòd Anni
bal habebat eius anulum, & iam tabellarii Cri
spini erant in Salapia de casu cerciorata quan-
do allatæ fuerunt literæ Annibalis sigillatę sub
nomine Marcelli cum eius anulo Consula-
ri, quibus nunciabatur ciuibus Salapiensibus
qualiter nocte sequenti erat ingressurus Sala-
piam, & ita Annibal iuit, & in primis ordini
bus misit fugitiuos Romanos, ut sua loquela
crederent omnes ibi esse Romanos; de quibus
intra ciuitatem ultra sexcentum ingressi fue-
rant, & dimissa catterata ferrea per ciues de fa
cto, & de fraude cercioratos à Crispino Con
sule illos occiderunt, & reliquos pilis, & fa
55 xis de muris expulerunt. ¶ Et tunc tunc discef
sit Annibal & iuit in Brutios in auxilium Lo
censium obsessorum a Romanis per mare, &
terram, & illinc ad quindecim dies periit
56 Consul Crispinus primò sauciatus. ¶ Clau
dio Nerone, & Marco Liuio Salinatore crea
tis per Senatum Consulibus, & diuiso per ip-
sos exercitu, Claudius iuit in Salentinos, & Li
uius in Lombardiam contra Asdrubalem fra-
trem Annibalis: qui cum maximo exercitu
uenerat de recenti ex Aphrica in Italiam, ut il
lum uniret cum Annibale. Et cum Claudius
Nero in Apulia, & Lucania damnificauerit
Annibalem fraude contra ipsum pugnato pro
ut & ipse Annibal dolo certabat, ita quòd An-
nibal iuit in Methapontum pro reficiendo e-
xercitum ipsius ualde diminutum à Claudio
Nerone, & cum exercitu sui fratris Hânis iun
xit, & denuo reddiit Venusium: à quo loco ni
mis longe castramentabatur Claudius Nero,
qui nuntium Asdrubalis cæpit cum literis An
nibali directis, nunciantibus illi de suo aduen
tu, & ubi reperiebatur, & qualiter faciebat iter
meando de nocte cum suis copiis armatæ gen
tis: & illicò Claudius Nero nè tâtorum Du cũ
iungerentur exercitus, relictis legatis cum bo
na custodia castrorum, & exercitus in picænos
aduolauit cum parte expedite sui exercitus, in
fra sex dies Senis iunxit exercitum suum cum
alio Consule M. Liuio Salinatore; & apud Me
taurum aggressus fuit Asdrubalē, & illum oc
cidit unà cum millibus sexaginta hostium, &
Claudius truncauit caput Asdrubalis, & illicò
reddiit venusiũ, relictis Carthaginēsibus quos
captiuos habebat in liberalitate, ut nunciarent
Annibali casum sinistri euentus Asdrubalis;
cuius caput Claudius proiecit in exercitum
Annibalis: & hæc Carthaginensium Clades
æquiparari potest cladi Cānensi, et mirum fuit
Annibalem fuisse ignarũ celeris discessus Clau
dii Neronis, & tantæ cædis sibi publicè, & pri
uatè molestæ, sibique nunciatæ post redditum
Consulis venusium: & mæstus Annibal amo-
uit exercitum et iuit in Brutios, inquiens, se
nouisse fortunam fore instabilem, & esse uo-
lubilem rerum uicissitudinem Carthaginen-
57 sium. ¶ Et quantum modò fortuna fauet Ro-
manis Metauri secuta uictoria, & animo in-
uictus arte, & ingenio suum unitum retinuit
exercitum uariæ nationis Pœnorum, Hispano
rum, Gallorum, Maurorum, Longobardo-
rum, Brutiorum, & aliarum diuersarum pro
uintiarum: ita quòd in eo nulla fuit audita se-
58 ditio. ¶ Et in Crassi exercitum in pugna Par
ticha Surina proiecit Publii Crassi Iunioris,
& Censorii, & quàm plurimum Romanorum
nobilium capita, ut Romanorum animus tol
leretur bellantium: & tunc inquit Crassus erga

gnaturus, nec Consules disiuncti iungerentur insimul exercitus suos duos Consulares, habita notitia Marcum Curium vnum ex Consulibus castramentari in Samnio apud Samnium, & alterum Consulem in Lucania; accessit ad Curium diuiso exercitu in duas partes, & misit partem ex illis in Lucaniam vt alter Consul dimoraret suum aduentum, & ipse cum reliquis contra Marcum Curium, qui morabatur pugnare expectando Collegam, ut secum iungeret exercitum suum, & Pyrrhus solicitabat opprimere Curium antequàm iungeretur cum Collega, & suos fortiores cum elephātibus magis ad bellum instructis accepit, & de nocte accessit ab altiori loco, & longo itinere aspero, & syluestri, extinctis sibi luminibus uiam perdidit tot dimorando quòd dies venit, & descendens de mōtibus uisus fuit à Romanis qui formidare cœperunt ob casum inopinatum; nihilominus Curius animo inuictus exiit castra sua eductis legionibus in aciem, & hostes fuit aggressus, quorum primos uertit in fugā, adeò quòd reliqui timere cœperunt, & multi ex illis interempti fuerunt, & capti quidam elephantes, & suis per Curium animatis, & effectis audatioribus hac fœlici uictoria per ipsum consecuta contra Pyrrhum probè instructo exercitu animosè uenit ad generale certamen in plano campo, & commisso prælio partem hostiū in fugam uersit, & pars ex suis expulsa ab elephantibus fugit usque ad uallum suum, & armati pro custodia castri per Consulem relicti vocati fuerunt à Curio, qui e' loco superiori venerunt, & contra elephantes impetum fecerunt, & illos fugere coegerunt per mediū suorum: quos inordinatos, & sparsos reddiderūt: ita quòd Romanorum secuta victoria fuit in nomine Martis inulcti. Et Pyrrhus fugit ab Italia deceptus à falso Oraculo Apollinis qui illi ambiguè dixerat. Aio te Eacida Romanos uincere posse; Italiam totam post duo Marte subiugarunt Rumani vnà cum innumerabilibus aliis prouintiis, & demum uniuersum orbem tempore suo subægerunt armorum uirtute.

70 ¶ Omnis ars contra hostes in fidos utenda est in bello, in quo non minus uincitur dolis, fraudibus, & insidiis Sinonicis, & Vlixeis calliditatibus, & occultis astutiis; quàm ferro quibus omnibus sunt infideles superandi ob eorū infidelitatem, & diffidentiam; nec sumus in tempore illo optimi Fabritii, Marci Scauri, & Camilli: quorum militia fuit religio sancta; magistrum proditorem filiorum latinorum longo tempore obsessorum per Camillum puniri uirgis à filiis captis latinorum usque ad eorum urbem; sanctè præceptum & spontè pro tali uirtuoso gestu (ut aliàs dixi) Latinos habuit insuam ditionem: Onetanæosque Thusciæ populos, Faliscos, Gallos, Volscos, Pacetos, Picenos, Veijos, Capenates, Fidenates, Thyrenos, Tusculanos, Ardeates, & Prenestinos post bellamulta uirtute subegit Romano Imperio.

71 ¶ Hiphricates Dux Atheniēsium percepta hora qua soliti erant cibare hostes, suos per anteà fecit cibare armatos, & illicò in hora prandij hostium illos aggredi, quos ualde turbauit, & inde suos arte retraxit: quibus iussit non dimittere arma, & cognito post qualiter hostes intenti erāt cibo & inermes, illos fuit adhortus, & uictor extitit, & alia uice Lacedæmonios decepit missis ad frumentandum, & ad ligna & herbas faciendum seruis, & coquis in habitu militum, retentis bellatoribus penès se hostes fuit aggressus sparsis cum suis per agros uarijs rebus occupatos pro solito usu exercitus, quos cupie & prædauit.

72 ¶ Fabius Maximus sciens naturam Samnitum, & Gallorum esse ferocē in primo impetu, & inde deficere uiribus sudore repletos; iussit suis ut primum impetum sustineret dato illis præsidio forti, & ita factū fuit, & inde Fabius cum reliquo exercitus fuit illos insecutus, & uictor fuit.

73 ¶ Cæsar dilatauit Romanum Imperium, nauigato per Oceanum, & Athlanticum mare capta insula magna extra circuitum terræ.

74 ¶ Curare habent Principes tollere fundamenta hostibus suis nè sibi lædere possint cū illis, Cæsaris exemplo, qui celeriter iuit in Hispaniam cum exercitu, audito per ipsum ibi adesse Aphranium, & Varonem Legatos Pompæi: & cumulare exercitum contra ipsum Cæsarem, quos destruere prudenter curauit antequàm iungerentur cum Pompeo, & illos arte debellauit, & fugauit; & illorum copias habuit in arbitrium suum; quas benè, & liberaliter tractauit, & cum aliis suis duxit illas contra Pompeum.

75 ¶ Audito per Cæsarem Regem Pharnacem filium Mithridatis rupisse Domitium: qui ex Ponto cum paucis copiis fugerat militum suorum; & Pharnacem cæpisse Bythiniam, & Capadociam; & quærebat occupare Armeniam minorem, contra quem celeriter accessit Cæsar eū tribus legionibus, & commisso prælio apud Zettam fugauit Pharnacem extra Pontum, & illius exercitum dissipauit cum tanta celeritate quòd de tali uictoria celeri legimus, Cæsar dixit, veni, uidi, vici: & sic in bello sæpe magis prodest celeritas in executione alti Consilii primitus præpensati, quàm uirtus.

76 ¶ Et cum Cæsar e' Gallia in Italiam aduentasset, relicta parte sui exercitus ad hiemandum in Gallia: quæ rebellauit, & in Cæsarianos impetum fecit; & Cæsar hoc præscito celeriter ibidem aduolauit cum reliquo sui exercitus,

citus,& multos ex Gallis occidit, & rebellioni
bus finem imposuit Gallorũ,qui plurie̊s tumul
tuarant cõtra Cæsarianos, incitati ab hostibus
Cæsaris:& Cæsar semper capta temporis opor
tunitate uictor permansit accedẽdo per deuia,
& aspera loca mõtana,& nemorosa,aqnosaq;,
& fluuialia;cænosa,& padulosa: hic malo quo
q; tempore,dura omni à se fugata inertia ani-
mo,& corpore inuicto, deuictis Editiis, Auer
nis & Carnutis finibus trãsactis Liguniorum,
& se demum reduxit in populos Sequanos Ro
77 manorum amicos. ¶ Et quia dolo pugnatur
per dies,propterea bellorum Reges curare de-
bent nè circumueniantur ab hostibus insidiis.
Nam iure cautum est militari; nè dum bonita-
te,sed etiam fraude pellere fraudem; tempora
nostra carent illa bonitate Camilli, de qua in
antiquis scribitur historiis; & facilimum esse
retinere in ordine exercitũ in fuga uersum pro
ut in pugna; quod in parti non ita passim pro-
cedit:nam illi posset dari remediũ per Duces
expertos se ante illam fugientem offerentes ut
78 plurie̊s fecit Cæsar in Aphrica, & Gallia.¶Lu
tius Posthumins in Sicilia cognito qualiter
Dictatores Carthaginensium ueniebant ad ual
lum ipsius illum inuitãdo ad pugnam. quibus
cum paucis suis resistebatiuno die de mane an
tequàm cibum caperent Carthaginenses iuxta
solitum uenerunt ad uallum Romanorum. &
Posthumius ante diem iusserat suoacibare, &
in longum bellum ducere cum illis qui extra
uallum erant;tandem fatigatum hostẽ inedia,
& sudore cum suis militibus non fatigatis fuit
hostea insecutus,& illos fugauit & uicit.Et idẽ
fecit Rex Macedonum Philippus in Cheronia
contra Atticos ueloces tunc & inexpertos, il-
los longo bello retentos: & demũ cũ omnibus
militaribus insignis hostes superauit. Et uidẽs
Cæsar Aphranium,& Petreiũ obsessos in mon
te amouisse omnia impedimenta,& descendis-
se ad bellum suos probè retinuit nè pugnarent
79 cum desperatis ira accensis. ¶ Et Lutius Sylla
contra Mithridatem retinuit ipsius exercitum
auidum bonoris, & illum opposuit fugiẽtibus
ordine sibi dato ut trucident fugientes de bel-
lo,& de ordininbus uersoa in fugã, si se ad ordi-
nes,& ad pugnam non reddiderint,minantes il
los ab amicis,& ab inimicis interfici, & quan-
do retrò positis & probè instructis ut suos trũ
carent fugientes prout persæpe fecit Rex Phi-
80 lippus pater Alexandri magni in Græcia.¶Et
si contingerit hostes habere magnum equita-
tum, illis impedienda erit uia arboribus inci-
sis,uel ruprura;exemplo Cleomenis Ducis La
cedæmoniorum contra Hippiam Ducẽ Athi-
cum pugnantis:qui arte tali Gliberii in Aphri
ca à parte ꝑ munimine posito alta fluuiali ru-
pe uictor extitit, hoste cum suis rupto. Andi-
to per Cæsarẽ impios populos teterrimos Ger
maniæ trãsiisse Rhenum ob aquirendos agros
iuramento rupto, fide, & tregua quam primò
fecerant cum Cæsare, quem inuaserunt ex im-
prouiso in itinere,& cum Octingentum equis
fugarunt millia,quinq; exercitus Cæsaris:quos
Cæsar retinuit, & secum firmauit, inquiens,
Nõ esse prudẽtia se confidere in barbaros hos
periuros et infidos:& cum reliquo suorum ho
stes quàm celerrimè fuit aggressus hostiendo
illos,quorum millia quatuor occidit,qui Rhe
num transierant,& fugientes capti in fuga fue
runt à Sycambris populis Germaniæ:& barba
ros innumerabilium copiarum rupit Cæsar
experto Marte:qui destructis patriæ suæ ciui-
tatibus, in Galliam uenerant nouam patriam
queritantes; quorum millia centum reddire in
patriam suam, & illam per ipsos primò diru-
81 tam habitare coegit,reliquis interfectis ¶Ca
ius Marius Consul Cymbros,& sicambros cũ
Certiberibus,& teuthonis bello fortissimis,&
audacissimis gran dibus statura in partibus Oc
bis septentrionalibus ab extremo mare uersus
Orientem, & flumen Meothidem propè Scy-
thiam, & Ponticam in Gallia Cisalpina perue
tos, & Italia militibus primò arte retentus, &
de ipsis prius facto iuditio ante pugnam,illis,
que benè firmatis & animatis;& suis auidis pu
gnæ arte retentis in acie, et inde secuto Marte
82 superauit. ¶ Et nolens Cæsar contra Germa-
nos bellare pro gallis, suorum uocato Consi-
lio, nouit certò Iuuenes timere bellum, illos
ire iussit ad proprios lares, penes se dumtaxat
retentis expertis non timidis decimæ legionis
inquiens, Talem expeditionem se cum gloria
facturum cum decima legione; attento quòd
Cymbri non pugnauerunt cum fortioribus il-
lis, & ipse n n erat peior Dux quàm fuerit Ma
rius; quo audito per decimam legionem, illa
ad Cæsarem destinauit Oratores agentes illi
gratias,& se offerentes talem cum ipso Cæsare
Optimo Duce suo facturos expeditionem;
propterea Iuuenes illi animati ad bellum se
obtulerunt Cæsari illum perorantes ut sibi
gratiam impartiret impetum primum per ip-
sos fieri in hostes; & sic anteaquàm bellum ex
periatur est probè de suis faciendum iuditium,
& ar tè prouidendum illorum timiditati mili-
tia ficta. Nam turpe est posteà dicere non pu-
83 taram.¶Voluit suos prius probare Cæsar ante
quàm pugnaret cum Pompeo habente septem
millia equitatus, cum peditatu uiginti quinq;
millium, peroptantibus pugnare contra Cæsa
rem paruum tunc habentem exercitum, tan-
tùm uidelicet mille equorum, & peditum ui
ginti duo millia,et suos probare uolens, illos
ad concionem uocauit dicens,Se spectare cum
Cornificio duas legiones,et quòd certè sciebat

quòd

quòd non erant à se nimis longe: & quòd cohortes quindecim tenebat apud Calenum ad Megaram,& Athenas;& si tale presidium expectare uolebāt,uel ante pugnare: & milites glorioſi exclamaruut una voce se uelle modo celeriter pugnare, & tale se nolle expectare præſidium præ gloria ſua;& nè præſidium tale foret particeps gloriæ, & uictoriæ ſuæ; peroranres Cæſarem ut illos artificioſè inſtrueret in aciē.
84 ¶ Cæſar bellax fuit,audax, & animoſus,& ualde doctus in re militari,qui ſua uirtute, audaciaque,& celeritate ſupra uires pugnando contra ferociſsimos,& bellaces Neruios, & Arhrabates;& ſuis cædetibus Centuriis quos arte tūc retinuit,& hoſtes ſuperauit: & contra populos uariæ nationis, & linguæ extitit uictor celeritate ſua ob ipſius rei militaris peritiam,ingenium,mores, & bonam fortunam bellorū dominatricem,& ſæpe mutabilem,& uirtuti ſem per inuidiam:quæ ſæpe prodeſt, & nocet in re
85 bellica. ¶ Nam aliqua facta expeditione ſecunda,aut ſiniſtra fortuna eſt illicò accelerandum ad loca ſuorum nè ſe ditioni ſummittent hoſtium cum ruina ipſorum Imperatorum. ¶ Et
86 nè ſubditi præparent ſe conſilio,cui præueniēdum eſt, et curandū ut illis non defficiant equi Magiſtratus iuſtitiæ, & neceſſaria pro uictu,
87 & bello. ¶ Milciades Dux Athenienſium cum Perſas ꝑ triduū legiones otio teneri didiciſſet cauſa religionis, improuiſos inuaſit,& ſuperauit:qui alia uice cum millibus decem Athemēſium, & auxiliariis mille aduerſus Darium cū ſexcentum millibus Perſarum feſta tunc otioſè ſeruantium ſpe religionis ipſos in campis Marathonis mira celeritate inuaſit, & rupit, & uictor triumphauit Athenis. Et legitur in expeditione prædicta ducenta millia Perſarum periiſſe;quos terra, mariſque uirtute ſuperauit
88 celeritate cum ſuis paucis expertis. ¶ Xantippus Lacedæmonius cognita uirtute Romani peditatus, qui exercitum Pœnorum cum elephantibus præ timore caſtramentari faciebāt in locis altis,& nemoroſis; Rom. iu plano caſtramētatis,deſcēdit plano,& ordines rupit romanorum cum elephantibus, & equis: & uno die uictor extitit in utroque elemento terræ,&
89 aquæ. ¶ Arte Epaminundas Thebanus cum equis ſuis eleuari puluerem iuſſit celeri curſu in oculos hoſtium, quos reliquo ſuorum militum fuit adhortus, & uicit. Scipio in Hiſpania apud Indibilem urbem contra Hannonum Ducem Carthaginenſium pugnaturus, uiſo quòd in dextro cornu Hāno poſuerat feroces, & robuſtos Hiſpanos qui aliena negotia tractabant, & in ſiniſtro cornu Carthaginenſes non ita fortes, ſed animo conſtantiores, facto per ipſum contra ſiniſtrum cornu impetu cum reliquo:& retorto ordine,& in dextro rectum ordinē poſuit legionariorū, & in fine inde circūductis Pœnis i ſiniſtro cornu,& illis fugaris ſe Hiſpani dextri cornu deditioni Scipionis ſpōte dederunt. Arthaxerſes lunato ordine forti facto ſuperauit Græcos, inſpecto eorum prius debili ordine,inſtructo lunato ordine. Lutius Salinaror, & Claudius Nero contra Aſdrubalem in colle caſtramētatum cum machinis ui
90 onea dictis circumiuit,& ſuperauit. ¶ Prudentia eſt virtus Imperatoria qua ſeruātur exercitus, & Reipublicæ; & omnia ſunt cum prudentia peragenda ut uot. And. de Iſer. in cap. pri. in addit. ibi in uſib. feud. in titu. Hic finitur lex, inci
91 piunt conſuetudines. ¶ Ad Duces pertinet dare parcum commeatum militibus ut conſeruentur annonæ, ita docet Vegetius iu re militari; nec permittere equos duci extra prouintiam, & retinere milites ſuos iu caſtris ad uſum, & exercitium armorum; nec permittere ut illos ſe exerceant circa priuata offitia, opera, & cu-
92 ras. ¶ Et Claues portarum,Caſtrorum, et urbium ſuſcipere, & penès ſe tenere habent Duces,& ordinare uigilias, & exploratores intus et extra caſtra fideles;& circuire exercitum, & interreſſe anuonis militaribus: annonarumq; fraudes,& menſuras munitionum cohercère; hoſtiumque inſidiis occurrere, delicta caſtigare,& curare nè deficiāt arma in exercitu,& Co militonum audire querelas,& omnibus equa lance iuſtitiam facere ſine perſonarum excep-
93 tione,attenta temporum qualitate. ¶ Et ualetudinarios, & ſauciatos milites uiſitare, & ut probè,& diligenter curentur procurare l. Offitium. ff. de re militari. Et caſtramentari in loco apto apud herboſas ripas fluminum; & nè aliquis militum triſti materia aquam inſeſtēt l. Ingentis C. de re milit. Et ubi pabula, & lignorum copia, & aqua non deficiant;& in loco ſalubris aeris,apud mare ubi ſit tuta ſtatio, & in alio loco tuto & aptiori pro tutela, & pugna. Et iu loco ubi ab aquarum copia innundari non poſſint,uel offendi, & probè caſtramententur attenta qualitate probè penſata et uiſa; ſi ſit paruus locus,longus,latus, uel arctus,planòs,aut montanus,alpeſtris,ſaxoſus aut nemoroſus l. Magiſteriæ. C. de iuriſdictio. omnium
94 Iudic. & l. 1. C. de re militari. ¶ Quæro de pacto facto iu feudo ut non detur alicui perſonæ; aut nè uaſſallus ſe mariret irrequiſito Domino an ualeat. Dic quòd ſic, ita tenet And. de Iſer. iu ca. 1. in §. Sed nec eſt alia iuſtior. col. 4. ibi per hoc patet in titu. de feud. Cum tale pactum non contineat in ſe turpitudinem, nec illicitū ſit,& licèt hoc nō ſit de ſubſtantia feudi, niſi præmiſſa ponerētur in datione feudi, quia tunc in defectum conditionis, aut modi utile dominium redderet ad Dominum l. 3. ff. de pigno. & l. Si Titius. ff. de aqua pluui. arcen. &

ibi glo.& l.Ea lege.C.de conditio.Ob cauf. & l.fin.C.de pact.inter emptoe et uendit.et l.fin. C.de iue.emphiteot Et §.Peatereà.in titu. quæ sit prima cau.benefic.amit.& pee And.de Iser.
95 ibi. ¶Quæeo de alio casn si naturis filius succedat in feudo materno. Dic quòd nõ.In cap. 1.in titu.Si de feud.defunc.milit.fuer.conteo. & ibi per And de Isee.in Addition. Vbi ponit casum si legitimus per subsequens matrimonium succedat in feudo: & si feudi inuestitura diceret id esse cõcessum patri,uel matei pro se, & hæredibus suis ex suo coepore legitimè descendentibus,& concluditue ibi quòd sic:quia subsequens matrimonium puegat omnem maculam geniiuræ cap.Tanta qui filii sint legit. & l.Cum quis.C.de natue. libee.l. 1. C.de re militari, & l.Magisteriæ.C.de ineisd.om.Iud.

SVMMARIVM.

1 IMperatores debent rectè cõsiderare an sit pugnandum,uel seruanda pax,& si fuerit rupta,an sit quęrenda,uel apetendæ; aut pertractandæ indutiæ.

2 Pyrrhus uindicauit mortẽ Ptolomei filii sui, occisi in bello à Chreso Cretense.

3 Melius est bellum non mouere:quàm ab eo posteà moto turpiter desistere illo imperfecto.

4 Crasidis militis pulcrum dictum.

5 Necessitate,omnino est pugnandum.

6 Aemilius Imp.capta Macedonia ad Ciuitatem duxit ex necessitate Persam Regem captum pro triumpho.

7 Agislaus coactus ex necessitate pugnare contra Persas:uictor extitit.

8 Marcus Fabius maximus in bello punico rem cunctando restituit, & dolos fuit prudenter uitatus Annibalis.

9 Duces considerare debent ante pugnam si hostes habeant propè se præsidia sua & operari,ut hostibus suis tollantur suffragia.

10 Milites uariis modis incitantur, & animantur ad pugnam.& 11.

11 Miles Cæsaris qui contra eius Ducem ensem uibrauit.

12 Necessitas impulit Cęsarem in Aphrica dare equis algam lotam potabili aqua mixtam cum alia herba,& dum sui fugerent, quid fuerit amplexus facere.

13 Theophanus Dux equitatus Attici uidens suos esse in timore fugæ certando contra Macedones,quid fecerit.

14 Principes si dubitent per hostes inuadi uel occupari eorum Regna,quid facere debeant.

15 Dues quomodo pugnare possint contra hostes fortiora loca tenentes.

16 Caius Marius cum exercitu castramentatus in loco fossis probè uallato. fuit à Popilio Silono Duce hostium interpellatus ut descenderet ad pugnam si tam esset inclitus Imp. ut ferebatur.quid responderit Marius.

17 Lucullus uidens Tigranum Armeniæ Regem locum altum tenere, & nolle descendere ad pugnam obsedit Ciuitatem Tigrano certam à Rege dilectam,& quid postea euenerit.

18 Lucullus intelligens se fore contemptum à Tigrano,quod haberet paruum exercitum, ordinauit exercitum,& hostem fugauit, quo uiso à Tigrano, plorando ex capite suo extrasit coronam, quam dedit filio suo, ut pro salute sua etiam curaret, qui noluit eam uiuente patre acceptare sed eam dedit cuidam fido suo familiari ut eam seruaret,& fortuna promisit,illum capi, & cum corona Tigrani ad Lucullũ duci.& 19.

20 Et de quãtitate mortuorũ in ꝑdicta expeditione.

21 Lucullus rediens ad obsessam Ciuitatem Tigrano certam eam militibus donauit deprædandam, saluis tamen thesauris per Erario publico Vrbis Romę.

22 Bellum differendum est,quando sperantur nouæ confęderationes,& multis aliis causis.

23 Duces exercitus:quæ considerare habeant anteq̃ ad generalem pugnam deueniant.

24 Duces qui deueniunt ad pugnam non considerandis supra positis uillem animũ habere dicũtur.

25 Prudentia,& uirtus Ducum exercituum concedit superioritates in bello.

26 Bellum est differendum, quando hostes sunt famelici & cupiunt bellare.

27 Pompæus si suo, & Catonis consilio usus fuisset in differendum bellum contra famelicum Cæsaris exercitum:non utique uictus fuisset.

28 Cæsaris milites qui ob necessitatem panis radices cum lacte debeant.

29 Cæsaris prouisio per uictum militum.

30 Tortura non est tentanda.

31 Minutius Consul in Apulia castramentatus coactus fuit occidere turbam gentis Annibalis,quæ iuerat ad frumentandum: quod populo Romano pergratissimum fuit.

32 Aemilii prudentia in retinendo pugnam contra Annibalem, & Terentii parua consideratio in bellando,qui cœpto bello fugit, relicto Aemilio collega,qui uictor remansit.

33 Necessitas pugnandi est limitata.

34 Imperatores non debent passim quotidianis obiicere periculis.

35 Periculum maius ubi est ibi cautius agendum.

36 Agislaus Rex,habita fide habendi Corinthum per ipsum obsessum, ex quorundam fugitiuorum Corinthi oblatione, quibus etiam concessit instrumenta muros capiandi ab ipsis petita: noluit Corinthum ingredi, neque caput exercitus in periculum ponere.

37 Metellus Imp.uocatus ad certamen singulare: ait, militis esse pugnare,et non impera. exercitus, nisi ex necessitate in generali bello.

38 Dux est caput exercitus,& exercitus corpus.

39 Scipio

QVANDO SIT PVGNANDVM vel differendum bellum.

1 Maximis sunt extollendi laudibus Imperatores illi, qui benè, & prudenter sunt consulti in regimine populorum, & militum, Si sit pugnandum celeriter in hostes, aut cunctandum tempore bellum, & an pax sit seruanda, uel non ex causa legitima: & si pax fuerit rupta: an sit querenda, uel apetendæ aut per tractandæ induciæ; uel pax ita firmanda ut illa perpetuò duret: uel antequàm firmetur, sit experiendum ferrum in hostem pro ultione suorũ
2 mortuorum. ¶ Vt fecit Pyrrhus qui audita filii sui Ptolomæi morte in pugna contra Lacedæmonios bellando occisi à Chreso Crethense, Chresum occidit interfectorem ira plenus & dolore, & cumulum mortuorum Lacedemoniorum rabie fecit pro uindicta mortui filii; Interfecto Eualco illorum Duce, & tunc Pyrrhus bello inuictus, & excellens omnia gesta quæ in præteritum peregerat tunc superauit funebri bello pro filiali exequio, & iuit ad Argon cum exercitu contra Anthigonum, & uictor in pace, & otio stare nesciens semper alte na quęrendo, & quæsita post modum illa uilipendẽdo Pyrrhus perdebat, ut Pœnus Annibal faciebat, scientes ambo aquirere regna, & illa
4 posteà negligentes tenere prodebant. ¶ Et regula est militiæ, melius non mouere bellum, quàm ab eo posteà moto, turpiter desistere illo imperfecto relicto cum odio, damno, & dedecore capit. pri. extra de renunti. ut Patauinus attestatur Liuius historicus in tert. libro belli Macedonici. Nã regula est in re militari optimè notanda, & memoriæ retinenda ut prædixi potius bellum non incipere quàm turpiter ab
5 incœptis desistere. ¶ Et Cratides accerrimus Cæsaris fuit in causa, capto per ipsũ mure dextera, & ab eo recepto morsu; illicò ipsum dimisit inquiens erga astantes, Herclè nihil est tã paruum & imbecillum, quod si audet ulcisci & repugnare inuadentibus non se incolumem seruet. ¶ Necessitate dumtaxat urgente certandum est arte omni nixu, & ingenio ut docet Poeta. Tunc dextra geminans, tũc illa sinistra: Nec mora, nec reges creber utraq; mann. Pulsat, uersatq; Daretha: & ita sapienter firmabat,
6 & docebat antiquo præcepto ¶ Publius Aemylius optimus Imperator, & Persarum triũphator, qui Persam Regem capta Macedonia, ut aliàs dixi) duxit in triumpho ad vrbem per ipsum fęliciter pugnato necessitate præmente.
7 ¶ Et cũ Græcos milites quosdam Regis Agislai Ambulantes ultra flumen Pactoli deprædantes agros Persarum fuisset aggressus Dux equitatus Thisapherni transacto flumine occidendo illos; quibus occurrit Rex Agislaus cum

cum suo celeri equitatu,& se insimul restrinxe
runt Persæ irruentes in ipsos quo uiso per Re
gē & quòd ibi non adderat peditatus ullus Per
sarum,factis primò Deo uotis, & orationibus
se opposuit cū suo peditatu illis facto ordine
suorū cathafractorū, & scutatorum iudicādo
esse tēpus expeditionis impetū fecit in equita-
tū hostium qui in initio belli fortiores Persarū
collocauerant,& impetum græcorum retinue
runt,deinde declinare cœperunt ita ꝙ Persæ fu
gā arripuerunt, & reliqui ex hostibus se in præ
cipitem dederunt in flumen, & Græci sequētes
hostes in fugam eorum uallum,& impedimē-
ta cœperunt,& per scutatos Regis Agislai fue-
8 runt deprædata hostiū tentoria . ¶Marcus Fa
bius maximus in bello punico rem cunctando
restituit,& dolos fuit prudēter uitatus Anniba
lis: cuius rumores spreuit pro salute suorum,
attestante Ennio Poeta de Fabio canente,vnus
homo nobis cunctando restituit rem, Non po
9 nebat enim rumores ante salutem . ¶Optimè
est considerandum ante pugnam si hostes ha-
beant propè se præsidia sua, & operari tenētur
Duces ut hostibus suis tollantur suffragia; con
siderando quòd si ruptus hostilis exercitus fue
rit an refici possit amicorum suorum auxilio
celeriter,aut tempore;& idem est cogitandum
de proprio ut in patria, & aliis quàm pluribus
locis orbis contigit Romanis. Item an equita-
tus sui,uel hostium sint boni pedites;nam sæpe
contigit equites ab equis descendere,& pugna
re pedester,& experti soliti sūt reportare uicto
riam, nisi fortuna eorū inuida fuerit uirtutis.
Itali in terra regulariter, & aqua, pedester,&
10 equester sine discrimine certant. ¶Et nariè in
citantur, & animantur milites per Duces suos
ad pugnam contra hostes , suis prolato militi
bus per ipsos duces, qualiter hostes sunt igna-
ui,inermes,& inexperti in militia, naturaq; de
biles,& pluribus defectibus laborantes sibi eai
ciosis , & se habere tractatum in ipsis , & quòd
pars eorum est arte corrupta per ipsos eastra-
mentando in loco ubi ueniant, & praticēt ho-
stes,& cum ipsis quandoq; fiant sermones pla-
cidi,& quandoq; leues rixæ, & res quæ sæpe fi
unt, & frequentantur per dies facilius spernun
tur,narrando uitia multa hostium, suis ostēdē
do uictoriam certam; & se quandoq; mōstran
do indignatum erga milites proprios arguen
do eorum ignauiam, ut præpudore se offerant
paratos ad pugnam, illos animando præ glo-
ria,& honore ; & quantum sint lucraturi ade-
pta uictoria quam certam sibi pollicētes si uir
tuosè per ipsos pugnatum fuerit ; offerendo se
solum ira ad inuadendum hostes , et quòd so-
lus pugnabit quando ipsi nolent esse in socie
11 tate ad generale bellum . ¶Curando quòd ali
qua leuis fiat rixa, & quòd sui stent semper in

armis, & in acie instructi : quia ex leui rixa sæ
pe oritur magnum bellum, exemplo Pompæi,
qui suis ordinatis in acie cōtra Cæsarianos le
uem pugnam fieri iussit, & Cæsar pariter acie
instructis suis uictor pluriès permansit;sed una
uice in qua Pompæus arte eduxerat omnes co
pias suas cōtra Cæsarem, Pompæus uictor per
mansit,multis ex Cæsarianis cæsis,& captis,&
reliquis fugatis : quos Cæsar fugientes sistere
non potuit;ita quòd quendam militem ex suis
fugientem conatus fuerit retinere, & ille ensē
uibrauit contra Ducem suum; & n'i tunc fuis
set defensus à milite quodam portante scutum
ante Cæsarem, vulneratus Cæsar fuisset ab illo
suo milite,& si tunc Pompęus insecutus fuisset
uictoriam , non ruptus extitisset à Cæsare in
12 agro farsalico.¶Necessitas impulit Cæsarem
in Aphrica dare equis algam lotam porabili
aqua miatam cum alia herba, & ibi passus est
detrimenta plura,& dum sui fugerent fuit am-
plexus uexillis fugientem inquiēs, Esto fortis,
quia hic adsunt hostes, & illū & reliquos præ
pudore retinuit , & uictor euasit ab hostibus
13 sua uirtute. ¶ Theophanus Dux equitatus At
tici uidens suos esse in timore fugæ certando
contra Macedones fuit proprios milites hor-
tatus quòd magis in manibus,& armis se confi
derent quàm in pedibus , & suum Ducem , &
exercitum non turpiter derelinquerent in tam
magno periculo; & quòd hostes erant iam la-
psi & fessi quòd facilè superabuntur ab Attica
uirtute, & ita suorum firmato animo uictoriā
obtinuit illicò per equitatum occursò pedita
14 tui qui tunc quasi ruptus fuerat. ¶Et si dubite
tur per hostes inuadi,uel occupari Regna Ca-
tholicorum , præueniendum est illis celeriter
inuadendo primitus & deuastando , & carpen
dum hostium loca ut Scipio fecit in Aphrica
rumpendo inimicorum insidias, & suffragia,
& ita fraus fraude tollitur utendo uirtute , au-
datia,& animi magnitudine ; & ęquam facien-
do iustitiam erga suos exercendo illos in mili
tia ut eorum augeatur animus,& terror concu
tiatur hostibus: & ita fuit Alexander Magnus
consecutus honorem , & beniuolentiam a suis
cum æterno nomine in bello . ¶Et si Duces
15 fuerint ducti necessitate , & deliberati sint pu-
gnare contra hostes loca fortiora tenentes cer
tare nolentes, Consilium erit ut pluriès suotū
facto iuditio instructis aciebus, & insidiando
inimicis,eorumq; prouisis fraudibus, dolis,&
insidiis: quibus cessantibus in aperto depreda-
tis hostium agris frequenti incursione , & il-
lis hostiliter læsis, & uariis affectis contume-
liis , & ad illorum usque ad castra accesso
eum equitatu celeri , ueloci cursu ad pugnā
incitantibus hostes ut temere,& inconsultè cō
scendant ad prælium prouocati , forti mutato
loco,

16 loco,ut ex uoto manus conseratur. ¶Cum au
tem Caius Marius foret castramētatus in colle
loco forti, & probè fossis uallato, cū exercitu
suo hostibus existentibus iu aperta planitie cū
longa multitudine interpellanti hostium Du-
ci Popilio Silouo Marium descendere ad pu-
guam si tam esset ut ferebatur Iuclitus, & Præ-
clarus Imperator respondisse legimus, Et si tu
Popili es tam maximus Dux ur ostētas,fac me
nolentē pugnare, bellare:& Marius nunquàm
à bono cōsilio discessit, nec ipsum hostes amo
17 uere potuerunt à suo consilio sano. ¶Et uidēs
Lucullus Tigranum Armeniæ Regem locum
altum tenere, & nolle descendere ad pugnam,
obsedit ciuitatem Tigrano Certam à Rege di-
lectam:in qua multi græci ex Cylicia,& de Ara
bia,& de Asiria, de Gordiano, de Capadocia
quos ibi Rex per uim habitare coegit, priuatis
illis patria sua impediendo,& tollendo sub ali
menta,& alia necessaria pro uictu, & bello:&
sic obsidēte Lucullo Tigrano Certam in eorū
præsidio fuit cohactus Rex Tigranus uenire cū
maximo exercitu, qui flumen Tauri transiue-
rat, se in mōte reductoout obsessum illum uide
reut: quo uiso animati fueruut Ciues obsessi
cum lætitia minantes romanos occidere,osten
dendo illis suffragium suum aduenisse,& illi-
cò Lucullus prudenter cogitans pro futuro bel
lo,habito sermone cum suis militibus: quorū
pars dicebat totum exercitum duci contra Ti-
grauum,relicta obsidione Ciuitatis:& alii dice
bant partem militum esse relinquendam iu ob
sidione urbis Tigrano Certæ nè ciues exire ua
lerent in suffragiū Regis, & uè ipsos Rom. ado
ritent à tergo: quorum sententiæ uou placue-
runt Lucullo, sed utriusque partem accepit;ita
quòd legionem reliquit obsidioni urbis præ-
dictæ: & ipse cū uiginti quatuor cohortibus,
& turmis, in quibus decem millia peditum, &
sagittarii, & funditores mille in equis, & con-
tra hostes processit apud flumen castrameuta-
tus iu lato campo, & Tigranus unà cum adula
toribus suis deridebat paucitatem militum Lu
culli,& ipsius temeritatem mittentes fortes su
per spoliis Romanorum tanquàm si uictores
fuissent experto Marte, & quilibet ex Regibus
qui erant cum Tigrano illum rogabant ut uni
ex illis dare deberet pondus talis belli,& quòd
Tigranus deberet solus cum gaudio aspicere
tāquàm si esset in theatro ubi festa fiunt &
18 ludi. ¶ Et Tigranus inquit deridendo pauci-
tatem militum Luculli, Si Romani misissent
Oratores ad ipsum cum tali modica gen-
te satis fuisset, sed pro bello panci sunt, & ita
Barbari deridebant Lucullum, & ipsius exerci
tum in martiali exercitio doctum; hoc per Lu
cullum præscito per fidos exploratores se fore
contemptum à Tigrano quòd haberet paruum
exercitum,uno mane suos ordinauit iu acie,&
cernens barbaros esse ultra flumen castramen-
tatos uersos ab Oriente,transiuit flumen ab oc
cidente ita quòd uidebatur discedere, & tunc
Tigranus uocauit Taxillum ridendo,& deridē
do Lucullum inquit, vide quòd fugiunt inuin-
cibiles cohortes Romanorum, cui respondit
Taxillus O utinam diceres uerum, ua m arma
illa uudata,scuta fulgentia cu m galeis in capi-
te nō prebent signa fugæ,sed belli, & iis dictis
uiderunt illicò firmare primos uexillos,& or-
dines, & ordire exercitum in cohortes in tran
19 scundo ad partem illam ¶Ter clamando uoce
magna descendit Tigrauus O homines, Roma
ni ueuiuut contra nos in acie armatos, & ma-
gno rumore & strepitu ordinauit cohortes
suæ gentis dādo Regi Adiabeuo sinistrum cor
nu,& dextrum Regi Mediæ,& se locauit in me
dio ponendo iu frōtem equos cathafractos cū
peditatu armato, & dum Romani forent iu or
dine transi tus fluuii iussu Luculli transierunt,
erga quos inquit Lucullus,O Quirites egregii
hodiè pugnemus impigrè, quia dies ista quæ
olim fuit obscura Romanis, erit nobis fœlix,
Clara,læta,fauorabilis,& amica, & suis horta
tis ad bellum trausacto fluuio primus fuit Lu
cullus,qui iu hostes irruit armatus cum supra
ueste rubæa, & suis ensem nudum ostendebat,
illos docendo ut propè hostes se adhererent cū
ensibus,quia barbari soliti erant pugnare à lō
ge cū Sagittis missilibus,& Sarisis,& ut hostes
nō ualerent exercere arma missilia sua propter
celeritatem, & propinquitatē hostium Roma-
norum, & uidens Lucullus equitatum hostilē
manere sub colle quodam,iussit in ipsos impe
rum fieri ex transuerso cum equis gallicis, &
Thratiæ, & cum ensibus incidere corum lan-
ceas,& alia hostilia arma quæ sibi nocere pos-
sent,& ipse iuit ad collem cum duabus cohor
tibus,quem sui milites propter reuerētiam tā
ti Ducis insequebātur, & per ipsum rapto col
le se firmauit in loco eminentiori;& aspiciens
inquit erga suos,O Filii Martis, procul dubio
sumus uictores,& docuit illos non exercere ar
ma missilia,sed tantùm enses incidendo crura,
tibias, & coxas inermium hostium cathafra
ctorum,contra quos impetum fecit,& illos fu
gere coegit,& ob pondus armorū se prohicie
bant inter pedites,& rupti fuerunt absque uisio
ne Romani sanguinis,et maxima occisio facta
fuit per Romanos fugientium barbarorum ac
cellerantium fugam, quā maturare nequibant
ob densita tem suæ barbaræ gentis, & hoc uiso
per Tigranum sui relictis fugit et ipse cū pau-
cis,& plorando ex capite suo extraxit corouā,
et illam dedit filio suo quem in sinistro fortu-
næ casu stare prospexit, consolando illum ut
pro salute sua curaret, et filius erga patrē pro
tulit,

ni inculpabant Pompæum differentem pugnã, illum uocantes Agamemnonem, et Regem Regum; & post multa ut suis moremgereret præter ipsius,& Catonis sententiam,bellum permisit experiri contra Cæsarem, illum insequendo in itinere, ubi ab omnibus spernebatur Cæsar denegato sibi uictu, & desperatus Cæsar Gonsum urbem in Thesalia bello cæpit, & ibi suos refecit uictu copioso, & ab illis infirmitatem fugauit famæ à qua exercitũ liberauit, & post uterquè exercitus intrauit Farsaliam factis stationibus & uallis solitis,Pompeo prudẽter iterum dimorante in prima sententia sua non pugnandi, sed bellum differendi ut hostes uincantur tempore, & sine ferro. ¶Tentanda non est

30 fortuna ut prudentes fecerũt Fabius Maximus & Marius qui docuerunt non pugnare nisi maxima urgeret & impelleret necessitas;ne' fortuna inimica uirtutis opprimeret nimis audaces

31 & cupidos belli.¶Et cum Minutius Consul in Apulia castrametatus cum exercitu suo,& Quinti Fabii Dictatoris,qui iuerat ad vrbem, præcepto Minutio nè pugnaret in absentia Dictatoris,& illo ad vrbem accesso,uidens Minutius turbam gentis Annibalis iuisse ad frumentandum,& uagore per agros fuit illam gressus & insecutus usque ad castra Annibalis occidẽdo illam:quod adeò pergratum fuit Romano Populo quòd Minutium Dictatorem creauit cum Fabio contra ordines antiquos: quibus cautum erat unum solum creari Dictatorem & non duos:& Fabius hoc ægrè prudenter tulit,& reuersus ad castra uidens arogantiam Minutii qui omni die peroptabat pugnare cũ Annibale hoc Fabio prudenter renuente pro salute Reipublicę, & Minutius diuisit exercitum, & Fabius suscepit ipsius dimidiam partem gubernandam arbitrio suo, & reliquam accepit Minutius qui illam incogitatè deduxit in medio insidiarum Annibalis acie instructam,& dum foret per Carthaginenses oppressus in loco insidiarum ubi euadere non potuerat Minutius cum suis quin' trucidaretur à Pœnis,& illi occurrit prudenter Fabius cum suis acie probẽ ordinata, & copias Minutii cum Duce suo à periculo liberauit, & in loco tuto reduxit inuito Annibale: qui cum timore suos illicò recollexit, & tunc maximum nomen apud suos, & hostes quæsiuit Quintus Fabius,& legi Annibalem in castris suis reductum dixisse, hodiè uici Minutium,& me uicit Fabius, quẽ postea Minutius uocauit patrem, & spontè deposuit dictaturam, & exercitum suum uniuit cum Fabio, quod fuit pergratũ cũctis militibus utriusque exercitus, & hiemarunt in Apulia non lon

32 gè ab Annibale. ¶Post creati fuerunt Consules Paulus Aemylius,& Caius Terentius Varro nouo facto exercitu, & auctis legionibus & illis acretis ueteribus, Aemylius prudenter cũctabat exemplo Fabii,Sciens Annibalem carere necessariis, hoste intrinsecò illum præmẽte, & non posse diù durare cum exercitu, quem tẽpore consumere intendebat, Aemylius cum esset in aliena terra sibi inimica, Terentio Collega marte furente,& prudentiam damnante Collegæ sui,& cum uicissitudine ut alias dixi,regerent exercitum,peruẽto tempore sui gubernii uniuersi exercitus Pœnorum, Duce hoc expectante acies instruxit Terentius & pugnauit,& fugit incæpto prælio cum millibus decem Romanorum, relicto Aemylio Collega in bello cum reliquis pugnantibus: ita quòd Annibal apud Cannas auxilio uenti,& pulueris,solis,&

33 fluminis uicit.¶ Limitata est.n.pugnandi necessitas, & est data potestas Ducibus urgente tantùm necessitate soluta legibus certare:quia tunc necessario, & generali bello pugnatur.

34 ¶Ideò nõ debent Imperatores se passim quotidianis obiicere periculis, quoniam fortuna est inuida,& æmula eorum uirtuti, nec parcit prudentiæ, nec ullus diù durat qui se ultrò periculis offert cap.Remissionem pri. quest.pri. cap Nabucdonosor uiges. ter. quest.quar nec culpæ imputatur quòd infert necessitas quæ est supra leges, & nullam supra se habet legem

35 cap.Ad limina triges.ter.quest pri ¶ Et ubi est maius periculum, ibi est cautius peragendum

36 cap. vbi periculũ de electio.in Vi.¶Rex Agislaus habita certa fide habendi Corinthum per ipsum obsessum ex oblatione quorumdam fugitiuorum Corinthi; qui ab eo pecierunt instrumenta capiendi muros,quibus illa concessit,sed ipse prudentia rectus noluit ingredi Corinthum inquiens, Magni ponderis esse ponere in periculum caput exercitus;quo defuncto, exercitus remanet lapsus, & uictus ut membra

37 hominis sine capite.¶Et cum Metellus Imperator fuisset uocatus ad singulare certamẽ, prudenter respondit. militis esse pugnare, & non Imperatoris exercitus, nisi pugnaret generali bello cum toto exercitu impulsus necessitate.

38 ¶Dux enim est caput exercitus,& exercitus est corpus cum reliquis mẽbris in ordine pugnæ locatum: nec licitum est capiti sine membris suis certare; hic Metellus descendit à Quinto Metello celeri dicto;hic primus fuit qui ludos

39 duellares ordinauit.¶Et Aphricæ domitor Scipio maximus dicentibus ipsum non esse bellacem plenus uirtute respondit, Recolo matrem me peperisse Imperatorem, & non militem;durus tamẽ bello fuit,iuxtà illud virgilii in Georgicis secundo.Extulit hic Decios,Marios,ma

40 gnosque Camillos,Scipiades duro bello.¶ Et dum Pyrrhus ad Argos circumcirca Naulam castramentatus, uidens Anthigonum Regem castramẽtatum in altiori loco supra planiciẽ,

illum

illum inuitauit per oratores ad bellum in planitie ei qui prudenter (ut legimus) illis respondit Anthigonus, quòd ipse militiam non minus exercebat tempore quàm armis, & quòd si Pyrrhus odio habebat uitam, quòd multè erunt uiæ reperiendi mortem, & demum Pyrrhus in Argiua urbe tegula uulneratus à fęmina in caput cæcidit.

41 ¶Et licet Magnus Alexander, Cæsar, & Pyrrus ab Eacho patre, & ab Achille im pigro & celeri descendens, & Sertorius ferox habuerit utrumque Imperatoris, & militis, nõ decet tamen exercitus Ducem duellare, cum militis hoc sit offitium Theophrasti sententia.

42 ¶Prudentis.n.est Ducis offitiũ nõ quærere pugnam, sed uictoriam, & persæpe Dux saluus fit uirtute sua, & reperitur illęsus, & incolumis sine exercitu quàm exercitus sine Duce, & inter est multum inter Imperatorem, & militẽ, quorum sunt distincta offitia, laudatur ualde Dux peritissimus, & probatissimus in re militari: q pugnando ultra spem, & uoluntate humanorũ gentium parua manu in extremis orbis partibus peruenit, & innumerabiles gẽtes, populos, & exercitus uirtute superat, sciens se, & suos tueri.

43 ¶Et strenui militis est offitium ferrire hostem, seruando ordines sibi datos, & non deserere in militia, & de errore Ducis nunquàm imputabitur miles.

44 ¶Et quia fama uagauit Scipionem infirmum in Hispania esse mortuum, & magnũ Alexandrum infirmũ periisse in Cylicia; Ideò utriusque Imperatoris exercitus tumultauit; qui denique medicorum cura sanati sunt, & urbes post magnas, Regna, & Imperia spontè duro Marte ceperũt, et destruxerunt barbaricæ gentis. Et sic maximi est ponderis persona Ducum in exercitibus suis pro uita, bello, honore, pace, salute, & uictoria.

45 ¶Imperatoris est offitium etiam exequi cum de summa rerum agitur, facta per ipsũ necessaria prouisione circa spectantia ad ipsius offitium, quod est habere Deum præ oculis, et æquam facere iustitiam cunctis & conseruare populos, et exercitum à periclis, et illos tutari ab iniuriis, et à futuris damnis et malis considerando religionem, potestatem, magistratus, Senatum, auctoritatem, mores maiorum, iuditia, iurisdictiones; Seruando fidem prouintiis, et rei miliaris gloriam, honorem, laudem, et esse patrem, et defensorem populorũ, et exercitum suorum, et curare quòd illis non defficiant pro uictu, et bello ut in Fastis secun. lib. cantat Ouidius de Romulo, et Cæsare.

Tu rapis hic raptas duce se iubet esse maritas,
Tu recipis luco, repulit ille nephas.
Vis tibi grata fuit, florent sub Cæsare leges.
Tu domini nomen, Principis ille tenet.
Te Remus incusat, ueniam dedit hostibus ille,
Cælestem fecit te pater, ille patrem.

46 ¶Romulus rapuit Sabinas, & Theseus Anoxonam, Trigeniam, Helenamque puellam, et Ariadnam; Romulus fabricauit urbem, et Theseus repleuit Athenas: à Marte ortum fuisse Romulum legi, et Theseum ab Hercule descendere: Romulus, et Theseus martiales, et inuictissimi, et ꝓ Diis à Crassa antiquitate habiti fuerunt, constructis sibi templis: Romulus, & Remus præstantes corpore, & forma fuerunt nati gemelli ut scribit Liuius ex Ilia matre Numitoris filia; & ab Emulio post partum per Faustulum seruum suum misi fuerunt in Tyberim suffocandi, & diuino nuto apud Caprificum in ripa Tyberis ab unda Tyberina in sicco deiecti; & à lupa meretrice Larentia uxore pastoriã Emulii: unde dictũ est Lupanar locus ubi stant meretrices, nutriti lacte, & cibo apico aue animale, & aue rapacibus, & facti adulti ignauiã, & otium habuerunt odio, attendentes liberalibus artibus, & se exercentes in laboribus assiduis; & demum ab auo noti priuato regno à fratre suo Emilio, quem Romulus occidit, & auum Numitorem in regnum Albæ restituit; & ab ipsis Romulo, & Remo vrbs Roma constructa fuit, caput omnium urbium orbis, & Regina: & initiũ dictæ constructionis fuit 24. die Maij: qui dies celebrebatur olim pro natale Vrbis; & Romulus post mortem aui sui Numitoris suscepit regnum Albæ ex auita successione materna, & post multa bella interfecit Remum fratrem, & demum ipse periit in palude Capena annorũ quinquaginta quatuor ætatis suæ; & pro Deo Quirino uenerabatur à populo Romano, & Sabino repleta vrbe populo uariæ nationis uirtute Romuli; à quo Roma nomen habuit, cui reliquit prudentiam, & fortitudinem.

47 ¶Fortitudo animi est inter uirtutes Imperatorias; cuius fortitudinis animi hominis est triplex actus ut dicit Philosophus in Ethyca sua, & in Rethoricis primo aggressus uidelicet fuga, & expectatio, fuga sæpe assimilatur uitio in re bellica; aggressio, & expectatio stat in uirtute, & quãdo sunt pericula supra hominem expectandum est, & fugiendum est periculum, & hoc uirtuti est ascribẽdum cap. Displicet uiges. ter. quest. quar. cap. Hoc seruandũ sepe. quest. pri. lib. oct. & Matthæus deci. vbi autem non sunt pericula supra hominem, sed est aliquis spes, tunc uirtus bellantium est in aggressu laudanda l. 1. in fin. ff. ad mnnicip. l. Labeo. ff. de carbõ. edict. Ad prædicta faciũt not. per Ioan. de Lign. in tract. suo de bello in titu.

48 Quid sit principaliter actus fortitudinis. ¶Cõsilium est pro Rege iusto ut scribit Aristoteles ut cunctis sit benignus, & nemini blandus, & paucis familiaris nè contemptus fiat ut docet beatus Hieronymus, & sit omnibus æquus, & tardus ad iracundiam, & ad clementiam pronus

nus & constans;in aduersis animo inuicto firmus, in prosperis cautus,& omnibus prodesse paratus, & nulli nocere contra iustitiam cap. Quicunq;.22.quęst.7.cap.Quo iure.8.distin. Rex est lex animata in terris,& melius est uiue

49 re sub bono Rege quam sub bona lege. ¶ Noui quosdam Tyrannellos; qui populos sibi à Deo commissos ualde ualde grauant, & extorquent angariis perangariis, & super angariis uariis,& extorsionibus iniustis;ita quòd excoriant ipsos,& miserorum sanguinem subditorum suorum emungunt,& elliciunt in contemptum legum diuinæ iustitiæ cap. Denique 4. distin. & illos adeò depauperant quòd uiuere nequeunt miseri vassalli: quibus est succurrendum per principum Monarchiæ clementiam, aliàs ira Dei imminebit capiti suo l.2.ff.de decre.ab orig.factis l. 1. C.de Irenar.Et memores sint Principes,& populi omnes, hominum uitam esse breuem, & ipsius fugere tempus uolatu celeri,& omni momento esse insidiatam dolosis artibus, & retibus peccati hostis anti-

50 qui humani generis. ¶ Proprium autem est Imperatorum offitium, Regum, & Magistratuum omnium facere iustitiam æquam;& contrarium facientes non ueri sunt Reges, sed Tyranni,& illegetimi Principes: quia proprium est Tyranni non æquè iudicare sed iniustè cap. Regum. 23. quæstione quinta.leg. Sed & potest.ff.quod met. cau. Et quod iniustè in alios faciunt, iustè substinent ipsi authentic. de sanctis. episcopis. §. Omnibus autem,& in ipsos conuertitur in iustitia sua, quam in aljos faciunt, ut dicit Propheta Veritatis.

51 ¶ Quæro si licitum est populis propter intolerabiles iniurias, iniustitias, & extorsiones tyrannicas expellere Regem suum, cum liceat unicuique tueri patriam suam, & salutem leg. Postliminim ff.de captiu.& postlim. reuer.l.ut uim ff. de iust. & iur. Et cum nomen mutet de Rege in Tyrannum, Rex remoueri debeat: quia tunc confunditur omnis dignitas regia ut excludatur Tyrannus, seu Rex malus propter reatum suum l.i.C.ubi Senat.uel clariss. Contrarium tenet Bald. in l. ex hoc iure.ff. de iustitia,& iur. motus ratione, quia subditi non possunt derrogare uiri superioris, unde licet de facto expellent Regem suum, ut factum fuit de Rege Philippo patre Magni Alexandri, tamen superior non amittit suam dignitatem

52 l. Moueor. ff. si seru. export. ¶ Quid de malo Prçlato non seruante Canones, an possit deponi; Concludo quòd sic, Si Prælatus est notoriè infestus, inducens ipso iure suspitionem quo ad se, & quo ad alios, & idem de malo Rege dicendum est, ut dicit Iacob. Butri. in repetit. capituli vestra col. vndecima. extra de cohab. cler. & mulier. Et Dominicus de san-cto Geminiano in capitu. Sacerdotes secunda quæst.septima.& per Innocen.in dicto capi.vestra, & in cap.per tuas. & ibi per Ioan. Andr. & Hostien. in titulo de Simon. & in capitulo primo de schismat. & per Abbat & Felyn. in capit. Cum non liceat. de præscript. & per Parid.de Put. in tract. suo synd. de excessi. Reg. Et ratio est,quia Principes tenentur secundum leges & canones uiuere, gubernare, & iustitiam facere capit.Iustum.nona distinctione.& l ex imperfecto. ff. de lega. secun.capit. Confidimus.uigesimaquinta.quæstione prima.

53 ¶ Sacra scriptura præcipit Papam, & Imperatorem Canonibus, & legibus esse subiectos cap. Sattagendum dicta uiges.quin.quæst.pri.

54 ¶ Papa à Deo sumpsit Imperium secundum Canones Ecclesiæ custodiendum, & Imperator etiam sumpsit à Deo Imperium ut id gubernaret secundum leges, l. secunda.ff. de leg. & senat. consul. & authenti. ut omnes obedi.

55 Iudi. prouin. ¶ Et Papa, & Imperator tenentur reddere rationem suæ administrationis, seu uillicationis; & de indemnitate subiectorum suorum sibi à Deo creditorum ut authen. de litig. §. Ad excludendas capit. Quan-

56 do.23. quæst.quar. ¶ Est quoque notandum quòd Princeps in dubio non uidetur uelle uti plenitudine suæ potestatis, quãdo actus quem facit potest ualere sine plenitudine potestatis; quod secus foret si actus non posset ualere absque plenitudine potestatis: quia tunc in dubio uidetur uti uelle dicta plenitudine suæ potestatis ut actus potius ualeat quàm pereat, habetur per Bald. in l.Bonorum.C. qui admitti ad bon. possess. & per Angel. in l. Bene à Zenone C.de quadrien.præscript. & per Innoc.& Ioã. Andr.in cap. Dudum de decim.& in cap.Innotuit de elect. & per Ludo. de urbe in singular. 781.incipien. Dixi aliàs,& per Alex.de Imol. in cons. 50 & consi.87.& in consi.215 secun. uol.& in l.secun.C.de testam. milit.& Fely.in cap.pri.de const.& in cap. Inter priorem de except.& per Alex. in l.Idem Vlpianus.ff.de excus.tutor. & per Paul.de Cast in l. Ex imperfecto.C.de testam. & per Philip. Dec. in consil. 289.& per Hyppol.de Mars.in sing.suo xxxvi.

57 & in sing.84. qui multa ad hoc allegat ¶ In Principe semper præsumitur iusta causa cap. Quæ in ecclesiarum, & per Fely. ibi, & etiam per Ant de Butr.de const.quando lex generaliter aliquid statuat, uel motu proprio specialiter facit quid sine alicuius tertii instantia secũdũ Roman.in cons.436. & Fely. in dicto cap.

58 Quæ in ecclesiarum. ¶ Et scientia Principis supplet omnem solemnitatem habetur per Innoc.in cap.Oporteat de appellat. quem sequitur Bal.in l.Nullus C.ad leg.Iul.maiest.quando de eius proprio motu, aut conscientia fuit

processum,& per glo.in cap.secun.de appellat.
59 in vj.et p Doctor. ibi ¶Et nō potest Princeps sine legitima & iusta causa tollere ea quæ sūt de iure naturali clemen. Pastoralis. de re Iudi.& per Innoc. in dicto cap. Quæ in Ecclesiarum de const.& per Hyppo.Marsi. in sing.suo 292.Incipiente Nihil est iam graue, & periculosum quàm litigare sub Iudice suspecto &c.
60 ¶Et licèt Princeps possit de plenitudine suæ potestatis tollere defensionem partis limitatur in ciui li,& pecuniaria causa, & non in causa criminali in qua non potest tollere defensionem partis,cum Defensio sit de iure naturæ habetur per Fely. in cap. Dilecti de except. & in cap. Cum olim de re Iudi. & per Bal. in l.tert. ff.quòd quisque iuris, & latè per Marsil.in singul.suo 318.incipiente Defensio.&c. ¶ Prin
61 cipum benefitia sunt latè interpretanda, nisi præiuditium, uel iniuriam tertii respiciunt: quia tunc strictè interpretari debent l. 2. §. In Meuio ff. ne quid in loco publi. & per Innoc. in cap. Cum dilectus. de donat. & l. fin. ff. de Constit.Princip.& glo.ibi et Doctor.in ca.Ex tuarum de auctor. usu pa. iuncto cap.Olim de
62 uerb. signi. ¶ Et regula est quod Priuilegia Principum dum tangunt iura concedentium interpretantur latissimè, secus si respicerent damnum, uel præiuditium tertii; quia tunc de-
63 bent interpretari strictissimè.¶Quæritur si sub diti ratione iurisdictionis tantùm teneantur pro Domino suo accedere ad bellum iustum si non sunt uassalli cap.2.de maiori. & obedi. per illum tex. Dic tales teneri accedere ad bellum iustum:nec agent ad prędicta per ipsos habetur per Abb. in consil.sicut de iur. iuran. &
64 in cap.In summa nonagesi.ter.distin. ¶Nisi essent immunes à personalibus muneribus ex iuris priuilegio,uel principali sibi specialiter cōcesso;ut puta propter ætatem minorem, uel senilem,aut propter morbum, uel liberorum, aut propter professionem, uel sexum fœmineum ut C.qua ætate l.1.& per totum tit.& l.1.C.qui morbo, & l.1.C. qui liberorum numer.per totum titu.& l.1.C.de profess.& medic. lib. deci. & C. de mulier. & in quo loco
65 muner. sexui subeant l. 1. lib. undeci. ¶Dicit Abb.in cap. Sicut de iur. iuran. quòd illi qui non sunt astricti ex debito ire ad bellum,si uoluntariè,uel causa amicitiæ,uel parentellæ, pietatis,humanitatis, aut donationis accedunt ad bellum,& perdūt arma,& equos in bello quòd non sunt sibi reficienda perdita. Secus si rogitu Dominorum liberalitate accesserunt,quoniam Domini tenebuntur tunc actione mandati reficere illis deperdita l.Inter causas §.Non omnia ff. mandati. Quod secus est si damna contigissent ex fortuito casu, nisi potuerit prouideri illi,& præsciri prouocantem ab bellum,quod non procederet si non fuisset uerisimiliter præcogitatus ut in dicto §.Nō omnia; ut in bello cuius est dubius euentus habetur per Innoc. in dicto cap. Sicut de iur. iuran. & capit. Non inferendo uigesi. tert.quest. tert.& cap.Si dominus undeci.quest.tert.Non posset tamen agere mandati si bellum fuisset illicitum;quia in re turpi,& illicita nullum est mandatum l.Si remunerandi gratia. ff. mandati.
66 ¶Et qui nam sint illi qui liberi sunt,& ad bellum accedunt. Dic esse illos qui ratione seruitiorum receptorum seruiūt ad anthidora per glo.& Bar. in l. ex hoc iure ff.de iusti. & iur. uel propter necessitatem accipiunt stipendia locando operas suas,& his non reficiunt deperdita in bello l.Si quis ff.locati: & quidam ex liberalitate propter gloriam,& honorē seruiūt; & quidam animo spoliandi ut uenturerii, & saccomani qui manu eripiunt bona, & in sacco ponūt, & illa exportant ubi uolunt l.ueluti, & l.Generaliter, l.Si ex plagiis.ff. de ner. obli-
67 gation. ¶Et illi qui non prouocati accesserunt ad bellum suo proprio motu, si autem animo obligandi illum cuius negotia gerunt, agent tunc actione negotiorum gestorum l. sed an ultro ff.de neg gest.& qui coget habere ratum si uiriliter est gestum habetur per. Bar. in l.Pomponius.ff.de negot.gest.colu.deci & per glo. in l. Supra §. Cassius. ff. de aqua pluuia.arcen.& per Bar.in l. Cotem ferro. §. fin. ff.de publica.& in l.1.ff.mand.cum similibus: Ad prædicta demum faciunt quædam notata superius in titulo de Iusto, & Iniusto bello.

SVMMARIVM.

1 *Marii liberalitas in concedendo inducias exercitui Gallorum.*
2 *Superioritas locorum, & ordo militiæ arte factus à Duce exercitus necessitate præmente ui ctoriam parit.& 3.*
Et quando necessitas dicatur urgere.
3 *Ignorantia hostium,indicat nobis uictoriam.*
4 *Exercitus quando sit diuidendus per loca fortia.*
5 *Fabius maximus unquam fugit expeditionem cum Annibale,sed cautè semper castrametabatur,cum superioritate.*
6 *Marium fuisse solitum castramentari in locis fortibus: legitur. & illa defendisse contra teuthonos,& Cymbros.*
7 *Augustus dicere solebat exercitum in terra, & classem in mari,etiam uento secundo, non furibundè ducendum, & impellendum ad pugnam absq; legitima causa.*
8 *Prudentia immensa est Ducum militiæ permittere hostes inclusos in arctis,et angustis locis reductos abire.*

9 Cęsar

9 *Cæsar iussit emitti Germanos inclusos, nè fortè ex desperatione fortius pugnarent, quos postea fugientes absque suorum sanguine dissipauit.*
De Annibale idem legitur. & nu. 15.
De Antigono Macedoniæ Rege.
De Ladislao Lacedæmoniorum Rege, idem dicitur.
10 *Cæsar, audito tunc ab hoste intrinseco fame cum fuit oppressum Pompæum, ordinauit acies per pugna: dicēs uenisse diem illam pugnandi cum hominibus, & non cum inopia, & inedia.*
11 *Cæsar ante eius tentorium iussit poni uestem purpuream per signo ut omnes tacite absque tumultu armis ad pugnam pararent.*
12 *Galli fame oppressi sunt apud patriam Rauennæ anno Domini. 1512.*
13 *Themistocles impulsus necessitate pugnauit contra tumidum Xersem, & illum superauit.*
14 *Marcus Fabius non ualens ab hostium multitudine in Armenia euadere, ex necessitate pugnando Armenos superauit.*
De cuius laude discuritur.
16 *Themistocles uicto Xerse prohibuit suis uolentibus rumpere pontem, ne ipsum amouerent: vt hostes per transirent.*
17 *Et libenter ab omnibus spectabatur, tandem ab inuidis in exilium missus, ueneno cum sanguine tauri potato per ipsum, dies suos ann. 65. finiuit.*
18 *Thimoleon Corinthus cum paruo exercitu coactus pugnare à Barbaris, & Icoto Tiranno, diuiso tamen exercitu, & tripartito eos superauit.*
19 *Thimoleon Imper. cum tribus tantum millibus Corinthorum coactus pugnare: contra multitudinem septuaginta millium armatorum, qui Ducibus Asdrubale, & Amilchare Pęnis, qui cum classe ducentorum triremium, & mille nauium transierunt ex Lybia cum multo frumento, uictor arte permansit.*
Et de aliis eius gestis.
20 *Præcepta Principum exequenda sunt.*
21 *Ladislaus Lacedæmonius Rex docuit, non committi pugnam, nisi præmente necessitate.*
Hostes fugientes non sunt semper delendi.
22 *Veneti coacti infligere certam militum partem Imperialis exercitus in militia expertam propè Vincentiam inclusam & nume. 24. & 27.*
23 *Arma, & equi in bello deperditi, & inde recuperata, non ueniunt de iure restituenda dominis suis.*
24 *Arma si fuerint locata, uel commodata militibus euntibus ad castra bellica, & in bello fuerint deperdita: an repeti possint a militibus prædictis, per armorum dominos.*
25 *Arma amittere uel alienare in militari exercitio quam turpissimum sit.*
26 *Milites armati sunt audatiores.*
28 *Pugnandum non est cum illis, qui cupiunt mori in necessario bello, in quo sæpe fortuna fauet oppressis.*
29 *Duces exercitus antequam fiat expeditio per uictoria debent considerare, & salute seruorum.*
30 *Venetæ Reipubli. adhortatio ad rectæ uiuendum.*
31 *Mare: an de iure naturali omnibus sit commune.*
32 *Præscriptio temporis cuius initii hominum memoria non exitat in contrarium, transit in priuilegium.*
33 *Bona fides in præscriptione necessaria.*
34 *Possessor longi temporis, de cuius initio hominum memoria non extet in contrarium: præsumitur titulum habere.*
35 *Priuilegium est titulus.*
36 *Præscriptio, & Principis in priuilegium equiparantur.*
37 *Venetos liberos esse: cum eorum ciuitas sit fundata in mari.*
Veneti an posśint imponere nouas gabellas, pedagia, & passagia transeuntibus in mari, & in terris Venetæ regionis cum mercibus.
38 *Veneti an sint exempli ab Imperio absque priuilegio. & cur hoc sit.*
39 *Papa: an habeat Iurisdictionem generalem in terris Imperii saltem habitu: licèt non exercitio.*
40 *Imperator est Dominus Iurisdictionaliter totius orbis habitu, licèt non exercitio.*
41 *Ecclesia Romana, si non haberet priuilegia sua, per ut habet à Regibus, & Imperatoribus, an posset præscribi per longum tempus, de cuius initio non extet memoria in contrarium ab Imperatore, Et quid è contra.*
42 *Opinio generalis apud omnes per Ecclesia est prescripta.*
43 *Imperium Ecclesiæ est francum, & liberum ab Imperio absque ulla recognitione,*

DE NON PVGNANDO NISI *urgente necessitate.*

1 NOn quidem sunt illi laudandi Duces, qui nulla impulsi necessitate, aut causa legitima & necessaria pugnant in hostes contra regulas disciplinæ militaris. Fugato nanque, & pluries trucidato per Marium Gallo

rum exercitu, gallis inducias petentibus liben ter illis fecit Marius prudentissimus Imperator, quorumdam ipsius reiectis, & spretis opinionibus qui noluissent illis inducias concedi, & erga ipsos prudenter dixit Marius. Non nè satis fortunam esse inuidam uirtutis, quæ sæpe uictos extollit, & opprimit uictores, & ab eorũ manibus tollit uictoriam graui cũ iactura: perfidia.n.& cupiditas in lõgum protrahit bellum, & sæpe illi qui renuebant pacem si bi postea aduersa facta fortuna affectant inducias iniquis, & seruilibus cõditionibus, & illas ualde ualde & anxie flagitant, & petunt, Iuxta illud Ouidii. Præstat.n. fortuna tenax uotisq; malignum, Opposuit nostris innidiosa pedẽ.

2 ¶Superioritas locorum capta, & ordo militię artè factus ab experto Duce exercitus necessitate præmente uictoriam parit: urget nanque necessitas quando exercitus est periturus sine pugna, quod contigit quando deficit sibi cibus, & pecunia, & opprimitur fame, & hostes sui sunt benè muniti, qui non paciuntur rebus sibi necessarijs, & in dies expectant noua auxilia; Nam melius est tunc tentare fortunam quæ sibi fauere potest, quàm suam uidere ruinam, & exercitus sui destructionem, & hoc casu vituperatur Dux exercitus si non pugnaret in hostes, tanquàm si habuisset occasionem uictoriæ, & illam non cognouisset, uel dimisisset ignauia, uel ignorantia sua; aut relicta

3 fuisset uictoria propter timorem. ¶Et loci superioritas sæpe dat uictoriam, quam etiam præbet nobis ignorantia hostium, & Ducum uittus nostrorum, & militum expertorum prudentia adhoriendo fessos hostes, & inordinatos cum probe ordinatis aciebus; Scipionis, & Pii Cecilii Metelli exemplo bellantium in Hyspania contra Asdrubalem, & pro ut fecit Sertorius contra Pompæum, & Mettellum in Lusitania, & aliis Hyspaniarum partibus, uel hostibus diuisis, aut diminutis transfugatione, uel cæde, aut morbo, uel uulneribus impeditis, aut tumultuantibus insimul orta seditione de hoc certa accepta fide, & prudentia etiam est quandoque sustinere impetum inimicorum acie firma quàm illos aggredi, Exemplo Fabii Maximi contra Samnites pugnantis & Gallos Detio tunc Collega suo deperdito, curando nè sui sint in timore antequàm pugna

4 fit. ¶Et quando fit diuidendus exercitus per loca fortia stat in arbitrio prudentis Ducis, ut hostes tedio affecti fame, & penuria oppressi deserant bellare, aut longè abire ab hoste; ut nimis ipse longius fatigetur in laboribus, & expensis exercitus, & desperetur aut desereretur a suis ob tempus, loca, uel indigentiam auri, & cibi ¶Hoc Fabius Maximus unquàm fugit ex

5 peditionẽ cùm Annibale, sed cautè semper castramentabatur cum superioritate, natura munita locorum, quem timuit Annibal inuadere: qui demũ uictus fuit à Romana uirtute a qua Macedonum Rex Philippus pater Regis Persæ, & Asdrubal in montibus castramentati ru

6 pti fuerunt. ¶Legimus Marium fuisse solitum castramentari in locis fortibus, & illa defendisse contra theuthonos, & Cymbros, & suis præcepisse nè castra exirent, & probe uallum instruebat & faciebat, & impigrè aquas fluminum, & paludum deriuabat, & illos deniq; superauit, tertiò triumphauit, & septimò Consul factus fuit, fortunam fœlicem pro Republica habuit, & per sinistram uexatus ipse fuit particulari comodo suæ ambitionis, seditionis, & crudelitatis; hic fluxu periit corporis octuagenarius, & Iunior Marius eius filius in Prenestina urbe obsessus à Sylla propria manu cecidit nè ueniret in hostium

7 manus. ¶Doctus & prudens Augustus ut legimus solitus erat dicere exercitum in terra, & classem in mari etiam uento secundo non furibundè ducendum, & impelendum ad pugnam sine legitima, & urgentissima cau

8 sa, & præmente necessitate. ¶Immensa nanque est prudentia militiæ Ducum permittere hostes inclusos in arctis & angustis locis reductos abire: quibus est ut suos docebat Scipio Aphricanus munienda uia, magis quàm cum ipsis dimicare, & ponere exerci

9 tum in discrimen fortunæ. ¶Emitti iussit Cæsar Germanos inclusos nè fortius pugnarent ex desperatione, quos postea fugientes absque suorum sanguine dissipauit, & idem Pœnorum Dux Annibal fecit de germanis inclusis apud Lacum Perusiæ. Idemq; fecit Anthigonus Rex Macedoniæ de Etholiis inclusis, & fame oppressis quos arbire pmisit, & indè inordinatè procedẽtes deleuit. Idemq; fecit Rex Lacedæmonius Ladislaus qui Thebanos inclusos abire dimisit, & indè tucidauit inordinatos, & pluribus tunc ex suis laurea ciuica fuit donata corona ob ciues seruatos in bello l. 1. C. de athle. cum simil lib. deci. Et Dux Chorinthiorum Thimoleon super stans peditibus, uisso Thimophante fratre suo Duce equitatus in bello contra Argiuos, & Pleonios in terra ab equo deiecto p hostes illi occurrit scuto, & gladio, & illũ defẽdit, & pluribus acceptis uulneribus hostes gloriosè fugauit sua uirtute, quã inuidia ledere nõ potuit Lasisti, & Demenethi in

10 uidiorum gloriæ suæ. ¶Audito per Cæsarem tunc ab hoste intrinseco fame cum suis oppressum Pompæum, summo mane ordinare acies suas pro pugna, erga suos inquit Cæsar, O Fili Martis Comilitones mei, hodiè venit dies illa pugnandi cum hominibus, & non cum innopia, & inedia.

¶Et

11 ¶ Et antes eius tentorium iussit poni uestem
purpurea m, quod signum erat futuri belli:
quo uiso per milites Cęsaris cum lætitia arma
sua ceperunt,& Centuriones, & Duces,& Tri
buni turmas, & cohortes tacite & cum silētia
ordinauerūt in acie instructa absq; tumultu,
& rumore ullo & quiete se in ordinem pro pu
gna posuære, lætātes tāquā si uellent tripudia
qa præmebantur à necessitate famis ipsorū ho-
12 stis intrinseci.¶ Vt mea contigit tempestate ꝙ
Galli fame oppressi apud uetustam patriam
meam Rhauennæ 1512. de consilio Alphonsi
Estensis Incliti Ferrariæ Ducis in armis exper
ti Principis. Et Imperiales apud vrbem 1527.
etiam de alto consilio dicti Incliti Ducis Al-
phonsi herculeæ prolis, & expeditio illa quæ
fuit apud Rhauennam arte facta prædicti Du-
cis Alphonsi intra flumina Tauri,& irci adeò
cruenta,& morifera fuit, quòd ab utraque par-
13 te pugnantium cessauit risus. ¶ Impulsus ne
cessitate Themistocles pugnauit contra summi
14 dum Xersem, & illum superauit.¶ Et non ua
lens Marcus Fabius maximus aliter euadere
ab hostium multitudine in Armenia acie in-
structa militari ordine ex necessitate pugnan-
do superauit Armenos: hic Fabius prudens
fuit, & pluries Dictator effectus exercituum
Romanorum: & quia pedester antiquitus in-
cedebat Dictator statuto Senatus Consulti, pri
mus fuit Fabius (ut aliàs dixi) qui obtinuit
Dictatorem equitare debere pro honore di-
ctaturæ, & multa digna bello prudentissimè
gessit, & Romanum Imperium acreuit hono
re, & Imperio; mortuus senex fuit annorum
vltra nouaginta, & sepultus ex publico in Cā
po Martio pro honore,& non paupertate, ut
fuit de publico sepultus Epaminundas à The-
banis, in cuius domo nulla res reperta fuit, u-
no excepto ueru ferri ob eius continentiæ uir-
tutem; hic tantas habuit uictorias,& spolia,&
non tetigit illa, neque prædas hostium; sed illa
reliquit militibus suis contentus gloria, &
15 paupertate sua.¶ Et Pœnus Annibal apud Trā
simenum lacum Germanis inclusis abeundi
16 potestatem fecit, nè accerrimè pugnarent, &
abeuntes strauit absque suorum periculo.¶ Et
prudens Themistocles victo Xerse prohibuit
suis uolentibus rumpere pontem nè ipsum a-
mouerent ut hostes pertransirent, & nè ex de-
speratione certarent, Inquiens erga suos, A-
ptius sibi fore alium pontem illi facere ut ce-
lerius ab Europa discederent quàm dimicare
cum ipsis ex desperatione pugnantibus.
17 ¶ Themistocles ob eius uirtutem, & pruden-
tiam in re militari spectabatur ab omnibus;
& ludentes in Olympio peroptarunt magis
cernere. Themistoclem uenientem quàm cure-
re, & in ludis pergere, & tunc erga amicos The
mistocles dixit hodie accepi fructum labo-
rum meorum: cuius uirtutem, & bonam fortu
nam odentes Inuidi persequentes Themisto-
clem illum miserunt in exilium, & exul à pa-
tria; in vrbem Magnesiā descessit tauri sangui
ne per ipsum potato miato ueneno in anno
18 suæ ætatis sexagesimoquinto. ¶ Et Inclitus
Thimoleon Corinthus probe ductis legioni-
bus per Brateas,& loca aspera nō sine difficul
tate inuitis barbaris, & Iceto Tyranno pero-
ptante pugnare ob loca fortia per ipsum occu
pata,& ob copias militum suorum longè ma-
iores quàm fuerint Corinthi: quos Thimo-
leon tripartite diuisit, & partem misit ad Ani-
sium amnem, & partem dedit isiadi Corintho
præfecto suo regendam, & illam ordinauit
exire locum Siracusarum Acredinam nuncu-
patum; & reliquos milites in monte locauit
multis tunc ex castris, & tentoriis Tyranni Ice
ti transfugis factis; ciuitatem omnem accepit
adeò fœlici forte quòd hostes fugauit non sine
eorum cæde, nemine ex corinthiis interfecto.
19 ¶ Nec dubitauit prudentissimus Imperator
Thimoleon ipsum uprimente necessitate cum
tribus tantùm millibus Chorintorum se tueri
à multitudine septuaginta millium armato-
rum, qui Ducibus Asdrubale, & Amilchare
Pœnis qui cum classe ducentorum triremium,
& mille nauium transiuerant ex Lybia cum
multo frumento, contra quos uictor arte per
mansit Corinthus Thimoleon apud Crimisiū
fluuium obscura nebula, tonitruis, & fulgo-
ribus apparentibus cum magna ardenti flam-
ma in pugnæ ardore comissę solstitii tempore,
non permisso quòd totus exercitus transeat a-
mnē inordinatos hostes inuasit Thimoleō cum
equitibus, & primò fuit agressus pœnos acie
probè instructa in cornibus; & ad res bellicas
in reliquo ordinata necessario, & cum bosli-
um currus impedireut equitatum Thimoleo-
nis, qui illicò emisso clamore cum suis electis
signum dedit equitatui suo quòd extra ordinē
impetum facerent à cornibus currorum Car
thaginensium in hostes secum reductis bellato
ribus suis electis, sono emisso ad bellum con-
tra pœnos per ipsum facto impetu hostibus ei
dem resistentibus in principio pugnæ cū suis
scutatis probè armatis,& curibus bello instru
ctis, ità quòd erat necesse quòd se retraherent
hastati cum suis armis longis quibus dimis-
sis, facto per Thimoleonem fortissimo im-
petu in hostes totis uiribus descendente nebu
la cum aqua emissa in hostium vultum ab
humido uento impulsa, cadente flamma
fulguris percutiente tergus militum Thimo-
leonis nubibus fulgentibus tonitruis stu
pentibus, cum assidua flamma, & denso
grandine cum aqua: Ita quòd ordines mi-
 litares,

militares, & sonos per Duces uoce datos audiri, exequi, & seruari non potuerant & Carthaginenses uestibus madidis aqua, & grauati armis,& luto oppressi erāt, Ita quòd facile à Corinthis superari potuerant, & tunc tunc obuenit ob assiduam pluuiam, & tempestatem continuam amnem repentè impleri aqua cadente ex montibus in arcto loco clauso, secuta fuit ruptura argeris fluminis, & pœnos inundauit adhortos, altiorem locum tenente Thimoleone cum suis, quibus urgente necessitate collectis & in unum reductis impetum fecit in hostes, quos rupit, & fugauit, & uictor permansit Corinthus Thimoleon, pœnorum captis curribus cum spoliis, & præda maxima hostium, secuta cæde trium millium, & multis in flumine suffocatis, & captis millibus quinq; lybicorū, Numidarum, & Hispanorum, missis per Thimoleonem tropheis Corinthum pro gloria tātæ uictoriæ Tyrannis extinctis. Præmente necessitate Ventidius cum Parthis pugnaturus, per Parthos per medium milliare maximo furore cucurrit in parthos, & propè illos uigore sustulit sagittis, quæ suum effectū magis operantur à longe. Titus Ventidius, Sempronius Graccus Consul Rom. instructa acie ad bellū contra Picentinos audito terræmotu magno, quo hostes, & Romani tremuere, erga suos inquit, Non esse attendendam superstitionem hanc, quam hostes timent; & suorum firmato animo pugnauit & uicit. Et Thebanus ille Epaminundas instructa acie contra Lacedæmonios, uiso quòd sui erant mœsti & trepidantes, quia uetus amouerat ornamēta hastæ suæ, & illa portauerat in sepulchro, cuiusdam Lacedæmonii erga ipsos inquit, Bonum esse signū, quoniam ornamenta sunt destinata sepulchris Lacedæmonios humabunt, & comisso prælio, firmato suorum animo, robore superauit Lacedæmonios comissa pugna præmente necessitate.

20 ¶Obtemperandum est Principis præcepto, & ipsius consilio standum est, quòd uirtuosum ferre tenetur, & id exequi debet l. Ad hostibus, & l. Defensores. ff. de capt. & postlim. reuer. & authen. Constitutio quę de dignitati. §. Illud; & cap. Matthæus extra de simo. & cap. Quis quis. 24. quæstio. 1. & capi. Testamētum sex. distin. & cap. Ad aures extra de ætate & qualit. & l. secun. C. de Comea. & l. tert. de offit. præfec. Aphri. & l. ob delictum. §. In bello ff. de re militar. & l. Saactio ff de pœn. & l. 1. C. ut dignit. ord. serue. lib. xii. ut aliàs dixi.

21 ¶ Rex Ladislaus lacedæmonius in re, & disciplina militari peritissimus docuit non comitti pugnam nisi præmente necessitate. & uoluit Thebanis inclusis rumpere pōtem nè ex desperatione pugnarent hostes, imò illis nuntium misit indicātem eorum discrimen nisi maturassent fugam, quod palam & secreto arte, & non proditoriè fieri potest. Propterea non sunt semper delendi hostes fugientes, neq; instādum illos perdi existentes in arctis, quod pro regula habetur in re militari, ut per uictos laus & gloria publicetur uincētium, quòd per mortuos fieri nequit; ut de inimicis amici fiant, & beniuoli; & quòd maius est & utilius, quia propitium habebit Deum: cuius misericordiæ displicet ualde crudelitas, & bona fortuna uertere posset tergus, & in sinistram conuerti nimia cupiditate sanguinis Iuditio Dei.

22 ¶ Tempore nostro sedentibus Iulio ij. Pontifice Maximo, & Maximiliano Romanorum Rege, electo Catholicorum Impetatore & semper Augusto duobus magnis luminatibus Orbis, de anno 1513. propè ciuitatem Vicētiæ, Duces nimis animosi exercitus Veneti Senatus fuerunt conati cum suis innumerosis copiis suæ gentis confligere certā militum partem Imperialis exercitus in militia expertam ibi inclusam, quam in saccum habere firmabant, & cupiebant imperiales prædicti ire Veronam tunc ab Imperio possessam, & Veneti Duces peroptabant recuperare honorem expeditionis Giaradulæ, & facto militum suorum agmine, & intercepta uia Imperialibus illis nunciato nè transirent ulterius nisi armis relictis, & equis quod prę pudore ob militiæ honorem facere recusarunt dicti Imperiales milites putantes nil esse turpius in re militari quàm perdere arma, & equos in bello, & cum tali ignominia uiuere, memores qu od Populus Romanus noluit arma dare exercitui illi incluso, qui arma Samnitibus, & dedit ut euaderet ab angusto loco ubi erat reductus, & inclusus; & illum priuant honore militię.

23 ¶ Nam equi, & arma in bello deperdita, & inde recuperata non ueniunt de iure restituenda dominis suis l. secunda. & l. Postliminio. ff. de captiu. & postlim. reuer. & l. 3. §. Miles. ff. de re militari.

24 ¶Et si locata, aut comodata fuerunt arma, & equi militibus euntibus ad castra bellica, & in bello fuerint mortui equi, uel deperdita arma; illos, uel illa de iure repeti non possent à militibus prædictis per amorum, & equorum dominos per notata in capi. Si cui, el terzo, & ibi per Innoc. extra de locato & conducto, & cap. Sicut & ibi per Abb. de iure iuran. quia sic illa conduxit, uel comodo accepit ut iret ad bellum, uel pro illa belli, & illis non fuit usus nisi ad usum illum pro quo initus est contractus l. Item quæritur § Si quis seruum, & l. uidemus. ff. locato, & conducto, non .n. fines excessit contractus l. si ut certo. §. Interdum ff. comoda. & l. si quis domum, & l. fin. et Bar. ibi. ff. loca. per Bal. in. l. fin. C. de condit. insert. & per Bar. in l. 1. C. de re milit. Igitur uirtuosè fecerunt dicti Imperiales milites

tes in arcto inclusi, negando se uelle dimittere arma, & equos; memores historiæ filii Marcii Catonis Censorii sub Paulo Aemylio militantis in expeditione apud Leucum fluuium contra Perseum Regem Macedoniæ; Nam filius Catonis gladium suum noluit relinquere hostibus militibus Regis Persæi, ueritus ignominia procedente autem ipsius equo in effrenato, super quo ipse, erat in hostilem aciem prolapsus, ubi multam cædem fecerat; & redditus ad suos, & cum animaduertisset gladium suum exisse de uagina, uel in pugna è manu sua propter sudorem cecidisse, quibusdam uocatis amicis, impetū fecit in hostes ut ipsius gladium recuperaret, quem recuperauit repertum inter mortuorū cadauera, & pluribus receptis vulneribus ad suos fuit laudabiliter reuersus.

25 ¶ Turpissimum .n. est in exercitio militari arma perdere arma, nec illa alienare quoniā eque stri, & militari dignitate, & honore priuarētur milites: quos non oportet nudos, & inermes contendere, & gerere bella sed cum armis, & equis cap. Oportet 3. quest. 2. & cap. Frequens

26 de restitut. spolia. in lib. sex. ¶ Summunt audatiā armati milites, & non timent hostium uulnera eum sint ab armis proiecti. ¶ Inclusos nā

27 què Imperiales prædictos Venetorum Duces aggressi sunt multitudine sua longa ab omni parte fluente, & comisso prælio superati fuerunt à paucis in pigrè pugnantibus ex desperatione pro honore, & salute, & tunc Imperiales prædicti uendicarunt Cadoræam cædem suæ germaniæ gentis, & per ipsos capta Vicentia se posteà ad suos tutò contulerunt Veronam.

28 ¶ Et sanum est consilium non pugnare cum illis qui desperatè cupiunt mori in necessario bello, in quo sępe fortuna fauet oppressis; quos extollit, & reddit uictores illos qui pugnant ex desperatione; quia pro salute seruanda omnes sunt uires, artes, & uię experiendæ ferri, ignis in hostes; Iuxta illud Poetæ in decimo Aeneidos in personam Pallantis. Fidite nè pedibus, ferro rumpenda per hostes est uia, qua globus ille uirum densissimus urget, & in alio loco. Vna salus uictis, unam sperare salutem.

29 ¶ Et antequàm fiat expeditio, & manuū conseratio optimè est consulendum per Duces pro uictoria, & salute suorum ut docet Vegetius scribens de re militari, Scipionis sententia. Cum turpe sit posteà secuta ruina, dicere Non putaram: quia illicò pœna sequatur errorem incorrigibilem, & irreparabilem. Ideo cauendum est ab erroribus bellorum ubi non datur

30 emendatio. ¶ Tu te igitur in cūctis probè, cautè, & sapienter consule cum Dei sempertimore. Nobilissima Venetorum Ciuitas Regina Maris Adriatici, Italiæ decus & gloria, inter aquas diuinitus fundata, soror vrbis in Italia: & memor esto prætiorum temporum, considerando quoque præsentia, & futura tempora; exulando arte superbiam, quam odit Omnipotens Deus; si triste fatum uitare per optes: quoniam Stat sua cuique dies breue, & irreparabile tempus ut cantat Poeta: Nec desunt uires, artes, & stricta gemmata pnibus dolo, & uirtute bellica anuēte Deo ob peccata capi, & destrui posses. Nam Deus nouit mutare sententiam, si peccator nouerit se emendare cap. Ecclesia. 1. quest. 4. te hactenus seruauit, & seruat sancta Dei religio: quę dū uenerata fuit à Romanis, Romana uiguit & acreuit gloria, et postquàm ipsius defecit ueneratio, Romanum ruit, & defecit Imperium; cuius ritus optimè serues in præclara Republica tua, quæ est Italiæ ornata & gloriosa corona, cum in ipsa resideat illa prisca romana libertas, & antiquus Senatorius ordo, summis, fulgens uirtutibus; præstans refugium cunctis oppressis ad ipsam confugientibus pro libertate; vt ad Ecclesiam sanctam, & ad diuinum Oraculum in ea uigente claritate diuina cum Iustitia & firmum suum in aquis tenet fundamentum non hominis, sed Dei mè te factum, quod humanitas tollere non potest, sed Diuinitas quæ te fecit sine te, & non seruabit te, neq; te perdet sine te, ut sanctorum scri

31 pta, & Authoritas Euangelica docent. ¶ Quæro de casu si mare sit commune omnium iure naturali, & dico quòd sic. §. 1. insti. de rerum diuis. & licèt ibi dicatur mare esse commune; tamen est notādum quòd Inclytum Dominium Venetum iustè præscripsit gulphum, & iurisdictionem Maris Adriatici per tantum tempus, cuius initii memoria hominum non extat in contrarium Principe sciente, & non contradicente ut firmat Ioãnes de Platea, iunctis ibi glo sis in l. vsum aquæ, & in l. diligēter. C. de aquæ duct. lib. 11. & l. Hoc iure §. Ductus. ff. de aqua quotid. & æstiua; & per Bar. Bald. & Ang. in l. 2. ff. de aqua pluu. arcen. & l. si arbiter. ff. de pro bat. & per Innoc. & sequaces in cap. veniens, & in cap. Per nouale de verb. sign. & ibi per Ant. de But. & alios scribentes; & per Bar. & Doct.

32 in l. si publicanus, §. 2. ff de publicanis. ¶ Et talis præscriptio temporis cuius initij memoria hominum non extat in contrariū transit in priuilegium, & habet uim priuilegii, cap. Super

33 quibus §. Præterea de uerb. signif. ¶ Et cum bona fide præscribitur dicta uigente præscriptione secundum statuta utriusque iuris tam Pontificii, quàm Cæsaræi tener And. de Iser. in prælud. feud. quòd si quis fuerit in possessione, uel quasi non impediendo Imperio Romano.

34 ¶ Et steterit per tātum tempus cuius initii memoria hominum non extet in contrariū quòd præsumitur habere titulum ex tanta temporis diuturnitate, & non allegato titulo absque alia probatione

probatione incontrarium: quidam alii probè dicunt sufficere allegare titulum licet non probetur in hoc casu præscriptionis priuilegiatæ tanti temporis cuius initii memoria hominũ non extet in contrarium, & quòd iniustè belletur contra tales tutos præscriptione prædicta, cum talis præscriptio habeat uim tituli, & priuilegii; & pro titulo sit & priuilegio. ¶ Et
35 priuilegium est titulus habetur per Innoc. in cap. Si diligenti in glo. de præscription.
36 ¶ Et quòd præscriptio, & priuilegium Principis æquiparentur probat tex. in l. Hoc iure §. ductus ff. de aqua quotid. æstiu. & per And. de Iser. in l. Imperialẽ §. Præterea de prohib. feud. alien. per Feder. & l. In fraudem. C. de anno. & trib. lib. deci. Et cum Inclytum Dominiũ prædictum venetorum sit in quasi possessione suæ libertatis, quam præscripsit cõtra Maiestatem Imperii ut dicit Bar. in l. Hostes ff. de capt. & postlim reuer. & Ang. de Perusio in cons. 217. & Oldr. in consil. 70. vbi tenet Ducem Mediolani in terris suis habere plenitudinem potestatis, & posse in illis q̃ potest Imperator: & plus dicit Alber. de Rosa. in l. Cunctos populos C. de sum. trin. & fide cathol. se uidisse priuilegiũ libertatis, & exemptionum venetorum impressum sigillo aureo, & uerum dicit; quia ego dũ forem Venetiis unà cum patre meo Nicolao Ferretto, & Marco Antonio Sabellico literatis uiris, uidi mediante humanitate quorundam Nobilium venetorum Antonii Troni, & Thomæ Mucænici tunc procuratorum dicti Incliti Dominii uirorum Illustrium priuilegia plura meritoria dicto Dominio Veneto concessa per narios Romanos Pontifices, & Imperatores Catholicorum cum sigillis aureis; quibus ipsi veneto Dominio cõcedebatur libertas maris Adriatici, & suæ Venetæ vrbis: & sic titulo possident veneti iurisdictionem, & libertatem suam habetur per Bartol. in l. Neque C. de decurio. & fili. eorum lib. deci. & per Bald. in l. qui se patris. C. unde liber. & Alexã. in consil. pri. primi uolu. & in cõs. 215. & in cons. 208. & per And. de Iser. in cap. pri. de uassal. decrep. ætat. & in Constitu. Imperia. regni Siciliæ incipien. Ea quæ ad decus, & per Innoc. in cap. Nouit de iud. & tenet Bal in rubr. de iustit. & iur.
37 ¶ Venetos esse liberos, cum eorum Ciuitas sit fundata in mari, & idem teneat Iacobus Aluarotus in cap. pri. quis dicatur Dux, Comes, uel Marchio in usibus feudorum: & concludit gulphum venetorum esse in eorum dominio, & q̃ de iure possunt interdicere Ianuensibus, & aliis nè nauigent in gulpho suo maris Adriatici. l. Sanè. ff. de iniur. & per Ang. in cons. 289. incipien. Thema tale est: & tenet Bar. in l. iniuriarum. §. Si quis ff. de iniur. & l. si quisquàm. post glo. ibi ff. de diuers. temp. præscript. ¶ Venetos posse imponere nouas gabellas, pedagia, & passagia transeuntibus in mari, & gulpho suo Adriatico, & in terris venetiæ regionis cum mercibus; & derogatum est iuri comnni per contrarium usum l Colonus §. Nautem ff. locati, & per Ang. Aret. in §. pri. & in §. Flumina Inst. de rerum diuisio. & per Ias. in l. ex hoc iure ff. de iusti. & iur. & in l. Cũctos populos col. tert. C. de sum. trinit. & fide cathol. & per Bal. in
38 cap. Sicut de iureiurã. ¶ Vbi dicit quòd absq; priuilegio veneti sunt exempti ab Imperio ut dictum est; & ratio est quia ciuitas venetiarum non est in solo, sed in aquis fundata maria communissimo omnibus hominibus, & animantibus: de iure gentium & ciuili est statutũ quòd Ciuitates ædificatæ in mare comunissimo omnibus hominibus, & animantibus sunt eorũ qui eas edificant l. In rantùm ff. de rerum diuisio. Et hac ratione veneti qui ciuitatem suam venetiarum fundarunt in mari & non in solo alicuius iuridictionali meritò sunt exempti, liberi, & immunes ab Imperiali iurisdictione ut dicit Bal. in rubr. de rerũ diuis. & Iacob. Aluar. in capit. pri. quis dica Com. uel March. & per Bal. in l. Qui se patris C. unde liber. & Ioan. Bapt. Cazalup. in repet. l. Cunctos populos C. de sum. trinit. & fide cathol. Reperi in pluribus priuilegiis, & Concessionibus factis per Reges, & Imperatores Romanæ Ecclesiæ, Regionem venetiæ, & stagna venetorum usq; ad Padum in Adriatico esse inclusum, & inclusa sub exarchatu Rhauennæ, ut continetur in priuilegio Regis Pipini, & Caroli Magni Imperatoris sub Innocẽtio Tertio Ecclesiæ concessis: & hoc etiam firmat Ferdinandus Cordubensis in principio sui libri decimarum, & annatarum Romano Pontifici debitarum: quæ priuilegia oĩa transiuerunt in uim contractus: & sic fuerunt & sunt inreuocabilia: proptereà veneti ritè sine uitio possiderunt, & possident Ciuitatem suam venetiarum cum iurisdictione sui liberi populi, & Adriatici maris iuribus
39 præallegatis. ¶ Quæritur modo si Papa Catholicus habeat iurisdictionem generalem in terris Imperiis saltem habitu licet non exercitio. Dic quòd sic: quia Imperator etiam subest Papæ quo ad temporalia: & relaxatio illa locorũ facta ecclesiæ per Magnum Constantinum, & alios Reges, & Imperatores, seu recognitio proprietatis iuris, & fructuum libera dimissio, fuit etiam libera exercitii iurisdictionis cõ
40 ntentiosæ. ¶ Et Imperator est Dominus iurisdictionaliter totius orbis habitu licet non exercitio, cum non uibret ensem contentiosæ iurisdictionis in terris Ecclesiæ, & aliis Regnis libe
41 ris ab Imperio ¶ Et quia si ecclesia Romana non haberet priuilegia sua pro ut habet a Regibus, & Imperatoribus pluribus sui status Ecclesiastici,

clesiastici, non deesset sibi clipeus præscriptio nis tanti temporis cuius initii memoria homi num non esset in contrarium: quæ præscriptio pro titulo, & priuilegio de iure habetur ut superius dixi in præcedenti folio, & posset huius modi præscriptione Papa in terris Imperii præ scribere iurisdictionem: & Imperator in terris Ecclesiæ tenet Ioan. de Imol. post Bal. in l. secun. C. de seruitut. & aqua in pri. Cōstitut. Co dicis, & in l. Conuenticulam penul. colu. C. de
42 Episcop. & cler. ¶ Et quòd pro Ecclesia est generalis opinio præscripta apud omnes, quod hoc sufficeret ecclesiæ pro plena probatione si ne alio priuilegio: & si non sufficeret ista probatio nō posset probari quòd Cæsar fuisset Cæ sar habetur per Innoc. in cap. Cum causam de iuramen. calumn. & per Bald. in cōsil. Incipiē.
43 Imperator. ¶ Vbi dicit Imperium Ecclesię esse francum, & liberum ab Imperio absque ulla re cognitione habetur plenè per Ioan. Bapt. Cazalup. in Repetit. sua l. Cunctos populos col. 120. C. de sum. trinitate, & fide Catholica.

SVMMARIVM.

1 *Exercitus paruus & doctus, rectè potest pugnare cum maximo, sed indocto.*
2 *Occidentales parui in belli exercitio experti.*
3 *Exercitus aggrediendo hostes de nocte, sæpe uictorie prodest.*
4 *Qui hostem uilipendunt, & sua tueri negligūt inconsideratè pereunt, uel captiuantur.*
5 *Franciscus primus Rex Gallorum apud Papiam fusus, & captus, neque per hoc animū suum inuictissimum perdidit.*
6 *Exercitus quomodo, & quando augendus sit. Et quid si magna pecuniarum copia non adesset.*
7 *Agislaus Rex Lacedemonius in sardos auxit exercitum, emisso proclamate, ut omnes serui, qui liberi esse cupiebant ad ipsum ire deberent.*
8 *Romani cum parua suorum manu sæpe, (at apertorum,) superarunt multitudinem.*
9 *Sylla in Armenia contra Mitridatem, & in Græcia contra Archilaum parua gente superauit multitudinem.*
10 *Alexander Magnus cum quadraginta mil libus expertorum militum à patre suo Rege Philippo exercitatorum fuit Orbem terrarū aggressus, & multas uictorias habuit.*
11 *Darius congregauit exercitum. Bellisarii uxor, & liberi capti, & mortui fuerunt occupata Roma, & diruta à Tottila tunc Rege Gothorum.*
12 *Duces ob aduersa non debent animum perdere, sed animo debēt esse inuicti. exēplo Darii.*
13 *Epaminundas Thebanus cum 400. equitibus & 3600. militibus pedit. superauit Lacedemo niorū exercitum 23000. peditatus, & 1600. equitatus.*
14 *Græcorum quatuor millia expertorum militum in suffragium inclyti Regis Cyrri, Epaminunda Duce Thebano Arta Xersis. 100000. barbarorum gentis fugasse. ante quā pugna fieret. Quid de Cyrro contra Persas.*
15 *Xersem uexatū à tercentum Lacedemoniis apud Thermophilas, quos uix multitudine magna superauit, dixisse legitur, se multos homines habere, sed nullos uiros disciplina tenaces: & quomodo ipse cum eius multitudine apud salaminam uictus fuerit.*
16 *Annibal rupto Sempronio Consule apud Trebiā, fugauit & Romanos: occiso Flaminio eorum Consule, manu Ducarii equitis Annibalis. & multis occisis & captis, quos absque talea abire iussit.*
17 *Carthaginensium sexaginta millia cæsa fuisse legitur, & capta quindecim millia, & quadraginta militū exercitus Asdrubalis, qui in tali prælio interemptus fuit. cuius caput truncatum in Castra Annibalis fratris fuit proiectum.*
18 *Claudius non timuit cum parua suorum manu ex pertorum pugnare cum multitudine amica, & consumptrice Cereris, & Bacchi. Virtus, & exercitium paucorum superat uires multorum inertium.*
19 *Tristitia, ignauia, uitia, & errores afferunt nocumentum in omni bello.*
20 *Pelopidas Dux ueniens in Farsallum contra magnum Alexandrum, prudenter respondit Centurioni sibi dicenti Alexandrū uenisse cum maximis copiis, Plurium uictoriæ erit nobis erga suos.*
21 *Equitatus paucitas, et peditatus ut uideatur maior numero quam sint hostes, & quod hoc ignorent, consilium est.*
22 *Hostes si essent copiosiores, & expertiores, quib. nostri obsistere non possent consilium est.*
23 *Hostes reducantur in arcto, atque angusto loco, ubi omnes pugnare, & nostros circuire, & uniuerso bello hostire, & ledere ab omni parte non ualeant, & si fuerit certandum arte parabitur uictoria.*
24 *Exercitus paruus non debet pugnare cum multitudine in lato, & aperto loco, sed eam reducere debet in arcto loco.*
25 *Exercitus capta locorum superioritate per eius suffragio, et uisa aperta uictoria pugnare debet aliās non.*
26 *Scipio Aphricanus Carthaginenses fatigatos lō go bello in Hispania, non permisit illos expirare, sed in fugam uertit.*
27 *Exercitus qui habet contra se & Classem in mari, & in terra exercitum: prius faciat maritimam expeditionem. & debilior exercitus est regulariter*

regulariter primitus expugnandus exemplo Augusti, & Marci Antonij.

Virtus unita fortior est.

28 *Marii Imperatoris prudentia in prohibendo, Ambronos, Theutonos, qui duos exercitus habebant iungi Cimbris, suosq; arte reti nendo in Castris, et intra uallum probè mu nitū, illud defendēdo à barbarico exercitu.*

29 *Cattullo luctatio consule nō ualente cum suis occupare loca ne Cimbri transirēt in Italiā, dubitās suos diuidere ob hostium maximam multitudinem quid fecerit. & 30.*

31 *Marius post auditis Cattuli, et hostium gestis, ad Rhodanum accessit prohibendo transitū Cimbris, ex Gallia reuocato exercitu suo cō- sulari, & quid deinde fecerit.*

32 *Populi fortiores Romanorum tempore, qui in Italia fuerunt, qui sint.*

33 *Romani in acquirendo Italiam laborioso bello consumpserunt septingentos annos, & in reliquo postea Orbis tercentos annos.*

34 *Vicarius Summi Pontificis quam maximam habeat potestatem.*

35 *Princeps laicus: an possit spurios legitimare & adulterinos clericare uolentes, uel aspi- rantes ad dignitates Ecclesiasticas.*

36 *Papa regulariter in Diuinis & spiritualibus praest: Imperator uero in secularibus.*

AN SIT PASSIM PVGNANDVM cum paruo exercitu.

DOCTVS exercitus in re militari quantumq; paruus optimè instructus à prudente ductus Duce non dubitabit data occasione certare in necessario bello cōtra mul

1 titudinē indoctam: ut Dux Thebanorum Demarathes lacedæmonius aiebat; & se dumtaxat illam timere multitudinem expertam quæ du-

2 cta, & recta fuisset à prudente Duce. ¶ Occidē talis pauci experti in exercitio bellico orbem uniuersum terrarum aggressi sua uirtute domuerunt Orientales: qui sua indocta gaudent multitudine, quæ sæpe parit confusionem. Rex Pyrrus dicebat se uelle orbem totum aggredi eum quindecim millibus ex suis expertis militibus, & cū illis plures uictorias habuit: ars, uirtus, & exercitium solent præstare uictoriā l. Cōperimus. C. de proxim. sacr. scrin. lib. xii.

3 ¶ Aggrediendo animosè de nocte hostes sæpe uictoriæ prodest, ut fecit Leonida Rex Spartanorum, qui cum sexcentum uiris expertis inuasit exercitum Xersis Persarum Regis Sexcentorum millium hominum in obscura nocte, & apud Thermophylas irrupit suis primitus benè instructis, armatis, monitis, & hortatis; Inquiens, Se plus debere patriæ quàm propriæ uitæ; & se uelle magis mori cum gloria, quàm sub

4 peresse sine ea. ¶ Et uera est regula rei militaris quòd illi qui hostem uilipēdunt, & sua tueri negligunt inconsideratè perennt, uel captiuātur: nam hostibus innumerosis per sæpe nocet contemnentibus uirtutem paucorum expertorum militum in exercitu pro pugna insimul cō gregatorum sub experto, & à prudente Duce rectorum; ut tempore nostro contingit apud Papiam Inclito Regi Gallorum Francisco primo: qui ob nimium ipsius animum paucitatē non timuit militum Imperialium in re militari exercitatorum, tūc per ipsum obsessorum in dicta Papiensi urbe, suorum confisus multitudine; demum ob ipsis paucis facta irruptione in gallos, & fuso ipsius Regis agmine, effectus fuit captiuus, eiusdem uirtuti inuidente fortu-

5 na. ¶ Nec ob hoc animum suum inuictum perdidit Rex Franciscus, sed ut magnus Alexander iam captiuus effectus aduersus fortunam obtulit sua pectora fortia, sciens uirtutem perfici in aduersis, ut aurum perficitur in assiduis maleorum ictibus, & armatus uirtute animi sui inuicti ut Inclitus fuit Gilippus Dux Lacedæmoniorum pluries ruptus aduersa sibi inuidente fortuna, non animo tamen prosternatus spreuit illam comite prudentia: & ut Pœnus Annibal inter suos cæsos risit Rex Franciscus, sui cordis prudenter celādo dolorem; & se uirtute a captiuitate peregregiè liberauit: & post in re bellica gloriosa gesta fecit, & hostem for

6 tunam sibi quandoq; amicam reddidit. ¶ Cōsilium est in re militari hostium copias expertorum numero doctorum militum superare, non parcito auro augendo exercitum oportuno tempore; naualibus quandoq; præsidiis, aut arte cōuocatis ciuitatum primatibus cum equis, armis, & amicis suis, in aliquo certo loco, & deinde sibi probè imposito ut equitent cum suo Imperatore ad prælium, sibi grato dato Duce in re militari ualdè experto; uel aucta pecunia cuneata pretio emisso banno ut ita expendantur in exercitu; aut cautè facta ferrea pecunia proderit more Scytharum ad tollendum cupiditatem hostium prædarū, uel alio modo prouiso; quę in mentem docti Principis diuitis, & abundantis consiliis succurrere possit per dies in re militari proficua in casu quòd deficiant pecuniæ pro exercitu: & arte tali aucta pecunia stipendiabitur exercitus, & ipsius numerus augebitur, Scipionū exemplo, qui opera tali Carthaginem oppresserunt, ceperunt, & destruxerunt iussu Romani Senatus Consuli per ipsum magis accepto Censoris Catonis iudicio, quàm Nasicæ saniori cōsilio.

7 ¶ In Sardos auxit exercitum suum Rex Agesilaus Lacedemonius publico per Tibicinē emisso proclamate, ut omnes serui qui cupiunt esse liberi ire deberent ad ipsum uti consortu, & confœderati

confœderati;& ita suum accreuit exercitum amicis, & confœderatorum suorum suffragiis.
8 ¶Legitur Romanos orbis domitores pluries in Oriente, Occidenteq;, meridie, & Septentrione parua manu suorum expertorum militum superasse multitudinem, teste Crispo Salustio historicorũ Principe, iuxta illud, Primus Romana Crispus in historia.
9 ¶Et Sylla in Armenia contra Mithridatem, & in Græcia contra Archilaum parua manu Italicæ gẽtis multitudinem deuicit docet Publius; quòd si Italia usa fuerit prudẽtia sua, & experta uiribus suis, non debere timere omnes barbaros, quos bello pluriès attriuit.
10 ¶ Magnus Alexander cum quadraginta millibus expertorum militum à patre suo Rege philippo exercitatorũ fuit Orbem terrarum aggressus,& uictorias multas habuit, & hostium copias innumerabiles subegit uirtute sua: & in primo bello contra Darium Persarum Regem habentem exercitum sexcentorum millium, ipsum Darium cum exercitu suo fugauit,& indicto bello ex Alexandri militibus perierunt tantum centum & uiginti equites, & undecim pedites; & in secundo prælio eundem Darium cum trecẽtum millibus equitatus, & centum millibus peditatus Perticæ nationis superauit, quorum millia decem equitatus Darii perierunt, & quadraginta millia capta fuerunt; peditatus autem octuaginta millia cæsa fuerunt ex Macedonia: inter cæsos,& captos defecerunt tantùm cẽtum et quinquaginta equites,& centum & triginta pedites: & tunc mater, uxor, & soror cum duabus Darii filiabus captiuæ fuerunt ductæ Alexandro, quas ut aliàs dictum est, Alexander non aspexit uirtute
11 continentiæ suæ. ¶ Nec ob hoc stetit Darius quin alium congregaret exercitum ingentiorem; nec fecit ut Bellisarius qui per Isaacium eius prudentem Ducem in ciuitatem Portuensem non longè ab vrbe uxorem, & filios collocauit, Bellisarii ordine sibi dato ut intra mænia tutò manerent, & nè ad pugnam descenderent: & quòd ciuitatem rectè regerent Tottila tunc Rege Gothorum obsidente Romam: & filii Bellisarii post discessum Isaacii ipsius inobedientes præceptis descenderunt ad pugnam; ita quod capti,& mortui cum uxore Bellisarii fuerunt: & imprudenter Bellisarius ob talem sibi molestum casum, destituta Roma unà cũ præparatis ad defensionem ipsius vrbis discessit: quæ postea per Tottilam occupata, & diruta fuit.
12 ¶Sed Duces ob aduersa non habẽt perdere animum, sed esse debent animo inuicti, exemplo Darii, qui ter sibi inuidẽte fortuna nũquàm perdidit animum in bello. Et demũ Darius ingẽtiori experto marte superatus fuit ab Alexandro, qui illum priuauit imperio suo Orientali,& Asiatico;& Darium mortuum reperit Alexander uulneratum multis sagittis inter Cæsos iacere;& auribus auditur summa cũ uerecundia illorum qui pugnant imprudenter & sæpe capitosis auidi pugna obstat & illos opprimit fortuna, & contra hos per dies retia ten
13 dit insidiarum. ¶Propterea non est bellandum nisi necessitate ut dictum est premente, qua ductus Epaminũdas Thebanus cum quatuor millibus expertorum militum, inter quos erant equites Quatercentum, & reliqui pedites Lacedæmoniorum exercitum uiginti trium milliũ peditatus,& mille & sexcentum equitatus auidum pugnæ superauit, quem absorbere nitebã
14 tur auiditate nimia sua. ¶Et Græcorum quatuor millia expertorum militum in suffragiũ Incliti Regis Cyrri, Epaminunda Duce Thebano Arta Xersis millia centum barbarorum gentis fugasse legimus: antequàm pugna fieret legitur Cyrrus contra Persas cum quatuordecim millibus militum expertorum sustinuisse
15 omne pondus bellorum. ¶Legitur Xersem uexatum à trecentum Lacedæmoniis apud Thermophilas, quos uix maxima multitudine superauit, dixisse se multos homines habere, sed nullos uiros disciplina tenaces: & post ipse cũ multitudine sua ut alias dixi parua manu instructorum militum Duce Themistocle apud Salaminam experto nauali bello uictus permãsit, & sauciatus fugit una nauicula per densa
16 mortuorum cadauera propria. ¶Et Annibal rupto Sempronio Consule apud Trebiam auido pugnæ præ gloria nõ confisus de uarietate, & leuitate quorumdam Lombardiæ, ut aliàs, dixi, per Apenninum in Tusciã peruectus ab elephante mirè magnitudinis per agros Fesulanos, & Aretinos ad montes Rothonicæ apud Trasimenum meauit cum exercitu ubi cõtemplauit locum peroptans decipere hostes, partẽ sui equitatus locauit in arcta uia qua itur ad Trasimenum sub certis collibus, & post montes leuis armaturæ posuit arte, & ipse cum reliquo exercitus descendit in planum putando Consulem Flaminium natura furentem incogitatè incidere in laqueos, & insidias sibi præparatos,& ab ipso non præcogitatas, ut contigit illis qui incantè futura non præcogitant,& in præcipitem cadunt in periclis una cum suis sine sano rectis consilio, non aliter expectato alio Consule Collega suo, audita deprædatione agrorum amicorum moto exercitu uersus hostes de sero peruenit in arctis locis fugiente die apud Trasimenum, & ibi lassum exercitũ, fessum itinere longo; facto præcedẽti die firmanit nõ aliter ante missis exploratoribus pro ut tenebatur secũdum regulas militiæ; & summo mane meauit cum exercitu, & in insidias incidit lapso nemore, alba de mane surgẽte, & suis Annibal signum dedit,& ab omni parte fuit ad

hortus Flaminium inter lacum, & montes re-
trò, & per frontem, & per latera ordine milita
ri, Romanis existentibus inordinatis; & ita pu
gnantibus densa nebula sibi impediente uisûi
& ultra tres horas pugnatum impigrè fuit tem
pestate cadente cum maximo terræmotu certã
tes audita uoce in Martis furore Flaminiũ Cõ
sulem esse mortuum in conflictu manu Duca
rii equitis Annibalis: & tunc Romani fugie-
runt audita morte sui Consulis, spe illius amis
sa; & per montes, & lacum multi fuerunt occi-
si, quidecim millibus cæsis ex Romanis, & mil
libus decem sparsis in fuga per aspera, & uaria
loca, captiuis multis ex illis effectis: inter quos
erant Itali quàm plures, erga quos Annibal ar
te usus fuit liberalitate, & illos sine pretio seu
talea abire iussit ut nomen quereret humanita
tis, & munificentiæ contra naturam ipsius à te
neris auctam in bello, & absq; politica lege nu
tritam in crudelitate, & in proditionibus, frau
dibus, & insidiis: quibus utebatur in hostes, nõ
ualens illos aliter uincere; & tunc vrbs mœsta
fuit ut legimus audita morte Flaminii Consu
lis, & ipsius exercitus ruina; & Sempronii Con
sulum millibus quatuor equitatũ Seruilii Col
legæ Consulis tempore iam dictæ factæ expedi
tionis in auxilium ab vrbe missis, Flaminio nõ
habito adhuc nouo sinistri casus euenti: suorũ
post audito casu in vmbriam peruenti, fuerunt
circuiti, & capti ab exercitu Annibalis: ad quẽ
captiui ducti fuerunt, Quinto Fabio maximo
post in vrbe creato Dictatore Romanorũ pru
dentissimo uiro; qui ferocitatem, & insidias
Annibalis posteà sua uirtute correxit; & Anni
bal vmbriæ campos uastauit non ualens cape-
re Spoletum, experto per ipsum pluriès bello,
& per Picenos, Marsos, & Pelignos iuit in A-
puliam: quem Fabius Dictator fuit insecutus,
accepto secum exercitu Consulari Seruilii Cõ
sulis, additis illis duabus legionibus, & uterq;
exercitus fuit castrametatus apud Arpinam,
& pluriès Annibal per deuastationem agrorũ
fuit expertus, & aliis uariis insidiis decipere Fa
bium, cuius prudentia cunctando, & non curã
do rumores pro salute restituit rem patriæ suæ
Romæ inuito Pęnorum Duce; qui dicebat Fa
bium fore doctum, & bellorum magistrum cũ
regula sit militiæ in ea prodesse prudentiam,
17 & nocere imprudentiam, & temeritatem. ¶ Le
gitur apud Metaurum fluuium Consule Duce
Claudio Nerone in agro Piceno sexaginta mil
lia cæsa fuisse Carthaginensium, & capta quin
decim millia & quadraginta militum exerci-
tus Asdrubalis, qui & ipse in tali prelio interẽ
ptus fuit, & inde caput eius trũcatum in castra
fratris Annibalis, ut aliàs, dixi, fuisse proiectũ
à Caio Claudio Consule legimus; locum uidi
ego propriis oculis ubi dicta clades facta fuit,
& ibi est mons qui etiam hodie dicitur mons
Neronis, & alius mons est qui dicitur mons As
drubalis propè oppidum Fori Meniani modò
Firmianum nuncupatum; mons est alius ibi q
nuncupatur Index propè Forum Menianum
uersus Apenninum: qui mons supereminet Me
taurum, in cuius uertice cernitur sepulchrum
Asdrubalis; & dictus mons Indicis ita dictus
quia indicat cladem ibi fuisse factam: estq; lo
cus inter Senogalliam, & Forum Sempronium
ubi amnis Sena discurrit, & ibi Liuius Salina-
tor Collega Claudii Neronis castramentaba-
tur prope Turrim quæ dicitur Mirabello, &
prope planum Marottę, dictum corruptis no-
minibus locorum; nã Mirabello dici uult cer-
ne bellum, & ubi dicitur Marotta dici uult ma
la rupta, & ita puto quòd dicebantur antiqui-
tus, & est prope castrum Montis belli ubi sunt
altissimæ ripæ Metauri: uid. frenum Aphrum
oricalchi integrum, & deauratum in loco præ
dicto repertum, mihi per amicum ostensum,
nuncupatum Federicum Cloarium doctorem
egregium de Tiferno metaurense nunc dicto
18 sãcto Angelo in uado. ¶ Nec Claudius timuit
parua manu suorum expertorum pugnare cũ
multitudine amica, & consumptrice Cereris,
& Bacchi. Et sæpe nocet multitudini cõtemne
re paucitatem expertorum militum: quoniam
ars, uirtus, & exercitium paucorum in militia
doctorum superat uires multorum inertium.
Et uirtus prodest paucorum in cœlesti, & secu
lari militia per paucos Deo gratos orantes in
militanti ecclesia seruatur anima, & melius est
habere paucos bonos ministros in ecclesia Dei
qui militent in cœlesti militia, & Deo fideliter
seruiant, quàm multos indignos, & Deo pla-
cuit munus Abel, & noluit acceptare munera
Caym: quia Abel erat bonæ & puræ mentis, &
Caym malæ mentis; & fratricidium tenebat in
corde Deo notum, qui est præscrutator cor
dium hominũ, & per paucos dignos, & exper-
tos milites in bello seculari sæpe uita seruatur
reliquorum exercitus cap. Tale uiges. tert. di
19 stin. ¶ Multorum nanq; tristitia, ignauia, uitia,
& errores afferunt nocumentum in omni bel
lo, & arte. Lutius Sylla habuit urbem Prænestĩ
norum in deditionem, ostensis sibi duobus ca
pitibus Ducum suorũ, & idem fecit Armenius
Dux Germaniæ, qui hostium uallum habuit
affixis capitibus in Lanceis ante uallum occi
20 sorum Ducum. ¶ Et Inclitus Dux Pelopidas
ueniens in Farsallum contra magnum Alexan
drum prudenter respondit Centurioni sibi di
centi Alexandrum uenisse cum maximis co-
piis, plurium uictoriæ erit nobis erga suos in
quit Pelopidas, & ita suos animauit. Et tempo
re nostro M. D. Viiij. Patauinos electos inex-
pertos numero longo uulgò Cernidas nuncu-
patos,

patos,pauci docti in militia confœderatorum ecclesiæ Romanæ superarunt in Giaradada Lōbardiæ Duce Rege Gallorum Ludouico in mi
22 litia experto. ¶ Et ut paucitas equitatus, & peditatus uideatur maior numero quàm sint hostes,& quòd hoc ignorent, cōsilium erit custodire diligenter uias, loca, & passus insidorum hostium,nè sciant secreta nostrorum fidelium, & callidè ordinetur ut famuli sint galeati super equis cum lanceis ab aliqua tuta parte facto globo fortissimorum militū acie probe instructa,& ordinata; & arte tali hostes decipientur credētes catholicos habere plus equitatus quàm psi,uel quòd nouum illis uenerit auxilium.
23 ¶ Et si contingerit hostes habere copias maximas militum expertorum, & uires maiores quàm nostri qui obsistere illis non possint,Cōsilium erit reducere nostros ad urbes,uel in aliquo tuto loco ubi augeri, & refici possint,uel ad maritimas partes ubi nauali pręsidio,& multitudine augeantur, & ualeant resistere æquo
24 campo si pugnare oportuisset in hostes. ¶ Et optimum erit reducere in arcto, & angusto loco hostium multitudinē ubi omnes pugnare, & nostros circuire, & uniuerso bello hostire & ledere ab omni parte non ualeant:& si fuerit certandum arte parabitur uictoria, exemplo Themistoclis optimi Ducis, quo armis maiorem nō peperit Græcia,& hoc Rex Persas Xerses probauit testimonio cum suo innumeroso exercitu prisco in angustiis reducto: qui uictus arte fuit à præclara uirtute Themistoclis. ¶ Et utile erit paruo exercitui experto non pugnare cum docta multitudine in aperto,& lato cāpo, sed illa arte reducta in arcto loco, necessario bello pugnabit; & sibi tunc auxilium erit loci natura pro munime uictoriæ suæ: uel diu noctuq; curare cum expeditis militibus suis car-
25 pere aliquos de hostium multitudine. ¶ Capta semper locorū superioritate pro suffragio suorum,& uisa aperta uictoria, & necessitate dumtaxat urgente certabit exemplo Aemylii, Lutii & Aphranii facto fortissimo cuneo hostiū Imperator petatur si prudens fuerit: nam illo capto,uel interfecto superabitur multitudo facilius sine Capitis,Cæsaris exemplo, qui audita Marcelli absentia, & hostilem exercitum apud Rubiconem stellæ nunc Cæsenæ nuncupatæ, & urbis Arimini castramentari, erga suos inquit,existens Rhauennæ, Eamus ad exercitum sine Duce,quem breui superauit, inquiens,Ea
26 mus modò ad Ducē sine exercitu. ¶ Et Scipio Aphricanus postcà dictus nè hostes Carthaginenses longo bello fatigati in Hispania pluries experto bello non permisit illos expirare, donec in fugam uertit illos, quorum multos occidit apud Besula fluuium,& anno decimo quarto belli Punici uicta fuit Hyspania cum Aphrica tota Duce Scipione. Et inde mortuo Pompæo, & Cæsare, rebellis fuit effecta Romanis Aphrica: quam Octauianus posteà Augustus
27 domuit, & reduxit in formam prouintiæ. ¶ Et si contingerit classem in mari, & in terram habere exercitum unum, uel plures inimicos;maritima est prius facienda expeditio, Augusti, & Marci Antonii exemplo, & debilior exercitus est regulariter primitus expugnandus: & anxiè curandum nè plures hostium exercitus insimul iungantur,ut aliàs superius dixi, Iuxta illud Poetæ,

Nè castris iungant certa est sententia Turni:

quoniam fortior est uirtus unita, ut uir prudentissimus Silurus, & Rex Tarquinius superbus docuere proprios filios. M. Fimbria perceleriter rupit Mithridatem in terra, & illum posuit in fugam nè se iungeret cum præsidio nauali, & callide curauit Mithridates se reduci in aliquo portu qui occupari non posset ab hoste in terra manente, & se reduxit in Pithaneum relicto pergamo, dubitans nè iterum expediret in terra cum Fimbria armis experto, & audace ob uictoriam primò ab eo habitam, & acretam audatiam Romanis militibus se reduxit ad classem suam, cupiens magis nauali prælio experiri quàm iterum pugnare in terra cum Fimbria indigente nau.gio; & si tunc Lucullus Syllæ legatus à Fimbria uocatus uenisset cum Classe contra Mithridatem bello Rex superatus quippè & captus fuisset in terra, & aqua; quòd facere neglexit Lucullus propter Syllam, cuius iussu bellum gerebat, & nè Fimbria foret particeps honoris, & gloriæ proptereà Regem per aquam euadere permisit, relicto Fimbria in derisione barbaro-
28 rum. ¶ Marius prudentissimus Imperator prohibuit Ambronos, theutonos qui duos exercitus habebant iungi cum Cimbris, & suos arte retinuit in castris,& intra uallum probè munitum,& illud optimè defendit ab exercitu barbarico: qui illud pluries furibundè euasit; & tam magnus erat dictus exercitus barbaricus quod ut legimus per sex dies transiuit ante uallum Marianum, & barbari deridentes Romanos dicebant si Romani milites uolebant mittere literas eorum uxoribus quòd ipsi illas afferent; et postquàm barbari transiuerunt, Marius e' uallo suum eduxit exercitum in acie, & insecutus fuit hostes cum aliqui rixa, & propè illos castramentabatur animosè eapiendo semper fortiora loca, & illa uallo, & foueis circundando tuta reddebat, ut in nocte quiescere securè ualeret exercitus, et ul

tra barbaros incesſit apud aquam ſextilem nuncupatam non longè ab alpibus, ibi ordinatis copiis in acie pro pugna capto forti loco pro caſtro arte uallato, & beue munito; excepto quòd indigebant aqua Romani, quibus hoc moleſtum erat,& illis Marius manu oſtendit aquam per hoſtes poſſeſſam,& per ipſos Romanos uendicanda, pro qua dubitantes de pugna ſi hoſtes niterentur illam impedire ſeruis Romanorum accedentibus ad ferendum aquam, & cum hoſtes ſeruis conarentur prohibere nè acciperent aquam ſerui contra ipſos irruerunt, & barbaros in fugam uerterunt,hoc audito rumore per Marianos milites dubitantes perdere ſeruos ſnos,illis fuit occurſum per dominos, & ita fœliciter & impiprè pugnatum extitit, quòd hoſtes fugientes pro parte occiderunt, & partem captiuarunt, & per alpes fuſos adhorti ſunt Ambranos triginta millium barbareæ gentis prope aquam fluuialẽ in qua multi reſtricti cadẽtes in amnẽ ſuffucati fuerunt,nec animus fuit barbaris qui tranſiuerant flumen reddire ad pugnam pro ſuffragio ſuorum Romanis cedentibus illos, & inſequentibus fugientes ad currus,& ad caſtra ſua metata;& barbaræ mulieres ſe obuiam obtulerunt armis ſuis fugientibus & illos uulnerabant,& occidebant proditores uocantes, & contra Romanos pugnabant, & arma e' manibus quorumdam ex illis trahebant, & illa in proprium corpus nudum ponebant,& accipiebant uulnera, & trucidabantur per Romanos certantes;& tali ſecuta Romanorum uictoria, iusſit Marius ſuos tota nocte ſtare in armis audientes minas, & horrida ſuſpiria reliquarum hoſtium uagantium per alpes, & nemora dubitantes aggredi in illa nocte ab illis, quia caſtra non habebãt tunc Romani uallata fosſis, & tota nocte uigiles in armis ſteterunt Romulæi, & barbari qui ſequenti die nullum fecerunt impetum contra Romanos, & Marius illis præparanit inſidias, & contra Theutonos miſſo Claudio Marcello cum tribus millibus equitatus ordine ſibi dato quòd dum Marius pugnaret, hoſtes feriret in tergus, & ſuis refectis ſomno, & cibo de mane illos eduxit ordinatos in acie, & primitus miſſo equltatu in plano hoſtiuit hoſtes qui ſe illico reduxerunt ad alpes formidantes equo Marte pugnare, & Marius iusſit ſuos uirtuoſiores inſequi barbaros qui cum ſcutis ſe tuebautur oppoſitis ſcutis contra ſcutos, corpus pugnantium manens intrepidum; & Claudius Marcellus ex alto impetum fecit in ipſos hoſtes, quos coegit deſcẽdere in plannm, & illos ab omni parte Romani fuerunt adhorti, & barbari fugerunt inordinatis ordinibus non ualentes reſiſtere viribus Romanorum,& Marius uictor permanſit & triumphator,millibus decem hoſtium cæ
29 ſis,& uiginti millibus captis.¶ Et non ualente
Cattulo luctatio Cõſule cũ ſuis occupare loca
nè Cymbri tranſirẽt in Italiam, dubitans ſuos
diuidere ob hoſtium maximam multitudinẽ
quæ per alpes, & niues eo; inuito uenerant ad
Fluuium Attiſonem, ubi uallum ſuum firmauerat Conſul fosſis benè munitum per Cym
bros occupatis mõtibus, & barbari ſub ſcutis
largis corpora ſua ponebant,& ſuper niues cũ
capite de ſubtus deſcendentes uſque ad pedes
montium,& ſupra flumẽ caſtra ſua poſuerũt,
operam dantes tranſire amnem arboribus, &
rupibus inciſis, & ſcalis arte factis; ita quòd
Romani formidabant, & uallum deſerere inci
30 piebant.¶ Et nè hoc Romanę uirtuti imputaretur, Cattulus uexillum accepit, & ante ſuos
ſe poſuit,Inquiens,Me mei ſequimini Conmilitones,nolens ſibi magis, quàm exercitui uerecundiam attribui, & nè uiderentur Romani
fugere,ſed ſuum Ducem ſequi, & tunc hoſtes
tranſierunt flumẽ, & caſtrũ romanorũ occupa
runt,& illos qui ibi erant remiſerũt ad ſuos cũ
literis ſignatis cuneo Tauri laudantes Romanos quia multa glorioſa ſecerunt propria ſua,
& Tauri figura monetas cum cuneatas habebant Cymbri quòd prouintias Galliç,& Italię
31 derobarunt.¶ Et per Marium poſt auditis Cat
tuli, & boſtium geſtis accesſit ad Rhodanum
probibendo tranſitum Cymbris, ex Gallia reuocato exercitn ſuo Conſulari, & barbari dimorabuntur ut Theutoni ſe iungerent cum ip
ſis, forte ignorantes cladem eorum, uel certi
de ea prohibebant fieri uerbum de tali nouo ſi
bi moleſto in exercitu, misſis oratoribus ad
Marinm, ut multas ciuitates cõcederet Romani Imperii ipſis pro eorũ habitaculis, & patrũ
ſuorum Theutonum ad hoc ridentibus Roma
nis,& Marius reſpõdit illis ipſos reddire ad eo
rum patriam ut fratres ſnos Theutones ſore
modò ſepultos in humo Romanorum, & aliò
non indigere habitaculo, & Cymbrii Oratores eleuati ſuperbia Marium ininrabant,qui il
lis reſpondit ſe tenere Reges fratrum ſuorum
theutonnm captos,& ligatos; & illos ibi addu
ci mandauit, & illicò adducti fuerunt ligati
qui capti fuerant in fuga ſuper Sicianis mon
tibus, & Cybri contra Marium, & ipſius uallum acceſſere furibundi à quo repulſi Marii
uirtute, & ſuorum militum uiribus fuerunt,
& dũ Marius fuiſſet uocatus ad bellum à Brio
riſſa Rege Cymbrorum illi reſpondiſſe Marium legimus, Non eſſe ſolitos Romanos
accipere Conſiliũ ab inimicis ſuis. Et pro ter
tio die apud vercellũ expectabat illũ in acie,
& ſtatuta die pugnæ ordinatis per Marium

aciebus

aciebus suis triginta duorũ millium cum Ca-
tulo Collega suo habente uiginti millia bella
torum cum tercẽtum aliis militibus,in medio
collocato Romanorum robore suo;& Marius
in cornibus magnis probè ordinatis, & ex ad-
uerso hostes suum pediiatũ diuiserũt in partes
duas, quarũ altera cũ silẽtio stabat ad defensiõ
nem,& aliam ad frontem collocauerunt Ro-
manorum,& latus omnis circa triginta stadia
capiebat cũ equitatu quindecim milliũ arma
torum fulgentibus armis cum lanceis duorum
cuspidum,& ensibus longis, & grauibus in si-
nistro cornu arte reductis,ut romanos circui-
rent longitudine ordinis acierum,uẽto,& pul
uere,sole,& armorũ splendore suffragantibus
Romanis,hostiũ occupato uallo caligine pul-
ueris,Catulo pertinaciter pugnante cũ suis cõ
tra Cymbros sudore repletos,& lassatos solsti
tio per tres dies ante calen das Augusti;et cum
scutis uultum suum obtu rantes propter ca-
lorem sibi ualde nociuum , & solis splendo-
rem cũ assueti fuerint in umbrosis, & frigidis
locis habitare ; & propter puluerem Cymbri
suos non uidebant, & impetuosè currebant in
hostes probè ordinatos, & sine timore in ho-
stium uires incidebant circũuenti, à sudore la
psi, & rupti à calore demũ à Rom.sine sudore
bellantibus uicti permãserũt,& fugiẽtes Cym
bri ad currus,& ad castra sua , & ab uxoribus
propriis trucidabantur, & matres iugulabant
proprios filios paruulos sub curribus , & se
barbari utriusq; sexus occidebantur propriis
manibus, nè in potestatem uenirent romano-
rum,& semetipsas per bestias stimulatas per-
debant magna eorum secuta cæde cum spoliis
maximis, & captiuorum copiis innumerosis :
& ambo Consules pro uictoria triumpharunt
32 in urbe . ¶Quatuor Populi fuerunt in Italia
Romanorum tempore fortes ferocissimi bel-
lacissimiq;,& martiales præter Romanos ; Sa
mnites,Vmbri, Aethrusci, & Galli Traspada
ni,& Cisalpini;nam à Rubicone ultra usq; ad
Padum erat Gallia Cesalpina, & à Pado ultra
usq; ad Alpes tenebat Gallia Traspadana; ul-
tra uerò montes ubi est moderna Gallia quæ
Brachata dicitur Aquitania , & Comata cum
Belgis,Athrabatibus,& Celtiberibus in pluri
bus diuisa Prouintiis,& Regnis barbareis po-
pulata iacet extra Italiam Prouintiarum , &
Orbis Reginá, ut doctus scribit Cæsar in Co-
mentariis suis , Galliam illam esse diui sam
in tres partes : quarum unam incolunt Bel-
gæ bellaces,& fortes, secundam Aquitani , &
tertiã Celtæ diuisas per uaria flumina , & hos
33 Eluetii marte præcedunt. ¶Legitur, Roma-
nos in acquirendo Italiam duro semper, & la
borioso bello diu,noctuq;, & omni ab ipsis
exulata pigritia consumpsisse septingentos an
nos,& in reliquo posteà Orbis tercentos an-
nos , & sic per mille annos dominati fuerunt
Rom.qui sua uirtute armorũ ui orbẽ Martis
superbia adhorti subiugarunt, & gloriosè Im
perii sedem uniuersi orbis in Romulæa vrbe
sua collocarunt: quá posteà sine exercitu per-
diderunt diuina uirtute unius Petri Fabri filii
armati charitate,humilitate,& iustitia; forti-
tudine,pacientia, & fide:pro qua orauit Do-
minus nè deficeret unquàm . Fluctuabit naui
cula Petri,sed unquàm peribit cap. Aduersi-
34 tas.7.quest.1.¶Papæ Catholici CHRISTI
Vicarii est maxima potestas: nam omnes ipse
iudicat de mundo, & ipse à nemine põt de mũ
do iudicari habet per Lucã de Pen. in l.Mulie
res.C.de Incol. lib. deci. ut gratia Dei latius
dixi in alio libro , dicato Inuictissimo Domi
no meo CAROLO QVINTO Austriaco
35 Imperatori. ¶Quæro de legitimatione spu-
riorum , & adulterinorum clericare uolentiũ
& aspirantium ad dignitates ecclesiasticas, an
ipsi possint legitimari per Principem laicũ ;
conclusiuè Dic quod non,cum debeant legi-
timari per Apostolicum Principem cap. Per
uenerabilem qui filiis sint legi.Nam secularis
Princeps potest tantùm legitimare ad secula
res dignitates illos qui paciuntur defectibus
natalium cap.Lege, & ibi glo. deci.distinct.
39 ¶ Papa regulariter præest in diuinis, & in spi
ritualibus ; & Imperator in secularibus au-
then. quom. oportet. Episco.in princi; & per
And.de Iser.in tit.si de feud. defunc.milit.con
trouer.fuerit cap.Naturales col.secund.in usi
bus feudorum.

SVMMARIVM.

1 *EXercitum ponere in discrimen fortunę nul*
la urgente necessitate temerarium est.
Asdrubal gener Amilchatis fratris Annibalis
cecidit in expugnatione murorum Panormita-
norum.
De fide data & non obseruata per Gallos Rha-
uennatibus in expugnatione Rhauennæ patriæ
Authoris in M.D.XII.
2 *Alexander Magnus uituperatur,quia sub fide*
quosdam fortes uiros occidit.
De Cæsaris uiolata fide Germanis.
4 *Hostis reconciliati non est confidendum , & ibi*
habes exemplum de Philippo patre magni A-
lexandri.
Gloria nulla maior est quàm seruare fidem.
5 *Scipionis Aphricani, & aliorum Romanorum*
laudes.
6 *Infidelitas commissa in Baronem tanti est effe-*
ctus,quanti commissa in Regem.
7 *Catholici an captiuari possint.*
8 *Anthigonus Rex Macedonum in agro obses-*

fus à Rege Spartanorum Cleomena Latani co, prouocatus ad pugnam noluit exercitum suũ ponere in discrimẽ fortunæ, quamuis Argiui nellẽt ad bellũ exire, sed sua prudentia Cleomenem uicit.

9 *Obsidendorum locorum consilium. Vrbes depradari non debent nẽ populi trucidentur ut exercitus beniuoli sint.*

10 *Deprædatio non est permittenda ut exercitus facilè dissoluantur.*

11 *Bellorum Duces auaritiam uitare tenentur, et odio habere uitia, & sibi primitus imperare si alios intendunt rectè regere.*

Cæsar Augustus Germanicus nũcupatus, qua re tale nomen sibi uendicauit.

12 *Hyspania Romanæ ditioni uoluntariè se dedit, quia Scipio Aphricanus Iuuenem Hispanam eximiæ formæ captiuam sibi dictam non aspexit, sed sponso Alcioni intactam reddidit.*

13 *Idem fecit Alexander Magnus de filiabus Darii, & de quadam pulcherrima captiua uxore Luchri Principis Celtiberorum quam non aspexit, & sponso suo restituit intactã: & benefitio tali regna plura sine bello quæsiuit.*

14 *Scipio patrem, & patruum Scipiones pro magistris habuit. Et Alexander Magnus Aristotelem, & præter Aristotilem Lysimacũ, & Leonidam expertos Duces in disciplina militari.*

15 *Alcibiades Socratem in magistrum suum.*

Annibalis filii Amilcharis uirtutes, & mores, ac qui sui magistri fuerint explicantur.

16 *Themistocles Atticus Imperator à quibus magistris fuit doctus.*

Dionem Syracusanum docuit Plato Philosophus.

17 *Literarum scientia, qui Imperatores in re militari claruerint.*

Alexandri Magni mirabilis responsio facta Philippo patri dum foret in Olympia interpellanti si cum ludentibus pueris currere intendebat.

18 *Principes tenentur pro filiis suis magistros habere.*

19 *Principes literarum ignari semper uiros eminentissimæ scientiæ penes se pro consilio habere debent, exemplo Mithridatis Regis Ponti.*

20 *Populi tales sunt, quales sunt Principes sui. Populi gloriosi sunt, qui prudentes Principes habent.*

21 *Fortuna nec casus uiolat disciplina, quam non auferet calumnia, nec morbus corrumpit.*

Captiui quomodo à Ducibus belli sunt pretractandi.

22 *Populi, & exercitus qualiter à Princibus debeant ad beniuolentiam induci.*

23 *Tyberii uita, & laudabilia gesta.*

24 *Scipio iussu Senatus lacrimando cõcremauit Carthaginem, hac pro hostibus in bello cæsis plorauit, illosq; sepeliuit, & quàm uis pius esset propter inuidiam à patria exul factus fuit.*

25 *Qui imperatores odio in exilio extra patriam mortui sunt.*

Cæsar à multis Senatoribus, & Pompæo inuidia persecutus nè triumpharet, illos in Campis Farsalicis interemit; & amicos, ac familiares Põpæi in Alexandria post bellum uagãtes liberaliter dimisit cum oblationibus multis. & num. 26. & 27.

28 *Crudelitas in re bellica est fugienda, et ibi habes exempla.*

29 *Loca obsessa melius est per deditionem, uel alio modo sine bello habere, quàm illa bellare, & cum periculo capere.*

30. *Cato sua prudentia Vticenses defendit à Scipione Metello uolente illos funditus cum ciuitate destruere.*

31 *Octauianus de crudelitate damnatur.*

32 *Principes laudantur, quos sapientia regit, & illustrat.*

Iustè regere, & iustè pugnare debent Principes nè nomen summant Tyranni.

33 *Populi superbi quomodo à Principibus domari debent.*

34 *Crudelitate uti, & rumpere fidem nihil est deterius.*

Crudelis rarò bona morte perit.

Therodami alẽtis leones humano sãguine mors.

De fide Pœnorum rupta Romanis.

35 *De auaritia Lucullanorum militum conquerentium de suo Imperatore, quòd multas ciuitates reconcilianerat, & nullam per uim eis dederat in prædam.*

36 *Dux belli magis confidens in equitatu quàm peditatu quomodo se debeat accomodare.*

37 *Duces exercituum qualiter habeant conseruare milites suos, & acies suas ordinare. num. 38.*

38 *Marius Arpinas pugnaturus contra Cymbros, & Theutonos qua arte illos deleuit.*

39 *Ingenium quandoq; plus ualet in re militari quã uires.*

Lucullus tempore domuit Reges Mithridatem, & Tigranum sibi etiã arte sublatis alimentis.

40 *Bellorum Reges tenentur curare nè res, & loca concremantur, sed ea magis donare debent amicis, & beuemeritis suis.*

41 *Incendiarius est uenia dignus si cessante bello occurrat incendium fortuitum, & causale: & si ex uegligentia accidat, est castigandus.*

Si uero data opera grauius est puniendus & num. 42.

43 *Incendiarius ob prædam, uel inimicitiam uiuus est comburendus.*

DE

De non ponendo exercitum in discrimen fortunæ.

1 **T** Temerariū quippè est ponere
exercitū in discrimen fortunæ
nulla urgēte necessitate ī expu
gnatione murorū Pannrmita-
norum cecidit olim Asdrubal
gener Amicharis fratris Anni
balis. Et tpe nostro 1512. in expugnatione Ra
uēnæ patriæ meę à gallis obsessæ, & ab expertis
defēsę uiris: multi animosi, & fortissimi duces,
& milites uariæ nationis Frācorū Regis exerci
tus perierūt ī planitie, & post aperto cāpo secu
ta clade exercitus Ro. Pont. Iul. II. hoste super
stite Gallo uictore, recōciliato hoste cū Rauē
natū Ducib. sibi data fide de discedēdo ab agro
Rauēnæ pstita sibi data alimonia, quia indige
bāt ualdè valdè Galli, & illa postmodū recepta
sub spe amicitiæ paulatim paulati ut amici ad
uidendū Antiquā Rauēnæ urbē p diruta męnia
ab instrīs bellicis intrarūt Rauennā ipsius duci
bus paciētibus ob fidē sibi datā, populo tūc in
ecclesiia congregato pro sumēdo sacratissimæ
Eucharistiæ sacramentū, & inerme ibi existēte
ob fidē sibi ut supra pmissā, & datā à gallorū
Ducibus; pp quā nō curarunt aliter sumere ar
ma, neq; hostire gallos recōciliatos amicos, de
quibus non erat confidendū iuxtà ilud Poetæ.
Nulla fides, pietasque uiris castra sequuntur;
secunda die Paschatis dominicæ resurrectionis
12. April. dicti Anni 1512. Ordine facto co-
piarū & dato signo, reliqui gallorū exercitus
fuerūt ingressi Rauennā, & illā impiè deprædа
rūt, sparso, & captiuato populo tribus millib.
ex eo passim īteremptis prophanatisq; tēplis,
nec parcito Christo; sed indignati galli prædi-
cta cōmiserunt ob ultionē mortis pluriū nobi
liū Ducū suorū nō obscuri noīs in re militari,
2 qui in expeditione ceciderūt. ¶ Vituperatur ge
stum Alex. Magni, qui sub fide quosdam fortes
uiros occidit, quoniā in expugnatione cuiusdā
urbis, ad cuius custodiā fuerunt deputati dicti
fortes uiri, occiderant multos ex Alexandri: &
proptereà illos tunc sine pudore perdidit Alex.
superatus ab ira, īmemor militaris gloriæ im-
3 mortalis, & honoris ęterni ¶ Et dū Cęsar mil
lia tercentū Germanorū occidisset, qa ipsi vio
lauerant fidē, & terminos excesserant deprædā
tes Galliā; proposuit Cato in Senatu Cæsarem
violasse fidē Germanis, & ipsum fore dandū in
posse hostiū ut ira Dei purgaretur ob uiolatā
fidē, quod Populo Ro. nō placuit, sed p hono-
re talis uictoriæ præces præposuit Deo per 15.
4 dies. ¶ Consilium est utile in re bellica nō per-
mittere q hostes reconciliati, uel aliter effecti
amici intrent urbes, & turres fortes, & arces nū
tias cum gente lōge maiore quàm sint habitā-
tes in locis prædictis pro custodia, nè pp cō-
modū, & lucrū fides sibi rūpatur, ut spe amici-
tię iā fecit rex Philippus pater magni Alexādri
in Græcia uocatus ab urbe quadam pro suffra
gio suo, & illū post cepit, & in seruitutē po-
suit; quòd de hoste recōciliato nō sit cōfidēdū
habetur in sacra litera, & per Bal. in authen. Si
dicatur. C. de test. & Abb. in ca. Repellātur. de
appellat. Cōmoditas furādi multos fures facit,
& sæpe fidelibus amicis, & seruis infidos red-
dit ca. Alieni. 3. quest. 4. & pro tali delicto po-
steà perpetua uiuūt infamia, et nulla maior est
5 gloria quam seruare fidē. ¶ Et si tēpore nostro
esset unus Scipio Aphricanus, unus Camillus,
uel Fabritius, unus Regulus, uel Marcus Scau
rus cum uno fido obediente exercitu & exper-
to, totū sibi orbem etiam sine bello uirtute si-
bi uendicaret, & sub tali Principe posset anti-
qus ordo, & religio militaris fieri reduci, & in
6 staurari. ¶ Quęro de infidelitate cōmissa in Ba
ronē, an sit tāti effectus quātū si fuisset cōmissa
in Regē. s. quātùm ad culpæ substantiā, & uim
ipsam fellonię habetur per sūmū feudistā And.
de Iser. in c. t. §. porrò. in tit. q sit t. can. benef.
amit. in usi. feu. Vbi cōcludit q sic, quāuis pp
personarū qualitatē posset esse grauior, sicut dr
de atroci iniuria p text. in l. pē. ī fine ff. de iniu.
7 ¶ Quæro iustè possint captiuari catholici à
natura liberi, & q ut serui seruiāt Dominis do
minantibus illis, Dic q non, cum talis ptās nō
sit data per dei præceptū ut dicit And. de Ise. in
pręlu. suis feu. post prohemiū ibi secundò quæ
ritur, & ibi iniustū aūt &c. Quod iure gētiū, &
ciuili permittitur, & ut aliàs dixi, Non bene p
8 toto libertas uēditur auro. ¶ Anthigonus Rex
macedonū dū esset ī agro obsessus à Rege Spar
tanorū Cleomene latanico, nè suū exercitū po
neret in discrimē fortunæ, noluit se opponere
cū suis hostes licèt pauci forent; sed se, & suos
prudenter retinuit in ciuitate uano omisso Ar
giuorū desiderio obiurgātium ipsum magnis,
& superbis clamoribus, ut ad bellū exire debe-
ret; & si nō uellet, aut timeret, permittere id fie
ri p audatiores, & eo meliores, quibus auditis
prudenter subrisit Rex Anthigonus, & id facere
noluit, & demū Cleomenes uictus fuit à prudē
tia Anthigoni, & se amouit spōtè. ab obsidiōe,
& post multa p ipsum prosperè gesta in pugna
cōtra Cleomenē qui semetipsū ex desperatio-
9 ne imprudenter propria manu iugulauit. ¶ Et
sic curādū est arte, & studio omni nè exercitus
ponatur in discrimen uolubilis fortunæ: & cir
ca loca obsidēda, cōsilium erit ponere exercitū
ad ptes debiliores primitus, uisis locis obsessu-
ris per fidos exploratores, uel aliter ante obsi-
dionē habita illorū uera notitia; & fictè quan-
doq; obsidere loca forciora nō erit inutile, nè
obsessi muniāt debiliora, & illis forcioribus ar
tè posteà mutatis locis obsideāt illicò debiliora

loca,h ostibus insidiãdo de die,uel de nocte;remotis,& appositis tormentis, & instrumentis bellicis cum schalis ad paries debiliores ipsorum locorum obsessorum:quæ militari exercitio capiuntur arte & exercitio prudentis ducis experti. Qui habet curare nè deprædentur urbes,& nè trucidentur populi,ut sibi sint beniuoli,exẽplo Cæsaris;qui in bello germanico Ligonum ciuitatem Galliæ quæ sibi contraria & rebellis fuerat,noluit deprædari;nec quẽquàm ex illa occidi:propterea sibi populum adeò sibi fecit beneuolum,quòd in suffragium postea ipsius Cæsaris misit septuaginta millia bellato

10 rum.¶Nam secuta depredatione alicuius muniti loci facilè dissoluũtur exercitus ut aliàs dixi; quia milites, & præsertim Prouintiales ubi bella geruntur,quando habent aliquam prædã affectant discessum, & fugam cum ipsa præda: & diù noctuq; student modum fugiendi,& deserendi castra & exercitum; & ferè in horis debilitantur exercitus: nam milites quidam non auidi honore,& gloria,sed magis pecunia cantant ob eorum auarũ cupiditatẽ carmen illud,

Diuitias dicunt sanguinis esse loco.

11 ¶Tenentur propterea Duces bellorum uitare auaritiam,& odio habere uitia; & sibi primitus (vt aliàs dixi) Imperare si alios intendunt rectè regere, & ubi cessat ratio ibi dominatur apetitus damnabilis.Cæsar Augustus Germanicus nuncupatus, tale nomen sibi uendicauit per ipsum deuicta Germania,cui soluto pretio acreuit castra multa fructifera,quæ impediabã tur à ualle,& pro tali iustitia fidem, & beneuo

12 lentiam omnium quæsiuit.¶Et maximus Scipio Aphricanus diuino rectus spiritu prudentissimus Imperator nobilem quandam iuuenẽ Hispanam eximiæ formæ sibi in captiuam ductam spõso suo Alcioni reddidit,habita ipsius custodia maxima, & legitur Scipionem non aspexisse illam:& aurum quod pro ipsius redẽptione sui parentes miserant, eidem sponso restituit nuptiali gratia,& tali laudabili actu tota ferè bellatrix Hispania uicta permansit, & se

13 spontè Romanæ ditioni dedit.¶Et ut aliàs dixi de filiabus Darii,idem fecit Alexander Magnus de quadã pulcherrima captiua uxore Luchri Principis Celtiberorũ finitimę gentis,quã non aspexit,& spõso suo restituit intactam, & benefitio tali animos vniuersæ gentis adeò sibi reconciliauit,ꝙ Regna plura sine bello quæsi-

14 uit.¶Scipio patrem,& patruũ Scipiones sapiẽtissimos & doctissimos uiros pro magistris habuit.Et Alexander Magnus probatissimum Aristotelem pro magistro morigeratum & excellentem Philosophum; cuius uirtus magnũ discipulum,& immortalẽ fecit, & adhuc legitur Epistola Philippi Regis ad Aristotelẽ missa, qua nunciatur sibi natum fuisse filium, & Diis agere gratias quòd natus sit uiuente Aristotele cui donabat in discipulum; habuit pro magistris Alexander præter Aristotelem, Lysimacum,& Leonidum expertos Duces, & tenaces in re & disciplina militari, doctus à Rege Philippo fuit exercitus Alexandri, qui illum posteà diminuit in asperrimis itineribus, incõmodiatibusq; maximis, & locorum aeris in

15 tempetie,& assiduo marte. ¶Habuit Alcibiades Socratem in magistrum suum,Habuit Pœnus Annibal Amilcharem patrem qui omnes suæ ætatis barbaros Duces superauit uirtute, & post mortem patris habuit Asdrubalẽ eius sororium callidum, & Pœnorum Ducem: Et dum foret Annibal annorum nouem ductus fuit a patre suo Amilchare in Hispaniã ubi militabat, & ab eo fuit probè doctus in re militari, & etiam per Asdrubalem sororium suum mortuo patre Amilchare, Ita quòd in laboribus fuit nutritus, exercitatus, & imbutus militaribus consiliis; & promptus abundandanter in illis; affabilis fuit, & liberalis, & in rebus bellicis assiduus,industriosus, expertus, & audax in periclis; impiger fuit sui corporis spretis commoditatibus, & mortuo Asdrubale sororio suo Duce Carthaginensium ipse tũc annorum xxvi. creatus fuit Imperator exer

16 citus Pœnorum. ¶Anaxagorum philosophũ marte doctum,& Milyssam Ducem Samiorũ qui contra Periclem pugnauit, doctos, & prudentes habuit magistros cum Freario armis experto. Sapientissimus Themistocles Atticus Imperator astutus,qui uirtutem Alcibiadis,& triumphos adeò percupiebat quòd in nocte somniabat illum;& omnes alios Orbis Imperatores superare Et Dionem Syracusanum do

17 cuit Plato philosophus diuinæ scientiæ. ¶ Et quantum prosit scientia literarum in re militari ut aliàs dixi,gesta probant Scipionis,Themistoclis,Cæsaris, Alexandri magni, Annibalis, Pyrrhi Regis Epirotharum, Augusti,Catonis Põpæi,Luculli,Darii,Syllæ,Marii,Bruti,Cassii,Marci Crassi,Antonii,Dionysii,Aemyliorum,Semproniorum,Flaminiorum, & quàm plurimorum aliorum Imperatorum militiæ Regum:qui in re militari,& literis præcelluerunt. Et dum foret puer magnus Alexander in Olympia,& à patre Philippo iocandi causa interpellatus si cum ludentibus, & sodalibus pueris currere intendebat; & tunc Alexander non ut puer,sed ut Senex sapiens respondit.Si cæteri Reges ludent, & ego cum ipsis laudã; quod

18 Regię prudentiæ fuit ascriptum.¶Horum exẽplo tenẽtur Principes morigeratos,& benè disciplinatos habere magistros pro filiis suis, si cupiunt illos euadere prudentes, & excellentes

19 l.i.C.de magist. lib. deci. ¶ Et Principes illi qui forte ignari literarum aliquã præclara gesta

sta fecerunt in re militari, penès se habuerunt
doctissimos, & expertos uiros pro consilio,
Mithridatis exemplo Regis Ponti, qui toto tē
pore uitæ suæ uiros eminentissimæ scientiæ pe
nès se pro consilio laudabiliter, & honoratis-
20 simè tenuit. ¶ Et tales sunt Populi sicut sunt
Principes sui, qui eorum sunt simulachra; &
gloriosi sunt quidem populi illi qui dono
Dei prudentes Principes habent: quia summū
bonum est sapientia animo impressa; & sum-
mum malum corporæus dolor, & inscipiētia:
& semper est uiridis, recens, & pubescit litera-
rum scientia; & cætera munimenta temporis
21 diuturnitate cedunt tempori. ¶ Nec fortuna, &
casus uiolat disciplinam quam non aufert ca
lumnia; non morbus corrumpit, non tinea cor
rodit, nec ferrum minuit, neque ipsam labefa-
cit Senectus. Cautū est regulariter militari iu-
re magnos captiuos utriusq; sexus præsentari
Ducibus exercitus: quorū uitā, & honorem, fi
dēq;, & libertatem ipsis, & ciuibus datam non
ambigimus esse seruandam; augendo sibi im-
munitates, eosque non grauando iniustè, eo-
rumq; statuta, mores, consuetudines, & capita
non infirmando illis: ut nōnulli nostri tempo
ris Principes faciunt contra iustitiam: quibus
in dies mala occurrerunt tacito Dei iuditio, &
demum reddituri sunt rationem cum nimio
dolore illi qui omnia nouit, & nihil ignorat
22 cap. Nouit. extra de Iuditiis. ¶ Et nullum est
maius proficuum remedium ad inducendum
populos, & exercitus ad beniuolentiam, quàm
cum Dei gratia ipsos benè, probè, æquè, & iu-
stè, rectè, & sanctè gubernare cū amore, & per
fecta Dei charitate suum non tollendo illis le
gitima causa cessāte, & necessitate; sed ipsis ma
gis præstando uictum ut faciunt boni Pasto-
res, qui gregem sibi commissum benè pascūt
secundum mentem Sancti Spiritus: nec ledunt
Patrem, neque Filium, neque Spiritum Sanctū
trinum, & unum; vnum, & Trinum, in substan-
tia una inseparabili, & sicut inseparabilis est
Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, ita inseparabi
liter operatur; & ab uno principio unica spira
tione ipsi procedunt cap. Omnes de consecrat.
distin. tert. & cap. Sic enim uiges. oct. distin.
pro ut Sancta mater fatetur Ecclesia cum qua
uiuere, & mori uolumus pro ut Sancti Patres
nostri uixere, & mortui sunt uniti cum ipsa sā
cta matre Ecclesia sponsa Christi fidelis, & pu
dica: à quo suum habuit, & habet fundamen-
tum, & incrementum. Et habent boni Pasto-
res ponere animam suam pro ouibus suis, ut
docet Euangelium: nec pati oues suas lacerari
à lupis præparando pabulum ouibus suis nè si
bi deficiat, cum tempus, & opus fuerit nomen
fugientes mercenarii permittentis oues quæ
non sunt suæ lacerari à lupis. Ideo populi con-
tra diuina iura malè pertractati in desperatio-
nem inducuntur ad peroptandum nouos domi
nos, & ad obliuiscendum, & spernendum uete
23 res. ¶ Tyberius Imperator pius in subiectos,
cuius tempore fuit crucifixus humani generis
Seruator IESVS CHRISTVS noster à perfidis
Iudæis ob inuidiam ipsorum; nunquàm uoluit
gruauare plebem, ut scribit Eusebius de tempo
ribus, & erga illos qui consulebant ipsum ut
plebem grauaret, inquiebat, Boni Pastoris est
tondere pecudes, & non decoriare, & bene de
CHRISTO IESV sensit, & illū pro Deo
coluit: omnesq; Christi, & christianorum con
tradictores sine ulla miseratione deleuit: Pila
tum quoq; damnauit exilio quia falsam, & in
iustam in Christum protulerat sententiam pro
pter odium Iudæorū, & liberatus fuit sudario
veronicæ Tyberius à malo quo detinebatur in
24 curabili. ¶ Iussu Senatus Scipio concremauit
Carthaginem lachrimando, & memor fuit In-
cendij Troiani, & Babilonis uaticinando futu
rum incendium vrbis patriæ suæ, quam Totila
incendit: & ipse madidis oculis cogitando il-
lam fuisse Reginam Orbis, & in tantam perue
nisse miseriam; probitas Scipionis omni gloria
bitur æuo, qui piè pro hostibus in bello cæsis
plorabat, & illos insepultos non relinquebat;
cuius uirtutem inuidere Quintus Fabius maxi
mus, Cato, & alii quàm plures Romani Sena-
tus Imperatores: ita quòd pro præmio tanta-
rum palmarum, & triumphorum odio exul à
patria factus, periit, & in discessu suo in Senatu
ostēsis cicatricibus quas in bello pro patria ac
ceperat inquit, Ingrata patria, ossa quidem nō
25 habebis mea. ¶ Odio in exilium extra patriā
mortuus fuit Themistocles, Fotiō, & Annibal,
& in carceribus Melciades, periit Pericles, &
quàm plures alii inuictissimi Duces, & Nitiā
tam optimum Imperatorē perdidit post mul
tas uictorias suas Atticorum inuidia; qui glo
riosè magis mori morte uoluit quàm fugere
licèt euadere potuisset, inquiens sibi fore me-
lius modò mori quàm uiuere, & insidiari, & ca
lumniosè morderi, & taxari ab inuidis suis, &
ab Attico populo. Inuidia Cæsarē fuerunt per
secuti multi ex Senatoribus cum Pompæo nè
triumpharet, contra quos secuta fuit Cæsaris
uictoria, & capto per Iulium Cæsarem Pom-
pæi uallo in Campis farsalicis, cernens Cæsar
multos ex Pōpæianis interemptos, inquit su-
spirādo, Hoc uoluerunt isti propter odium, &
inuidiam, & ad talem me duxerūt necessitatē,
uolentes me qui maxima bella gessi relinque-
re exercitum ut me condemnarent, & sine triū
pho procederem, exulantes Paladem à patria
26 sua. ¶ In expeditione prædicta cæsi fuerunt ex
Pompæianis millia sex militum, & capti mul
ti: quorum partem maiorem locauit inter le-
giones

giones suas, & reliqui mæsti fugerunt,& multis per Cæsarem clementer fuit donata venia, inter quos fuit Brutus,qui unà cum Cassio,& reliquis coniuratis Cæsarem posteà in Senatu vulnerauit,& occidit.

27 ¶Amicos,& familiares Pompæi in Alexandria uagantes post bellum Farsalicum habuit Cæsar in arbitrio suo, & illos liberaliter dimisit cum placido uultu suo, & humanissimo sermone, & cum oblationibus multis,& scripsit ad vrbem fructum accepisse omnium laborum suorum ob ciues seruatos qui sibi fuerant contrarii.

28 ¶Fugienda est crudelitas in re bellica quia Deus perdit crudeles: Crudele gestũ fuit Achillis proicere in rogum Patrocli teucros duodecim captiuos,propterea non potuit ipse posteà uitare sagittam Paridis Iuditio Dei. Et nobilissimus Ioannes Medices uulneratus in tibia pedis à theutonis in bello cum tormento ignis tartarei, duodecim morientes theutonos captiuos iugulare, & crudeliter perantea fecit rabie cæsæ tibiæ.

29 ¶Et melius est obsessa loca per deditionẽ, uel alio modo habere sine bello, igne, & ferro quàm illa bellare,& capere cũ periculo; quia uarii sunt & incerti bellorum euentus, & melior est sẽper certa & uera pax,quàm belli sperata uictoria.

30 ¶Scipio Metellus ad preces Regis Numidarum Iubæ delere funditus vticenses nolebat cum ciuitate, quia intentionẽ proditionis habebant cum Cæsare, quod prudens Cato prohibuit rationibus ueris, & illorũ defensionem suscepit populo vticense permitten te unà cum Scipione reducto ad uotum Catonis; qui optimè vrbem post muniuit necessariis.

31 ¶Octàuianus fuit damnatus de crudeli gestu contra Marcum Antonium, Cassium, & Brutum,& contra captiuos patrem & filium insimul duellare coegit, & pater filium occidit, & inde semet ipsum super cadauere filii interemit, quod abhominabile fuit gestum, & uix Capitolium seruauit Octauianus sequiens in Pompæianos pro morte Cæsaris; qui illis pepercisset si uixisset, & nisi repẽte se corripuisset Octauianus non diù permansisset in Imperio, nec nomen Augusti habuisset sed se induit pietatis, & clementiæ ueste, à se omni exulata sæuitia:utenda est pietas & misericordia erga captiuos, & suos cum charitate perfecta faciẽdo iustitiã æquam cunctis sine discrimine, quia Deus non deserit misericordes, & iustos:quos etiam peramat mundus, & uotiua desideria cõsecuntur pro bonis operibus & pro malis flagellantur.

32 ¶Laudantur Principes quos sapientia regit & illustrat,& uituperantur imprudentes quos sua imprudẽtia obscurat æterna caligine. Iustè regere, & iustè pugnare habent Principes, & Reges nè abhominabile nomen summant Tyranni cum infamiæ nota omni

33 æuo durata. ¶Et si populi fuerint superbi domari prudentia poterint docti,& excellẽtis Imperatoris uidelicet humanitate, munificentia, astu, & belica arte, & secundum modum,& tẽpus ueniam cõcedere, & indulgere petentibus, Iuxtà illud Poetæ, Parcere subiectis,& debellare superbos.

34 ¶Et nihil est in uita deterius quàm rumpere fidẽ & uti crudelitate, quæ homines reddit similes feris,& ut infidus ab omnibus uitatur;& rarò crudelis perit bona morte,ut dicit Salomon. Crudelis fuit Therodamus,qui leones alebat humano sanguine, & Dei inditio ipse fuit cibus leonum suorum, qui illum lacerarunt, & deuorarunt:Scæua est fugienda crudelitas, & infamia raptæ fidei quæ nocent gloriæ,& perdere faciunt imperium poli,& secli cap. Quid culpatur uigesi. tert. quest. pri.& de fide seruanda inferius latius dicam suo loco. Amilchar uiso quòd Romani accipiebant Gallos ipsius ut amicos in exercitu suo, & extra exercitum ueniebant quando uocabantur ab ipsis,uno die facta suorum quorundam electione init,ut Galli faciebant ad uidendum exercitum Romanorum, illis uocatis extra uallum qui inerãt,& Amilchar ipsos occidit;ita quòd in futurum Romani non fuerunt confisi de fide Pœnorum.

35 ¶Lucullanos milites deprædato regno Mithridatis à Tremisira usq; ad cãpos Thermodontinos adeò oppressit auaritia, quòd conquerebant de suo Imperatore quòd tantas ciuitates reconciliauerat, & nullam per uim cœperat, & dederat sibi in prædam, & quia nolebat milites suos deprædari aliquam urbẽ nè diuites fierent, & suus fortè diminueretur exercitus recepta præda;& quòd illos ducebat per loca deserta Thibaneorum, & Caldeorum, ut Mithridates debellaretur intacta relicta ciuitate Amasia obsessa,& arte,& rationibus Lucullus uincebat milites suos, & finita hieme relicto Murena ad obsidionem Amasiæ, ipse accessit cum reliquo exercitus contra Mithridatem habentem exercitum quadraginta milliũ peditum, & millium quatuor equorum quòd iam transiuerat flumẽ Lycum, & Lucullanos inuaderat, & multis ex illis in loco aperto & plano existentes cæsi,& capti fuerunt ab equis Mithridatis. Tunc Lucullus examinauit quendam senem græcum captiuum nominatum Arthemidorum,& mutauit locum de nocte,& cõsilio dicti Senis accessit per arcta,aspera,& mala uada ad castrum quoddam Ghabitorum ubi exercitum suũ in acie ordinare potuerat, & se tutò reducere in uallo, & ibi morari hostibus inuitis.

36 ¶Et est curandum quòd ille qui confidit magis in equitatu quàm in peditatu se habet accomodare cum situ, & locorum natura. Et utile est mutare quandoq; loca, consilium, & ordines cum plurium suorum fidelium in re

militari

militari expertorum consilio; quãdo uidelicet est suspitio quòd hostes sciuerint secreta suorũ inimicorum in se retento secreto exequi, conseruando milites doctos in re bellica in castris cum obedientia, uirtute, & timore pœnarum Sanctionum militarium.
37 ¶In expeditione cõseruantur milites spe, hortatione, & præmio Ducum suorum qui nunquàm habẽt pugnare generaliter cum exercitu suo nisi ipsos oppresserit necessitas, & legitima causa.
38 ¶Et habent curare ordinare acies suas, & probè illas instruere ad bellum quòd hostes ignorent ordines, & secreta sua. & quòd primi à secundis ordinibus acierum; & à triariis commodè recipi possint, non exercẽdo ordines ad alios effectus nisi ad illum effectum pro quo illos ordinauerint, & deputauerint ut de ordine non sequatur confusio, & inordinatio cum ruina exercitus; quia ab accidẽtibus subditis pòt difficilè prouideri in belli ardore, & facilè prouidetur rebus perãtea cogitatis. Et dũ Marius Arpinas foret præmente necessitate pugnaturus, dato die pugnæ contra Cymbros, & Theutonos; suos primò cibo repleuit, & instruxit extra uallum pro bello, & ibi illos tantùm retinuit, quantum sibi uisum fuit hostes fuisse fessos itinere, quos uenti, pulueris, solis, & loci capti auxilio deleuit.
39 ¶Et dum foret Sertorius cũ exercitu apud flumen Iberum iunctus cum exercitu Perpennæ, concurrentibus ad ipsum barbaris multis inordinatis qui sine ordine, & cum superbia tumultuarunt, hostes adoriebantur, & passim ab illis ordine pugnandi trucidabantur, quos Sertorius uerbis, & rationibus retinere non ualẽs in ordinibus sibi datis: illos arte opposuit hostibus in loco ubi securri facilè possent ab ipso Sertorio; & barbaros cõtingit fugari ab hoste ordine pugnante acceptis uulneribus multis; quos illicò succurrit Sertorius, & recepti fuerunt ab ipso Sertorio: cui posteà obedientes fuere barbari milites Imperatori suo Sertorio qui illos exemplo docuit plus ualere ingeniũ quam uires, & paulatim paulatim persæpe hostes superari tempore, uirtute prudẽtis Ducis, exemplo Luculli qui tempore domuit Reges Mithridatem, & Tigranum sibi etiam arte sublatis alimentis.
40 ¶Tenentur bellorum Reges curare nè res, & loca capta & parta longo tempore, & magno labore, & impensa constructa crebris uigiliis concrementur, & destruentur spatio breui, Sed ea magis donare amicis, & benè meritis suis militibus. Capiendo consiliũ ex re, loco, & tempore cap. In scripturis pri. quęst. pri. & cap. Si quis uiges. tert. quest. pri.
41 ¶Nam destruere ædificia est deturpare Ciuitates, & idem est incendere illa. Quæro si cessante bello occurrerit incendium fortuitum, & casuale, an sit incendiarius uenia dignus. Dic q sic, cum negligentia, pacientia, uel culpa non æquè puniatur ut dolus l. Mariti. §. Qua quæstiõ. ff. de adulter. & l. penul. ff. de incendiariis.
42 ¶Et si acciderit ex negligentia castigandus est l. Qui ædes. ff. eod. titu. Sed si data opera grauius est puniendus ut in l. fin. ibidem, & l. 1. ff. ad leg. Cornel. de sicar, & l. Si data. C. qui accusari non possunt, & per nor. in l. Miles. ff. de adult.
43 ¶Et si incendiarius ob prædam, uel inimicitiam intra Oppidum commiserit incẽdium, est uiuus concremandus, alias punietur leuius l. Capitolium §. Incendiarii ff. de pœnis.

SVMMARIVM

1 *Exercitus quibus modis, & formis possit ordinari.*
2 *Pillularii tartarei ignis, ne suos lędant, ante baslatos in acie ponendi sunt, & hoc an semper sit hoc ordine faciendum.*
3 *Ordo quadratus in re bellica laudatur, quia ab omni parte tuetur, & pugnare potest exercitus.*
4 *Milites in exercitu bellantes debent ordinari cũ interuallo trium, uel quatuor pedum unius ab alio, aut plus, uel minus secundum locorum capacitatem, ne unus impediat alium.*
5 *Subsidia quomodo imisceantur, non diuidendo exercitum.*
Virtus unita fortior est, & disiuncta sæpe infringitur.
6 *Acies non debet ordinari in loco ubi offendi possit ab hostibus, Ideo circa hoc multa sunt consideratione digna.*
7 *Syracusani à Nitia Duce Athenienslum ruptis fuerunt, & in sequenti die mutato ordine cum eisdem coplis rupit Athenienses.*
8 *Milites fortes & animosi, sed inordinati: sunt debiliores quàm sint timidi ordinati in acie.*
Ordo bonus fugat timorem a cordibus militum.
Terror inordinati exercitus tollit ferocitatem militum.
9 *Annibal pœnorum Imperator in bello cannensi: quomodo ordinauerit exercitum suum.*
10 *Philippi Macedonum Regis magni Alexandri patris præclara prę cognitio, dum pugnaturus esset in lyricos.*
11 *Acies debet instrui in loco fortiori, ut illius natura sibi sit presidium, & ubi refugium, & auxilium haberi possit à suis, & ab amicis.*
Annibalis industria, et uirtus in superando Marcum Marcellum.
12 *Equitatus noster si fuerit minor numero quam hostium: quid faciendum sit.*
13 *Hostes si sint in timore, & eorum turbato ordine quid faciendum.*
14 *Frequens Castrorum, mutatio ni arte fiat, indicit fugam, & timorem.*

15 Bellum

uientem.

53 *Pater in quibus casibus possit castigare, & corrigere filium.*

54 *Zaphirus Præfectus exercitus Darii eum rogauit ut ei Zaphiro faceret nasum truncare et aures, & ipse transfugeret ad hostes, qui cum nollet propriis manibus truncauit & transfugit in Babilonem, et ut excellens uir ita a Babilonica gente cognitus habuit contra Darium omnem potestatem, qui tandem fictè benè, se gerere ostendebat, & ita Babilonem hac arte Dario tradidit.*

55 *Duces exercitus curare debent scire arcana hostium, & aliquem habere & consiliariis beniuolum, uel ex scribis corruptum. ut Orthodoxos nostros certiores redderet. & 56.*

Aurum quandoque fores rupit adamantinas.

56 *Castronius Lacedæmonius in præsidũ Aegyptiorum sua astutia, & ingenio posuit in fugam Persas.*

Sic de Magno Pompeo in Epyro legitur.

Archilaus contra Syllam, & ex utraque parte magna industria.

57 *Alexander Magnus uidens quendam ex suis extra aciem pilum iactantem descendi causa: ipsum repentè a militia amouit, dicens, non nunc discendum est, sed certandum anteq̃.n.huc uenires magister esse debebas.*

58 *Fundatores, sagittarii, & Scorpionarii & uelites armati leuibus armis non stabant antiquitus in ordine exercitus Romanorum, sed in capite exercitus illos collocabant acie instructos, inter equos, & pedites, & hi erant qui initium dabant pugnæ.*

59 *Reges bellorum quæ considerare debeant circa acierum modos, & diuersos ordines, & instructiones bellandi: quibus ualeant in hõstet obtinere uictoriam.*

60 *Cæsaris prudentia in perscrutando, si sui pauci timerent hostium multitudinem & certificatus de eorum animo quomodo ordinauerit gentem suam. & 61.*

62 *Debellanti, & resistenti, sicut debetur uiolentia: ita capto, & uicto uenia conceditur.*

63 *Hosti piè est parcendum: nisi pacis perturbatio formidetur.*

64 *Cæsar cum paucis ordinatis fugauit Pompaianos multos inordinatos.*

Multitudo exercitus nõ spectatur, sed potius ordo.

65 *Cæsar dum præcepisset in Aphrica fuisse cumulatos contra se exercitus: quorum unum regebat Scipio Metellus socer Pompai, secũdum Aphranius, & tertium Rex Numidarum Iuba, quos unico die maxima arte superauit, multis ex hostibus occisis, ne in manus Cæsaris permanerent. & 66.*

67 *Otho primus Imperator dum esset pugnaturus cum Romanis, dicebat. Non deesse sibi suffragia multa pro Imperio, & se potius pacem, & concordium peroptare, quàm bellum, & se uelle magis mori pro patria quam imperare. cui secundum eius bonam mentem Deus dedit Romanum Imperium.*

68 *Cornelius Scipio Aphricæ domitor contra Annibalẽ pugnaturus in Aphrica hostili terra apud Zammam Vrbem; quomodo ordinauerit sapienter exercitum suum.*

69 *Et è conuerso quid fecerit Annibal.*

70 *Romanorum uictoria contra Annibalem Pœnorum Ducem.*

71 *Cornelii Scipionis Aphricani laudes.*

72 *Pugna Aphricana apud Zammam non fuit incruenta, quia ex Carthaginensibus, & sociis ceciderunt ultra uiginti millia militum, & totidem capti fuerunt cum centum, & triginta duobus insigniis, interemptis elephãtibus undecim, & reliquis captis: Ex Romanis uerò milia decem.*

73 *Annibal suæ bonæ euersa rota fortunæ odio quorundam ab Anthioco fugit, et in Bythiniam applicuit prosequutus à Flaminio ubi ueneno uoluntario periit.*

74 *Exercitus hodie ordinatur ad exemplum Alexãdri contra Archilaum pugnaturi.*

75 *Milites fortiores in principio belli, in medio minus bellicosos, & in subsidium Elephantes, cum equitatu posuit Pyrrhus Epyrotarum Rex.*

76 *Tiberius instructa acie; ut sui uirtute pugnarent traxit uexillum in faliscos, præcipiendo illis, ut uirtute sua ipsum recuperarent, ab hostibus potitum: & gloriosè factum fuit.*

77 *Casso iussit uni ex suis fugere uolẽti; ut uexillum ante ipsum portaret, quod facere neglexit: & Cossus illi repentè pugione costas transfixit.*

78 *Cæsar suis redientibus artè iussu suo missit equũ suum proprium, ut cum celeritate uenirent in castris & celerem uictoriam in hostis obtinuit.*

79 *Scipio apud Numantiam protestatus fuit contra milites suos hostibus in pugna terga uertentes, per hostibus habere Senatus eo populiq; Romani, & tandem uictores extiterunt.*

80 *Alexander Magnus suos docuit qui in primo hostium ingressu deberent flexo pede sinistro sustinere primum impetum.*

81 *Scipio Romano Imp. pugnaturus contra. Asdrubalem in Hyspania, ficte quoddam modo ordinauit aciem, & eo modo quoque Asdrubal fecit, sed Scipionem mutato ordine, & hostibus insidiando uictor extitit.*

82 *Milites pugnando cum sagitariis debent suos habere scutos, & clypeos.*

83 *Acies rectè instructa semper uicit inordinatam.*

Xantippus lacedæmoniorum Rex prostratus fuit semper a Romanis propter acierum ordinem.

84 *Romanorum acies ordinata semper extitit.*

85 *Romani,*

121 *Irogotitæ habitãtes Ethyopiam pro pabulis ut bestiæ pugnant, sunt adeò cursu celeres, quod matribus feras capiunt, scutos coræi boum ferunt cum arcubus, clauibus ferratis, & sagitis cum pharetra, optimi sunt sagittarii, & brachio saxa trahunt, & ita prælium incipiunt. & alias quoque habent proprietates.*

122 *Colophoni, et Castobolenses solent acies suas primas canibus fortibus, & magnis instuere.*

123 *Bani patribus suis senibus occisis pascebant canes. Camellis loco equorum utebantur in prælio, & bini bini homines cum sagittis, & scorpionibus equitabant.*

124 *Samarti utuntur equis, arcubus, & sagittis, & ualde sicientes aperta suorum equorum uena, bibunt sanguinem, & retrò sagittantes currunt, & missilia iactant contra hostes.*

125 *Fœminarum quædam species fortiores & bellantes, quæ sine uiris habitant & in ultima Germaniæ parte reperiuntur.*

126 *Pigmæi parui, unius cubiti longitudine qui in armis stant præ timore gruum, equitant capras arcubus & sagittis armati: rumpunt oues gruum, ne grues multiplicentur.*

127 *Massimici populi instruunt Elephantes in India maiori degentes ordine facto acierum in cornibus militiæ more, & limitato numero bestiarum, & hominum ducentum equitantium illas quibus India pro equitatu pace, bello, & aratu, & fructuum redditu utitur. & 128.*

129 *Prudentia, & experientia Ducum in ordinando exercitum, parant uictoriam.*

130 *Alexander Magnus inter alas equitatum, locabat peditatum suum, & equites in cornibus iungebat, & contra Archilaum mutauit ordinem ob maximas hostium copias, & adeò ordinauit, ut omnes suos uidens uictor extitit.*

131 *Scipio Aphricanus arte ordinauit aciem contra Elephantes, ut transcurrerent absque suorum excidio: & datis illis signis, ut citius sui iungerentur uulneratis Elephantibus.*

132 *Arthaxerses in Græcia cum Persis adeò instruxit aciem suam, ut hostes circumcirca circuiuit, quos arte tali uictor extitit.*

133 *Annibal arte circuiuit Romanos, & uictoriam consequutus fuit.*

134 *Claudius Nero Consul Romanus, unà cum Lelio salinatore collega suo arte circuiuit Asdrubalem inter saxosos montes ubi innumerosas Asdrubalis copias apud Methaurum trucidauit.*

135 *Lutius Cornelius Scipio Consul Romanus circuiuit cum suis Annonum fratrẽ Annibalis, quẽ de directo rupit.*

136 *Vestes nationum quandoq; bonum est mutare in exercitu.*

137 *Metellus mutato ordine acierum pluriès obtinuit uictorias.*

M. Antonius contra sagittarios Parthos opposuit scutatos donec, Parthi fuerunt sagittis priuati, & tali arte illos superauit.

138 *Fictio in bello multum prodest: ut occultando suos, uel fugiendo.*

139 *Campani fuerunt superati à Neuio Centurione, qui secum arte portauit peditatum cum equitatu celeri.*

140 *Exercitus ordinatur uariè secundum nationes loca, & tempora.*

141 *Hostes si bellare primò incipiant, quid faciendum sit.*

142 *Alexander, & Pyrrhus non passim laudantur, qui omni bello pugnare uolebant, neque Romuli, Cæsaris, Torquati, Coruini Coriolani, Seruij & Horatii uituperatur audatia, & fortitudo.*

143 *Prudentia nonnullorum in arte militari laudatur.*

144 *Necessitate tantum urgente bellandum est.*

145 *Dormiens delinquens an puniatur. & numero 146.*

147 *Et an licitè ita dormiens possit offendi à persona offensa.*

148 *Milites, qui in somno dormientes solent delinquere, cum aliis dormire non debent.*

149 *Milites qui sponte accesserunt ad bellum in præsidium cuiusdam Principis, qui renuit tale præsidium, & illud acceptare negligit, imo contradixit. si utiliter egerunt, an Princeps teneatur actione negotiorum gestorum.*

150 *Insanus est is, contradicendo, ne iuuetur à periclis.*

151 *Comparens ad appellandum per condemnato ad mortem consequitur expensas etiam condemnato inuito.*

DE ORDINANDIS

Aciebus in bello.

1 ET cum in die uniuersi belli de honore, Imperio, uita, & morte, ac de summa rerũ agatur; propterea prudentes, & experti bellorum Duces, & exercituũ reges secũdũ militarẽ ordinẽ, & locorum modũ, & qualitatem ordinare teneatur acies suas arte, & inge-

nio omni cum superioritate semper salutifera, locorum attenta qualitate, commoditate, & quantitate acierum, probè illas instruendo & ordinando, datis illis signis militaribus bellorum, Ducum arbitrio pro paranda uictoria in quadrato ordine, uel obliquo, triangulato, aut cuneato, lunato, forficeo, ouiculari, rumbato, uel Serpentine, alijsuè modis, & instructionibus uarijs secundum loca, & hostium mores, qualitates, & quantitates locorum, & exercituum arbitrio Ducum prudentium, ponendo pilularios antè hastatos, uel armatos milites nè ledant amicos pugnando in hostes, iactis, & expertis tormentis, & seu instrumentis bellicis; forficem, cuneatum in forma lunæ non rotundæ ordinando in bello, reliquis militibus arte & optimè instructis æquo numero duplicando, triplicando, uel quadriplicando acies, & benè illas firmando, ipsasque opponendo contra hostium cuneos ut ordine firmo rumpantur inimicorum acies, & turmis eorum turbatis ordinibus ante alas equorum leuis armaturæ & animosa sequatur uictoria; hastatos in fronte cum ordine arte facto, lato, strictoque, aut denso optimè firmo secundum numerum exercituum, & loca, locorumque qualitates, & quantitates, gentiumque numeros, post ipsos Principes rarefacto ut suos hastatos oportunitate, data occasione recipere ualeant, hostibus arte insidiando, & tertio triarios ordine rarefacto instruebant antiqui Duces Romani in re bellica magistri, ut omnes suos recipere possint cuneo stricto, & agmine post facto fortiori, ita quòd illos per tres uices rumpere, & superare aduersa fortuna quasi impossibile uidebatur, quia fortuna est uolubilis, & ut fœmina non semper persistit in uno proposito, ob eius naturam instabilem; nec tanta esset hostilis uirtus quòd duraret per tres uices in continua uictoria sibi forte inuidente fortuna, quæ sæpe uictos iuuat, & uictores opprimit.

2 ¶ Hodiè ante hastatos ponendi sunt in acie leues pillularii tartarei ignis nè suos ledant ut suprà dixi, nisi fuissent instructi post hastatos ala primò facta per ipsos hastatos in pugna prudentis ordine Ducis, qui loca probè habet contemplari ubi ipse sit cum suis, & hostes in acie ut sui ordinati pillularii ob loci inæqualitatem hostes, & non amicos offendant optimè hoc consideratio; & qualiter hostes ledi possint, & suos seruari incolumes ab Instrumentis bellicis.

3 ¶ Et ordo quadratus laudatur in re bellica, quia ab omni parte tuetur, & pugnare potest exercitus instructus in medio ipsius positis munitionibus, & instrumentis bellicis; ut etiam factis alis rumpatur hostium ordo boardarum, & seu bomborum ictibus, iis quandoque extra exercitum positis ut hostes ledantur suis optimè instructis, & debilioribus in acie collocatis cum fortisimis mixtis in principio, aut in medio prælii arbitrio Ducis exercitus, uel inter fortiorū acies, turmasq; & cohortes in dextro, & sinistro cornibus; additis aliis expertis, animosis militibus in primis cohortibus illas fortiores, & robustiores reddendo: & pariter in medio, & fine miscendo fortisimos cum debilioribus, ut oēs insimul acriter pugnent, tubisq; & timpanis, instrumentisq; solitis sonantibus, & milites ad pugnam incitantibus cum equis martialibus sono prædicto lætantibus, suis arte collocatis auxiliis externis in prima acie, & in subsidio fortiores ut auxiliarii inibi pugnare conentur nulla sibi relicta spe præter armorum, Iuxtà Illud Poetæ.

Mortales totidem, mortalia temnitis arm.;

& alio loco inquit,

Mortali urgemur ab hoste:

In Consulari exercitu partim falangum more græcorum iam uso per Romanos, & partim proprio more & arte instruebāt acies suas Romulæi cum hastatis, & scutatis Principibus, & Triariis, et Tergi ductoribus, peditibus, et equitibus, cohortibus, & legionibus mixtis cū præsidiis externis confœderatorum suorum optimè tripartito exercitu, factis cornibus fortissimis cum interuallis debitis ut dimicare ualeāt primitus benè instructis bellatoribus arte positis pirouolis, & instrumentis bellicis, quibus ignis iactatur ad nocendum hostibus, & ad iu-
4 uandum suos pro uictoria, & salute sua. ¶ Et ut tutius subsidiarii cum fessis, & sauciatis hostibus pugnent, & faciliorem consequentur uictoriam unà cum necessariis instrumentis suis bellicis competenti interuallo trium, uel quatuor pedum; unius ab alio, aut plus, uel minus ordinatis peditibus secundum locorum qualitatem, & necessitatem, ut aptè, & commodè pugnare possint quòd unus non impediat alium ut Princeps Poetarum Virgilius cantat in suo Aeneidos libro,

Concurrunt, adhærentq; pede pes, densusq; uiro uir.

benè fortioribus armatis in cuneis arctis collocatis decem plus cohortium, legionum suarū electos, artè ponendo in reliquis partibus ut ex causa ualeant recipere suos cum uellitibus,
5 & aliis ad suos reductis. ¶ Recipiendo subsidia dumtaxat

dumtaxat fida confœderatorum, miſcendo ip-
ſa cum robuſtiſſimis militibus ſuis fidelibus
ob proditionum timorem;& ut ab omni parte
ualeant ſuccurrere ſuis modò huc, modò illuc
pugnando, & integros pro uulneratis ponen-
do,illis celeriter occurrendo in prælio,in unũ
retento exercitu ſuo; non diuidendo illum q̃a
poſſet ſequi error inemendabilis cum magna
clade, exemplo Scipiadum qui periere in Hy-
ſpania ob diuiſionem exercitus ſui. Nam uir-
tus unita fortior eſt,& robuſtior, & diſiuncta
ſæpe infringitur,& perit debilitata & diminu-
6 ta ab unionis uirtute. ¶Curando non ordina
re aciem in loco ubi offendi poſſit ab hoſtibus
ſine ipſius exercitus,& loci defenſione;conſide
rando optimè hoſtium inſtructiones, & ipſo-
rum pedites,equiteſq; & cathafractos,lorica-
tos,& clipeatos ordines,& auxilia,iſidias,frau
des, & impedimenta quæcunq; tam hoſtium,
quàm propria;ponẽdo illa in medio inſtructi
exercitus nè hoſtes capiant illa. Quęritando
ſemper habere commodum,& ſuperioritatem
locorum, temporum, aquarum, & qualitates
ſolis, & uentorum, & ſcire naturam eorum ex
quibus oriri, & ſentire poſſit commodũ exer-
citus ſuus cum hoſtium incommodo;rectè in-
ſtructo,& ordinato agmine militari iure:quia
ordo bonus in militia arte ſeruatus acie pro-
bè inſtructa cũ impetu bellico, & indignatio
nis moderamine fictoq; timore,& ſimulata fu
ga loco, arte dolo, & tẽpore uictoria paratur.
7 ¶In aduentu primo Gilippi Lacedæmonii in
ſuffragium miſſi Syracuſanorum contra Nitiã
Ducem Athenienſium,legitur ruptos fuiſſe Sy-
racuſanos; & in ſequenti die Gilippus in eodẽ
loco mutato ordine cum eiſdem copiis rupit
8 Athenienſes. ¶Et regula eſt militiæ quòd ani-
moſi, & fortes inordinati milites ſunt debilio
res,quàm ſint timidi ordinati in acie: quia or
do bonus fugat timorem à cordibus militum,
& terror inordinati exercitus tollit ferocitatẽ
militum,& caſu perueniente erroris in acie po
terit acies ordinari illicò p ſigna, & loca prius
data, & docta militibus in acie inſtructis per
ſuos prudentes Duces in militia expertos. Im-
perator Germanicus contra Charios ſe tutos
in ſyluis ſeruantes ab equis, iuſſit equitatui
ſuo ut illos inſequeretur uſque ad loca nemo-
roſa,& illicò ab equis deſcendere, & pedeſter
contra illos pugnare ut factum fuit per ipſos,
9 reportata uictoria Romæ. ¶Calidus Pœno-
rum Imperator Annibal in bello Cannenſi foe
tiores, & bellicoſiores ſuos poſuit in extremi
tatibus ſe in medio recepto cũ debilioribus,
ubi etiam ſtrenui multi aderant cum ipſo, Iux-
ta illud Ouidij. Medio tutiſſimus ibis: & ſex
centos Numidas equites dolo iuſſit tranſigere
ad Romanos; & Numidæ per inſidias Anniba
lis probè inſtructi, gladios,& ſcuta pro fide de
derunt Romanis Conſulibus, qui illos placi-
do uultu acceperunt minoribus armis penès
ſe per Numidas occultè retentis: & hi fuerunt
per Romanos in ſui extremo exercitus collo-
cati,& ubi primò concurri cœpit ſtrictis mi
noribus armis quæ occultauerãt Numidæ,ſum
ptisque ſcutis iacentium miſcendarum diſcri-
mine acierum hoſtiendo romanos fuerunt au
xilio Carthaginenſibus; uento quoque pulue-
re,flumine,& ſole tunc ſuffragantibus Pœnis,
& Romanorum acies non ſine tamen inimico
rum ſtrage,& ſanguine multo ceciderunt.
10 ¶ Et de Philippo Macedonum Rege, magni
Alexandri patre legitur in Lyricos bellatoro,
ipſum animaduertiſſe ſtipatam hoſtium fron-
tem de fortioribus militibus totius exercitus
in dextero cornu collocatis,& latera eſſe infir
miora,ſiniſtrũ latus hoſtium inuaſiſſe cuneo
fortiſſimo ſuorum Macedonum & tota turba
ta acie hoſtili uictoriam adeptum fuiſſe.
11 ¶Et pro faciliori uictoria eſt curandum inſtru
ere aciem ſuam in loco fortiori,ut illius natu-
ra ſibi ſit præſidium,& ubi refugium, & auxi-
lium haberi poſſit à ſuis, & ab amicis:& pro-
deſt in pugna perturbare ordines hoſtium cir
ca latera cum peditatu, & equitatu celeri pro-
bè inſtructo, Exemplo Annibalis contra Mar
cum Marcellum pugnãtis qui ordinauit ſuum
equitatum leuis armaturæ ad pugnam dato il
lis ordine ut ſe retraherent ad ſuos ordines; &
poſt in expeditione ad latus hoſtium fierent,
perturbatis eorum ordinibus,& ita uictoriam
obtinuit; & tali arte palma ſæpe paratur.
12 ¶ Et ſi minor fuerit numerus equitatus noſtri
quàm hoſtium, acies una inſtituatur haſtato-
rum, & uelitum cum lanceis longi retrò ſe-
quentibus dato ordine ut in pugna uia detur
dictæ aciæi haſtatorum, & uelitum: & ſic in
bello expertus Imperator erit ſuperior cum e
13 quitatu,& peditatu ſuo celeri ¶ Et cum ho-
ſtes fuerint in timore aciti eorum turbato or-
dine,in ipſos eſt tunc inſiſtendi cum globo for
tiſſimorum militum, ut repentina ſequatur ui
ctoria antequàm recedãt à timore, aucto poſt
ſibi animo ſuorum occurrentium ſuffragio.
14 ¶ Frequens caſtrorum mutatio ni artè fiat,in
dicat fugam & timorem; & tunc cõſilium erit
tentare hoſtilem exercitum aciebus optimè in
ſtructis cum leüi prælio,& facilimè cognoſce
tur an ſimulet uel non,paratis inſidijs.
15 ¶Et antequàm bellum fiat primitus amouean
tur illa ab exercitu quæ forent ſibi nocitura in
pugna, Nam paruæ res in prælio ſunt ſæpe ma
16 gni momenti. ¶ Nec erit inutile ordinare le-
gionem, uel duas partes peditatus in acie pro
medietate cum ſcutis, & benè armatus more
martialiũ antiquorũ Roman. & aliã medieta-

 tem

tem armatam more Germanorũ uidelicet cũ lanceis, & pillularijs sulphuræi pulueris igniti, ponendo hastatos in fronte aciei, uel in ea parte ubi maior esset timor equorum, & scutatos cũ pillularijs tartaræi ignis, uel aliter ensę minoribus, uel lõgioribus armis armatos more romulęo pro suffragio, præsidioq;, et succursu hastatorũ, ut pugna secuta uictoria paretur.

17 ¶Puto equitatum modernum fortiorem esse equitatu antiquo ob sellas strictas & altas serratas, cum staphis, & bardis corcis, & alijs armis quibus armantur equi; & maioris ponderis esse iudico in bello pro uictoria peditatum quàm sit equitatus, in exemplo fuit Rex Armeniæ tigranus, qui dum centum, & quinquaginta millia haberet equitatus, & peditatum uigintiquinque millium, Ita quòd Tigranus deridendo exercitum Romanorum aiebat, Non sufficere uni legationi, & inde commisso prælio uictus permansit Tigranus

18 à Lucullo. ¶ Necessarius est tamen equitatus in bello pro secundario fundamento post pedites ad inuadendum, & prosequẽdũ hostes, illosque infestandum, & pro scorta exercitus, & ad comburendum, & ad deuastandum hostium agros, & habitacula, & ad insequendum ruptos hostes in fuga. Sed peditatus est in principali causa uictoriæ in Europa, secus in Asia ubi sunt lata regna, vrbes, & loca; & solum ibi abundat copia equitatus. Marcus Crassus, & Antonius fuerunt in causa, qui si pillularios habuissent tartaræi ignis ritè instructos cum peditatu uictores fuissent.

19 ¶ Et ut milites sint magis attenti bello antequàm prælium inicietur, publicetur preconia uoce, nè milites ulli hostium neminem faciant captiuum, uel capiant aliquem ex hostibus ante datum signum à Duce suo.

20 ¶ Nam mora quæ lucri causa fuit in bello in capiendo hostes, & illos captiuando sæpe facit exercitum incidere in errorem incorrigibi

21 lem. ¶ Legitur Scipionem Aphricæ domitorem dimicantem in Hyspania contra Asdrubalem Barcham fratrem Annibalis Pœnorum Ducem, fortisimas legiones in frontem ordinis acierũ suarum in cornibus acierum produxisse, & uictoriam habuisse circumductis legionibus Asdrubalis per ipsum medio instructis, oppositis illis debilioribus exercitus, & post insidiando hostibus ibi collocauit fortiores in fronte callidè mutatis debilioribus dato illis ordine ut paulatim sustinendo hostium impetum retraherent sead suos usque ad calcem suorum agmine stricto facto, & in lateribus ampliato, & Asdrubalis circũduxit exercitum, & uictor permansit Scipio, recuperata tunc Hyspania, illis ualdè nocerent instructis aciebus instrumenta bellica tartaræi

22 ignis usa tẽpore nostro. ¶ Legimus quoq; Parmenem Thebanorum Ducem, postquàm ipse uiderit robustissimam Persarum aciem esse in dextro cornu, infirmos suos quos cognouit pusillanimos posuit contra fortissimos, dato sibi ut fugerent in locis nemorosis, quos fugientes fortissimi hostium milites fuerunt insecuti; & ita frustato ordine hostilis exercitus Parmenes optima parte suorum in dextro cornu iam turbato hostili agmine, aciemque totam hostium adeò circuiuit quòd eam euertit.

23 ¶ Et cum Pompæus Magnus reduxisset Cæsarem in locum arctum apud Dyrachium, ubi Cæsariani equites pugnare non ualebant, duobus millibus tũc ex Cæsarianis militibus cæsis; suos iussit Iulius Cæsar fugere sparsim per agros, & se seruari ueniente nocte, & reduci in loco certo sibi dato per Cæsarem Ducem suũ, quos Pompæus aliter non fuit persecutus; & inde Cæsarianis reductis in loco sibi dato per Cæsarem suum Imperatorem: qui erga illos placidè loquens, inquit, Hodie fuisset uictoria apud hostes si nos fuissent insequti; & de tali Pompæi gestu fuerunt per ipsum certiorati Reges, & externæ Ciuitates, & populi sibi amici tanquàm si bellum fuisset finitum cum

24 Cæsare. ¶ Nec est inutile in re militari ponere quandoque in prædam auari hostis infirmiores, inutilesque, & impedimenta exercitus, iumentaque onerata tristiora relinquendo, ut hostes auidi præda, & sanguine deducentur in insidias deserto suo militari ordine.

25 ¶ Ob auaritiam Lucullanorum militum euasit Mithridates, & Lucullani propter auaritiæ lupam occiderunt improbè Calistratum Consiliarium, & consocium secretorum Mithridatis contra mentem Luculli sui Imperatoris: qui in prædam dedit militibus suis uallum Mithridatis Cabtiam, & castra multa: quæ tunc per eum capta fuerunt à Lucullo, liberatis ex illis captiuis quos detinebat Mitridates, & Nyssa soror Mitridatis ducta fuit in captiuitatem Lucullo per ipsum capto Mitridatico regno, & reliqua occisa Mithridatis familia, qui fugit in Armeniam ad Regem Tigranum, captis iam per Lucullum Caldęis, & Thibarenis cum

26 Armenia minore. ¶ Instructa acie per Alexandrum magnum contra Darium Persarum Regem uenientem contra Macedones cum equitatu Bractianorum, facto impetu maximo cum equitatu dubiè pugnatũ, & cum periculo fuit in sinistro cornu ducto à Parmenione Alexãdri Duce, & per Darium misso equitatu suo ad capiendum Alexandri impedimenta, Ita quòd Parmenion misit ad Alexandrum, ut illos fortiores mitteret qui ante erant ad succurendum illis qui retrò erant, nè tollerẽtur, & depredarentur tentoria, & alia impedimenta

menta exercitus:& uolens Alexander suos edu cere, audito quòd erat occupatus Parmenion, inquit, Debemus curare uictoriam, quoniam illa habita, hostes, seruos, aurum, argentum, & bona eorum, & nostra habebimus cum honore, & in bello mortui pro gloria uiuemus; cũ rebus abundè relictis superstitis nostris, & talibus dictis erga nuntios Parmenionis imposita sibi galea, & suis hortatis ad pugnam, irruens in hostes impetum fecit cum suis Thesalis, & Macedonibus impigrè & pertinaciter pugnantibus in præsentia sui Regis, ita quòd usque ad currum Darii accesserunt, ubi fortiores Darii ceciderunt,& Darius currum mouere non ualebat impeditus a suorum cadaueribus,& deniq; fugit Darius sup equo celeris, & rapacissi... cursus relicto curru: Et nisi Parmenió bello impeditus iussisset emitti tubæ sonum quo suos uocauit ad unum, & Alexander in suffragium suum cucurrit nó quidem Darius tunc euasisset e' manibus Alexandri qui illum insequabatur hostibus in fugam uersis,& secuta uictoria uocatus fuit Alexander Rex Asiæ à suis,& ab Asiaticis;& erga suos

27 benè meritos usus fuit munificentia. ¶ Alexander post contra Darium qui fugerat relicto auro in tentoriis,& captiuis in curribus in prosequendo illum secuto tertio bello in undécim diebus millia tria, & ducẽta stadia equitauit p aspera lóca indigẽtia aquis:ultimo secuto bello,& uulnerato Dario ad mortẽ, & illo expirato & reperto mortuo multis sagittis, quẽ regiẽ sepeliẽdum misit ad matrẽ,& ad fratrẽ suũ Exterem,quem tunc sibi iunxit amicitia; dein de subiugauit Alexander Hyrcanum, & reperit mare hyrcanium Caspium dictum, ubi est brachiũ dicti maris aquę dulcis paludis Meothidæ boreæ uicinæ:& ego bibi de fonte aquæ potabilis existente, & uidi in mari salso apud Mansfredoniam Apuliæ, & in palude quadam aquæ salitę existente in districtu patriæ meæ Rauennæ in loco dicto fundi Petri in Armentario, est aræa quædam quæ nuncupatur aræa mali compatris in qua est aqua potabilis cir-

28 cundata ab aqua salsa. ¶ Audito per Indiæ Regem Porrum, Alexandrum magnum transiuisse fluuium Hydaspim cum exercitu, illicò copias suas uiginti millium peditum, & duorum millium equorum acie instructas inuectus ab Elephante duxit contra Alexandrum illis tantùm relictis qui contra Macedones pugnabant nẽ flumen transirent: qu... perspecto per Alexandrum repente ad sinistrum cornu hostium accessit, ut elephantes turbaret ordinatos,in eo præceptis alis suis,ut dextrum cor nu inuaderent, ita quòd hostes ab utraque parte se reducebant ad elephantes pro munimine, & ut cum maiori uiolentia currentes remoue rẽt Alexandri milites ab incepta pugna, ibi duro Marte pertinaciter pugnatum est per octo horas, demum hostes Indos uerterunt terga Porro Rege suo uulnerato pilis, & sagittis multis, quas ut aliàs dixi, ex corpore sui Regis ore extrahebat Elephas,quem Porrus equitabat;in terram deiectus, & captus inde fuit ab

29 Alexandro. ¶ Hostibus Armenis Lucullus dedit penuriam,Tigrani Regis depredato frumẽto dato uasto in agris, & in satis; & non ualens ob hoc Tigranum Regem ducere ad bellum tot uicibus uersum in fuga obsedit Artaxanam regiam urbẽ, ab Artaseno Rege Armeniæ constructam in loco forti, cum Annibalis consilio; ubi Tigranus filios paruulos, uxorem Cleopatram filiam Regis Mithridatis, & familiam suam tenebat; & hac de causa Tigranus prouocatus cum exercitu accellerauit ad Lucullum flumine Arsamano dimidiante utrosque exercitus, & necesse habuit Lucullus transire fluuium pro obsidenda urbe;propterea amnem aquauit facto prius sacrificio cohortibus duodecim acie instructis positis in fronte hostium, & totidem ordinatis post eorum terga, probè distributis subsidiis nẽ hostes tollerent ipsum in medio.

30 ¶ Et ex aduerso Tigranus contra equitatum Luculli cohortes suas posuit, & sagittarios Mediæ in equis, & hispanos cum lanceis in quibus se Rex ualdè confidebat pro salute regni sui,& hi romanorum equitatum impetum sustinere in bello non potuerunt ibi occurso celeri peditatu romuleo:quibus hispani terga dederunt romanis insequentibus illos, & illis illicò Tigranus occurrit cum suis optime ordinatis multitudine longa acierum, & Lucullus suos in unum repentè collexit tubarum sono,& facto stricto & fortissimo cuneo impetum fecit in hostes:qui præ timore quæsiuerunt salutem quærere fuga,& primus fuit Mithridates qui fugere cæpit audito clamore maximo Romanorum, & Lucullus tota nocte prosequendo uictoriam insecutus fuit barbaros carpendo,illos prædando, & occidendo per agros;ita quòd lapsi sui milites fuerunt.

31 ¶ Voto facto primò in campis farsalicis per Cæsarem tribus modis ordinato exercitu suo, cum silentio posito in medio, Caluinio, Domitio, & Marco Antonio in cornu dextrò; & Lutio Albino in sinistro cornu propè paludes, & ipse se firmauit in decima legione cum proposito inceandi bellum cum ipsa decima legione;perspiciens quòd contra cornu erat instructus magnus equitatus Põpæi dubitãs de illius multitudine,& de armorum splendore nẽ suorum offuscaret oculos bellãtium. sex cohortes ultimæ legionis iussit ad se uenire, & illas arte per obliquum collocauit post dextrum cornu,

& extra legiones munitis illis de eò quòd habebant agere in pugna, uidelicet, Si Iuuenilis equitatus hostium concurreret; illum in uultum, ora, & oculos peterent ensibus, & dimissilibus armis. ¶ Ex aduerso Gneus Pompæus
32 magnus triplicem aciem instruxit, quarum singulæ denos ordines habebant in latitudine, & legiones in cornibus, & in medio fortissimos collocauit, & in dextro cornu tirones mixtos cum ueteranis, & equitibus sparsim suppleuit propè flumen Enipeum: & reliquoa equitatus cũ omnibus auxiliis in sinistro cornu posuit, & dextrum cornu regebat ipse Pōpæus contra Marcum Antonium, & in medio Socer eius Scipio Metellus; Lutiusque Domitius Aeneobarba sinistrum cornu Cæsaris, & in equorum fortitudi ne ualde erat Excellens L. Domitius, & ibi omnis ferè Pompæi equitatus se reduxerat cum animo turbandi decimã Cæsaris legionem, in qua ipse Cæsar solitus erat pugnare. ¶ Et Cæsar benè considerauit Pō
33 pei sinitrum cornu fore ualde equis munitum, timens armorum splendorem, posuit ut dixi post terga decimæ legionis sex cohortes ex aliis legionibus ultimi ordinis extractas, sibi imposito ut ibi quietè starent quòd hostes non aduerterent, monendo illos ut uenientes hostiles equi per suos qui primò exibant ad pugnã non solicitarent iactare hastilia arma pro ut aliàs solitum erat pugnare, sed quòd altius hostes uulnerarent in frontem, caput, & oculos; quià inimici aggredientes non se firmabunt, & cum splendore propriorum armorum non poterint cernere uulnerantes ipsos, neque affixa arma in eorum ora, & oculos, & Cæsar anxiè hoc docuit suos. ¶ Tribus factis aciebus
34 in fronte legionum nè sinistrum latus fortè circuiri posset equites, & pedites uelocissimos more equestri pugnæ exercitatos posuit, & cohortes ut supra in subsidium arte retinuit ad res subditas à dextro latere conuersas in obliquum, unde hostium equitatum expectabat.
35 ¶ Pompæo ex aduerso uidente Cæsaris acies stare tacitas, & silentes, & secundum militarem ordinem expectare tempus belli, & suos non sine rumore, & tumultu permanere sine militari disciplina, dubitans ordines suos rumpi in principio prelii, unde monit primos acierum suarum quòd in primo concursu se firmarent, & expectarent hostes sustinendo eorum impetum insimul stricti donec hostes fuerint
36 propinqui quantùm est iactus pili. ¶ Et ex aduerso Cæsar deridens Pompæi consilium docuit suos, ut totis uiribus impetum fortem, & celerem facerent cum furore, cursu, & clamore maximo, cum auctis animis & uiribus maiora, & latiora vulnera fiant; & quòd ictus uulnerum datorum cum cursu, & impetu se firmãdo debilitantur, & homines frigidi, lassi, & moles redduntur nisi factus fuerit insultus cum furore impetu, & clamore maximo in initio prælii, & iussit corã cōturbernio tunicam ex templo purpuream sibi poni, quòd Romanis signũ pugnæ erat, inquiens erga milites suos, exoptatũ aduenisse diem, quo cum uiris, & non cum inedia, aut ægestate pugnabitur; sonantibus post tubicinibus pro pugna tunc accēsa plenis agris farsalicis militibus armatis, & equis cum maximis Ducibus, aciebusuè instructis pro pugna datis signis militibus obseruantibus: & dum iret ante suos monendo exercitum suum, uidit quòd C. Crastinus Dux turmarum decem ipsius Cęsaris, aliis silentibus ex parte Cæsaris impetum peroptans facere in Pōpæianos, suos hortabatur ad strenuè bellandum, erga quem inquit Cæsar O, Crastine quam spē habemus, cui Crastinus ostendit dexteram, & alta uoce dixit, O Cæsar Nos erimus uictores: quo uiso per Cæsarem maximam spem habuit uictoriæ clamante Crastino erga suum Imperatorem Cæsarem, hodie Imperator uictor eris, & me uiuum, aut mortuum laudabis; & gratias agēs, sequimini me inquit, O ciues optimi primi pilarii, & ferentarii dignissimi, hodie dignitatem suam dabimus Imperatori nostro Cæsari, & nos propriam recuperabimus libertatem, & pilum extorsit in hostes magna prolata uoce impetum faciēs in ipsos, quorum occisionem non modicam fecit direpto ense, & cum ensibus post iacta pila, & in belli furore transfixo ore hostili ferro, idem fuit uulneratus C. Crastinus, qui illicò periit, ex utraque parte æquè
37 pugnantibus contrariis exercitibus. ¶ Et adhuc Pompæus non eduxerat ad bellum dextrũ cornu suum, & firmus prospexit circa circa equos suos, expectando finem operæ illorum qui perantea impellerant ipsorum turmas, ut circuirent Cæsarem in decima legione pro ut iudicauerat ante in ordinando acies, & exequēdo ordinem per ipsum illis prius datum; & cōtra fallangem, & decimam Cæsaris legionem impinxit certam equorum turmam quæ erat ordinata ante alios ut illam circuiret, & rumperet; & dato suis per Cæsarem signo, equitatum Pompæi ad decimam legionem accedere ueloci cursu, tres repentè cohortes trium millium peditatus Cæsaris per ipsum ordinatæ ad res subditas dedita opera, & artè ad circuendum hostes quæ contrariæ erant equitatui Pōpæi, & illi resistebant uulnerando in frontem, oculos, & ora, & in coxas, & tibias.
38 ¶ Et Iuuenis Pompæi equitatus inexpers similis generis, & modi belli perdidit audaciam omnem, non ualens sufferre uulnera oris, & oculorum; uertēdo capita, & cũ manibus oculos proprios, & capita cooperientes terga ultime

ſimè uerterunt: quos fugientes Cæſaris cohor
tes,& turmæ non fuerunt inſecutæ,ſed impetũ
maximum fecerunt in hoſtium peditatum ab
illa parte ubi cornu hoſtium fuerat priuatum
equitatu ſuo curantes hoſtes ibi tollere in me-
dio: & non ualens Pompæi peditatus ſuſtinere
Cæſaris impetum à duobus lateribus abſq; au
xilio eqnitatus,nec impetum decimæ legionis
Cæſaris qnæ ante illum ueniebat, non auderũt
Pompæiani reſiſtere uidentes ſe fuiſſe inopina
te ductos in medio,& ab hoſtibus circuitos,ſe
demum uerterunt in fugam pedites Pompæi,
qui cernens puluerem iudicauit fuiſſe ruptum
eius equitatum, & mæſtus neminem ſalutato
cum furore acceſsit ad uallnm, & ibi mutata
ueſte, ſuis in expeditione & fuga relictis cũ pu
dore tantæ amiſſæ uictoriæ,Iuxtà illud Poetæ.

Hic ſe oculis uoluẽs mæſtus ſe uertit ab armis.

& auditò hoſtes ibidem ueniſſe inquit, Etiam
ad uallum peruenere; & fugit incognitus de-
miſſo capite;& Cæſar acceſsit ad nallum Pom
pæi, primitus cæſis millibus ſex ex Pompæia-
nis legionibus, & reliquis Pompæi exercitus
in fugam uerſis & captis;nallumq; deuaſtauit,
& id prædatus fuit. ¶Et deniq; fugit Pompęus
39 in Aegyptum ad Regẽ Ptolomæum ſibi benefi
tio deuinctũ,& Ptolomęus Theodoti Sophiſtę
cõſilio immemor beneſitii accepti à Pompæo,
per Achillem Plotinum,& Septimium, & Sal-
uium proditoriè occidit Pompæum truncato
ſibi capite,& illud Cæſari dono miſit:quo uiſo
plorauit Cæſar, & ob hoc Achilem,Plotinum
poſt iugulauit, & Ptolomæum debellauit Cæ-
ſar apud flumen ubi legimus Ptolomæum eua
ſiſſe,& Theodotus fugit uagando per Aegy-
ptum, & orbẽ timore Cæſaris, & tandem ca-
ptus per Brutum in Aſia cruciatus uariis tor-
mentis occiſus fuit. Et Pompæi cadauer inter-
fecti annorum ultra ſexaginta ad corneliam
uxorem miſſum ſepultum fuit in Albano.
40 ¶Quantum fuit nomen, & gloria Gnei Pom-
pæi magni in omni genere armorum, & bello
rum experti: qui tres Orbis partes acreuit Ro-
mano Imperio, honoresq; tanti ipſius fuerint
Conſulares & triũphi,ſenatus,Populiq; Rom.
Mirandum eſt, dictu ſtupendum quanta fuerit
gloria,& excellentia Romanorum Ducũ, Im-
peratorum,& Regum, Scipionum, Catonum,
Lentulorum, & tot aliorum Romanorum Im
peratorum,& militũ: qui uirtute, & gloria in
re militari excellucre,tantò plus Cæſaris auge
tur gloria, qui horum omnium bello quæſita
ſolus ſubegit, & nomen prædictorum ſibi mar
te uendicauit:ut in factis cantat Ouidius,

Magne tuum nomen rerum eſt menſura tuarũ.
Sed qui te uicit nomine maior erit.
Si cor, ſi uires, ſi bella requiris Achillis.
Vt paucis expediam Hectore maior erit.

41 ¶Et teſte Plutarco Cæſaris ſucceſſores gloriã
ipſius ſibi appropriare non debent,ſed eam bel
lo,& uirtute ut ipſe fecit ſibi comparare.Nam
ea quæ fecimus uix ea noſtra uoco, Ouidio te
42 ſte de Vlyſſe ad Ayacem ſcribente.¶Ab infide
libus igitur occupata Regna Catholicorũ ſunt
per te Imperatorem Catholicũ,& ſemper Au-
guſtum, & alios Orthoxos Principes, Reges,
& Populos recuperãda uirtute bellorum cum
omni ſtudio & diligentia matre bonarum ar-
tium, & uirtutum, & reducenda ſub uexillo
ſalutiferæ Crucis, Domini Noſtri IESV
43 CHRISTI. c. Nihil 83.diſtin. ¶ Nã Mar
tis tectus es armis adamantinis, cui lapidi ce-
dit magnetes, Ita quòd operari non poteſt uir-
tutem ſuam,oppoſita illi lancæa tua adamanti
na, & ferrum dimittet repente, & cadet ſepul-
chrum hęretici Maumethi uirtute tui adaman
tis,cui ſe inclinabit,& illum honorabit magne
tes ferreo dimiſſo ſepulchro quod fertur iace-
re in ſuſpenſo ob uirtutem magnetis quæ cedit
adamanti, ut de potentia Dei ſcribens firmat
beatus Petrus Damianus conterraneus meus.
44 ¶Nec prohibent iura ſuper ſe portari lapides
& herbas uirtuoſas dummodo non portentur
per ſortilegium,quia foret peccatum cap.fi.ui
45 ges.ſex. queſt.ult.¶Et omnia habent percunta
re optimi Principes Catholici, & benè perſpi
cere lynceis,& argeis,aquileiſq; oculis ut Chri
ſti fideliũ conſeruetur reſpublica,& illius exer
citus;& Infidelium frangatur audatia, & priuẽ
tur regno non ſuo per ipſos occupato ferocita
te uiolenti cap. Scriptura de elect.l.iii.C.de his
qui milit.non poſ. cap. Diaconi nonages. ter.
diſtin.Cap.Dominus uiges.ter. queſt.pri.& p
Doctor.ibi, & per beatum Thomam de Aqui
no in ſecunda ſecundæ 40. queſt. articulo iij.
46 ¶Vbi habetur quòd contra infideles omnis do
lus, fraus,& aſtutia eſt utenda, ut læta Catho-
licis uictoria conſequatur pro Deo pugnanti-
47 bus.¶Inſidiari poſſunt hoſtes relicta parte mi
litum in locis cauernoſis, uel nemoroſis Sam-
nium exemplo,qui per Inſidias incluſerunt Ro
manos in anguſtiis, & illos miſerunt ſub iugo,
Iuxta illud Poetæ, Poſt tergus Bellona manus,
ſpoliataq; telis: & demum aperto Marte,& lõ
go bello uicti Samnites fuerũt à Romanis præ
48 clare uirtutis.¶Poſſunt etiam inſidiari hoſtes
militum parte in conſpectum poſita inimico
rum ſupec montibus, & parte in cauernoſis,&
ſiluoſis locis; aut rupibus collocata ad hoſtiũ
latus de die,uel de nocte, miſsiſq; arte mulio-
nibus ſtrepitum facientibus,hoſtibus fortè cre
denubus

dentibus nouum fore inimicorum præsidium ut C.Sulpitius fecit contra gallos, & Athē Sycearum Regem.
49 ¶Proderit experto Duci habē ti multitudinem militum contra habētem par uum exercitum, illū in plano ordinare in acie cum æquali hostiū frōte, tribus factis aciebus; & incœpta expeditione facere paulatim paula tim frōtem multitudinis se retrahere, & latera sua extendere, ita quod hostes circumdabuntur à multitudine quod non aduertent se fore circū
50 ductos, & seu circumdatos, & perditos. ¶Paulus Aemylius Romanus Imperator dum foret bellaturus in Macedonia contra Regem Perseum, contemplatum Regem dupplicem ordinem fallangum in media parte collocasse exercitus, & illos quoq; cinxisse cum militibus leuis armaturæ, & equos in quoq; cornu posuisse tres cohortes cuneatas ordinauit ex aduerso, & extra illas locauit uelites; deinde iudicauit ex ordine Aemylius tali nō sequi uictoriā, Ideò se paulatim reduxit ad loca inæqualia, & rupta illum insequentibus Fallangibus Regis; iussit equitatui ut ueloci passu à cornu sinistro hostium extra frontem fallangum transcurrerent ut in illos pila iactarent, & illis iactis impetum in ipsos facere, ut lanceas frangerent, & inciderent: quo facto Macedones ruperunt ordinem suum, & se fugæ dederūt amissis armis
51 ¶Legitur Tarquinium superbum Romanorū ultimum Regem, non ualentem ponere sub ditione sua Gabios, filium flagelasse ut simulatē fugeret ad Gabios, incusata patris sæuitia; & ita uirgis cæsus fecit ut urerentur odio suo aduersus Regem superbum, & sæuum patrem suum; & per ipsos fuit Dux electus contra Tarquinium, cui postea tradidit Gabios.
52 ¶Quæro de iure si licitum sit fili. se defendere cōtra patrem in filium sæuientem, & uidetur quòd non propter ius patriæ potestatis l.i. & per ferè totum titu. ff. & C. de patr. potes. & Instit. eodem iuncta glo. In contrarium est quòd ius naturæ repugnat. Nam iure naturæ cautum est uim ui repellere licere, & iura naturalia nō tolluntur iuribus ciuilibus §. Naturalia. Instit. de iure naturali gent. & ciuil. & capi. Ius naturale distinct.
53 quin. ¶Potest tamen pater filium ordinatè castigare, & corrigere in iis quæ pertinent ad patriam potestatem non excedendo modum, & tunc non licet filio se defendere contra patrē: & in hoc limitatur ius naturale per ius ciuile. Sed si pater excesserit modum tunc ius naturæ sibi suffragabitur arg. capituli Est subiectus nonages. quin. distin. & per Bar. in l. ut nim. ff. de iustit. & iure; & ita habetur de magistro, & de percuciente Clerico ex causa disciplinæ non excedendo modum ordinatæ correctionis. Cæsar falcaros currus in Gallia impediuit uallis acutis ligni affixis in terra. Xantippus contra Marcum Regulum leuis armaturæ milites in primo ordine posuit, & robur omne exercitus in subsidium dato ordine auxiliariis ut iactis pilis cederent locum hostibus, & inter latera suorum se reducerēt; & uiso hostes stare in medio illico currere ad latera, & circuire hostes cum cornibus longis in forma lunæ offendēdo hostes ordine tali: & similem ordinem Sertorius fecit contra Pōpęum in Hyspania. Et Cleādria Lacedæmonius contra Lycaonem pugnaturus globum fortissimorū militum fecit suorum, ut paruus hostibus uideretur exercitus, & post ordines exercitus extendit, & hostes arte circuiuit & fugauit. Rex Pyrrhus dum esset pugnaturus contra Romanos pro fauore Tarentinorum apud Asculūm Marchiæ Anchonitanæ, Samnites, & Epyrotas in cornu dextro, & Brutios, & Lucanos in sinistro cornu posuit; & Tarentinos unà cum Salētinis in medio collocauit; equos, & Elephantes in subsidiū omnium ordinauit. Et ex aduerso Romani Consules equos in duobus cornibus diuiserunt, & legiones in primo ordine, & in subsidiū mixtim cū auxiliariis, & confœderatis suis ad numerum utriusq; exercitus bellatorū: & commisso certamine fugit Romanorum equitatus, putando propter timorem elephantum: & duro Marte extitit, quo in conflictu millia quinque Romanorum cecidere; & ex parte Pyrrhi medietas.
54 Exercitus, & cruenta uictoria fuit. ¶Et cum non posset Darius capere ingentem Babilonē fuit rogatus à Zaphiro Præfecto sui exercitus à Dario ualde dilecto, ut ipsi Zaphiro faceret Darius truncare nasum, & aures; & ipse transfugeret ad hostes: & nollens Darius tale facinus committere in tā fidum uirum, Zaphirus sibimet ipsi propria manu truncauit nasum, & aures, & ut transfuga fugit in Babilonem, & Babilones cognoscentes ipsius excellentiam, & malè meritum fuisse de Dario; omnem ut Darii inimico Imperii potestatem post modum tradiderunt Zaphiro, qui fictè se benè gerere Babilonem Dario tradidit; & ut legi solitus erat Darius dicere se male Zaphirum integrū
55 habere quàm mille Babilones. ¶Optimum est in re militari scire hostium secreta, & habere beniuolum aliquem ex Consiliariis, & hostiū scribis corruptum, ut Orthodoxos nostros certiores redderet: nam aurum quandoq; fores rupit adamantinas. Et se iactabat, & gloriabatur Philippus Rex Macedonum omnem orbem, arcem, & turrem licèt munitissimā, & inexpugnabilem capere si in ea potuerit mittere salmam auri.
56 ¶Et utile erit pro habendis hostiū secretis, habere in eorum locis aliquem ex primatibus pro amico: qui prudens sit, & munificus, & facere quòd sæpe opuletur aliquis fidus ex Catholicis qui sit prudens, & doctus literis, &

& armis, qui secum conseruet amicitiam cum muneribus crebris, & munificētia, ita quòd ab & callidè percipiatur aliquid ex hostium secretis. Castronius Lacedæmonius in præsidium Aegyptiorum contra Persas, sciens Persas tene re Græcorum uirtutem, & nè fugeret, græcoa in prima acie posuit eum nestibus Aegyptiacis, & eredentes Persæ græcos hos fore Aegyptios resisterunt illis forti animo, & inde Castronius multitudine pinxit Aegyptiorum ad pugnam, quos credentes fore græcos se posue runt in fugam. Magnus Pompæus in Epyro ui dens hostes habere ipso maiorem equitatum & peditatum; suos apud collem in loco arcto instruxit, sibi dato ordine ut galeas coperirent nè cognoscerentur ab hostibus, & inde iussit equos in plano pergere ante pedites; & quòd retro ad suos in primo impetu hostium se redu cere, & inde se extendere ad latera suorum: & cum hostes ibi fuissent illicò suorum acies peditatus fuerunt hostes adhortæ ex improuiso, & illos truncarent nt factum fuit. Archilaus cōtra Syllam falcatos, quadrigas, & currus po suit in primo ordine nt turbarent hostes fallan ges Macedonum in ordine secundo, locauit in tertio ordine auxiliarios mixtos cum fugitiuis Italiæ: de quorum agilitate ualde confidebat, & demum in calce ordinauit, & locauit milites leuis armaturæ, & post in utroq; latere exer citus longum suum equitatum posuit ut facilius hostes circuiret, Et ex aduerso Sylla in utroq; latere foueas fecit magnæ latitudinis cū castris ligni, & terræ, ita quòd circuiri non pos set: & inde tres ordines sui ordinauit peditatus cum medio interuallo terræ pro militibus leuis armaturæ, & pro equis quos ultimo loco locauerat ad res subditas, & ordinem dedit illis qui erant in secundo ordine, nt ligna acuta figerent in terram nt retinerent quadrigas, & fal catos enrrus; dato signo nt emisso clamore ma gno per milites leuis armaturæ primipilares pi la iactarent in hostes: quo facto quadrigæ hostiles fuerunt impeditæ, & contra suos se conuerterunt rupto Macedonum ordine, Sylla firmo remanente cum exercitu suo in ordine hostibus reiectis iterum uictor extitit Sylla.

57 ¶ Operepretium est, curandum habere expertos milites in re militari, Exemplo Magni Alexandri, qui cum uidisset militem quendam etra aciem pilum iactantem discendi causa, ipsum repente à militia amonit, Inquiens, Non nunc discendum est, sed certādum; & antequàm huc aduentares magister esse debebas, primitus didiscita disciplina militari, & illum deleuit e' legionibus suis: cuius exemplo, magistri esse debēt milites in re bellica, aciebusq;, & in castris,

58 & non Discipuli. ¶ Funditores, Sagittarii, & Scorpionarii, & uelites armati leuibus armis non stabant Antiquitus in ordine exercitus Romanorum: qui illos in capite exercitus collocabant acie instructos, interequos, & pedites: & hi erant qui initium dabant pugnæ, & si erāt uictores uictoriam sequebantur cum reliquo exercitu: & si per uim fuissent repulsi, & coacti ab hostibus se retrahebāt ad latus exercitus & ad locum sibi primò datum, & ordinatum per suum Ducem, & post hos instruebant hastatos in bello qui pugnabant secundum ordinem sibi datum, & paulatim paulatim se retra hebāt ad loca sibi statuta: & si opus erit ad Principes, & ad Triarios agmine stricto, & ipsius facto arcto cuneo, & se seruabant, & hostes for tius hostibant arbitrio prudentum Ducum.

59 ¶ Habentq; scire bellorum Reges uarios acierum modos, & diuersos ordines, & instructiones bellandi: quibus ualeant in hostes obtinere uctoriam; considerando affinitates suorum militum prudentiam, amicitiam, hostilitatē, fortitudinem, nationem, & odia ipsorum: quia illi qui sunt infensi hostibus ponendi sunt in fron te nt fortius pugnent, aliis sibi auxiliantibus strenuissimis uiris artè secum positis, & rectè ordinatis pugnæ modis, suisq; hortatis militibus ut primum impetum sustineant, ordine da to, & firma manente acie: & hoc facto putent se uictores, ut Pompęus suos docuit in Campis Farsalicis, & suos aliter instruxit Cæsar nt omnibus uiribus uulnerarent hostes in primo ingressu quoniam tunc maiora fiunt uulnera cū magno uulnerantium spiritu, & animi percussorum inuilescunt, quos sæpe impellunt ad fu-

60 gam ordinibus pugnæ turbatis. ¶ Et primo nt aliàs dixi per Cæsarem pluriès ante facto suorum paucorum iuditio, & experientia, simulan do dietim expectare noua suffragia: perscrutan do si sui timebant hostium multitudinem: & certificatus de eorum animo Sitato, & uirtute maxima aspecto Pompæi sinistrum cornu tot munito equitatu, timentem armaturæ splendo rem; sex obliquas post signa cohortes e' legio nibus eductas decimæ legioni à tergo artè locauit Cæsar, & illas iussit ibi stare quietè hosti bus ignotas, quas docuit nt festinanter strictis ensibus, pilis dimissis solitia irruerent in Pompæianos, illos in frontem altius uulnerando in ora & oculos Iuuenilis equitatus Pompæi ip sarum assueti bellis, & uulneribus triplici per Pompæum facto ordine octuaginta, & octo cohortum peditatus, & quadraginta millium & sexcentum equitatus in sinistro: & quingentis in dextro cornibus positis, magno post sequente numero Regum, Senatorum, & Romanorum equitū, præter alias copias leuis armaturæ equorum funditorum, Scorpionariorū,

61 uelitum, & sagittariorum. ¶ Cæsarianis octuaginta cohortibus simili modo instructis, & ordinatis

ordinatis peditibus triplici ordine cum mille
equitibus: quibus expeditis causa pugnæ fuit
C. Crastinus fortissimus miles auidus belli.
Nam Romani ciues ex utraque parte aderant
amici,& consanguinei, & frater cõtra fratres,
& Filii contra patres; & gener contra soccrũ,
& e contra pugnaturi erant: & pro dolore dif-
ferabatur bellum,& mutua pietate pacientibus
Ducibus citra excidium Romani Imperii, &
humani generis pax sequi fortasse potuisset,
Sed Crastinus extorsit pilũ rabida prolata uo-
ce maxima ardētissime pugnans in simul cum
globatis ab utraq; parte aciebus, Cæsar inquit,
Milites parcito ciui, & tunc piè gratiam fecit
cuilibet militum suorum, ut unũ ex hostibus
conseruare ualeret, quod fuit pergratum mili-
62 tibus. ¶Nam & sicut debellanti,& resistenti de
betur uiolentia, ita capto, & uicto uenia conce
63 ditur cap. Noli. uiges. tert. quest. pri. ¶Et hosti
est piè parcendum nisi pacis perturbatio for-
midetur ut in dicto canone Noli. in fin. Et in-
ter plures mortuos in aciem inuentus fuit C.
Crastinus unius gladio per ora illi adpositum
latu adacto ꝑ fossus occubuit oris uulnere pu-
nitus, & periit ultione iustissima, & repertus
exanimatus ab Imperatore suo Cæsare, eidem
C. Crastino mortuo ut ipse Crastinus prædixe
rat, Cæsar egit gratias Ducibus tunc in expedi
tione cum pertinatia uiriliter bellantibus.
64 ¶ Et sua confisus Pompæus multitudine longa
copiarum suæ gentis, intendens Cæsarem cir-
cuire, impulit, ut aliàs dixi equitatum suum
ad pugnam, & Cæsar ab utroq; cornu equiti-
bus suis quos antè ordinauerat signum illicò
dedit: qui facto in effusos impetu, rupto, & tur
bato Pompæi ordine, eos dare terga coegerũt
& uniuersi Pompæi exercitus fugit, multis pri
mò prostratis, inquiente Pompæo, Ergo ad cõ
gressum,& tacitus recessit à suis, & iuit ad ual
lum ubi Cæsariani accesserunt, & ipse mæstus
mutata ueste ut aliàs dixi se tradidit fugæ: nõ
tam cupiens uiuere, quàm formidando mori;
& nè reliquias legionum secum traheret incas
sum. Et tunc Cæsar bellorum Principum Impe
rator fuit consecutus uictoriam ingentissimã,
traditis secũ in deditione mil libus uiginti qua
tuor ex Pompæianis, & Quindecim millibus
cæsis in pugna, ultrà innumerabiles auxilia-
rios ex diuersi mundi partibus ibi confluxerãt,
passim cæsos: inter quos centum,& octuagin-
65 ta signa Aquilæ repertæ fuerunt, ut Romana
docet historia. ¶Et dum Cæsar percepisset in
Aphrica fuisse cumulatos contra se tres exerci
tus; quorum unum regebat Scipio Metellus so
cer Pompæi, Secundum Aphranii, & tertium
Rex Numidarum Iuba; & ibi applicuit Cæsar
cum exercitu suo, quo audito per Scipionem
illico accessit contra Cæsarem relictis Aphra-
nio, & Iuba in uallis suis, & fuit aggressus Cæ-
sarianos inordinatos, quos insecutus in fugam
uersos: qui à Cæsare tandem recenti fuerunt, &
per Asinium Pulionem in parte recepti in ual-
66 lo suo apud Thessam urbem. ¶Et Scipio Me-
tellus cũ suis pro uictoria audacibus castrum
unum munire cæpit. supra Lacũ, ut omnes Nu-
midæ regis Iubæ, & Aphranii milites ob necess
sitatem recuperari posset in eo. Et dum occupa
tus Scipio in tali munimine fuisset, Cæsar cele
riter duxit partem suorum acie instructam, &
illam ultra lacum transire fecit, aliis penès se in
ordine acierum, & in medio posuit Scipionem
Metellum, quem rupit; & sequendo uictoriam
uallum cepit Aphranii, & Iuba fugit: cuius ual
lum Numidarum etiam occupauit Cæsar mi-
ra celeritate; ita quòd uno die tres exercitus su
perauit, quinq; maredis magnis scilicèt socie
tatibus militum cæsis; & in talibus expeditioni
bus, & uictoriis legimus fuisse tantò occisos
quinquaginta ex Cæsaris exercitu; multis ca-
ptis ex Romanis nobilibus qui ad Cæsarē du-
cti fuerunt, & nonnulli alij ex se interfecerunt
nè in manus Cæsaris permanerent, & quibusdã
ex hostibus tunc per Cæsarem occisis, & co-
natus fuit Cæsar habere Catonem uirum pro-
bum in arbitrio suo tunc existentem in vtica
obsessum, qui semetipsum interemit nè in Cæ-
saris manus perueniret: de cuius morte Cæsar
ualde indoluit, inquiens, O cato ob mortem ti
bi inuideo, quia ob salutem tu mihi habuisti
inuidiam, & clementer pepercit Ciceroni, Bru
to, & reliquis Romanis sibi inimicis, & ex A-
phrica ad vrbē gloriosus accessit; & uictorijs,
& triumphis; & patriam ditauit tributis maxi-
mis: & tunc ter triumphauit pro Alexandrina
uictoria, Pontica, & Numidia, & seu Aphrica-
na pro Iuba deuicto Rege Numidarum in A-
phrica: in quo triumpho Iuba Iunior filius Re
gis Iubę ductus fuit: qui posteà literis, & armis
67 doctus euasit in urbe. ¶Indoluit ualde Otho
primus Imperator dum esset pugnaturus cum
Romanis, inquiens erga suos, Non deesse sibi
suffragia multa pro Imperio, & Misiam uenire
in subsidium suum cum magno exercitu, & nõ
erat nimis longius ab ipsis; & Asiam, Syriam, &
Aegyptum; ac illos qui bella inferunt Iudæis,
& iam esse in fauorem, & benefitium suum; &
Romanum senatum, filios, & hostium uxores
esse in ditione sua: sed sibi fore molestum non
habere bellum cum Annibale, Pyrrho, ac Cim
bris, sed cum Romanis nostris; ita quòd secuta
uictoria, uel ruina propriam patriam ostende
re; & se potius pacem, & concordiam peropta
re, quàm bellum, & se uelle magis mori pro pa
tria quàm imperare, quod dictum fuit uirtuo
sè prolatum: quia prudenti Imperatori, sem-
per Augusto cui secundum eius bonam mēmē

68 Deus dedit Romanum Imperium. ¶Et prudē
tissimus ille Cornelius Scipio Aphricæ domi
tor & triumphator, militiæ Principum Opti-
mus Imperator contra Annibalem pugnatu-
rus in Aphrica hostili terra apud Zamam ur-
bem per hastatos in prima frōte diuisos in cor
nibus locauit principium. Et Princeps cum co
hortibus,& Triariis legionum suarum instru-
ctis iuxta solitum morem Romanorum,& ip-
sas cohortes cum Triarijs clausit non densas
acies,sed rarefactas;& cum interuallo quodam
distantes instruxit illas ut elephantes recipere
posset absque suorum mixtione, & ordinum
perturbatione ut suos recipere, & insimul sibi
succurrere ualerent uelitibus multis optimè
ordinatis,& disciplinatis; ut se retraherent in-
ter legiones relicta uia currentibus elephanti-
bus:& ut dextrum cornu,leuumq; latus,& ele-
phantum tergora peterent armis in ipso bello-
rum impetu,& equites in cornua distinxit,Leli
umq; Cornelium in sinistro cornu cum equita
tu Italico, & Masinissam Inclitum Numida-
rum Regem in dextro cornu Numidis instru-
69 ctum posuit, & optimè aciem ordinauit. ¶Et
ex aduerso Annibal militiæ quoque magister,
cognoscens supremum gloriæ certamen,& tra
ctari de omnium gentium Imperio, & de suo-
rum iugo,& perpetuæ seruitutis,& de æthernæ
gloriæ & libertatis gaudio; elephantes octua-
ginta turritos trementes in terga cum armatis
bellatoribus ferentes in conspectum exercitus
Romanorum posuit; ut suo terrore, & uiolen-
to Impetu Romanorum ordinem rumperent,
& suis clipeus & murus æneus forent contra
hostes ante Pœnorum suorum cohortes, Gal-
lis,Liguribus,Mauris,&Balnearijs auxiliariis
positis mercenarijs;inde subsequentibus uariæ
nationis militibus:quos non fides, non patriæ
pietas ulla fortes,& strenuos redderet, & ut ip
si fugiēdi facultas nō daretur primo loco post
elephantes positi pugnæ impetum admitten-
tes,& nè extinguerent suorum, & Macedonum
copias, & ut integri eum fessis hostibus certan
do euaderet, Italicos, Brutios ut infidos in po-
stremam aciem arte posuit:ad suos post ambo
Duces se receperunt, illos hortantes, & ipsis
præponentes uarias ignauiæ notas, & diuersos
in militiæ errores hostium offerentes præmia
70 suis.¶Ad initium pugnæ, classica Romanorū
cecinere tanto omnium clamore,quòd elephā
tes, quos primo agminæ cura, & anxia tanti
Ducis collati in suorum præsidium contraria
fortuna in proprias acies irruerunt,& ordinem
eorum adeò perturbarunt & euerterūt, ut equi
tatu in fugam uerso prima causa euersionis, &
tantæ stragis exercitus Annibalis fuerunt, di-
minuta Pœnorum acie, & sui equitatus ordi-
ne rupto, quos ut motos Romani senserunt,
partim se se ad suos recipientes, & terga dan
tes,aciem Pœnorū adhorti sunt animosè, equi
tibus iam fugatis Annibalis,& fusis elephanti
bus;reque fœliciter gesta, primis ordinibus iā
pulsis in secundos:Et Lelius,& Masinissa fero
ces inter pugnantes, qui paulo ante aliquanti
sper fuerunt insecuti Pœnos hostes Romano-
rum,& oportunè reddeuntes,& uidentes fusos
hostiles equos qui supererant, & illos fuerunt
aggressi à tergo, & impetus talis quasi inopina
tus, Carthaginenses cum tota acie formidine
impleuit;ita quòd ancipiti pugna undiq; circū
uenta funderentur, & cæderentur Pœni; nul-
lo pudore, & reuerentia tanti Ducis non ualē
tis eorum sistere fugam, Ducibus,& militibus
hinc inde pugnantibus; Carthaginensium ma-
71 xima tunc subsecuta strage.¶Et gloriosam,&
immortalem palmam,opulentissimas potitus
fuit Publius Cornelius Scipio cum cognomen
to illo Aphricano: & nullus maior dies fuit
sub Imperio Romano quàm ille quo hæc ge-
sta fuere:quo die Annibal mæstus fugit cū pau
cis equitibus ad oppidum Esdrumentum, qui
antequàm abiret de prælio expertus fuit plu-
riès singulare certamen pro ut decet Principē
magnanimum in generali bello exercituum.
72 ¶In hac pugna Aphricana facta apud Zam-
mam;ex Carthaginensibus, & sotijs cæciderūt
ultra uiginti millia militum, & totidem capti
fuerunt cum centum, & triginta duobus insi-
gnijs,interemptis elephantibus undecim, & re
liquis captis:nec incruenta fuit uictoria, quo.
niam etiam ex Romanis periere millia decem
in hac memoranda expeditione Aphricæ.
73 ¶Sed demū Annibal suæ bonæ auersa rota for
tunæ; odio, & inuidia quorumdam ab Anthio
co fugit, & in Bythiniam applicuit profectus
à Flaminio ubi spontè petiit ueneno hospite
Rege Prusia illum prodente:quam mortem nō
nulli inclitæ famæ teste Philopomene nō infœ
74 licē putarūt.¶Alexāder suorū cōfisus uirtute
contra Archilaum pugnaturus, timens hostiū
multitudinem nè sui pauci circumuenirentur,
aciem in omnem partem cernentem instruxit,
ut undique suis circumuentis foret facultas
bellandi. Et in instruendo aciem peditatum
coniiciebat in medio aciæi ut equites dispone-
bat in dextro,& leuo cornibus: & hæc instru-
ctio persæpe utitur per doctos Duces nostri
75 temporis.¶Et Pyrrhus Rex Epyrotarum for
tissimos in principio belli, & in medio minus
bellicosos posuit, & in subsidium elephantes
76 cum omni equitatu.¶Tiberius instructa acie
ut sui uirtute pugnarent, traxit uexillum in fa-
liscos, præcipiendo illis ut ipsum uirtute sua
recuperarent ab hostibus potitum,& ita factū
fuit cum gloriosa uictoria. Alexander ad Ar-
bella ab omni parte sui exercitus circumcirca
ordinauit

ordinauit acies suas nè ledi possit ab hoste.
77 ¶Et Cossus acie instructa iussit uni ex suis fugere uolenti ut uexillum accipere deberet, & illum ante ipsum portaret, quod facere neglexit; & Cossus illi repentè costas transfixit pugione: ut obedientia quæ Regis est Corona regnaret in exercitu.
78 ¶Et Cæsar artè suis redeuntibus iussu suo misit equum suum proprium, ut cum celeritate uenirent in castris, & celerē in hostes uictoriam obtinuit.
79 ¶Et Scipio apud Numantiam dum foret acie instructus, protestatus fuit contra milites omnes suos hostibus in pugna terga uertentes pro hostibus habere Senatus, Populique Romani; & Marte secuto
80 palmarii, & trimphatores extiterunt. ¶Suos docuit Magnus Alexander quòd in primo hostium ingressu deberent flexo pede sinistro sustinere primum impetum: quod modo & opera tali sustineri facilius potest.
81 ¶Scipio maximus Imperator Romanorum in Hispania pugnaturus ut aliàs dixi contra Asdrubalem, ficta conseriatione aciem instruxit, & Asdrubal simili ordine suos acie eduxit, & Scipio post callidè hostibus insidiando mutauit ordinem, &
82 superauit Asdrubalem secuto certamine. ¶Pugnando cum sagittariis ut aliàs dixi, Consiliū est habere scutatos, & clipeatos multos: quibus facta testudine tuebuntur milites insolubili acie, exemplo Marci Antonij qui arte tali
83 superauit Parthos. ¶ Instructio acierum probè facta firmam uictoriam prebet contra inordinatos, etiam si forent leones, exemplo Xantippi Lacedæmoniorū Regis pluriès uocati in præsidium Carthaginensium, qui semper fuit ruptus à Romanis pp ordinē acierū Romanorum: & fuit percuntatus quo modo pluriès & pluriès per Ducem Romanorum M. Regulum fuerunt prostrati Carthaginenses à Romanis, & optimè percepit id cōtingisse ob salam acierum instructionem per ipsum prius deductis & probè inspectis Pœnorum copiis in aperto campo instruxit Elephantes, & illos in prima fronte locauit bellaturus contra Romanos; urbanam multitudinem in dextro, & sinistro cornibus posuit, Deinde mercenarios, & ueteranorum robur distribuit; expeditosque, & celeres inter militum alas certare præcepit ita
84 instructa acie sua. ¶Et ut solidam uidit Romanorum aciem, quam aduersus Elephantes, & electos opposuerant multiplici firmatos subsidio, equis in cornibus diuisis nè acies rumpi possit ab Elephantibus, circuire iussit equitatum, & extremos lacessere, & uulnerare in pluribus locis arte remoto ordine, & necessariò Romanæ legiones conuersæ sunt extra equites ut illis resisterent: & ita rare facta Romanorum acie, & disiuncta peruerso ordine ab elephantibus perrumpitur: quo in conflictu ultra triginta millia Romanorum cæciderunt, & Regulus Dux captus fuit unà cum duobus millibus, et quingentis ex suis in urbem Clipeam fu
85 gatis. ¶Romani, & Latini antiquis temporibus paribus armis, & ordine pari certabant, ui delicèt Equi cum equis, & Pedites cum peditibus: & reliqui milites in eodē ordine militum Centuriones cū Centurionibus; & Tribuni cū tribunis; & Duces cū ducibus munito exercitu cū manipularis primis pillaribus hastatis, & clypeatis, scutatis, antipilaris Prīcipibus, uexiliferis, Triariis, rotariis, funditoribus, uelliti
86 bus, & sagittarijs. ¶Et per hastatos romanos Quirites dictos ab hasta antiquitus dicta Quiri, uel à Romulæo Rege Quirino nūcupato; & per huiusmodi hastatos bellū inijciabatur tūc pilularijs sulphurei ignis incognitis, & qui inferiores erant se recipiebant ad suos, & à Principibus recipiebantur: & tunc in pugna intrabant Principes sequentibus hastatis, quos infœliciter pugnantes triarii tertio ordine collocati sequebantur, qui illos recipiebant, & claudebāt in simul exercitum, & hostes tunc à pugna cessabant formidine, stricto in unum exercitu
87 toto. ¶Et Quintus Neuius Centurio dum foret bellaturus contra Campanos, uellites suos uelocissimos, & expeditos Iuuenes fortissimos ultra equitatum, & peditatum in acie posuit; leuibus armis armatos galeis, gladijs, hastis, seu larissis septem quaternorum pedum, & longioribus, uel breuioribus arbitrio ducū, & post terga equitū incedētes, suis in hostes auxiliantes, ipsosque percucientes totis uiribus uictor exti
88 tit. ¶Et idem fecit Pompilius in Marsos, & Pelignos quos bello deduxit sub ditione Roma
89 na. ¶Romulus à Fidenatis prouocatus ad bellum, in aperto cāpo equites artè misit qui cardines ruperunt Fidenæ urbis, & inde illam repentè cępit hoc Fidenatis inopinantibus: quos captiuos misit Romam, & Coloniā Romanorum fecit Fidenam urbem, ibi missis mille & quingentis Romanis ad habitandum Vegeis, Etbruscis effectis amicis, & uariis populis Romam repleuit Romulus armis: & amicitia capta Cameria urbe quæ infestabat Romanos octo millibus cæsis hostium romulæis armis secuta uictoria cum triumpho ducto sene Duce Vegeorum; declarato tunc per preconem re
90 gio iussu Sardiano captiuos uenundari. ¶Consilium datur in re bellica ut æquali fronte cū hostili acie ordinetur exercitus, dato ordine & signo, ut incepto bello frons agminis Catholicorum paulatim paulatim se trahat ad suos, & seu ad latus suorum se extendat; ita quòd hostium acies remanebit circumdata: & cauti Duces hoc seruant, & acies plures instructas tenēt ad latus hostium, dato ordine ut hostes ferro ad latus incepto prelio, & uictores permanent.

¶Et

91 ¶ Et cautè instructa acie equorũ cũtra equos,
proderit ad uictoriam ut expeditius peditatus
instructus cum lãcæis longis post equos ordi
natus se opponat equitibus hostium per suus
equites, sibi data uia Augusti, & Marci Anto-
nii exemplo bellantium contra Brutum in Cã
pis Philippicis, ubi uariè pugnatũ extitit: & de
nique pluriès experto Marte Brutus uictus
permansit: Quo in bello filius Portii Cato-
nis strenuè primò per ipsum pugnato, semeti-
psum inter cæsos occidit, memor paternæ cæ
dis pro libertate: & artè tunc euasit Lucilius
fuga qui erat cum Bruto, & Amicus Marci
Antonii, & decepit barbaros leuis armaturæ
equites, qui illum fugientem cœperunt, & oc-
cidere uolebant, inquiens erga illos se esse Bru
tum, & quòd illum ducerent Marco Antonio
si uolebant consequi maximum præmium; &
barbari preda tali ipsum Lucilium credentes
esse Brutum retento gladio ultore uiuum du-
xerunt ad Antonium: qui uiso Lucilio lætus
fuit, & placauit barbaros, dicens se gaudere
de preda amici seruati, qui Lucilium amicum
suum conseruarunt; & ad huc uiuere Brutum,
qui post propria manu periit.
92 ¶ Samnites pulcris armis, & uestibus induti
pugnabant, Et Argiraspides sub magno Ale-
xandro militarunt argenteis armis, & uarii Po
puli uario more, uariisque armis & uestibus
ut hodie in bello uario acierum modo & ordi
ne inducebantur, armabantur, instruebantur, &
certabant. ¶ Galli sagittarios, & uelites uelo-
cissimos & celeres leuis armaturæ expeditos
inter equites pro eorum suffragio soliti sunt
raros collocare, ut hostium equitatum, & pe-
ditatum ferirẽt, & sustinerent: & plures de Gal
lis uictoriæ habitæ per Romanos fuerũt, quàm
93 de toto mundo. ¶ Gallatæ redarii, & ueredii,
idest redas uehentes fuerunt l. Parphiphum
cum glo. ibi. C. de curs. publ. lib. 12.
94 ¶ Ex falcatis curribus à falce rustica dictis in
hostes irruentibus ui militum, boumque, aut
equorum hostes ipsos cum falcibus magnis
trucidantes, & uulnerãtes, ueribus quoque ua
riis & magnis super ipsis artè positis ad per-
dendum hostes, ut fuit tempore nostro in clade
Rauennæ, in qua pro parte Ecclesiæ Romanæ
contra Gallos usi fuerunt currus falcati opera
Illustrissimi Petri nauaræ, & de tali falce can-
tat Marcialis,

Graus me certa Ducis quondam curauit in usus,
Agricolæ nunc sum militis ante fui.

curauit in usus, Agricolæ nunc sum militis an
95 te fui. ¶ Eumenes inclitus Græcorum Impera
tor, dum pugnaret cõtra Antiocum Asiæ Re
gem, currus plures habentem falcatos indu-
ctos ab equis quos fugauit suis sparsis sagitta-
riis, iaculisq; & clamoribus multis emissis. Et
arte tali Dux Persa militans in India, & Præfe
ctus Perdicæ in Capadocia, & Armenia se libe
rarunt à curribus falcatis contra ipsos ductis
96 in bello. ¶ Romani uerò muricibus ferreis, &
seu tribulis tripunctis acutis fusis in terram, &
in ea uallis arte affixis lignis acutis roburæis
contra falcatos currus ipsos impedientibus ui
ctoriam pluriès reportarunt uirtute sua cõtra
hostes qui duxerant ad bellum falcatos currus:
quibus obstat ordinum dẽsitas, qui etiam reci
pi in cornibus possunt rarefactis aciebus, uel
artè impediri quàm pluribus lignis affixis in
terram post primas acies, ut fecit Sylla contra
Archilaum, qui acies suas instruxerat falcatis
curribus, & arte tali fuit ruptus à Sylla.
97 ¶ Et sæpe prosunt in pugna currus, & redæ ar
te collocatæ, & ut fuga uitetur, soliti sunt for-
tes, & bellaces Germani acies suas circumda
re rediis, quibus & in bello usi fuerunt Darius,
& Mithridates; totque millia equitum, &
tot millia peditum instruunt Germani fortissi
mi uiri, quot quilibet alia orbis prouintia.
Nam hi soliti sunt equo, & pede, pugnare; & se
artè in bello recipere: quibus auxiliantur mur
tis amici, & ij magis seruant antiquos ordi-
nes militiæ, quàm aliæ Orbis nationes: inter
quas iam fuerunt longo tẽpore rupti ordines
militares, & adulterata militia in Italia inua-
sa à barbaris sæuitia, superbia, discordia, inui-
dia, auaritia, & odio; Duce hoste intestino.
98 ¶ Agiles sunt Lybii in certamine, & pugnan
Scythæ, & Trogogitæ ueloci cursu, Thesali cer
tant rapacibus equis cum lancæis, arcubus, sa-
gittis, & scorpionibus: & hi primi fuerunt
qui post Centauros aciem equis instruxere;
& Crassa Antiquitas equum mactabat Marti u a
no militiæ Deo; Schytæ in bello utebantur
equabus quoniam mingunt nõ impedito cur
99 su. ¶ Et primam aciem stabulantes, & Co llo-
phonii instruxerunt canibus magnis, & mor-
dacissimis more Regis Garamantis, & persi
di militis Sayani ad deuorandum humanas car
nes; morsu Cerberi perijt Pythous Thæsæi
socius; & canis alterius morsu decessit Hæo-
cles filius magni Themistoclis, unus Syriæ, &
alter Archadiæ, omissa fabula à canibus lace-
rati fuere Actheones, idest in canes multos
suas disciparunt facultates; & uterque occisus
fuit ab apro: & alii duo fuerunt Acthennes,
quorum unus periit ob amore, & alius dela-
100 niatus fuit à canibus. ¶ Varius & nouus acie
rum modus, & ordo ritè & artè factus, & pro
bè instructus ab hostibus incognitus persæ-
pe parit uictoriam: & pro fuit L. Syllæ con-
tra Archilaum pugnanti instruere aciem scu-
tatis rarefacto ordine; & post illam equites
cum uellitibus præcepto ut scutati reciperent
uellites cum equitibus in ardẽti prælio, et ordi

ne tali cum furore uictoriam obtinuit Sylla. ¶Et dum foret Philippus pugnaturus contra Scythas, posuit acies plures instructas, & inter ipsas illos qui fugere præparabant ordine dato fidelibus suis instructis ut illos occiderent si motum fecerint timoris, aut fugæ: quos arte tali timidos bellaces fecit, & uictoriam hostiũ obtinuit. ¶Et bellaces Hyspani contra Amilcharem Barchã, Pœnorũ Ducem patrem Annibalis, Asdrubalis, & Annoni; alta consilii meditatione opposuerunt boues tauritos uehiculis adiunctos cum ignita materia in cornibus, & præcipiti furore hostilem aciem disciparunt ¶Scipio Aemylianus Pauli Aemilii filius, & adoptiuus Maximi Scipionis Aphricani filius, qui uicit Annibalem, & tributariam fecit Carthaginẽ Romanis; & Aemylianus Scipio eundem destruxit iussu Senatus, Populique Romani apud Numantiam castramentatus; funditores, & sagittarios cohortibus, & centuriis interposuit. Sub hoc Scipione militauit Sertorius, & Marius in Hispania, & Aphrica uterque durus bello fuit temperatus, & paciens in militari uirtute, & disciplinæ tenacis. ¶Romani propter eorum ordines artè factos libenter pugnabant in aperto, & lato campo, fugientes difficilia loca; ut sui ordines ualerent operari in uirtute, tribus probè facilis aciebus: quarũ prima erat Principum, secunda hastatorum, & tertia Triariorum; & quandoque primò ponebant hastatos, secundò Principes, & tertiò Triarios arbitrio Ducum; & ordines artè quandoque mutabant ad insidiandum hostes.

¶Et pro exercitu paruo in militia experto, uel pro magno exercitu non disciplinato, neque exercitato in re bellica, consilium erit, ut aliàs diximus quærere loca fortia, & difficilia ut seruaretur exercitus, & nè sibi noceret paruus exercitus doctus, uel in experientia propria, eligendo semper loca superiora, ut hostes possit facilius superari: & est curandum cum maxima anxietate in ordinanda acie pro bello, & in expeditone facienda in fine primæ frõtis reseruare præsidia multa, quàm illa, & suoa spargere pro facienda fronte maiori. ¶Cũ Regula sit militię, Difficile esse uincere illũ qui uires suas benè noscit, & illas probè ordinat, & unitas retinet; & quæ hostiũ sunt in ipsius stat potestate uincendi, certioratus de ipsorum uirtute est secretis. Nã plus uirtus ualet paucorum militũ expertorum, quàm inertia multorum; Et quandoq; magis prodest natura locorum, quàm uires mortalium, & noua terent exercitus; & nimis lenta & solita uilipenduntur ab ipsis. Ideò est primò hostis artè tentãdus breui pugna particulari antequàm ad generalem perueniatur expeditionem, pro qua acquiruntur, & tolluntur honores & regna: & ille qui inordinatè sequitur hostem, aliud nõ facit, nisi quòd de libero se seruum facit, uel se de uictore uictum, & captiuum reddit cum dedecore, & ruina Impe-
107 rij sui. ¶Instructo exercitu pro expeditione in hostes antiquo, & moderno temporibus iactis missilibus, & utriusq; exercitus instrumentis bellicis uelites extraordinarij unà cũ equitatu leuis armaturæ locum tunc suum habent, & celeriter occupãt instrumẽta bellica hostiũ nè operari ualeãt ulterius tartareo igne, iactis sparsim pilis, hostes ledendo lanceis quibus armantur equites rapacissimi impedito tractu boardarum, & seu instrumẽtorum bellicorum utriusq; exercitus hostibus etiam se opponentibus instrumentis, & militibus Catholicorum firmis stantibus ordinibus peditum, & alarum equorum retractos, crassioribus, & maioribus machinis, & instrumentis ubi milites acie instructi fuerint, nè hostes occupent illa, & ut spatium detur pugnantibus nostris Generali Duce bellorum in medio stante exercitus suorum CHRISTI fidelium; illos optimè instruendo, & animando sibi certam, & apertam uictoriam, ostendendo uellitibus, & equitatui celeri per latum campum per ipsos primò captum redditis ad latera suorum ad effectum lædendi hostes per latera ipsa, exercitibus insimul uirtute bellantibus, & hostium impetum retinentibus, & cum silentio utentibus armis, & obedientibus præcepto Ducũ suorum ordinibus firmis manentibus acierum, & cum celeri equitatu per nostros occupata hostium parte, quæ se afferebat in illos irruere, & lædere ferro, & tartareo igne; perspiciendo qualiter equitatus hostilis occurrerit suis, & uterque exercitus optimè pugnet, & ignis operari non possit instrumentorũ bellicorum; & qualiter ad suos ordines peditatus peruenerũt, equis cum lanceis uirtute pugnantibus utroque peditatu sibi nimis apropinquato; adeò quòd hastati non possint uti sua uirtute; & qualiter hi iussu Ducis se habent retrahere paulatim paulatim inter scutatos suos, quia hostes irruunt in nostrum fidelium cornibus, & nostri habẽt sustinere impetum ipsorum hostiũ; retrahentes se sub hastatis secundum modum disciplinæ militaris exercitii, stricto suorum facto cuneo capite, & acu forti; & cum illorum auxilio reicere hostes, & perdere partẽ illorum, scutatis se offerentibus illis, post se suis reductis hastatis, relicta pugna ipsis scutatis pertinaciter pugnantibus, ordinibus restrictis ita quòd uix uti possint ensibus, & cadunt hostes non ualentes resistere armatis CHRISTI fidelibus, sibi deficiente uirtute, & aliis necessariis ad pugnã, & terga uertẽt hostes dextri, & sinistri cornuũ in fugã uersi, & uictoria

parabitur

parabitur nostris Catholicis pro DEO uirtute
bellantibus auxilio eiusdem: cui laus,& gloria
108 est semper attribuenda.¶Cum omni arte, in-
genio,industria, & fortitudine pugnant Itali
omnibus armis, & bellorum generibus exper
109 ti,uariè pugnât Scythæ,Persæ,& Aphri ¶Græ
ci uerò,Vngari,Germani,Anglici, & Hispani
turma,& falange ut Itali,& Galli utuntur;po-
nendo in principio pugnæ fortiores, & astu-
tiores in militia expertos, & probè miscentes
inter mille suorum fidelium ducentos cum au
xiliariis suis externis, & rebus suis prouidea-
tur in bello;& expertos hostibus inuisos equi-
tes quinque cû peditatu, ut ualeat pedester, &
110 equester pugnare pertinaciter.¶Sparranorum
exemplo qui suis mixtim uictoriam præparât
hostium inimicis artè collocatis in fronte acie
rum, quòd sæpe prodest ad sufferendum furo-
res,& impetus hostium non uitando mortem,
nec ulla pericula ut deleât hostes ob odiû
111 quod habent in ipsos.¶Romana uirtus in frô
te hastatos cum scutatis ordinabat prælium,
& secundo loco ut prædixi Principes ponebat;
& in tertio ordine triarios collocabant & licet
quædam sint per me pluriès repetita diuersis
in locis,illa tamen artè feci pro prattica, quia
ita repetita proderint prudentibus Ducibus,
& martialibus uiris: quoniam illa melius me-
112 moriæ tenebût per ipsos pluriès perlecta.¶Et
genuflexi post scutatos manebant Romulei in
ordine belli nè læderentur à Sagittariis suis, &
hastati iniciabant bellum, & si repellebantur
ab hostili impetu,recipiebâtur à Principibus,
& ab illis tutabantur:& si Principes impulsi ab
hostibus fuissent recipiebantur, & ipsi cum ha
statis à Triariis,& ab illis tutabantur insimul
fortissimo facto cuneo , & globo ut ualidissi-
ma,firma,& fortissima turris,tolens uires ho-
113 stiles.¶Germani redtis pugnare consueuerût,
equitatu,& peditatu fortissimo; & celeri quan
doquè cursu,& secum fœminas ducebant pro
succursu infirmorum,& uulneratorum , & co-
quina.Et idem sunt soliti facere Sueui, & Elue
tii modò equester, modò pedester pugnantes :
& hi quidem sunt milites in bello ferocissimi
114 probatq; uirtutis . ¶Et soliti erant Galli ordi-
nare pugnam cum scorpionariis politis inter
115 equitatum,& peditatum suum. ¶Pugnant &
redii Galatæ populi cum lanceis emissis , &
deinde descendût e' rediis,& pedester expediûr
cum longis ensibus,& ij hostium interfectorû
truncata capita ligant ad collum equorum , &
116 ita procedentes ad hostium terrorem. ¶Celti-
beri autem cum scutis rotundis & magnis se
artè defendunt in bello,ordinantes acies per lô
gum armati galeis habentibus longas cristas,
117 & Balearii pugnant fundis.¶Brithones, & Si
cardi soliti sunt certare super rediis , & cur-
ribus,& sagittis multis ; & inde pedester præ-
liabantur dimissis curribus acie instructa , &
equos redarios habere consueuerunt multùm
expertos in bello;& per montes ut capræ cur-
118 rentes,& saltantes. ¶ Thesali pugnant eque-
ster celerrimè,curribus inuentis populis Chri-
tonium montem incolentibus in bello usis.
119 ¶ Et Thesali soliti sunt pugnare equis sine pe
ditatu,& dimissis equis sæpe pugnabant pede-
ster.¶Et hodie equitatu iniciatur bellû, & ab
120 eo tutatur peditatus. ¶ Amazones pugnant
equis quæ olim induebantur loco armorû pel
libus serpentû,& postearû Duce Regina Hyp-
polita apud amnem Thermodoontis usæ fue-
runt armis ferri utentes ensibus longis, & arcu
bus cum pharetra,& sagittis præter lâceas. Ma
segetti Syrtosi nesciunt pugnare ferro ignoran
tes artem uulcani, hastis præliantur,& induun
tur coreis,& saxa portant ad bellum;& ut feræ
bestiæ bellant ut Onagri agrestes asselli.
121 ¶Trogoditæ habitantes Ethiopiam pro pa-
bulis ut bestiæ pugnant,& non causa uirtutis;
& cursu adeò sunt celeres quòd capiunt feras
manibus,& ferunt scutos coreis bouum cum ar
cubus,clauibus ferratis, & sagittis cum phare
tra, & optimi sunt sagittarii, & saxa trahunt
brachio forti in initio belli; & inde alii armis
sequuntur in bello, quibus sunt armati,& præ-
lium finiuntur suarum suasione matronum t
quæ tutæ sunt inter eorum arma,& illis parent
ut milites fidi optimo Duci suo, uel ut boni di
scipuli magistro;& maxima pœna est inter ip-
122 sos offendere illas.¶Colophoni,& Castobo
lenses acies primas instruere solent canibus for
tibus,& magnis ac fidis dominis suis in eorum
partibus hortis:& canes Regi non pro fuerunt
Garamantorum quem occiderût morsibus; &
Seyanus crudelis humano sanguin pascebat ca
nes,& ipse à canibus Dei iudicio laceratus , &
exanimatus extitit , ut aliàs dixi , crudelitate
123 sua. ¶ Bani tristes patribus suis senibus ucci
sis pascebant canes,ut canes sibi forêt amicio-
res ; & hi camellis loco equorum utebantur in
prælio ; & bini bini homines cum sagittis , &
scorpionibus equitabant tergoribus sibi insi-
mul oppositis prudentiæ more locatis.
124 ¶Samarti utûtur equis, arcubus, & sagittis;
& ualde scientes bibunt sanguinem equorum
suorum sibi aperta uena: & hi currunt , & fu-
giunt pro uictoria semper retrò sagittantes, &
missilia iactantes contra hostes illos insequen
tes, & quos sparsim currentes uulnerant in cur
125 su. ¶ Et in ultima parte Germaniæ ut a-
liàs dixi sunt quædam fœminæ siluestres , fe-
roces , & ueloces quę habitant in locis nemo
rosis, & sunt rarò usæ , & austerę, & uiuunt
sine uiris;& ut Amazones curant eorum statû
& sunt bellaces , & pugnant pedester cum ra-

 stris,

stris,& arpagonibus, & mediis scutis bellãtes:
& Herulæ earum populi uicini contemnunt
arma,& nudi pectoribus, & humeribus ince-
dunt ad bellum,pudibundis dumtaxat cooper
tis,nulla formidantes uulnera:et hæc gens in-
domita olim cum Gothis inuasit Europam.
126 ¶Et ultra Caldeos in India minori sunt homi
nes ut legi adeò parui,quòd graues illos inua-
dunt,& pigmæi nuncupantur, semper stãtes in
armis præ timore gruum, unius cubiti longi-
tudine:sunt uiri equitantes capras arcubus, &
sagittis armati contra grues certant, & oua il-
larum rumpunt nè multiplicentur grues ho-
127 stes sui.¶Masimici,populi instruunt Elephan
tes in India maiori degentes ordine facto acie
rum in cornibus militiæ more, & limitato nu-
mero bestiarum,& hominum ducentum equi-
tantium illas quibus India pro equitatu pace,
bello,& aratu,& fructuum redditu utitur.
128 ¶Et illis ut aliàs dixi hostes sũt mures,& sues,
ipsorum elephantum naturali instintu; & su-
per elephantes aliàs triumpharunt Cæsar, Põ-
129 pæus,& Bachus. ¶Ordo militiæ in bello ser-
uatus experientia Ducum,eorumque pruden-
tia animositas, & exercitatio cum forti, & ex-
perto peditatu,& equitatu;Tempus,locus, ar-
ma,& superioritas ipsorum locorum,lunæ,so
lis,splendorque armorum,& puluis, & nebu-
130 la,& uentus ut aliàs dixi parant uictoriã.¶Ma
gnus Alexander inter alas equitatũ locabat pe
ditatũ suũ, & equites in cornibus iungebat, &
contra Archilaũ ordinẽ mutauit ob maximas
hostiũ copias nè sui circuirentur ab hostibus
exercitu optimè instructo; ita quòd ab omni
fronte suos aspiciebat, & cõtra hostes ab om-
ni parte adeò prouidit necessario, & ordina-
uit suos ꝙ circuiri à multitudine hostium non
potuerunt,& pro ut Cæsar in Thesalia contra
Pompæum pugnaturus optimè instruxit, & ui
ctor extitit suorum reperto ordine instructo
ab omni parte pugnantium; ita quòd amoueri
131 non potuit à multitudine Põpæi. ¶ Et Scipio
Aphricanus contra elephantes,densas, & par-
uas acies rarefacta optimè instruxit, ut elephã
tes transcurerent absq; suorũ excidio,& datis il
lis signis ut citius sui iungerẽtur uulneratis ele
132 phãtibus.¶Et Arthaxerses in Græcia cũ Persis
suis in frõte latissimã frõtẽ fecit sui exercitus,
& equites suos in initio prælij firmos stare prę ·
cepit, & pugnando paulatim paulatim exten-
dit cornua,& alas suas ita quòd ab omni parte
circuiuit hostes circumcirca quos arte perdi-
133 dit.¶ Et idem Annibal fecit apud Cannas fin-
gendo dare locum Romanis dilatãdo ab alis,
à cornibus,& à lateribus; ita quòd Romanos
134 circuiuit,& bello sequto uictor extitit. ¶Clau
dius Nero Consul Romanus unà cum Liuio
Salinatore Collega suo artè circuiuit Asdruba
lem inter saxosos montes, ubi innumeros sas
Adrubalis copias trucidauit apud Methau-
135 rum.¶ L.Cornelius Scipio Consul Roma-
nus contra Annonum fratrem Annibalis pu-
gnaturus,uidens cornu dextrum esse munitum
fortissimis hispanis,& sinistrum Aphris instru
ctum expertis;contra Hispanos opposuit suos
optimè aciè instructos ancipiti ordine, & per
obliquum ordinatos, & illos adeò circuiuit
cum suis,quòd ipsos rupit de directo, & reli-
136 quos sinistri cornu retortos occidit.¶Et
prodest quandoque commutare nationum ue
stes,& arma bellatorum fortium, ut cõtra Per
sas contigit Græcis, & Aegyptiis; cum græci
sint cõstantiores in bello quàm sint Aegyptii:
& Persæ imbelles timentes græcos propter ar
ma græcorum,quibus Aegyptiaci erant arma
ti pugnando cum Græcis credentes illos esse
ęgyptiacos qui erant experti & retenti ab illis;
& inde cernentes græcos intrepidè pugnantes,
137 uicti Persæ remanserunt in cauti.¶Et Metel
lus mutato ordine acierum pluriès obtinuit ui
ctorias in hostes.Et Marcus Antonius scuta-
tos opposuit contra sagittarios Parthos suis
coopertis cum scutis donec Parthi fuerunt pri
138 uati sagittis, & tali arte superauit illos.¶Et
Rex Arthusius prælium incepit cum peditatu,
& ordine mutato,illud finiuit equitatu, artè fa
ctis paruis turmis equorum inuadentibus ho-
stes qui erant fessi. Et prosunt in bello fictio
nes factæ artè prudentis Ducis; & sui sunt fir-
mandi animo,& fortitudine,occultando quan
doque suos,& operando, & cogendo illos ag-
gredi hostes,ut inde fugere, & ad suos cautè &
tutò se reducere,ut fecit Dux Atheniẽsiũ Dio-
139 genes. ¶Et Campani fuerunt superati à Ne-
uio Centurione qui secum arte portauit pedi-
140 tatum cum equitatu celeri.¶Et uariè pugna
tur,& instruitur exercitus ad pugnam secundũ
nationes,loca,& tempora,ac copiarum nume
141 rum.¶Et si hostes primò inceperint bellare,
prouidere habent Imperatores ut suis paretur
uictoria cum aliqua semper superioritate, te-
nendo speculatores occultos super arboribus,
turribusque,& locis altis: & inter hostes fidas
scortas quæ nunciẽt hostium gesta, & secreta.
Nam puluis,& fumus à longe denotant hostes
ibidem esse,& probè iudicatur qualiter castra
metentur,& equitent cum cohortibus,& tur
mis pro pugna;& arma quæ sæpe mouentur in
dicant in sole fulgentia hostes ibi adesse;& tũc
etiam curandum est instruere Catholicos ad
bellum factis aciebus,& datis signis, locato ue
xillo generalis Ducis in medio cum retro præ
sidio primorum ordinum ut ualeat succurrere
suis ubi opus fuerit, capta locorum comodita
te,quia omnis superioritas quãtũq; parua pro
dest in bello:et sonus turbarũ est i auxilio mili
tare

tare scientibus, & seu expertis in pugna, & per illum sciunt quid sit agendum. Et tenetur Duces aspicere cuncta, & illa benè mente rimare docta experientia sua, Maximi Scipionis exemplo, qui ex alto uidit unà cũ suo Lelio, & Massinissa hostium ordines esse instructos in terra Aphrica, quibus illicò optimè prouidit; & ubi opus fuit repentè occurrit ubique mittendo suffragia suis bellantibus necessitate urgente, et quādoq; tractatur de Imperio pugnare, tūc

142 etiam tenetur Imperator exercitus. ¶ Alexandrum, & Pyrrhum non passim laudamus qui omni bello pugnare uolebāt; nec Romuli; nec Cæsaris, neque Torquati; non Coruini, neque Coriolani; non Seruii, neque Horatii uituperamus fortitudinē, audaciam, & bellacitatem:

143 quorum uirtutem extulit fortuna. ¶ Prudētiā, & uirtutem laudamus Scipionis Aphricani, Fabii maximi, Claudii, Neronis, magni Pompæi, Catonis, M. Marcelli, Pii Metelli, Anthigoni, Martii Curii Dentati, Curtii, Regis Agisilai, Fortionis, Alcibiadis, Arathi, Leonidæ, Hētiæ, Themistoclis, Epaminundæ, Eumenis, Amilcharis, Annibalis, Asdrubalis, & Luculli, & quàm plurimorum antiquorum Ducum ad quos spectauit pondus exercitus, & Imperii: qui non solum armis sed tempore, & forte anichilarunt hostes; & illos respectiuè submiserūt

144 uirtute sua. ¶ Necessitate tantùm urgente ut aliàs dixi bellandum est, Ioannes sept. ca. Mihi indignamini, quia totum hominem sanauit in sabbato firmat gloss. & tex. in cap. Si nulla 23. quest. ulti. & per Abb. & Hostien. in cap. 1. de treug. & pace. Et legitur in 1. Machabæorum cap. 2. uidelicet omnis homo qui uenit ad nos in die belli, in die sabbatorum pugnemus aduersus eum: & paraliticum sanauit Dominus in die sabbati, & illi dixit, tolle grabatum tuū, & ambula: & si est permissum medico pro priuata utilitate sanare infirmum in die festo propter priuatam hominis salutem, multò magis est procuranda publica salubritas pro pace fu-

145 tura secuto bello post prælium ipsum ¶ Quæritur de casu, Miles quidam dormiens in arce pro custodia surrexit, & ense uulnerauit consocios custodientes arcem & quandoque contigit quosdam insurgere somno, & somniantes delinquunt, an puniri debeat? Et dic conclusiuè dormientem delinquentem non iure puniri pro ut non punitur furiosus, & infans delinquētes furore, aut ætatis imbecillitate si nō fuit in culpa, secus si fuisset in culpa; quia sciebat se de nocte insurgere, & multa mala facere, & cum aliis dormire non debebat, neque uigiliam sūmere, & tenebatur suū errorem dicere, uel cubiculum claudere ubi dormiebat & non fecerit, quia tunc tenebitur, uel fortè mitius puniretur ut Ebrius. l. Respiciendum §. Delinquūt.

146 ¶ Et de dormiente in somnis delinquente habetur per Bar. in l. vt uim ff. de iust. & iur. & Alex. in l. pri. §. Adipiscimur ff. de acquiren.

147 possess. ¶ Quæritur si dormiens alium offenderit in somnis possit ipse licitè offendi in somno à persona offensa ab eo in somno non paciente tali morbo; & quantumquè Bartholus ambiguè dicatur quòd non de iure, quia sine dolo, & animo iniuriandi id fecerit, sed quòd inspecto naturali iure dormiens iste licitè possit offendi ut clarius hoc firmat Bal. in l. Repeti la. prima C. vnde ui, & per Alex. in dicto cap. Adipiscimur col. 2. ff. de acquir. posses.

148 ¶ Consilium erit pro Ducibus quòd milites laborantes uitio tali non dormiant cum alijs militibus, nec ponāt illos ad custodias, & ad uigilias si mala uitare intendunt quæ sibi occurrere possent propter somnum, & somnulentos ipsos bacchantes furore somni, habetur per Ioan. Bapt. de Sācto seuerino in sua repet. legis Cunctos populos. C. de sum. trini. & fide

149 Cathol. ¶ Quæro de casu illorum qui proprio motu accesserunt ad bellum in præsidiū cuiusdam Principis, & ille Princeps in cuius præsidium iuerunt, renuit tale præsidium, & illum acceptare negligit, nec gratum habuit, imò contradixit, & illud non uult; & si tales accedentes utiliter egerunt, & an teneatur illis Princeps actione negotiorum gestorum, gloss. tenet quòd sic in cap. In summa. octuagesi. tert. distinctione ut in medico medente illum qui non uolebat mederi, & ipsum seruauit, & pro utiliter egit; ut de eo qui traxit aliquem inuitum de domo ruinosa cap. Ipsa pietas nigesi. tert q. 4. & inuito benefitium sæpe ceditur, & confertur cap. Et quia quadrages.

150 quin. distin. ¶ Nam uidetur insanus quis contradicendo nè iuuetur a periclis cap. Ad hæc de peniten distin. tert. & l. Quidam de condit. institu. Et hanc quæstionem ponit Ioan. de Lignano, & pronepos eius Paulus in tract. suo de bel. Contrarium tenere uidetur contra præallegatam glo. per l. ult. de nego. ges & approbat glosam in infirmo, & medico, secus In Principe qui non uult præsidium ut suprà: quia fortè non confidebat de eo ex insita causa in animo dicti Principis ob occulta strictagēmata quibus in bello utuntur experti: nec glo. procederet in infirmo qui uellet sanari sed non confidit de illo medico quem habet suspectum.

151 ¶ Addo casum quòd quilibet potest appellare pro condēnato ad mortem, uel in abscissionem membri, & consequitur expensas ab eo inuito l. Non tantùm ff. de appell. & l. fin. ff. de neg. gest. & per Bar. in l. Stichus. ff. de pecul. & per Ioan. And. in cap. Cum laicus de for. competen. & ff. de relig. l. Sed & si quis, ubi repetitur soluta.

SVMMARIVM.

1 DVces & milites armis, nō alijs negotiis se immiscere debent.

2 Scientia, exercitium, & disciplina, uirtus & prudentia rei militaris, quantum proficiat.

3 Periculum quando maius uertatur tempore consertationis armorum, tunc cautius peragendum est.

4 Dies pugnæ generalis est dies honoris, Imperij, quia de uita, & morte tractantur.

5 Duces exercitus in die pugnæ generalis facta prius Oratione DEO Omnipotenti, tenentur hortari milites suos, ut strenuè pugnent & feriant totis uiribus, in principio belli sustinendo primum impetum hostium.

6 Miles debet esse expeditus in militia, ut prius feriat hostem quàm ipse ab eo feriatur.

7 Marius Arpinas suos docebat ut ferirent prius hostes quàm ipsi ab illis ferirentur, & docuit hostes Cymbros, & Theonicos illicò inuadi et percuti: quia subbita bella conturbāt fortissimos milites.

8 Exercitus quid facere debeat si contingerit equitatum insidi hostis per mille passus laxis habenis, & peditatum per quingentos passus celeri cursu contra ipsum cucurrisse.

9 Fabius Maximus uiribus omnibus sustinuit primum hostium impetum, quos denique fugauit.

10 Principes debent milites suos hortari ut sua uirtute utantur, et quòd impigrè certent per DEO, & Rep. sua Catholica, pro patria parentum filiorum, & rerum defensione, et conseruatione.

11 Aristides Dux Athenienfium erga suos dicebat. Optimi Comilitiones mei, Antiqui nostri pugnabant pro acquirēdo Regna & possessiones, Nos uerò pro honore seruando iā quæsito in multis locis.

12 Agislaus Rex Lacedæmonius ne Patria opprimeretur per Regem Persarum, duxit celeriter exercitum & Elespontum, & Macedoniam in Thesaliam per Laryseos, Granonios, Scotucenses, et Farsalicos, qui cum Boetiis confederati erant, et pertransiuit gloriosè, absque suorum ulla læsione, exulibus post terga illum insultantibus.

13 Ordinauitq́, quadratum suum exercitum, & ita uictor extitit.

14 Ordinauit postea ob hanc uictoriam Tropheū Andrathum, et Narthesium. transiuitq́, per Achayeas alpes, usque ad fines Boetiæ, plura suis præcipiendo.

15 Illicò ordinauit aciem suam miro ordine, & num. 16.

17 Thebanorum exercitus contra Agislaum Regem, & eorum pugna.

18 Duces exercitus antequàm generali bello pugnēt debent facere suorum militum iudicium nuntiādo eis uelle aggredi hostes inordinatos, uel q̄ hostes intendunt illos inuadere ex improuiso de die, uel de nocte, ut uideatur, quo animo sē moueant, illos hortando ad uiriliter pugnandum.

19 Duces exercitus debent quandoque rumpere pontes hostium, ne milites trāsfugæ fiant, uel ne fugiant ad naues suæ classis.

Fabius Maximus naues suæ classis incendio donauit, ueritus ne milites sui minus constanter pugnarent. ob refugium nauium.

Themistocles cum Aristide idē consuluit de classe græcorum: ut constantius græci pugnarent.

20 Iulianus Apostata transactis suis in Persis rupit pontes, ut suis tolleretur occasio fugiendi: et in hostium terra fortius pugnarent.

21 Imperatores & Duces exercitus debent cæteris esse audatiores, & prudentiores, & abundantes consilijs.

22 Reges bellorum non debent aduersis illis terreri, aut frangi fortuna minaci.

23 Romani nisi inuito aīo tollerassent contraria multa, sed ab inceptis turpiter destitissent ducti à desperatione: non equidem tributariam Carthaginem decimo sexto anno belli punici fecissent, neque gloriosè totum orbem subegissent.

24 Exercitus paruus quomodo debeat ordinari, & instrui.

Miles qui liberat consotium suum in militia è hostium manibus, dignitatibus est præmiādus & honorandus

25 Imperatores antiqui condignis honoribus donis, ac præmiis decorabant milites, qui alios in pugna seruabant.

Scipionis sententia: Melius esse seruare ciuem unum in bello, quàm occidere mille ex hostibus.

26 Scipio annoū 17 in exercitu cum patre suo Scipione Consule apud Trebiam existens illum uulneratum tutauit, & coronatus fuit laurea corona. & de similibus aliis dicitur.

27 Brutus, & Cassius cum superati fuerint ab Octauiano Cæsare, & Marco Antonio ob libertatē se ipsos interfecerunt.

28 Homo homini debetur ex offitio Charitatis, Ideo quis tenetur adiuuare aggressum; ne occidatur.

29 Scipio Aphricanus, Lelius, Attilius, Sertorius, & Q. Sergius plura uulnera habuerunt in pectus, uultū, & ora, pro sociis in acie pugnādo. Milites tenentur honestì uiuere, et mori gloriosè.

30 Milites an puniantur de Iure: & eorum Dux in bello occidatur.

31 Legio uti desertor fuit punita in quā à Liguribus fuit in pugna occisus Q. Petilius Consul.

32 Dux uictus cum exercitu eius culpa: dolo uel negligentia morte naturali punitur.

33 Veneti decapitarunt Ducem suum generalem

Comitem Carmagnolam.

34 *Peditatus est neruus belli: Ideo multum necessarius.*

35 *Ordo bonus in pugna seruatus uictoriam parit: inordinatus uerò confusionem gignit, & affert irreparabilem damnum.*

36 *Quid si equitatus non posset ita de facili ordinari propter ferocitatem equorum?*

37 *Exercitus minor: quomodo se tueatur à maiori hostili.*

38 *Exercitus non bene instructus, urgente necessitate debet relinquere aliquid in hostium prœda, uel aliquod paruum prœdiũ, ut retardetur hostilis impetus, & interim habeatur tempus prouidendi.*

DE ORDINE IN PVGNA SERVANDO.

OPtimi bellorũ Principes assidua
1 tenẽtur exercitatione confirmare
expertorum suorum militum di
sciplinam, sciẽtiam, & uirtutem
militarem per dies studio omni,
arte, & exercitio; nè eorum scientia militaris
perdatur ut reliquæ scientiæ ob longam desue
tudinem, aliis incubendo negotijs non probè
post positis bellorum studijs, & armis. Quibus
uti habent Duces, & milites, & non se aliis im
miscere negotijs l. Militares. C. de re militar.
& l. i. C. de negotiat. nè militent lib. duodec.
2 ¶ Et quantùm proficiat scientia, exercitium,
& disciplina, uirtus, & prudentia rei milita-
ris in re bellica nullus extimare potest: quia ni
hil in mundo reperitur pretiosius quàm ipsa
bellica, & militaris uirtus; propter quam uires
augentur & animi, & certam uictoriam uident
experti Duces iuditio suo prudenti antequàm
Ineant bellum, spem firmam tamen semper in
3 Deum habentes. ¶ Et cum maius periculum
uertatur tempore consertationis armorũ, pro
pterea est cautius tunc peragendum l. i. §. fin.
Ad carbon. edict. & cap. Quiescamus quadra-
ges. secun. distin. cap. Miramur quadrages. pri.
distint. Nec est tunc disputãdum, uolo ego cor
nu dextrum, aut sinistrum, uel alium locum in
exercitu, Sed parendum est prudentibus Duci-
bus suis ægregiis; nec locus tollit audatiam bo
norum militum, ut dicebat Aristides prudentis
simus Athenienfium Dux: & quæ pars fuerit si
bi assignata in exercitu illa tenenda est, & tu-
tanda ordine militari, parendo præceptis Du-
4 cum suorum. ¶ Nam in die pugnæ generalis
de honore, Imperio, uita, & morte tractatur:
Ideò mente pura est implorandum diuinũ au-
5 xilium pro uictoria. ¶ Et facta primitus per
Duces oratione Deo Omnipotenti, tenentur
ipsi Duces ante pugnam hortari milites suos
ut strenuè certẽt, & feriant totis uiribus in prin
cipio belli, sustinendo impetum primum furi
bundi Martis in hostium ingressu Magni Põ-
pæi sententia non improbata ob hoc Iulii Cæ
saris opinione, cum fortius feriatur per mili-
tes in belli principio maioribus uiribus, & la
tiora fiunt uulnera; & si abstineretur à uulne-
rando possent ab expertis integris posteà uin-
6 ci eorũ diminuto animo. ¶ Et Regula est Cæ-
sareæ militiæ ut miles sit expeditus in pugna,
ut prius feriat hostẽ quàm ipse feriatur ab eo:
& ut hostes prius uideant, & sentiãt illos esse di
7 spositos ad feriendum quàm aggredi. ¶ Pro ut
suos docuit Marius Arpinas hostes Cymbros,
& Theonicos illicò inuadi, & percuti: quia
subbita bella conturbant fortissimos milites,
& ante nõ benè ordinati cogũtur fugere, quàm
arma capere cap. vt pridem uiges. tert. quest.
8 oct. ¶ Et si contingerit equitatum infidi ho-
stis per mille passus laxis habenis, & peditatum
per quingentos passus celeri cursu contra Chri
sti fideles cucurrisse, sustineantur tunc strenuè
& pertinaciter per fideles; & fessi hostes anel
lantes excipientur animo forti, fugãdo, & pro
sternando illos totis uiribus in prælio quod fa
cilè accidit quando fessi hostes carent spiritu
denso anellatu, & in hoc proderit sentẽtia Cæ
9 saris quæ fuit ferire hostes totis uiribus. ¶ Exẽ
plo Fabii Maximi qui hostes sustinuit uniuer-
sis uiribus in primo impetu, & illos fugauit,
& ipsorum cessante robore prostrauit, suorum
post uiribus pro gloria pugnantibus strenuo
10 marte. ¶ Et tenẽtur Principes hortari suos mi
tes ut sua utantur uirtute, & quòd impigræ cer
tẽt pro Deo, & republica sua Catholica, & pro
patria, & parentum, filiorumq;, & rerum defen
sione, & conseruatione: & quòd salus, vita, &
mors in eorum stat uirtute bellantium, figurã
do errores hostium suorum, pollicendo sibi
firmam victoriam præteritorum temporum,
exemplo; suo partito, & probè instructo exer-
citu, positis, & datis signis, Iuxta solitum belli
ci iuris, ordinemq; & morem prudentis arbi-
trio Ducis acie instructa, artè oculta dupplicã
do eam longitudine, ut hostium cornu citò
rumpatur, dẽsando acies suas in pugna, nè suus
superetur exercitus, optimè suos semper hor-
11 tando. ¶ Exemplo Aristidis Ducis Athenien
siũ, qui erga suos inquit, Optimi Comilitones
mei, Antiqui nostri pugnarunt pro acquiren
do regna, & possesiones. Nos uerò pro hono
re seruando iam quæsito apud salaminã, Ther
mophilas, & Maratonem ubi trophæa multa
uictoriarum ereximus. & nè uictoria uestra di
catur Milciadis, sed uestri populi Attici. Pro
pterea experiamini uirtutẽ uestram in hostes
exercendo robur fortissimum, & ferocitatem
irruendo in hostes uiribus totis: & duro mar-

te

te nobis ad inuicem suffragantes ordinatis pugnæ modis;hostium erroribus,& belli secretis propalatis Proceribus,Centuriis,& Capitibus suorum militum,ducibus manentibus inter expertos suos in dextro cornu,aut cornuum medio prudentis arbitrio Ducis. Et reliqui milites strenuissimi adsint in cornu sinistro optimè instructi fortissimis electis in cornibus cũ præsidiorum coplis exercitatis:& se intra cornua reducentibus Ducibus, repetè suis succurrentibus,ubi sit opus,& cuneum artè instructũ de alia parte stringentibus expertorum bellatorũ, ut legitur in Poeta de Troiano Mnestheo, Nulla quidem huic similem mortalem protulit ætas, Ordine qui Martis turmas, equitesq́;
12 locaret. ¶ Et nè patria opprimeretur Regis Agislai Lacedemonij per Regem Persarũ prudenter occurrit quàm celerrimè patriæ Rex Agislaus ducẽdo exercitum per Elespontum, & Macedoniam in Thesaliam per Laryseos, Granonios,Scotucenses,& Farsalicos qui con fœderati erant cum Beotiis, pertransiuit gloriosè absq́; ulla lesione suorum, exulibus post
13 terga illũ insultantibus.¶ Et quia ordine quadrato instructum exercitum ducebat antè, & retrò suo probè locato equitatu, & hostibus superuenientis Thesalis ab omni parte cum maximo impetu.Ita quòd ulterius exercitum suũ ducere nequibat partem anteriorẽ, & ultimorum sui exercitus misit ab utraq; parte ordinatis aciebus, & Thesalis existentibus non fore conueniens gentem equorum pugnare cum peditatu paulatim paulatim, se retrò retraxerunt Thesali ipsum Regem impellentes: & uidens Agislaus errorẽ utriusq; partis, misit partem ex fortioribus sui equitatus qui propè ipsum erat ut hostes insequeretur, nè illam redeundi facultatem haberent,& uidentes Thesali præter eorum spem hostes uenire contra ipsos,quorum pars non reddibat, & pars alia conabatur se uoluere,& ab equitatu capiebantur Regis Agislai,qui à latere superueniebat,& demũ mortuo Policarmo Farsalico Duce equorum hostilium terribilis, & crudelis pugna orta,& secuta fuit; ita quòd pars Thesalorum capta fuit,& pars occisa;reliquis uersis in fugam qui nunquàm se firmarunt,nisi postquàm redu
14 cti fuerant in montibus Andrathisis. ¶ Et pro uictoria Thesalica obtenta per Regem Agislaum cũ suo experto equitatu,& peditatu tropheum Andrathum,& Narthesium ordinauit, & transiuit per Achaycas alpes usque ad fines Beotiæ : ubi percepit ab exploratoribus suis fuisse sibi interceptas uias per Athicos, Thebanos,Corinthos,Euboios,Emanios, & Locrenses nè transiret Rex Agislaus in præsidium Lacedæmoniorum suorum,& quòd diligenti cu
15 stodia retinebant uias,passus,& uada.¶ Et illi cò Rex Agislaus exercitum suum acie instruxit, posita in medio Lacedæmontorum suorũ cohorte, & confœderatorum Focensium, & Orcomenorum : quos cum reliquis militibus suis docuit resistere labori, & illos adeò animauit quòd non dubitabant pugnare contra quemcunq; innumerosum exercitum audatia sua: quoniam illos adeò uirtute instruxerat ꝙ pro gloria,emulatione honoris, & uirtutis eorum quilibet peroptabat pugnam,& contendebat se uelle esse primum ad inuadendum, & feriendum hostes; ut uirtus sua uideretur in præsentia sui Regis ob spem uictoriæ, & magnæ
16 futuræ predæ. ¶ Quo uiso per Regem duxit exercitum in campis Chironię ubi congregata gens erat,quæ uenerat ab Ephaso, & à Thebanorum hostili gente quæ descenderant ab Helicone,& par uidebatur equitatus,& peditatus utriusque partis, & dextrum cornu regebat
17 Rex Agislaus,& Orchomen sinistrum.¶ Et ex aduerso Thebani cornu dextrum ducebant, & Argiui sinistrum tutabantur cornu sui exercitus,& taciti,& cum silentio contra se procedebant paulatim paulatim. Et cum se per stadiũ appropinquassent Thebani prius exclamarũt, & currentes se magis appropinquarunt hostibus:& cum forent per spatium trium iugerum propè exercitum Regis, milites domestici ipsi us ex latere contra Thebanos Duce Euripide irruerunt:cum quibus gradatim Cyri, Ionii, Eleij, & Elespontini armati iussu Regis Agislai pro præsidio fuerunt audacter; adeò quòd Thebani timore oppressi uerterunt terga in fugam uersi: & Argiui non potuerunt sustinere impetum militum Regis Agislai,& illicò se reduxerunt in Heliconem montem ubi etiam Thebani se reduxerunt cum difficultate multis ex illis cæsis: quos Rex Agislaus raptim fugiẽtes non curauit ulterius insequi,suis per ipsum
18 signo reductis.¶ Et tenentur optimi Duces antequàm pugnent generali bello, suorum militum facere iuditium,instruendo sæpe exercitũ suum, nũtiãdo illi se uelle aggredi hostes inordinatos, uel sibi fuisse nuntiatum quòd hostes intendunt illos inuadere ex improuiso de die, aut de nocte vt uideatur quo uultu,& qua ferocitate, audatiaq́; & animo se moueant milites sui,eosdem hortando ad uiriliter & strenuè pugnandum facto de ipsis iuditio, tollendo pauorem ab illis, & fugiendi occasionem certam ipsis pollicendo uictoriam maxima præda.
19 ¶ Hostium pontes quandoq; rumpendo nè aliqui ex militibus suis transfugæ fiant, uel nè fugiant ad naues suæ classis, aut ad amicorum urbes, exemplo Fabii Maximi, qui naues suæ classis incendio donauit,ue ritus nè milites sui minus constanter pugnarent ob refugium nauium;uel simulando classem suam alio ire, faciendo

ciendo illam discedere ut spes refugij tollatur
exercitui in terra bellanti,& Idem cum Aristi-
de cousuluit Themistocles de classe Græcorũ,
ut græci constantiùs pugnarent,Exercitus clas
sicus,& terrenus inter se differunt,& terra equi
tatus,& peditatus,unde equor dicitur mare ab
equitate,seu equitatu dictum:quia equos face
re uidetur fluctibus, & undis suis ruptis; uel tẽ
20 pestate, aut ea cessante placido & quietẽ. ¶ Et
omnibus suis copijs militum translactis iu Per
sis Iulianus Apostata rupit pontes ut suis tol-
leretur occasio fugiendi, & in hostium terra
fortius pugnarent:& nihil est omittendum per
bellorum Reges in irritando animos militum
suorum ad pugnam, promittẽdo eis sub regia
corona, & inuiolabili fide honores,equos,ar-
ma,agros,domos,& pecunias, & alia illis per-
21 grata. ¶ Et tenentur esse bellorum imperato-
res prudentiores alijs audacioresq; & abundã
tes consilijs iu omni loco etiam periculorum
ipsis animo inuicto persistendo uiriliter uirtu
te,& magnanimitate sua in comparabili augẽ
22 do militibus animos continuò. ¶ Non enim
decet Reges bellorum aduersis illis terreri,aut
frangi fortuna minaci : quoniam nihil est iam
durum,& arduum quod uinci, & domari non
possit à uirtute uiuaci assidui exercitij,& paciẽ
tiæ,Iuxta illud Horatij Poetæ venusini, Labor
23 improbus omnia uicint. ¶ Et si Romani ab.
Annibale,Samnitisq; vmbris,Gallis,& Hetru
scis, & ab alijs quàm plurimis populis Orbis,
& mundi nationibus uarijs in tot cladibus per
ipsos acceptis non animo tollerassent inuito,
sed ab inceptis turpiter destitissent ducti à des-
peratione,non quidem tributariam Carthagi-
nem xvj. anno belli punici fecissent , neque
gloriosẽ totum orbem subegissent;Ideò Prin-
cipes inuitæ uirtutis diu noctuq;,& omni mo-
mento tenentur pro uictoria curare suorum,
& illis occurrere, & succurrere instruendo mi-
lites expertos in acie in principio belli,medio,
24 & fine,& inter cornua exercitus . ¶ Et si paruũ
habuerint exercitum instruere habent suos for
tiores, & expertos in medio exercitus ut for-
tissimus fiat cuneus,& hostes citò rumpantur,
factis incontinenti alis cum strenuissimis lori-
catis expertis suis militibus, & leuis armaturæ
equitibus ut hostes citius circumueniantur , &
ubi urgent,& insistunt inimici aduolẽt ibi Du
ces uè sua rumpatur acies, & suppleat loca ubi
opus sit cum fortissimis electis aucta uirtute
bellatoribus suis,& ut hostium frangatur auda
tia ala fiat , & cuneus forficeus fortissimus iu
bello , hostium diuiso globo , firma manente
acie sua cum signis secum militibus suis ani-
mosẽ, & cateruatim mouendo in hostes duro
certamine, ut illi rumpantur ante alam exerci
tus suorum semper laudando uirtutem , & ut
se Duces, & Comilitones suos in bello omni
semota formidine & Inertia defendãt. Pulphius
& vareni Centurionum Cæsaris exemplo, qui
inter se assiduas controuersias præcedendi ha
bebant,& dum forent in hostes certaturus Pul
phius inquit , O varene hic dies nos iudicabit,
& irruentes iu hostes unum ex illis Pulphius
exanimauit pilo , & inde ab hostibus occupa
tur, ita quòd ensem euaginare non potuit , cui
varenus occurrit, & Pulphium liberauit; & il-
licò hostes circuierunt varenum, ita quòd euã
dere non potuerat : cui Pulphius occurrit , &
ambo in castra ad suos cum pluribus interfe-
ctis ex hostibus se contulerunt incolumes . Et
maxima est gloria in re militari quando unus
miles seruat alium militem in bello consotium
suum, & præmiandus est militaribus honori-
bus,& dignitatibus, & donis unà cum corona
25 militiæ.¶ Antiqui Imperatores,milites alios
in pugna seruantes condignis honoribus,& do
nis , ac præmiis decorabant militaribus:& san
cta fuit Scipionis sñia in re militari , Esse me
lius seruare ciuẽ unũ in bello , quàm occidere
26 mille ex hostibus.¶ Et dum esset Ipse Scipio an
norum 17.in exercitu cum patre suo Scipione
Consule apud Trebiam fuit tutatus patrem vul
neratum,& coronatus fuit laurea corona Ciui
ca.filius Catonis sub paulo Aemylio militãs,
acies plures hostium consumauit,& idẽ quàm
plures Romani fecerunt Fortissimi uiri ut fuit
Sceuola L.Titius Dẽtatus,Labienus,Tritanus
cum filio suo milite Põpæi , & hesterni Achil
les, Hector, Paris, Aeneas, Diomedes, Aiax,
Theseus,Thidæus, Milo, Polydamus, Magnus
Alexander , Pyrrhus, & quàm plurimi alij, de
quorum uirtute longum foret describere.
27 ¶ Marcus Brutus humiliter petijt à Cassio de-
xtrum cornu quod illi concessit , & illud pro
bẽ Brutus instruxit cum Messalla Coruino flo
ridam partem equitatus habente, & sinistrum
cornu pro se retinuit Cassius; & illud in aciem
instruxit contra Octauianũ Cæsarem , & Mar
cum Antoniũ probẽ ex aduerso instructis acie
bus mira celeritate pro uallo capto loco padu
loso ex latere maris ubi uia tollebatur Cassia-
nis , Cæsare tunc infirmo , suis dato ordine nẽ
pugnarent publico bello ; sed quòd in castris
manerent repleto aere clamore miratibus ho
stibus, & uariẽ pugnato Cassius superatur in si
nistro cornu ab Antonio existente Bruto uicto
re in suo sinistro cornu contra Octauianũ Cæ
sarem,tunc hoc ignorante Cassio , & credente
Brutum fuisse dictum sibi caput trũcari à Pin-
daro suo liberto mandauit : qui ut legitur re-
nuit tantum facinus perpetrare in patronum,
& ipse Cassius cum pugione illo quo Iulium
Cæsarem occiderat semet ipsum interfecit nẽ
in manibus Augusti,& Antonij deueniret. Et
Pindarus

Pindarus liberius post Casfij mortem plus uitus non fuit millibus tunc octo ex Casfij, & Bruti militibus occisis, & millibus sexdecim ex Cæsarianis, & multis captis cum preda magna: & Brutus se dolebat quòd signum pugnæ non audiuerat Cassii, qui inordinate pugnauerat non aliter dato signo; alia uice Octauiano Cæsare infirmo commisso prælio per Marcũ Antonium contra Brutum, superatus fuit Brutus: qui pro libertate semet ipsũ post occidit. ¶ Quæro de casu si quis tenetur aliquem iuuare aggressum nè occidatur extra militiam. Dic quòd sic si potest l. Necare. ff. de liber. agnoscẽ. Nam ex debito Charitatis homo tenetur homini l. i. & per Bar. ibi ff. ad sillanian. & l. fin. C. eod. Et error cui non resistitur approbari uidetur, & uera est sententia quòd homo tenetur iuuare proximum uerbo, & nõ facto sine periculo suo cap Non culpa de regul. iur. in vi. & l. Habet. ff. de oper. libert. & l. Nepos proculo. ff. de uerb. signif. & per glo. in cap. fin. stuagesi. sex. distin. & per Bar. in l. vt uim. ff. de iustit. & iur. ¶ In pectus autem, uultum, & ora, & nõ in tergus uulnera plura bellãdo pro sotiis in acie pugnãdo Scipio Aphricanus, Lelius, Attilius, Sertorius, & Q. Sergius sine nota acceperunt, & se, Ducesq; suos, & ciues multos Romanos seruarunt in bello, & gloriosæ militiæ coronas plures habuerunt. Et tenentur milites militarĩ iure honeste uiuere, & mori gloriose; & mortui in bello pro gloria uiuere præsumuntur l. i. C. de re militar. & instit. de excusat. tutor. §. Sed si in bello amissi sint. cum glo. ibi, & cap. Si Papa. 40. distin. ¶ Quoniam si Dux eorum occisus fuerit puniendi sunt de iure negligentes milites illi ut militiæ Desertores l. Deserto res. ff. de re milit. ibi si in prælio Ducem suum deseruerunt, & non protegerunt ualentes protegere, ut iure iurando promiserant. ¶ Et Legio illa fuit ut desertor punita, in qua à Liguribus fuit in pugna occisus Q. Petilius Cõful, & propterea de numero aliarum legionũ deleta fuit iussu Romani Senatus. ¶ Et Dux ille superiorem habens etiam puniri potest naturali morte ut deserto: cuius culpa, dolo, aut negligentia uictus fuit exercitus ipso superstite Duce desertore militiæ l. 3. § fin. ff. de re mili. Et probè Senatus Venetus decapitare fecit Venetiis Ducem suum generalem Comitem Carmignolã, ex eo quia certioratus noluit succurrere classi venetæ ualens illi succurre existenti in flumine Attisonis: quæ passa fuit ruina ab hoste Liguro tũc confœderato cum Duce Mediolani. Et sic Duces, & milites in re militari errantes puniri de iure possunt, & maius peccatum est in Rege delinquente quàm in priuato l. Ea in fin. ff. eod. & cap. Præcipuè 11. quæst. tert. & cap. Homo Christianus. 40. distin. ut Aquinas Poeta Iuuenalis testatur in deci. Satyr.

Omne animi uitium tantò conspitius in se.
Crimen habet, Quantò qui peccat habetur.

34 ¶ Probè ordinare tenentur & instruere peditatum qui neruus est belli: necessarius est in bello equitatus bonus; cuius ordo modernus non
35 multùm discrepat ab ordine antiquo. ¶ Cauti ualdè esse debent bellorum Imperatores in ordinanda acie in prælio, ut suis artè paretur uictoria. Nam ordo bonus in pugna seruatus uictoriam parit, Inordinatus autem confusionẽ gignit, & affert irreparabile damnum.
36 Equitatus tardior peditatu in ordinum mutatione, & in omni loco indifferenter est tardior ad obedientiam equitatus: & si oportuerit in eundo ante reddire, aut retrò, uel in retro reddeun to anteà ire, aut firmi stantes eundo firmari quod fieri non potest ita facilitet & pũctatim per equitatum ut fit per peditatum, & si equi fuerint ex aliqua causa inordinati nõ ita inordinari pot uerint nisi cum maxima difficultate, impetu, & causa: illa etiam defficiente quòd rarissimè contingit obedienti peditatui: & quandoq; homo uilis existens in equo animoso, & seu fortis & animosus homo super equo inesfrenato, uel super tristi, & uili equo, causa est quòd ordines rumpuntur. Et peditatus expertus, & sensatus ratione rectus facilè rumpit insensatos, & inexpertos equitatus artè perterritos prudentis peditatus; ense, loco & hastis repellitur magis equitatus quàm cal-
37 caribus. ¶ Et si contingerit infidelium exercitum esse potentiorem Catholico, Consilium erit ut aliàs dixi ponere Catholicorum exercitum intra munitissimas Ciuitates pro illarum custodia, & defensione: & utile est quandoque in re bellici aliquid amittere ut reliquum conseruetur trito prouerbio uenetorum, Melius est se minimum quid, quàm minimum perdere.
38 ¶ Vrgente necessitate hoste existente potentiore, Consilium quandoque erit proficuum relinquere artè in hostium prædam aliquod paruũ oppidum ut retardetur hostilis impetus, & cõtra ipsum habeatur tempus prouidendi, nam tempus dat consilium in re militari: quo durã te certiorantur amici pro congreganda gente, & confœderationes fiunt, & coueniuntur exercitus; & ut hostes pacificentur fortè belli timẽtes pericula sibi præparata, uel affecti tedio deserant bellum, aut ut reliquum Regnum conseruetur, & nè aliæ vrbes debellentur, uel nè hostes ulterius procederent animo semper rehabendi sine pugna id quod fuit ommissum in hostium prædam, & deditionem si pax aliter secuta non fuisset; hostiũ artè placato furore: ita q se retinebunt facere id quod fortasse habebant in mentem adimplendi, factis ex aduerso prouisionibus

uiſionibus refrenātibus eorum furorē;& quòd poſteà uoluerint adimplere nequibunt:& ſcaadua ſæpe antiquo prouerbio prohibitur ut magnus piſcis capiatur hamo, & bellum fit pro pace, qua reperta ceſſat bellum. Et quanta ſit bona Pax, & proficua Regnis nullus eſtimare poteſt, ut aliàs dicam de Induciis, & ſeu teriis militaribus, treugua, & pace: de qua habentur in iure tres tituli uidelicet de Pace tenenda, de pace iuramento firmanda, & de pace Conſtantiæ: & meritò illa quæſita publicæ letitiæ fiūt, & Thriumphi.

SVMMARIVM.

1 *Exercitus ſi uiderit contra ſe duci Elephantes, Camelos Tauros, Leones, Vrſos, uel ſimilia animalia, quomodo et quæ arte poſſit ſe tueri, & 3.*

2 *Semiram Nini uxor quæſiuit arte regnū Babilloniæ occupatum à priuigno ſuo, poſt capta priuigni amore miſerima fœmina periit uulnere filiali.*

4 *Elephantes uiſu porcorum, uel ſcrophurum ferè ſemper retrò cedunt.*

5 *Scipio Aphricanus Clamore magno militantium liberauit ſe ab Elephantibus Annibalis in bello ductis.*

6 *Equi ualdè turbantur in bello ob formam beſtiarum*

Creſus oppoſuit Camelos hoſtium equitatus et illos hac arte deiectis in terram dominis fugauit.

7 *Minutius Centurio contra Pyrrhum dimicaturus, uulnerato Elephante ingenti uulnere, & illicò ſeuiente, & in ſuos currente perturbauit totum Pyrrhi exercitum.*

8 *Elephantes quibus cibis delectentur.*

9 *Elephas ex parte Regis Luſitaniæ donatus Leoni. X. Pont. Maximo.*

10 *Elephantes ad bellum ducti quomodo imitentur.*

11 *Pyrrhus Rex ordinauit exercitum ſuum cum uiginti Elephantibus turritis inter concurrētia agmina contra Albinum conſulem Romanorum, propter quos territi Romani fuerunt pauitantibus equis in fuga, & Pyrrhi uictoria fuit.*

12 *Lutius Metellus Pius, obtenta uictoria contra Penos, quadraginta duos Elephantes accepit, & in Italiam tranſtulit illos cum centum, & ſexaginta ratibus.*

13 *Creſus Rex Camelos obiecit hoſtium multitudini in prima acie, qui una cū equis ſuis territi, ab eo ſuperati fuerunt.*

14 *Elephas cum praſciuiſſet magiſtrum ſuum occiſum fuiſſe, retrò reddit inter cæſos quærendo eius magiſtrum, & illius reperto cadauere, ſe proiecis ſuper illud, et contra amicos, & hoſtes iratus pro ultione ſui magiſtri accerrimè pugnauit.*

15 *Elephantes multas habuiſſe uictorias. Cameli proprietates.*

16 *Animalia uenenoſa, quæ in bello producti fuerunt, & uictoriam Ducibus ſuis præſtiterunt. Muſtellā quedam occidit Leones.*

17 *Animalia ferina, ut Elephātes, Cameli Leones, uel ſimilia quomodo hodie in bello duci poſſint.*

18 *Alexander Magnus Leonem uenatu occidit, & aſinum prodigioſi caleibus leonem interfeciſſe legitur.*

19 *Alexander Magnus interrogauit decem ſapientes Vrbis Sabbæ quòd foret aſtutiſſimum animal? reſponderunt, id quod ab homine adhuc non fuiſſet cognitum.*

20 *Domini animalium teneantur de damno dato, et intereſſe damni paſſi pro noxa.*

Actio noxalis an ſit Ciuilis uel Prætoria.

21 *Animalia ſine cuſtode ſi dederin damnū in fundo meo, an potero illa rapere ad mihi ſatiſfaciendum. & 22.*

23 *Animalia incluſa in loco meo, an dicantur poſſideri.*

24 *Lupi ſunt Demones, & mali ſpiritus.*

25 *Lupus largo modo dicitur malus Prælatus, ſeu paſtor mercenarius, cuius non ſunt oues.*

Paſtor non poteſt placere lupis. & ouibus.

26 *Pontifex eſt paſtor, no ſomnes oues.*

27 *Iudicis malè iudicantis præmium.*

QVALITER EXPVGNENTVR *Elephantes, & ſimiles beſtiæ feroces in bello ductæ.*

Contingit quādoque per nationes quaſdam barbariæ gentis ducere elephantes in bello turritos, Camelosq;, Tauros, Leones, vrſos,
1 Rhinocerota, & ſimiles feroces beſtias ſilueſtres ad pugnam. Vt Pyrrhus fecit Rex Epyrothartum, & Annibal Pœnus Dux callidus in Italia, & extra ipſam Italiam: & Fœmina Semiramis in India Nini uxor, quæ ficto coreo bouum, & inſuto ad elephantis inſtar, & ſpetie feno plena, & incluſo damelo cum homine illos reſpectiuè ducente Indos decepit.
2 ¶ Et intellecto per ſemiramē priuignum ſuū occupaſſe Babillonē criminibus ſparſis, equitauit cum exercitu, & regnum amiſſum celeritate quæſiuit; poſt capta priuigni amore miſerimà fœmina periit uulnere filiali. ¶ Et ſi feræ
3 beſtiæ huiuſmodi eductæ fuiſſent in bello contra Catholicos, æneis, & oricalchi imaginibus magnis, igneq; accenſis faſſibus, & pirauolis ignitis, & tubis artificioſo igne flammas emittentibus, & cum miſſilibus, & denſis lanceis,

&

& ſpiculis, ac fundis, acutisq; iaculis à uellit i-
bus miſſis,& proiectis;& dato ſpatio terræ mi
litari ordine lato illos cateruatim aggrediĉtur
in lumbos, ita quòd perdentur : & factis cauis
in terra , alijsq; oppoſitis mortiferis machinis
opprimi facilimè poterint artè prudentis Du
cis,exemplo Publij Sulpitij,& Decij, & Curij
Dentati Conſulum contra Pyrrhum bellantiū
Regem Epyrotharum:Ita quòd Romani ordi
ne acie inſtructi rarefacto uulnerarunt elephā
tes in tergora,& lumbos, & illos etiam igne fu
garūt,adeò quòd beſtiæ prædictæ in ſuos euer
4 terunt excidium. ¶Sciendum eſt ad euertendū
elephantes à pugna,illo natura terreri uiſu por
corum,& ſcropharum ; animantisq; muris ſtri
dore:& territi,& uulnerati ferè ſemper retrò ce
5 dunt.¶Et Scipio Aphricanus terribili clamo-
re militantium prouiſo ad res ſubditas contra
Annibalem in terra Aphrica apud Zammam
Carthaginis elephantes turritos ad bellum dé-
ductos tali arte perterritos euertit in Aphros,
prius per Annibalem inſtructo agmine , & da-
to ſigno pugnæ,& tunc elephantes in cauſa fue
6 runt euerſionis Imperii Carthaginis.¶Et ual-
dè turbantur equi in bello ob formam beſtia-
rum & rerum ſibi ignotam, & rumorum inuſi
tatum, exēplo Creſi qui camelos oppoſuit ho-
ſtium equitatus, & illos artè fugauit , deiectis
in terram dominis , ruptis ordinibus acierum
7 ob hoc obtenta uictoria.¶Et Minutius Centu
rio contra Pyrrhum dimicaturus , uulnerato
elephante ingenti uulnere, & illicò ſeuiente,&
in ſuos currente,Pyrrhi exercitum adeò pertur
bauit & ordines, quòd tunc finem bello impo-
ſuit cum noctis Regis proficuo beneficio.
8 ¶In cibo delectantur elephantes ordei ſucco,
& palmarum fructibus ; & ſi eorum pabulum
in præſepibus oppoſitum tangatur à mure ſibi
infecto,cuius odore faſtidiuntur,illud comede
re nolunt:& in potu odio habent irundines, &
per earum auſtum cruciantur ualde, & capiun
tur dormiētes apud truncos arborum artè pri
mò ſectos:nam cadunt & inde ſurgere pedibus
nequeunt,quia genua non habent,& uariis mo
dis mitteſcunt ut indomiti equi , & naſcuntur
in remotis partibus orbis . ¶Et tēpore noſtro
9 regnante Leone Decimo Pontifice Max.in ur-
bem ductus fuit Elephas unus , & dono tradi-
tus dicto Romano Pontifici unà cum Ethiopo
cuſtode ipſius elephantis pro parte Incliti Re-
gis Luſitaniæ , & ſunt mole terribiles , & ma-
10 gni.¶Qui ad bellum ducti incitātur linteo sā-
guinolento, aut madefacto rubeo uino,aut ſuc
co tincto murarum,aut panno purporeo pro-
ſtrato in terram ; & hac de cauſa irati irruunt
in armatos maximo impetu de quorum aſpe-
ctu mirantur equi, & fugiunt cum tremore pa
11 uitantes formidine. ¶Legitur Albinum Con-
ſulem Romanum Ducem exercitus hoſte inui
to tranſacto flumine pugnam commiſiſſe con
trà Regem Pyrrhum apud urbes Cāpaniæ Pan
doſiam , & Heraclem Conſule nouo Circum
uento bellorum modo oppoſitis per Pyrrhum
uiginti elephantibus turritis inter concurren-
tia agmina, adeò quòd territi Romani fuerunt
pauitantibus equis in fuga , & Pyrrhi uictoria
fuit,non ſine tamē ſuorum ſanguine;nam Pyr-
rhus fuit in Italiam prouocatus ſui prudentis
Cyneæ, & Methonj ſpreto conſilio per Taren
tinos,Brutios,Meſapios,Lucanos,& Samnites
cum promiſſionibus largis, ſibi primitus miſ-
ſis per Tarentinos nauibus ut exercitum duce-
ret in Italiam,& per ipſum miſſo Cyneu Taren
tum cum præſidio trium millium armatorū;
& Pyrrhus ex alia parte nauigauit cum exerci
tu trium millium equitatus , & uiginti trium
millium peditatus , & quingētia funditoribus,
& ſcorpionariis cum elephantibus uiginti in
Italiam peruenir,paſſus fortuna, & tempeſtate
dura maritima penuaria loca ipſius diſcipata
claſſe: adeò quòd fuit neceſſe Pyrrhum natare,
& feſſus applicauit ad litus amicorum ſuorum
Meſapiorum:cui obuiam uenit Cynea cum Ta
rentinis qui illum introduxerunt Tarentum.
12 ¶Lutius Metellus Pius, obtenta uictoria con-
tra Pœnos, quadraginta duos elephantes acce-
pit, & in Italiam tranſtulit illos cum centum,
& ſexaginta ratibus. ¶Et Creſus Rex camelos
obiecit hoſtium multitudini in prima acie,qui
unà cum equis ſuis territi ab eo ſuperati fue-
13 runt.¶Et cum Pyrrhus eſſet in urbe Argiuorū
cum elephantibus in bello expeditis cōtra An-
thigonum Regem,& Arcum, & cū foret mor-
tuus magiſter ferociſſimi elephantis uictoria
nuncupati; & præſcito per elephantem eius ma
giſtrum eſſe occiſum , retrò reddit inter cæſos
querendo eius magiſtrum; & illius reperto ca-
dauere ſe proiecit ſuper illud , & contra ami-
cos , & hoſtes iratus elephas , pro ultione ſui
14 magiſtri pugnauit acerrimè. ¶Legimus be-
ſtias prædictas uariis bellorum Ducibus uicto
rias,& ruinas præſtitiſſe, ſellā ſuper dorſo Ca-
meli natura habent ſuā,& uenenoſos dētes qui
ſe uirga percuſſi fuerint ſuper genu , & pedis ti
bia in terram procidunt ; & inde onerati ſuffi-
15 cienti onere ex ſe ipſis pedibus inſurgunt. ¶Le
gi Leones,Tauros,Vrſos, & feroces Canes;&
quædam alia uaria fera , & animalium genera
etiā uenenoſa diuerſæ formæ,& qualitatis fuiſ-
ſe producta,& deducta in bello, & palmā Du
cibus ſuis præſtitiſſe. Legi etiam Muſtellas oc
cidiſſe Leones , & ipſas repertis buffonibus in
terrā aſtringi neceſſariò in os eorum apertum
tenentium ingredi occulto Dei ſecreto: & uidi
buffones per colubres corrodi , & inglutiri,&
legi perantea buffones percuti , & interfici , &

Scimium

Semium ualdè timere testudinem uiuam.

18 ¶ Et si tempore nostro elephantes, & bestiæ similes, & uenenosa animalia ducerentur in bello, Consilium erit ipsas tollere de medio cum instrumentis bellicis, & emissis pilis tartareo igne sulphureo, & igne incendiario, aut fassibus accensis, & aliis aptis remediis, & instrumentis bellicis astu, & prudentia Ducum exercitus de ducendis opera, & industris sua.

19 ¶ Legi magnum Alexandrum Leonem occidisse uenatu, & asinum prodigiosè interfecisse leonem calcibus. ¶ Alexander Magnus interrogauit decem sapientes urbis Sabbæ quòd foret astutissimum animal? Responderunt id quòd ab homine adhuc non fuisset cognitum.

20 ¶ Quæro de pauperie, & damno dato per animalia in personas hominum, an Domini animalium teneantur ad interresse damni passi pro noxa: & an illa actio sit ciuilis, uel prætoria. Dic ut in glo. l. primæ. in uerb. offertur ff. si quadrup. paup. fecis. dicatur: & quando locum habeat directa, & quandoque utilis habetur in l. 1. in glo. ibi secunda, iuncta glo. in uer. feritate, & Instit. eod. titu. in §. pri. Et si culpa in homine deprehenditur an eesset. Dic ut in l. Et elegauter. in gloss. in uerb. de dolo.

21 ¶ Quæritur de equis, & babus alterius damnum dantibus sine custode in fundo uicini, uel alterius sattis, & hortis an poterint damnum passi capere dicta animalia, & illa retinere donec fuerit sibi satisfactum damnum dic quòd non, per not. per Doctor. in l. Hoc amplius, & ibi per Alex. de Imol. ff. de damn. infec. & in l. Quintus, & per Florian. de sancto Petro ibi ff.

22 ad leg. Aquil. ¶ Poterit tamen retinere dicta animalia donec scierit dominum eorum secundum Specul. Iur. in titu. de actore in uersi pono, inuenio pecudem; & Bal. in l. 2. C. de seru. fugit. & per Paul. de Castr. in l. Hoc amplius ff. de damn. Insecto.

23 ¶ Quid si equus, & ammal aliud inclusum fuerit in uiridario, & pabulis clausis; aut pisces in piscina collecti. &c. An dicantur posideri. Dic quòd sic, quòd secus foret de piscibus in stagno reductis, & existentibus ibi: & similiter de feris animalibus, & auibus non mansuetis; nisi feræ bestiæ, & aues huiusmodi habetent consuetudinem eundi, & reddeundi ut columbæ quæ uolant ab ædifitiis nostris, & ad illa reddeunt, habetur per Doctor. & maximè per Alex. de Imol in l. 3. § Nerua ff. de acquir.

24 posses. ¶ Quæro de lupo qui est arcendus ab ouibus pastorum baculo, & latratu canum cap. pri. quadrages. ter. distin. & quidem lupi sunt demones, & mali spiritus, & hæretici omnes cap. Oportet octuages. ter. distin.

25 ¶ Et lupus etiam dicitur malus Prælatus, & seu pastor mercenarius, cuius non sunt oues, de quo in Euang. cap. Tres. uiges. ter. quæst. quar. Nec pastor placere potest lupis, & ouibus cap. Nihil. octuages. ter. distin. ubi habetur quòd nihil est miserabilius illo pastore qui gloriatur laudibus luporum: & sicut lupus ipse edit agnum, ita & malus Prælatus bona Ecclesiastica corrodit, et discipat, ut malus pastor mercenaribus qui de ouibus non curat, sed permittit illas lacerari à lupis quia mercenarius est, cuius non sunt oues.

26 ¶ Propterea tenentur oues apud apostolicum Romanum Pastorem, & Petri successorũ curare nè à lupis deuorentur in ouili sui dominici gregis capit. Decreto secun. questio. sexta. capit. primo. decimatertia. quæstione prima.

27 ¶ Et prædicta locum etiam sibi uendicant in dominis, & iudicibus temporalibus, qui malè, & iniustè regunt populos sibi à Deo commissos, eorumque scientes sanguinem humanum, aliena anxiè appetentes, & affectantes, semetipsos damnantes ad æthernas pœnas in loco tenebroso, ubi caret lux, & nulla ibi est redemptio, sed æetherna damnatio, & luminis priuatio Dei, perpetuus quæ dolor, & stridor dentium, ut firmat euangelium.

SVMMARIVM.

1 *Duces exercitus quomodo debeant discedere ab exercitu, aliqua necessitate urgente.*

2 *Marcelli exercitus superatus fuit à Cesare propter absentiam, & discessum ipsius Marcelli.*

3 *Edicti Senatus Romani Tenor in exercitu.*

4 *Duces exercitus in expeditione existentes generaliter incepta, ab ea discedere non debeant.*

5 *Exercitum ceruorum Duce Leone, difficilius uincere quis potest, quàm exercitum Leonum Duce ceruo.*

6 *Si milites clamauerint in pugna, Ducem hostium mortuum esse, bonum erit pro uictoria.*

7 *Lenini Coruini exercitus, dum dimicaret contra Pyrrhi exercitum, cœpit clamare Pyrrhum mortuum esse, & tali arte Pyrrhi milites superauit.*

8 *Miles qui habet loquellam hostium exclamet alta uoce loquela hostili in ea parte, quã magis hostes urgent, ut ibi non sit eorum Princeps, qui frustram pugnatur quoniam eorum Imperator iam mortuus est, et suos iam esse ruptos quia tunc uires deficient illis.*

9 *Imperatores semper in pugna debent clamare iam suos esse uictores, & quòd uictoriam prosequentur.*

10 *Exercitus duo si fuerint ab una parte, & unus ab alia, quomodo pugnandum sit. numero 12.*

11 *Asdrubal cum suo exercitu, non potuit coniungi cum exercitu Annibalis fratris sui, quia à Claudio Nerone fuit uictus.*

13 *Miles qui pro sancta Ecclesia pugnat est meritorius, nec tale bellum deserendum est, sed usque in finem perseuerare debet.*

14 *Saraceni contra Christianos bellantes militaliter impugnantur, Iudæi uero tollerātur, & quare.*

15 *Bellum contra infideles iustum est.*

16 *Vassallus qui in bello tenetur iuuare Dominum, an teneatur illum iuuare in bello iniusto.*

Bellum iustum, & iniustum quando dicatur.

17 *Miles in bello pugnando an magis debeat expectare mortem, quàm fugere. & numero 18.*

QVOMODO DVCES EXERCItuum cautè discedere possint à pugna Generali pro succurrendo suis, nè uideantur ab illis, neque ab hostibus.

VOlentes docti bellorum Reges in generali existentes expeditione aliquantulùm ab ea recedere pro succurrendo suis, & dando illis suffragium in pugna nè uideātur propriis militibus bello retentis quia à pugna desisterent cernendo Duces suos discede re; & nè etiam uideantur ab hostibus, quo iam fortius dimicarent aucta sibi audatia pro ter discessum Ducum Inimicorum, cum faci ior sit uincere exercitum sine Duce capite uo, ut legitur in Poeta de Aenea uulnerato alam discedente.

Turnus ut Aeneam cedentem agmine uidit,
Turbatosq; Duces subita spe feruidus ardet.
Poscit equos, atq; arma simul, saltusq; supbus,
Emicat i currū, et manibus molitur habenis.
Infrenant alii currus, aut corpora saltu:
Subiiciūt in equos, et strictis ensibus adsūt:

t de Pompæi exercitu turbato ordine discedentis per Cæsarem, rupto, & fugato sine capite suo Pompæo.

¶Et de Marcelli exercitu sine Duce expugna o legitur, & superato a Cæsare apud Rubico em Cæsenæ non longè ab Arimino; & lo um nidi dicti Rubiconis, ubi edictum mar morarum Senatus, Populique Romani, tunc positum fuit nè Cæsar transiret Rubiconem finem Galliæ Cisalpinæ prouintiæ suę: & edictum legi prædictum Antiquum, quod modo reperitur in Castro Iazoli ibi portatum iussu Excellentis Nicolai Comitis Iazoli antiquitate delectantis: cuius edicti talis est tenor.

3 ¶Iussu, mandatouè Senatus, Populique Romani, Consul, miles, tiro, commilito, manipularisuè, centurionuè, turmataeuè, legionariæuè, armataeuè quisquis es hic sistito, uexillum finito. Nec ultra hūc amnē Rubiconis signa, arma ductum comeatum exerratumuè traducito; quisquis huiusce iussionis ergo aduersus ierit, feceritué, adiudicatus esto hostis Senatus, Populique Romani; ac si contra patriam arma tulerit, sacrosque Penates, & penetralibus asportauerit sanctionibus, Plebiscitis, Senatusconsultis: & ultrà hos fines arma proferre liceat nemini amicorum, Senatus, Populique Romani.

4 ¶Consilium est in re militari quòd pro Regula datur nè Duces exercituum in expeditione existentium generaliter incepta discedant ab ea, neque ab exercitu suo: qui pugnare non habent ex persona sua nisi urgente causa, arcti necessitate, quæ licitum facit id quòd aliàs foret illicitum capitulo Mutationes, septima quæstione prima. Vt Inclitus ille docebat Scipio Aphricanus, & Lucius Aemilius militiæ Principes, nè sinistrum sibi damnum, & exercitui suo contingeret irreparabile; quia turpe est Imperatori dicere posteà non putaram, quod pro regula habetur in militia.

5 ¶Et difficilius est, ut Crebrias Dux memorandus inquiebat, Se magis exercitum Ceruorum Duce Leone uincere, quàm Leonum exercitum Duce ceruo.

6 ¶Et mixti Duces inter milites suos, & leuis armaturæ Equites, equo, & ueste mutatis poterint quandoque se retrahere, & hortari suos qui retrò sunt, ut gradatim gradatim ordine firmo succurrant aliis suis pugnantibus irruendo in hostes artè clamantes hostium Ducem iam esse mortuum in conflictu.

7 ¶Exemplo Leuini Coruini qui dum dimicaret contra exercitum Pyrrhi, milites strenuè tunc & animosè bellantes alta uoce clamauit Pyrrhum esse mortuum in conflictu; & arte tali suis robur addidit, & Pyrrhi militibus sustulit audatiam: qui adeò perterriti fuerunt quòd illos à pugna euertit, & superauit; ut prius non resistentes Romanis pertinaciter pugnantibus aucta sibi audatia pro tali nouo, quod posteà fuit difficile Regi Pyrrho suos retinere retractos à pugna.

8 ¶Cōsilium etiam erit perutile in conflictu ut aliquis habens linguam, & seu hostium loquelam, exclamet alta uoce hostili loquela, & sermone

sermone in ea parte qua hostes magis urgent, ut ubi non sit eorum Princeps, quòd frustra pugnatur, quoniam eorum Imperator iam mortuus est in conflictu, uel clamando iam suos esse ruptos in tali parte: & ob hoc uires deficient illis tali audito inopinato casu, & terga dabunt strenuè pugnantibus illos insequentibus aucta sibi audatia ob tale nonum sibi dictum.
9 ¶ Et optimum est quòd Imperator Exercitus in pugna exclamet erga suos se iam fore uictores, & quòd uictoriam prosequentur, nè sibi tollatur de manibus suis iam quæsita, urgendo animosissimè in hostes cum suis non pigrè pugnātibus.
10 ¶ Et si contingerit duos exercitus esse ab una parte, & unum ex aduerso; antequàm illi duo insimul iungantur, unus ex illis duobus aggrediendus est fortè inordinatus electorum suorum, facto fortiorum cuneo forti militari ordine instructo de die, aut de nocte, albis cum uestibus ne vulnerentur amici ab amicis, sed ut cognoscātur ab eis, & conseruentur illæsi, & auxilientur illis ab ipsis si opus fuerit: & ita callidi ducis ingenio parabitur uictoria loci suffragio primitus arte
11 capto. ¶ Et cōsilio tali Pœnorum Dux Asdrubal exercitus duos perdidit in Hispania, & in Italia apud Metaurum; superatus demum ipse fuit à Claudio Nerone nè iungeret exercitum suum cum exercitu sui fratris Annibalis.
12 ¶ Et si duorum locorum formidetur obsidio, alterutrum non est relinquendum nudatū præsidio, nè illud deseretur; & occupetur ab hosti-
13 bus. ¶ Et quia bella quæ pro fide Catholica, & Ecclesia Dei fiunt, sunt meritoria, & non desserenda ut docet Euangelium, Meritum est illorum qui inceperunt benefacere, perseuerare in bonis usque ad finem cap. Omnium 23.q.5.
14 cap. Sicut 23.quæst.4. ¶ Et ritè Saraceni contra Christianos bellantes militariter impugnātur, Iudæi uero tollerantur qui parcè uiuunt, & paciencer seruiunt, Ideò sustinentur ut conuertantur cap Dispar. 13.quest.8 Quos omnes ecclesia Dei expectat ad ueram fidem Catholi-
15 cam, & ad baptismum pro æterna salute. ¶ Et iustum quidem est bellum quòd fit contra prædictos infideles, ut aliàs superius latiùs dixi in libro de Iusto, & iniusto bello cap. Excommunicamus extra de hæret. Et morientes in hoc iusto bello salui fiunt cæteris paribus cap. Omnium rerum. 33.q.5. & cap. Omnium timore.
16 33.q.8. ¶ Quæro de uassall qui tenetur iuuare Dominum suum in bello, an teneatur illum iuuare in bello iniusto. Dic conclusiuè quòd non: & quando dicatur iustum, & quando iniustum bellum dixi superius in Libro suo de iusto, & iniusto bello: habetur etiam in titulo hic finitur lex, de inde consuetudines incipiūt, & ibi per And. de Iser. & Bal. in usib. feud. Ubi etiam habetur quādo Dominus est excommunicatus ab Ecclesia an sit adiuuandus à uassallo: & dic quòd non, & quid si esset reconciliatus, & nunquid sit idem si fuerit bannitus an iuuari debeat à uassallo, & interim antequàm reconcilietur Dominus excommunicatus cum ecclesia possit uassallus alienare feudum latè, & clarè habetur ī præallegato loco, & per scribentes ibi ubi me rimitto gratia breuitatis.
17 ¶ Quæro si fortis miles in bello pugnando debeat magis expectare mortem quàm fugere; & pro utraquè parte disputat Philosophus Ethicorum primo cap. 4. De fortitudine, & in tert. de uoluntario, & uiolento; & in tractatu de Magnitudine, ubi dicit quòd prius est moriendum, quàm aliquod turpe committere in bello, quod intellige cum discretione, & dictamine rationis cap. uerum deci. ter. distinct.
18 ¶ Propone tempora, & loca in hoc & fundamentum ueritatis, & fidei, uidelicet si pugnetur contra infideles habendo respectum ad animam, uel ad corpus. Nam si fortis pugnaret contra infidos hostes, & fugiendo multi essent perituri fideles propter eius fugam, fugere sūe non debet, sed magis mori: quia mors erit sibi uita ætherna; & si fugeret cōsequeretur uitam corporalem, & expectando cōsequeretur uitā animæ, quæ est nobilior sine comparatione, igitur præeligenda, qua cessante causa non sine pudore spectante salutis propriè, & confratrum se fuga seruare poterit iure naturę ipsum tutante, & excusante: nam ut dixi tempora sunt expectanda, exemplo Domini nostri IESV CHRISTI, qui se abscondit in templo, ne lapidaretur à Iudæis: qui lapides cæperant, ut ipsum lapidarent; & illesus per medium illorū transiuit cum societate Angelorum: qui cum Angelis suis uisus non fuit à Iudæis, & exiuit de Templo expectans tempus suæ passionis.

SVMMARIVM.

1 *Victoria in dubio ma ce est à Duce fingenda, ut uictor eu d sicut fecere My ronides Atticus, Tullus Hostilius, & Annibal.*

2 *Vox Ducis dicentis hostes esse fugatos, sæpe cedentem exercitum reintegrat; ut i fecere T. Q. Capitolinus, et Manlius.*

3 *Annibali dolus in reuocando Romanum exercitum à Capua ad montes uoce latina non profuit.*

4 *Ad tollendū terrorem exercitus oportet Ducem aliquando malum nuntium supprimere, ut fecere Sertorius, & Athenienses.*

5 *Bellicis sonis aliquando pro signo uictoriæ letitia à Duce est simulanda ut exercitus animetur.*

 6 Mæstit iam

Quid

QVID SIT AGENDVM PER *Duces in dubio Prælio.*

1 SApientes bellorum Imperatores uidentes in pugna exercitum suum pro parte uincere, & sistere in hostes; & pro parte fugere ut sæpe contingit: debent ob hoc inuicti esse animo, nè desperare se, cum uarii fini bellorū exitus, nec finis semper respondet principio. Propterea tenentur suis augere animos ut acriter, & impigrè, pertinaciter, & animosè pugnent, uictoriosiū artè clamorem emittentes Myronidis exemplo Atheniensiū Ducis: qui in dubio prælio contra Thebanos clamauit suos esse uictores, & hostiū Ducē esse occisum: & ob hoc minuit Thebanorū audatiā, & suorū accreuit aminos, & uictor arte tali permansit. Et dū dubiè pugnaret Myronides Dux Atticus contra Thebanos in cornu suorum dextro saltādo clamauit alta uoce se hostes uicisse in sinistro cornu; & suos adeò aiauit, & hostes perterruit ꝙ dextrū cornu rūperunt, & inde sinistrū dissipa rūt uictoriosè. Tullus Hostilius Rex Rom. existens cōfœderatus cum Albanis, & dū pugnaret cōtra Veiētes se Albani abstinuerūt à pugna, & reduxerunt ad mōtes; hoc illicò percepto p Regem Tullū ut suis audatiam præberet, & hostibus terrorem concuteret, inquit alta uoce Albanos hoc fecisse iussu suo, ut Veientes hostes poneret in medium, & suis acereuit animū, & hostibus terrorem concussit; & fuit uictoriam potitus in dubio prælio. Annibal tribus millibus ex suis fabris lignariis ab exercitu suo discessis iniussu suo, inquit erga suos, illis licentiam dedisse; & ut sui hoc facilius crederēt, caeteros alios fabros lignarios licentiauit; & ita suorum animos confirmauit.
2 ¶Et T. Quintius Capitolinus Romanis cædentibus inquit terribili noce, hostes esse fugatos i altero cornu, & sua firmatis fuit uictoriam potitus. Et Māllius uulnerato Fabio Collega suo qui ducebat sinistrū cornu contra Hetrusc s parte cædente sui exercitus, credente Fabium mortuum cum turmis equitatus occurrit Manlius clamando alta noce Fabiū Collegā uiuere, & se dextro cornu uicisse, & suorū ita reintegrato robore uictor extitit nox simulatè emissa in ardenti bello sæpe prodest.
3 ¶Non profuit Annibali in Campaniā propè Capuam facere ꝙ exercitus Consularis obsidens Capuam iret ad montes callida emissa noce Latina iussu Annibalis per habentem linguam Latinam, & seu Romanam exercitū debere accedere ad montes man ato Consulis; & tali cognita punica fraude per Romanos in militia doctos, ipsi non iuerunt ad montes suo
4 de hoc cerciorato Cousule. ¶Et cum in bello foret exanimatus Præfectus exercitus Sertorii, & foret in pugna nunciatum Sertorio, qui illicò nuntium pugione transfixit, nè aliorum pugnantium suorum perueniret notitiam, ut non deficerent à prælio, uel nè se firmarent audita morte sui Præfecti. Atheniēses diuulgata fama in Tonserina fuisse per Gilippum ruptos Duces Atticos Syracusis aliter nescientes sinistrū casum ruinæ suorum Tonserem carcerarunt tumultuante populo, & illum carceratū detinuerunt, donec certi de casu fuerunt.
5 ¶Prodest & in dubio bello uictoriæ clamor artè mitti per Ducem exercitus, parte hostium uicta faciēdo lætitiam cum tympanis, buccinis, & cornicibus, tubis, & similibus aliis bellicis instrumentis indicantibus uictoriam, Iuxta Illud Ouidij Poetæ Sulmonensis.

Temporibus ueterum tibicinis usus auorum,
Magnus, & in magno semper honore fuit.
Cantabat phanis, cantabat tibia ludis;
Cantabat mæstis tibia funeribus.

6 ¶Cæsar pro exequiis filiæ suæ Italiæ celebrare fecit ludos gladiatorios in Theatro, & pugnām naualem in Tyberim.

7 ¶Legitur quandoq; ob sinistrum casum quibusdam molestè occursum illos periisse subitaneo mærore; & e' contra ob magnam lætitiam subitaneam cæcidisse quosdam, ut contigit quibusdam mulieribus Romanis Trebiana secuta clade in qua mortuus fuit T. Q. Flaminius Consul cum exercitu astu Annibalis; & cum Romanæ quædam mulieres audito filiorum morte reperissent filios suos in uia cum sos à tali clade, illicò præ lętitia cecidere mortuæ, & in ipsis maior fuit uis lætitiæ quàm mæ mor. Et ob lætitiam clamantibus græcis in Theatro ob edictum proclamatum iussu Flaminii filii prædicti Flaminii Consulis, ut Græci uiuerent sub lege sua, & more suo; adeò uox magnā fuit quòd cornices ibi supra nolantes tali uoce perterritæ cæciderunt in terram semimortuæ, rupto ac disiuncto aere tali terribili uoce lætitiæ, ut refert Plutharcus in uita Tit. Quin. Flaminij; & idem Romæ cōtigit de coruo clamante populo in Campo Martio, ut aliàs dixi, in comitiis Pompæi.

8 ¶Prodest musica in omni militia cœlesti, terrena, & aquatica ob refectionem spirituum, & consolationem animorum, exemplo quorundam Regum bellorum non obscuri nominis qui tali uirtute delectati fuerunt, ut fuit Epaminundas Thebanus, & Alex. M. qui manū posuit ad arma audiendo cātū Xenophontis tibicinis; & dū fuisset rogatus rex Tyrrhus de citharedis, & canentibus Pithone, & Daphisio quis eorum

esset melior, respondit Poliparcontam fuisse bonum Ducem, & militem bellacem. Et Alexander interrogatus de bonis Citharedis quis esset melior, respondit se uelle audire Citharã Achillis quæ uocabat milites, & hostes ad bellum, & de arte sua iuditium dederũt et probos decet Imperatores, ad quos spectat scire arma, & disciplinam militarem. Alcibiades Atheniẽsis peruento ad ipsum nuntio cum turbato uultu ob sinistram nonum suæ classis à Farnabagio expugnãte Regis Præfecto, dum pugnaret contra Abidenos, illi prohibuit non loqui, sed ipsũ secretò reduxit, & tacuit malũ omen suis, & hostibus: & id occultando læto uultu erga suos inquit, Pugnemus impigrè quoniã Mars est nobiscum in bello; & hab ita uictoria illicò dedit præsidiũ suæ classi.
9 ¶Martiales quippè uiri reficiuntur, animantur, & lætantur sono, & cantu tubarum, & similium instrumentorum martialium pro labore supportato in bello: & cantus, & sonus excitat ipsos, distrahit & animos, & inflammat furorem ad pugnam Iuxtà illud Ouidij.

Ille manus olim Misurtus Hectora læto,
Creditur & Lyricis detinuisse modis.
Venerat Alcides exausta parte laborum:
Iussaq; restabant ultima pœnæ uiro.

10 ¶Carpendo animosè ẽt hostiũ spolia interfectorum, ut hostes perterreantur in bello, credẽtes se fore uictos ab omni parte; & tali arte suis uictoria geminabitur, & hostes perterriti fiẽt.
11 ¶Lætus quandoquè uultus, & quandoquè tristes in bello incerta induit fortuna, cuius frons capillata capitur uirtute prudentis militiæ Ducis, ipsius à parte omissa caluitie, & tanquàm pilam extollit omnes in altũ, & illos facit Reges, & diuites magnos; illosquè deponit, & reddit egenos, & inopes: qui sibi, & ꝓpriæ suæ uirtuti, & non Deo uictoriam tribuunt: ut Iuuenalis Satyricus Poeta Aquinas decantat.

Si fortuna uolet fies de Rhetore Consul.
Si uolet hæc eadem fies de Consule Rhetor.

Quod sæpe contingit occulto Dei iuditio. Et tenentur Duces in dubia, & pernitiosa clade suos hortari Iuxta Illud Poetæ.

Vt uidit Pallas latio dare terga sequati,
Aspera quis natura loci dimittere quando:
Suasit equos, unum quod rebus restat egenis.
Nũc prece, nũc dictis uirtutẽ accẽdit amaris.
Quo fugitis sotij? per uos, & fortia facta.
Per Ducis Euandri, nomen deuictaq; bella.
Speq; meã patria, quæ nũc subit æmula laudis.
Fidite nè pedibus, ferro rũpenda per hostes.
Est uia, qua globus ille uirum densissimus urget:
Hac uos, et Pallãta Ducẽ patria alta reposcit.

Numina nulla ꝓmũt, mortali urgemur ab hoste;
Mortales totidem nobis, animæquè, manusquè.

Et tunc publico bello confligere tenentur Duces omni à se excusso timore: ut fortuna uarietate bellorum, & humana conditione uictos li-
12 beret absquè graui detrimento. ¶Et habeant curare Duces studio omni, & ingenio reducere suos in loco tuto, quòd ab omni parte lædi nõ possint; uidelicet apud Alpes, colles, aquas, rupes, paludes, flumina, cauernas, fontes, nemora, & similia: quia ut aliàs dixi magis prodest locus artè acceptus, quàm uis, & uirtus multorum qui à natura locorum sæpe uincuntur: ut de numeroso exercitu Regis Xersis legitur uicto à Themistocle cum parua manu græ-
13 corum ratione, & natura loci angusti. ¶Nec habent Duces in generali bello, & pernitiosa clade, & in dubia pugna parcere propriæ uitæ: sed se in infidos hostes suorum facto cuneo fortissimorum militum, globoque uel nodo stricto, aut acu scuto Dei, & uiribus totis animosè pugnando, suis augendo audatiam ut strenuè militent in præsentia sui Ducis, uidentes suum Regem ita potentem, et excellentem in armis, & in contemptum propriæ uitæ certare: & cum pulchrum mori succurrat in armis certa est salus exercituum uictorum, iuxtà illud Virgilij.

Vna salus uicti, nulla sperare salutem.

14 ¶Interrogauit. n. Magnus Alexander Sapientes Sabbæ urbis quantùm uiuere posset homo, responderunt, Donec existimat mortem esse
15 uita meliorem. ¶Romulus dum in prælio contra Sabinos in capite fuisset vulneratus, quem cruentatum uidentes milites sul fugã erripuerunt ad Pallatinum, qui illos sparsos artè retinuit; & corũ facto agmine stricto irruit in Sabinos: quos duro Marte superauit. Nam boni milites pro gloria, & cum omni uirtute certãt uiribus totis, & ultra uires suas in præsentia suorum Imperatorum omni experto & nullo uitato periculo ut aliàs dixi. Cum uita sit fortior m. rte, quoniam sustinet tantas aduersitates, miserias, & pericula ut erga Alexandrum magnum responderũt Sapientes Ciuitates Sabbæ illos interroganti si fortior esset uita, aut
16 mors; respõderunt ut suprà dixi. ¶Et quid spei superesset militibus illis, si eorũ duces sibi amicissimi essẽt interfecti in tali clade, & imperitiæ semper imputarẽtur milites si per ipsos fuisset impigrè pugnatum in præsentia suorum Ducũ in ipso bello cæsorum: & melius est pro honore sui Imperatoris marte mori gloriosè, quàm proprium exercitum deserere, & cũ infamia, & dedecore turpiter uiuere suo imperatore pertinaciter certante, & resistente; iuxtà illud Poe.

Atteritus

Asteruitus ille asper, accerba tuens retrò reddit.
Et nequè terga ita dare, aut uirtus patitur, nec
tendere contra:
Aut aliter retrò dubius uestigia Turnus.

17 ¶Et dum militaret in iuuentute sua Furius Ca
millus sub Dictatore Posthumio Tuberone cō
tra volscos, & Sicanos uulneratus in coxa cum
lancea, equitando per castra traxit lanceam ex
uulnere, & se iniecit in partem hostium fortio
rum adeò impigrè pugnando quòd illos euer-
18 tit in fugam. ¶Et Pyrrhus Rex Epyrotarū con
tra hostes defendit Demetrium sororium suū,
& illos uirtute fugauit; & Macedones, Epyros,
& Molossos, Græcos, & alios quàm plures po
pulos bello quæsiuit, & rexit occiso Neptole-
mæo ipsius proditore, & dolū uitauit Lysima-
ci ipsius interceptis literis, & pacem firmauit
inter fratres Antipatrum, & Alexandrum Ale-
xandro post occiso improbè per insidias De-
metrij occupata Macedonia sub spe amicitiæ
ibi prouentæ; & occulto in se uitio regnandi
uictis Echoliis hostilitate secuta inter Pyrrhū,
& Demetrium cupiditate regnandi; & ob infi
delitatem, & suspitionem uicinorum regnorū;
& cum Pantacto Demetrij Duce uiro in ar-
mis, & disciplina militari clarissimo duellauit
iuuenis Pyrrhus, & Panthacum uirtute supera
uit, & exercitum fudit Demetrij, Ita quòd Epy
rotæ, & Macedones dixerunt Pyrrhum animo,
& armis, gloria, & uirtute fuisse similem Ale-
19 xandro Magno. ¶Et quandoquè tenentur Prin
cipes in bello publico descendere ab equo, &
pugnare pedester vt sui pedites acriter puguēt,
Et Romani Dictatores olim ambulabant, &
pugnabant pedestres unà cum peditatu suo, Et
Fabius Maximus primus fuit Dictator, qui cū
licentia Senatus, Populiq; Romani equitare cę
pit, & in futurum posteà omnes Dictatores ex
dicto Senatus Consulto equitarunt inter pedi-
tes suos. Nam primitus Dictatores ut prædixi
incedebant pedestres, & ita pugnabant inter e-
quitatum suum, & inde ascendere saltu equum,
& ab eo descendere celerrimè cum opus fuerit
oportunum, & necessarium strenuè resistendo,
& diffusos suos congregando nouum delectū,
& noua quærentes auxilia uariis & occultis
modis, dolis, & insidiis ancupando hostes assi-
duò proprium honorem, & salutem suorum cu
rando, animo semper inuicto lædendi inimi-
cos; & aliquo ex Ducibus eorum truncato, &
ipsius capite iacto in exercitum hostilem pro
ut Cladius Nero cum Liuio Salinatore, & Do
mitio Carbone fecit de capite Asdrubalis in
agro Piceno apud Methaurum interfecti: ut
Duces, & hostes affligerentur; procurando sau
cios suos mitti in locis tutis pro eorum com-
moditate, & salute cum charitate fructifera;
eos sæpe uisēdo sibi prouiso de necessarijs cap.
Charitas. de consecrat. distin. 4. quos sanatos
posteà promptiores in prælio habebunt, & pe-
ricula quæcūq;, quātùmquè maxima pro opti
mo, & Clemente Imperatore suo libentissimè
20 subibunt. ¶Et optimum erit etiam si de die fa
cta aliqua expeditio fuerit à nocte diuisa super
uenta suorum cadauera de nocte quandoquè
mādare sepelliri: ut mane futuro hostes uideāt
plures ex suis fuisse mortuos, & se magis ui-
21 ctos putent sibi incusso terrore. ¶In clade, &
periculis quandoquè profuit Consilium teme
rarium artè usum pro uictoria: quoniam in
extraordinariis ordo est ordinem non seruare,
sed hoc sæpe fallit, quia ordo bonus nunquàm
22 fallit, & ex eo certa sequitur uictoria. ¶In per
nitiosa uerò & dubia uictoria commisso præ-
lio superuenta nocte consilium erit reliquias
hostium aggredi de nocte, suis primò aliquali
data requie: nam umbræ dupplicant de noctæ,
& trepidant hostes pauore grandi credētes ini
micos esse longè maiores quàm non sint, uel
sibi nouum uenisse præsidium. iuxta Illud Iuue
nalis.

Et motu ad lunæ trepidabis arūdinis umbrā.

23 ¶Exemplo Martii Equitis, qui in dubia Pęno
rum uictoria, aliena castra inuasit in oscura no
cte & uictor fuit, & Hispanias tūc restituit Ro
manis. Et C. Manlius uictis Theutonia superue
niente nocte, ipsorum reliquias noctis caligi-
ne paucorum suorum sublatis clamoribus ter
ritauit, & tota nocte hostes detinuit uigiles ex
eo, ut de mane ipsos faciliùs debellaret pro ut
24 fecit. ¶Hostium castra custodibus, & excubiis
destituta inuadenda sunt de nocte cum signis,
uestibus albis ut sui in obscuro cognoscantur
ab hostibus: qui uino, & somno sepulti uicti
permanebūt. Nam alto excitati somno ignora
bunt quò uadunt, & fusi passim trucidabuntur
antequàm sciant causam tumultus, & sic non
sunt deserenda castra sine fidis uigiliis, & uigi-
lantissimis custodibus: uigiliarū autem, & ex-
cubiarum oculis ut aliàs dixi tutò dormit exer
citus. Pompeius de nocte rupit Mithridatem
radiāte luna in hostium oculos. Iugurta de no
cte libenter pugnabat contra Romanos, ut eua
25 derę faciliùs posset superatus. ¶ Nec habent
optimi Duces contemnere parua & leuia in
bello, sed omnia cum diligentia, & prudentia
probè pospicere, & quisquis fuerit causæ, uel
pugnæ finis bonus, aut malus in re militari nū
quam est negligendus: nam ex leui pugna aliàs
incepta per Romanos cōtra barbaros insequē-
tes ceruū, Lucullus suos retinuit inordinatos,
26 & inde ordine facto bellauit, & uicit. ¶ Et dū
fuisset Furius Camillus Tribunus militum unà
cum L. Furio Collega suo, & in castris infir
mus

mus portatus iussu Senatus, Populiq; Romani contra Prænestinos,& Volscos;cupiens hostes cõsumere tempore donec foret ualidus:& Collega suus peroptans gloriã acie instruxit exercitum præter uolũtatem Camilli; quo infirmo relicto in tentorio cum paucis hostes fuit adhortus,& hostes in fugam magno impulsu uerterunt Romanos, hoc per Camillum audito, illicò de lecto surrexit armatus, & ensginato ense cum suis paucis se opposuit hostibus, & adeò fecit quòd suos retinuit,& quòd hostes ulterius non processerunt; & die sequenti Camillus ordinatis aciebus suis, illas duxit ad bellũ in hostes adeò strenuè pugnando quòd castra occupauit, inimicorum eorum parte cæsa, & reliquis fugatis.

27 ¶ Et cum Camillus audiuisset Sutrium fuisse occupatum à Tyrenis custodibus,præsidio, & Coloniis Cæsis Romanorum cum expedito exercitu Sutrium aduolauit, & occupauit hostibus pro parte occisis, & pro parte fugatis: & inde rebelles Tusculanos domuit sedata urbis seditione, & demum galloa oppressit & uicit apud Anienum fluuium existens Dictator in LXXX. anno suæ ætatis, artè de nocte retentis hostibus in somnis; nonnullis ex suis equitibus Romanis missis leuis armaturæ: qui inimicos tota nocte uigiles detinuerunt, & de die suia post eductis aciebus instructa in aperto experto marte uictor permãsit Camillus, uoto primitùs facto Deo cui uictoriam attribuit ut optimi Duces facere tenentur, nè fortuna sit sibi contraria quæ uolubilis est, & sæpe mutatur nutu DEI. Ita q, quandoquè uictores opprimit superbos, & uictos extollit humiles, qui diuinum auxilium implorarunt.

28 ¶ In cunctis igitur est petendum Dei suffragium,& Deo est laus, & gloria danda, & non uirtuti humanæ quæ in aduersis indiget consilio cum præsidio Dei.

29 ¶ Et si Catholicorum exercitus paruus fuerit, & hostiũ maximus, à quibus dubitentur inuadi de nocte Catholici; sanum erit quandoquè consilium pro Catholicis mittere expertos de nocte per uarias uias hostibus insidiando, & de mane postea se reducere in castris suis ut uideantur noua auxilia uenisse in exercitu fidelium,Caridis exemplo Atheniensium Ducis qui dum paruũ haberet exercitum, & expectaret suffragia pro suis paucis, quos dubitauit per hostes aggredi ob eorum multitudinem longam; partem suæ gẽtis per diuersas uias misit de nocte hostibus insidiando, & inde de mane reddire iussit ad exercitum suum; ita quòd suis audatiam accreuit, credentibus sibi uenisse suffragium, & hostibus incussit timorem, credentibus noua præsidia uenisse Caridi ex Athenis; sic caute suos seruauit illæsos à multitudine illa.

30 ¶ Et dum antiquus Paulus Aemylius Consul prudentissimus Imperator uenisset ad urbem triumphaturus pro uictoria contra Perseum Regem Macedonum, ante triumphum per tres dies fuit sibi contraria fortuna ob mortem unius ex filiis suis,& alius decessit post triumphum;Constantissimus tamẽ fuit Aemylius in animo fortitudine inquiens, Constantiam, & fortitudinem non solum contra arma hostium esse habendã, sed & contra omnem impetum, & tempestatẽ fortunæ; & se nunquàm timuisse res mũdanas, sed diuinas,& fortunam quæ instabilis est, uaria, & infidelis uidendo ipsius prosperitatem quam semper habuit in bellicis rebus; & quòd Deo gratias afferebat talem inuidiam fortunæ fuisse particularem in ipsum,& non publicam pro ut uerebatur prosperitate gestorum suorũ. Et infirmatus Aemylius morbo confectus triduo decessit,& cum maxima pompa fuit sepultus in Campo Martio.

31 ¶ Et cum M. Marcellus Consul in manus incidisset gallorum, & omnia sibi contraria uideret, stricta acie suorum facto Cuneo fortissimo in medium hostium irrupit,& Regem Gallorum occidit,exterritis gallis inopinsta audatia, ubi uix salutis spes fuerat,opima spolia reportauit M. Marcellus uir Consularis, & triũphalis.

32 ¶ Et pulsus acie Q. Sertorius uirtute Q. Pij Metelli Consulis tutam etiam arbitrans fugam, suos arte iussit abire dispersos per nemorosa loca,primitùs monitos ut certo loco se conuenirent, & ita exercitum suum seruauit. Et alia uice rupto, & sparso Sertorii exercitu ut suorum recõciliarentur animi, equos duos deduxit in medium, unum macrum, & alium pinguem addito caudæ macri uiro fortissimo ut illam cauaret,& pinguis equi caudæ debilem uirum posuit: qui paulatim paulatim in breui caudam totam expilauit cauando settas, quòd una uice uir ille fortissimus equi macri caudam conatus pluriès cauare non potuit unito robore. Nam plus potest uirtus, & ingeniũ quàm uis:& multa sunt quæ in uno impetu superari nõ possunt,ut erat Romanus Populus, sensim tamen, & tempore disiunctus paulatim paulatim superantur suorum discordia: & ita animos militum reconciliauit, & uires illis restituit bellax, & prudens Sertorius, qui sua uirtute apud Sucronam bello rupit Pompæium,& Aphranium.

33 ¶ Et Scipio deridens celeritatem sequẽdo militię disciplinam Fabii Maximi cunctando Numantiam superauit,inquiens, Infrenatam esse nimis celeritatem,audatiam,& temeritatem;sed se emere securitatem tempore; & nullam rem magis conuenire summo Duci,quàm tutam cunctationem,& moram his duabus maximè contrariis in re militari peritissimi iudicant Principes sequentes prudentiam, & disciplinam M. Fabii Maximi sapientissimi Imperatoris; qui

cunctando,

cunctando, & cum suo graui consilio restituit Romanis Imperium suum,& Annibalis superauit audatiam,ferocitatem,& prosperitatem.

34 ¶Et magis timebat Fabius celeritatem,& audatiam Minutii Collegæ sui fore nocuam Romanis,quàm uires, & insidias Annibalis:& milites tam sui, quàm Annibalis incusabāt nimiā Fabii tarditatem,excepto Annibale,qui uirtutem, & prudentiam Fabii optimè librabat timebat, Dicens esse in Fabio diuinam prudentiam,& Romanos etiam habere suum Annibalem,Fabium, quem uidens castramentari in locis tutis montium inquiebat, se formidare urbem illam sibi allaturam mortalem pestem, & Minutii superbiam, ferocitatem, & audatiam uilipendebat; sciens se plures habere laqueos pro leonibus,& ursis; sed nullum pro Pallade.

35 ¶Et tardum dolabrum esse utendum in re militari prudenter docebat Domitius Carbo militiæ magister,& amicus Palladis qui probè curabat suos seruari cunctando, & hostes tempore superare;curando artè & ingenio omni scire eorum secreta, & quod ipsi ignorent sua.

36 ¶Persæpe contingit Duces inimicorum exercitnum ad inuicem loqui ad res subditas, ut induciæ,& seu pax inter ipsos tractarentur, ut fecit Annibal Pœnus cum Scipione Romulæo in Aphrica, antequàm illa gloriosa expeditio de summa rerum inter ipsos fieret; & nè decipiantur,uel circumueniantur,aut dolo capiantur Duces rupto fœdere, Consilium erit equites adesse in armis ab utraquè parte agmine facto,exemplo Cæsaris,& Arionistæ Germaniæ Regis, qui prudenter in aperto campo non lōgè ab equitibus suis armatis circa futura bella se consultarunt,& non in castris suis manu, uel natura munitis. Cōsultationes huiusmodi sunt faciendæ, nè aliquid sibi proditoriè contingat; & iactis lapidibus per milites utriusque exercitus diuidi consueuerunt militari consuetudine ita uigente.

37 ¶Et si dubitaretur de captiuorū multitudine existēte in exercitu,ne sibi,& exercitui noceat, uel de eorum fuga nocturna,consilium erit ut exercitus in acie capto cibo instruatur, simulādo se habuisse nonum per suos exploratores, qualiter hostes intendunt in tempestiuo noctis aggredi exercitum, & recuperare captiuos, exemplo Democriti Syracusani, qui superatis in acie Pœnis,ueritus de captiuorum multitudine,& nè per suos malè custodirētur captiui,acceptis epulis finxit hostium equitatum de nocte uenturum ad inuadendum ipsos;& tali arte tota nocte suos in armis uigilantissimos detinuit, & die sequenti prouidit captiuis.

38 ¶Cupiens Alexander Magnus scire prudentiam sapientum Sabbæ, illos interrogauit si fuerit primus dies,an nox; Responderunt diē

39 fuisse ante noctem,per unum ante diem ¶Et si dubitaretur in obscura nocte inuadi exercitū, consilium erit dato tempore cauas fodere sub terranæas,uel foueas facere luparias alibi portata terra in oportuno loco,& illis artè cooper tis uiminibus ut hostiū equitatus, & peditatus decipiatur,& cadat in foueas recto,uel extorto facto modo,& seu tramite, aut uado subterraneo, uel aliter industriali opera confectas: quarum aliquæ fieri quoq; possunt ad occultā dum hostes ut ipsi ponantur in medio, uel aliter ad insidiandum illis astu Græcorum,uel famnium exemplo, ut inimici præcipitentur in foueas,aut inclaudantur in arctis locis simulata fuga,tenendo armatos per diuerticula ultra & citra foueas, ipsas debili materia coopertas rare factis lignis, ut paulatim paulatim præcipitentur in ipsis locis cauernosis, seu foueis cauatis ut opprimantur, ibi credentes inimicos suos fugere propter timorem,ubi insidi hostes sunt transituri de nocte cum equis, Et ad perdēdum hostes etiam proderint plures, & plures factæ cauæ inter montes, & in locis planis, & altis; & inde ut supra coopertæ. Et proderint etiam in pugna de die illis à parte dimissis pro insidiis hostium ibi ignoranter currentium, &

40 præcipitantium in ipsas. ¶Quæro,de uassallo qui insidiando Domino feudi, conuenit cum pluribus de occidendo ipsum dominum feudi; & ad nihil aliud est peruētum,an sit puniendus cum non peruenerit ad actum, seu effectum; cum pœnam nemo mereatur,& regulariter de iure non puniatur solus affectus non secuto effectu l. Cogitationis ff. de pœn. & l.i.ff. quòd quisque iuris in fine, & per Bar. in l.Diuus. cū sequenti ff.de sicar. Nisi in criminibus enormibus secundum Andr.de Iser. in cap.pri.§.Si uerò uoluerit de cap. qui cur.uendid.vbi dicit esse recurrendum ad cōmunem distinctionem de qua in l.Si quis non dicam rapere. C. de Episcop.& cler. Licèt consumata delicta puniātur grauius quàm inchoata in enormibus, tamen punitur affectus non secuto affectu: Quod ita non procedit in aliis delictis non enormibus ut dicta l.si quis non dicam rapere, & per Hyppol.de Marsil.ibi post Bal. in l.i.ff.de extraordin.crim.& in l. Qui falsam.ff.ad leg. corn.de fals.Et ita per dictam communem distinctionem tenentur illi milites qui insimul conuenerant ire ad hostes proditoriè, licèt hac de causa nō posteà iuerint.Et si unus solus fuisset, & ad aliud non processisset non puniretur per solam cogitationem deliberatam; & quàm ad actum uerbalem tantùm deduxit id quod mente cogitabat, aut tenebat:Sed quia cum aliis non conuenit,nequè expresit, nequè ad actū peruenit, igitur non est puniendus ita probè tenet Andreas de Isernia in cap. 1.de cap. qui cur. uéd. col.iii.ubi pulchrè plura scribit utilia remissiuè

uè de pœna Ducis factionis, & conspirationis coniurationis, seditionis, & conuenticulæ habetur per Hyppol. de Marsi. in dicta l. Qui falsã ff. ad leg. corn. de fals. vbi cumulat multos casus in quibus punitur affectus non secuto effectu; & de eo qui animo proditorio accessit, ad hostes ut patriam prodiret, & ut occideret sub ditos Principis prosequendo suos inimicos odio, & qualiter puniatur scribit Andr. de Iser. in titulo quæ sint regalia. ¶ Equidem sunt puniendi seditiosi quia semper malum cogitant inescati diabolica fraude, nec curant de Deo, nec de proximo suo, neque de propria anima, neque de filiis, neque de parentibus, neque de substantia sua: Et per discensiones Ciuiles destruuntur Ciuitates, & Populi innumerabiles, & exercitus l. In bello. §. In ciuilibus. ff. de captiuis, & postlim. reuersis. ¶ Ob nimias discordias populares, & intestina odia ciuium, & ob bella ciuilia Cæsaris, & Pompæi, præter descriptos, & cæsos per Marium, & Syllam; & alia damna, & incommoda maxima ciciderunt centum, & septuaginta millia uirorum Senatus, Populiq; Romani, facta descriptione, sedata ciuili discordia, mortuo Pompæio, Cæsare Dictatore regnante. ¶ Et quia utilitas publica est præferenda priuatæ, Ideò in re militari est quã doque appetenda mors, & negligenda uita pro republica magis, & ut saluetur Populus, & exercitus, ut refert Beatus Augustinus in lib. deci. quar. cap. xiiij. de ciuitate Dei. De bello Atheniensium, & Pollonensium, qualiter Rex Atheniensium mutata ueste irruit in hostes ne cognosceretur, & ut incognitus occideretur ĩ præcipitem se dedit Deciorum exemplo: qui se in præcipitem dederunt pro patria deuouentes ut Romana docet Historia.

SVMMARIVM.

1 *IRruptiones quibus modis, ac simulationibus; & quo tempore fieri debeant contra hostes. Et qui imperatores, & Duces exercituum irruptionibus uictores fuerunt. num. 2. 3. 6. 7. 8. 11. 13. 14. 15. 16. 20. & 21.*

4 *Obsessi non debent obsidentium Duces, neque ipsos, obsidentes conuitiari; sed illos uirtute, & exercitio militari superare.*

5 *Principi maxima gloria est iniuriis obliuisci, exemplo Cæsaris, & Bellisarii Ducis Iustiniani Imperatoris, atq; Antbigoni Regis Macedonum.*

6 *Principes qualiter erga suos milites se gerere habeant.*

9 *Loca obsessa tempore nebularum, & fumi, appositis scalis capi possunt, ut fuit Roma An no. 1527.*

10 *Fumo qua arte resisti possit nè obsessis noceat.*

11 *Docetur modus nè obsidentes ab obsessis per irruptionem offendi possint.*

15 *Fictiones prosunt artè usæ in bello.*

16 *Franciscus Gallorum Rex quomodo in obsidione Papiæ per irruptionem à Marchione Piscariæ captus.*

17 *Via est concendenda hostibus abeuntibus, nè per desperatam irruptionem illam ferro sibi querant. & num. 18. & 19.*

22 *Obsidentes hostes quibus modis offendi possunt.*

23 *Sistens in loco obsesso debito suo deficiens illicò est deponendus.*

24 *Irruptio artè facta euius sit effectus.*

25 *Loca obsessa carentia uictu, & munitione, quã arte suffragari possunt; & quomodo possunt suffragia impediri. et num. 26.*

27 *Vrbs qualibet etiam munitissima auro capi potest.*

28 *Imperatores quomodo in deditionibus ciuitatum erga populos se gerere habeant, ut illos in fide, & beneuolentia conseruent.*

29 *Virtutes, atque laudes plurium Imperatorum.*

30 *Iustus qui paciente iniurias in famatorum tolerat, an apud Deum mereatur.*

31 *Nostras, & nostrorum pacienter ferre debemus iniurias.*

32 *In re bellica ueteres ferendo iniurias, nouas inuitantur iniuriæ sibi fieri.*

33 *Infamantes homines sunt corporaliter puniẽdi.*

34 *Accusator calumniosus qui non probat, quomodo sit puniendus.*

DE IRRVPTIONIBVS
Fiendis in hostes.

1 OBsessi experti nesciẽtes pati dedecus ob uirtutem suam incomparabilem, inuigilant in horis omni studio, & diligẽti cura scire secreta hostium suorũ, & quòd hostes ignorent sua: & data occasione de nocte cum albis signis, & uestibus, uel alio simili colore sibi, & suis noto uestimentorum ut proprii milites discernantur ab hostibus, & à su is cognoscantur, nè ab amicis offendantur: & ex improuiso aggrediuntur hostes animoso marte in primo somno dormientes tunc uino, & somno sepultos græcorum more in obsidione Troiana, & Strati grecorũ Regis, optimorumq; Romanorum Ducum, & Principum, & Populorum Martialium; aut in gallicinio, uel in uesperi; aut in meridie, aut tempore illo quo cibantur in tentorijs, uel sparsi otio ludunt; uel quando dormiunt sumpto cibo æstiuo tẽpore; aut quãdo hostes ad pascua, uel ad potandum in aliquo loco ab exercitu distanti miserunt equos suos; & tunc hostes aggredi, & strenue offendi marte secundo facilè poterint: quoniam inermes,

mes, inordinati, & incauti indigentes belli necessarijs peribunt irruptione facta in ipsos per expertos obsessos; & tùc comburi facilimè poterint hostium machinæ, & illorum boardæ inclauari, aut illas sibi tolli, & comprimi inertes hostes, quos crassa Minerua detinet; & hi fatigati simulato sæpe timore cæduntur ab expertis. Exemplo Pauli Aemylii qui artè facta irruptione à quatuor portis, hoste fatigato itinere, aut ficto timore Ligures strauit. Et C. Mãlius Inclitus Imperator castra sua artè deseruit ficto timore, epulis, & nino repleta contra Istros bellando, qui illa cæperunt præda læt antes epulando, bibendo, uagãdo, & ludẽdo ignorantes futuros euentus Appij Claudij Manlij collegæ qui superuenit cum legionibus suis Consularibus, & illos inuasit, & trucidauit capto Epulone suo Rege; & malè parta Istricum cum spiritu reuomuerunt cum sanguine. Post G. Fontæo Crasso existens in Hispania cum tribus millibus militũ ducto in medio ab Asdrubale benefitio noctis per medium hostium euasit per irruptionẽ sibi facta uia. Publius Decius Tribunus militum sub Cornelio Consule in bello Samnico liberauit Consulem colle ac cepto ut aliàs dixi; & se, & suos seruauit ab hoste. Et idem Decius sub Consule Attilio Calatino ostendit suam uirtutem eum tercentum militibus liberato romano exercitu à periclis. Et Publius Decius Tribunus contra Samnites existente Cornelio Cosso Consule in locis arctis sibi infectis, iuit in colle cũ parua militum caterua, cum Consulis licentia, & hostes relicto Consule circuere collem ubi Decius parua militum manu militum degebat: qui stricto cuneo suorum per medium hostiũ facta irruptione saluus cum suis se ad Consulem reduxit; & alia uice hic Decius sub Consule Attilio Calatino reducto per medium hostium in palude cum exercitu per irruptionem per ipsum factã cum tercentum ex suis seruauit exercitum.

2 ¶Et Titus Titius Albanus artè per irruptionẽ e contra gallos ab omnibus partibus factam, ipsos gallos superauit, qui eius uallum occupauerant ipso recuperato.
3 ¶Et cum Cæsar foret castramentatus, & eius exercitus circundatus fuisset à longa multitudine gallorum uim fecit ab una parte in gallos suorum facto globo, & fortissimo cuneo, & duro ferro per hostes sibi uiam præparauit Cæsar, & uictor in gallos extitit, & triumphator. Pompæus magnus nõ solum milites suos liberauit irruptione ab obsidione Dyrachii ubi erant obsessi, & circuiuit ab exteriori parte castrum ab eo dupplici munimine factũ, & adeò illud astrinxit quòd Cæsar intra obsidentes hostes repertus fuit in medio; & non sine damno, & periculo leui euasit, ut Iulius Frontinus firmat, & alii scriptores rei militaris. Et apud Ildinacum in Asia Fuluius Fimbria contra filium Mithridatis facta fouea magna in fronte sui ualli, & reparatione à duabus partibus, iussit suos manere tacitos intrà uallum donec sibi uisum fuit equitatũ hostilem intra munimenta sua fuisse reductum in arcto loco; & inde exit uallum facta irruptione in hostes: quorum millia sex cæsa permansere. Et cereiorato Cæsare à Q. Cicerone legato suo obsesso à gallis in Gallia; & qualiter gens Sabini, & Cottæ Legatorum Romanorũ cæsa fuerat in ipsa gallia ab Abiorige prestò fuit illuc Cæsar cum duabus legionibus, & uiso quòd hostes præparauerant se ad pugnam simulauit timere, & suos retinuit intra uallum: & Galli pro uictoria audaces cœperunt munire foueas, & uastare Cæsaris uallum, quod capere & deprædare nitebantur: & Cæsar tunc ab omni parte impetuosam fecit irruptionem cũ

4 suis, & gallos rupit, & trucidauit. ¶Cõsiliũ est pro obsessis nè per ipsos cõuiciẽtur obsidẽtiũ Duces, neq; ipsos obsidentes: sed illos uirtute, & exercitio militari superare, Iuxta illud,

Heu nescis longas Regibus esse manus.

Hoc non procedit sine ratione, quia posset contingere ipsos obsessos capi, & inde ex causa dictarum iniuriarum trucidari ut fecit Rex Siciliæ Agathocles filius Figuli sua uirtute Rex effectus: qui cum ab obsessis quibusdam fuisset obiurgatus, & his conuiciatus uerbis, O Figule quo parto stipẽ solues militibus; & ille subridens mansuetè respondit, Cum hanc cẹpero ciuitatem: quam posteà sua uirtute subegit: & uendens captiuos inquit erga illos, Memor cõ uitiis sibi dictis, si conuitio me rursus affeceritis cõqueror apud dominos uestros.

5 ¶Gloria est maxima in Principe obliuisci iniuriis, ut fecit Cæsar, & quàm plurimi alii Imperatores. Cæsar pepcit Ligoni Germaniæ urbi, quæ sibi fuit rebellis, & illam post cœpit per uim, & deprædari noluit, Pepercit Pompeianis sibi hostibus, & Regi Philippo in obsidione & ex pugnatione Amatonæ urbis, fuit euulsus oculus unus, & capta ciuitate pepercit clemẽter ciuibus. Bellisarius Dux Iustiniani Imperatoris pepercit pientissimè Neapolitanis qui ipsum deluserunt, & capta ciuitate prohibuit militibus suis ne quid facerent inhonestum. Et idem faciebat Anthigonus Rex Macedonum diuina

6 rectus ratione, & uirtute Imperatoria. ¶Et curare habent Principes ut in maxima sint existimatione, & ueneratione apud milites suos; & nè illis sint delubrio; & tenentur libenter dare stipendia militibus suis, & non pati illos fore militiæ desertores: & seuerissimè punire deserentes secundum militaria iura, ut eius iustitia ab omnibus sit in timore. Et hæc est perutilis causa

causa tetinendi exercitum obedientem pro ul-
ctoria habenda in hustes, & ad sedandum sedi
tiones militum,& populorum: & qui crudeles
opprimunt, pios exultant, & regnare faciunt
cũ gloria; tuti stant sub Dei clipeo, cuius gra-
tia sufficit uincere hostes, & posteà ulterius nõ
procedere ad uindictã quæ pertinet ad ipsum
Deum. Titarus Sabinus Consul contra gallos
tenens exercitum suum intra castrum simulãs
timorem, misso uno ex suis ad hostes ut fugi-
tiuus, nuntiando illis qualiter Consul erat in
desperatione, & timebat fugam affectando: &
tunc Galli cum lignis, & fasibus multis sermẽ
torum, & cum toto exercitu suo iuerũt ad ual-
lum Sabini affectantes implere foueas, & ho-
stes delere: & prudens Consul suos in acie pri
mò eduaetat, & hostes fuit aggressus, & rupit;
7 multis ex illis cæsis, & captis. ¶ Et cum Lutius
Sylla obsideret Athenas unà cum Aristide Ty-
ranno, populo illum, & Metellam uxorem Syl
læ obiurgante; capta posteà ciuitate, populum
trucidauit, & mortuos paucis nitiis donauit,
8 & ciuitatem ab incendio liberauit. ¶ Et mor
tuo Galba successore Neronis per milites O-
thonis, quos in Placentia obsidentes milites vit
teliani obiurgarunt dicentes illos esse sceni-
cos, ignauos, & ludorum Olympiorum specu
latores, & ignorantes militatem disciplinam,
& exultari superbia, quia caput truncauerat Se
nis Galbæ, & asserendo illos fore imbelles, &
non audere exire ad pugnam: quæ uerba adeò
inflammarunt Othonianos milites quòd illos
induxerũt ad irruptionem Duce Spurina; quã
adeò impetuosam fecerunt, quòd machinas
omnes positas muris destruaerunt, & milites
ipsos Vittelianos pro maiori parte perdiderũt
audatia maxima, & martiali furore; & insidias
vittelianorum militum, & Ducum suorum Ce
cinnæ, & Fabii Valentis in aspris, & siluestri-
bus locis præparatas in uanum deduxerunt.
9 ¶ Tempore nebularum dẽsarum capi possunt
loca obsessa & illis apponi scalas: capta fuit
Roma tempore nostro per Imperiales de an-
no 1527. sexta Maij benefitio nebulæ densissi
mæ; & si factus fuerit fumus fætentis alicuius
materiæ, aut paleæ madidæ apud muros loco-
rum obsessorum, poterint de facile illis appo-
ni scalæ, & super illis ascẽdere milites; & obses
si non ualentes resistere fumo capientur mu-
10 rorum deserta custodia. ¶ Fumo resisti potest
si ad os, & ad nasum apposita fuerit, & retenta
ligata materia præparata, uel sæpe madefacta
ualistergio in aqua frigida interpelatim in fu
so, & inde remoto, & reposito ad ora, nasos, &
oculos expertorum militum custodientiũ mæ
nia. Ita quòd non derelinquent custodiam suã,
& de scalis deicient illos in præcipitem, & per
11 dent qui ascendent mænia. ¶ Et nè obsidentes
ostẽdi possint ab obsessis per irruptionem uti
le erit uallare castra sua argeribus, & foueis;
& illa custodire assiduò cauta uigilia, & diligẽ
ti custodia præparati obsistere hostium suis ue
nientibus de locis obsessorum, & amicorũ suo
rum ut in Asia fecit Flauius Fimbria apud Ti
diacum fluuium contra Pharnacẽ Mithridatis
filium; & uallo exercitum suum pluriès aggres
sum conseruauit, & arte cunctando superauit
hostes: & ita pluriès Dario contingit, qui tan-
dem uictus à magno Alexandro experto mar-
12 te, tertia uice periit sagittus. ¶ Anthigonus Rex
Macedoniæ expulsis Etholiis in loco obsesso,
& ibi fame oppressis, qui uia fugæ sibi defi-
ciente decreuerunt illam sibi querere obstina-
tè; & desperatè per irruptionem ipsis potestatẽ
abeundi prudenter fecit: & ita fracto eorum
13 impetu hostes insecutus deleuit. ¶ Locrenses
ex desperatione per irruptionem pugnantes ui
ctores extiterunt contra multitudinem.
14 ¶ Et uicti Crothonienses pro laude posteà pu
gnarunt ex desperatione, & uictores fuerunt
15 ita ducti per angusta. ¶ Fictiones omnes pro
sunt artè nsæ in bello, Macherbalis Ducis An
nibalis exemplo apud Trãsimenum secuto cõ
flictu pluriès blandia uerbis decepit hostes qui
se reduxerant in colle per uim armorũ, & post
ordinatos dimissis armis descendẽtes sibi frau
de punica, data fide bonis uerbis illos aggres
sus fuit recedentes captiuauit. Et Marcus Mar
cellus restrictus à gallis per irruptionem euasit
16 mortuo gallorum Rege. ¶ Marchio Excellens
ille Piscariæ, tempore nostro in Papia obsessus
à Rege Gallorum per irruptionem de nocte
artè factã cum albis uestibus captiuauit Regẽ
Franciscum Primum, rupto, & fuso eius exerci
17 tu ¶ Et rupto Asdrubale apud Methaurum per
Claudium Neronem, Liuius Salinator docuit
suos uolentes reliquias prosequi nè illas inse
querentur, inquiens, illos fore Tubicines uicto
18 riæ Romanorum. ¶ Et Thebanos inclusos uo
lentes per desperatum irruptionem sibi quære
re uiam ferro, illis prudenter Rex Agislaus uiã
concessit abeundi, quos posteà dispersos stra
19 uit. ¶ Et prudens Camillus nè Galli obsessi in
arcto in clusi ex desperatione pugnarent facta
per ipsos irruptione, uiam illis donauit, & ali-
20 moniam præstitit. ¶ Et cũ Romana castra ab-
sente C. Manlio Consule occupata fuissent ab
Etruscis, & redeunte Consule cum exercitu,
repertis castris suis per hostes occupatis, quos
in castris in clusos ab omni parte per despera-
tam irruptionem rabie fuit aggressus, & com
misso prelio cecidit Consul: cuius legati pro-
bè consulti ab omni parte remota statione exi
tum artè dederunt Etruscis qui castrum exiue
runt, & illos fusos auxilio alterius Cõsulis fue
runt insecuti per irruptionem facto cuneo for
tissimo,

tissimo, & ita disciparunt Etruscos. ¶ Et a-
21 pud Nolam Marcellus rupit Pœnos per irru-
ptionem qui ducti fuerant ab Annibale. De
irruptione inferius quædam in libro De mo-
do expugnandi urbes, & arces obsessas utilia,
& pertinentia ad præsentem materiam dicam,
quæ si relecta fuerint, non displicebunt.

22 ¶ Obsidentes hostes militis & uariis modis
offendi possunt missilibus armis in ipsos, spar
sa materia mortifera: & si murorum pars dis-
iecta fuerit obsessi loci cum machinosis in-
strumentis bellicis, fiant ut aliàs dictum est so
uex incontinenti absque ulla mora, omni e-
xulata pigritia intra locum obsessum cum
terra, lignis, uiminibus, uasis, uel alia apta
materia plenis cum acutis stipitibus duris,
sudibusuè præ ustis, & aliis ferratis clauibus,
aut cauis igne incendiario artè factis, & cum
aliis instrumentis tartarei ignis, & machi-
nis extra muros, & uallum positis ut perni-
ciosa difficultas fiat hostibus uenientibus ab
illa parte; & ita artè tutabitur per obsessos ex-
pertos inclusos: qui tempore data occasione
per irruptionem hostes gloriosè repellere po
23 tuerint. ¶ Et si quis sistens in loco obsesso de
fecerit debito suo, & causa fortè fuisset euer-
sionis illius obsessi loci, & de hoc cum belli-
co tumultu loqueretur, opprimendus est il-
licò ut tollatur, & sedetur scandalum ad alio
rum exemplum: quia tunc iura silent inter ar
ma, & furor illa ministrat: nec rationibus po
test tunc suaderi armis in furore bellici tumul
tus pro manifestis urbium defensionibus.

24 ¶ Maximi effecti est irruptio arte facta; aut
liberat hostes, uel illis prodest, aut ipsos de-
tinet in timore, uel noceat illis ualde ualde;
adeò quòd sæpe uictores reddit uictos, & ca-
ptiuos cum dedecore.

25 ¶ In dura proderit urbium obsidione existen-
tium apud flumina carentium uictu, & muni
tione pro bello: ubi nulla sit alia uia, uel spes
mittendi illis annonam, & auxilium sparge-
re in aquam currentem pro præsidio castane-
as cum nucibus, & auellanis; & dolia pi-
ce interlinita plena farina, & seu materia ma
chinaria sulfurei pulueris, armorum propè
loca huiusmodi obsessa amicorum, ipsis de
hoc primò certioratis ut illa pro suffragio re
tineant Romanorum exemplo non ualentium
succurrere obsessis in Casilino, impedita il-
lis farina ab Annibale, nuces sparserunt in flu
men Vulturni, ut aqua currente ad Oppidum
defluerent, & tali cibo se posteà restaurarunt
26 obsessi. ¶ Poterint etiam artè impediri fran
dari, & tolli suffragia prædicta si ab expertis
hostibus custodiretur amnis; poterintq; & ho
stes auro corrumpi, uel ferro deleri per ami-
cos obsessorum apto tempore irruptione secu
ta, & ita succurreretur amicis obsessis.

27 ¶ Se gloriauit pater Alexandri Magni Phi-
lippus, & filius Alexander; se omnem arcem,
& urbem quantùmque munitissimàm captu-
rum si in ea tutò mittere potuerit salmam au-
ri, ob quorumdam infidorum auaritiam, &
auiditatem auri: qui fluxa fide proprium ho-
norem pro auro suos, & patriam deserunt
cum perpetua infamia, & continuo dedeco-
re; exemplo fuerunt milites Pompæi in A-
phrica, & Marci exercitus qui pro auri aui-
ditate non dubitarunt ingredi flammas aurea
uasa comburentes in Sinpea urbe.

28 ¶ Consilium fertur fortunatis Imperatori-
bus, ut in deditionibus ciuitatum liberent o-
mnes carceratos, exules, & condemnatos
abolenda crimina tota populorum; & onera
realia, & personalia tollat illis quibus con-
cedere habent priuilegia multa, ut conseruen
tur in fide; ut eorum animus alliciatur ad be-
neuolentiam, non omittendo aliquod erga ip
sos genus liberalitatis, humanitatis, pietatis,
& clemétiæ ut uoscat se amari à Principe suo,
& inde regere ipsos cum equa iustitia.

29 ¶ Summa Scipionis laudatur sapientia, mu-
nificentia, humanitas, facilitas, & suauitas
quibus nil efficatius ad reconciliandum ami-
cos. Laudatur Cæsar in clementia, & muni-
ficentia: & Magnus Alexander in libertate Va
lerij Coruini, Marij, Sertorii, & Annibalis
æqualitas laudatur in militia: ob quam suos
sibi amicissimos reddiderunt. Catonisque
commendatur Quin. Cincinnati, Papirij Cur
soris, Marci Scauri, Fabij Maximi, Bruti, &
Torquati seueritas, & imperio sitas quibus
subditi populi, & milites metu frenantur.

30 ¶ Quæro de iusto paciente, & tollerante iniu
rias malignantium infamatorum, an mærea-
tur apud Deum, & mundum. Dic quod sic,
quia talis facit miracula in mundo qui portat
pacientiam libenter teste beato Gregorio, qui
firmat hunc cœlestem coronam mœreri capit.
Qui iustus. undecima quæstione tertia.

31 ¶ Nostras enim est nostrorum paciernter fer-
re debemus iniurias, exemplo DOMINI
NOSTRI IESV CHRISTI, & san-
ctorum Patrum nostrorum: qui ipsius uesti-
gia secuti cum summa prudentia fuerunt, &
derisi, & mortui in hoc seculo pro DEO,
qui illos pro præmio suę patientiæ collocauit
in Paradiso ætherni gaudii, & gloriæ.

32 ¶ In re bellica autem ueteres ferendo iniu-
rias nouæ inuitantur iniuriæ sibi fieri Laberij
Consulis sententia.

33 ¶ Quæro de quibusdam inuidijs temerarijs,
qui uerbis, aut scriptis infamant homines,

an sint de iure corporaliter puniendi. Dic
quòd sic capit. Delatori. prima quæst. quinta.
pri. quæstione prima. & ipso iure sunt excom
municati, & pro excomunicatis declarandi in-
famatores huiusmodi capitulo Quidam quin,
questio. prima. Nam hi sunt peiores dirreptori
34 bus bonorum, & facultatum. ¶Quæro de illis
qui per calumniam accusant aliquem crimina
liter, & inde probare nequeunt quæ falso asse
runt, qua pœna teneantur, Dic ipsos infames
fieri, & teneri ad interresse, & ad pœnam tallio
nis cap. pri. & secun. secunda quæst. quar. & in
cap. Omnis. quin. quæst. ultima. Nec ijs parcē
dum est nè dolo suo, fraude, & malignitate glo
rientur; & nè iniuria fiet iustitiæ quæ probè re
git Orbem, & pacem affert, & tenet in ipso. Nā
de cęlo prospexit iustitia, & cum pace osculata
est ut sacræ docent literæ.

S V M M A R I V M

1 *Hostes fugientes ad montanea, & nemorosa loca, qualiter sint prosequē di, & quid agendū, ut in illos plena uictoria habeatur. num. 4.*

2 *De Scipione insequente in Aphrica Regem Syphacem, & de captura ipsius Syphacis.*

3 *M. Martius qualiter aggressus fuit in Hispania Carthaginenses, & illos rupit in obscura nocte.*

5 *Pompeius nè ciues Romani hostes secreti prosequerentur literas Sertorio missas, quibus concitabatur ut in Italiam ueniret, sibi præsentatas nè legerentur mandauit concremari.*

Cæsar uicto Pompæo capsam epistolarum ciuium sibi inimicorum præsentatam combuxit nè odio prosequerentur.

6 *Hostes an, & quando sint prosequendi dimissa præda, & ibi exempla habes. & num. 9.*

Militia stat in experientia, & longo exercitio perficitur.

Hostes fugientes non sunt pertinaciter prosequendi nè fortuna contraria fiat.

7 *Mora nocuit Ducibus, & militibus quantùmquè uictoribus auidis capere prædam.*

Annibal positis insidijs, sine scorta thesaurum misit, & hostes cupidos prædæ deleuit.

8 *Anthigonus simili fraude decepit, & occidit gallos præda delectantes.*

Victores pro uictoria in lętitia sparsi facilè uinci possunt.

9 *Crasso quantùm nocuit auaritia, & Camillo profuit munificentia.*

Agislaus Rex Lacedæmonius in Phrygia prędæ oneratus ab hostibus se defendit, & tutus cum ea abijt.

10 *Præda per milites quæsita in bello penès se existere debet, ut pro ipsius defensione, & uictoria magis obstinate pugnent.*

11 *Mithridates bello pulsus à Lucullo sparsis Mithridaticis numis ante Romanos milites illum insequentes, & inde dimorantes in colligendo pecuniam euasit.*

Similiq; arte se saluum reddidit Triphon Rex Syriæ, & Thigranus Rex Armeniæ.

12 *Philippus Rex uictus per Romanos in bello, qua arte se, & suos seruauit.*

T. Didius quomodo Hispanos deuicit.

13 *Abeunte in fuga celeri hostili exercitu quid operandum ut facilimè hostes superentur. & num. 14.*

15 *Negligentia est hostis in bello, quæ nocuit Asdrubali, & profuit Claudio Neroni diligentia, & ibi habes alia exempla.*

Diligentia quantùm prosit in re militari.

Actum nihil est cum aliquid superest agendum.

16 *Celeritas profuit pluribus Romanis Ducibus & pluribus ex eisdem profuit cunctatio arte usa Palladis.*

17 *Virtus in militia regnare debet exulato uitio.*

18 *Duces exercitus assiduò curare tenentur carpere ex hostibus in fugam uersis, nè reintegrentur.*

Fortunæ dominium, & Potentia.

19 *Eluetij quomodò in deditionem Cæsaris peruenerunt.*

20 *Sertorius qua arte cumulauit exercitum contra Pium Metellum, qui illum in loco montano reductum obsidebat.*

Aphranius legatus Pompęi parthos fugauit molestantes regnum Tigrani in Gordiana, & illum fuit prosecutus usque ad urbem Albieletorum.

21 *Agislaus qua arte in Sardos magnum exercitum congregauit.*

Militare propter prædam est peccatum.

Expeditione finita, & uictoria integrè potita. DEVS est laudandus, deinde præda inter milites distribui debet, exemplo Othonis Imperatoris.

Præda illicita subiacet furto, & restitutioni.

Præda pro iniusta acquisitione sæpe capitur.

22 *Emptores prædarum captarum in bello an teneantur illas restituere, si pactum sit bello finito prædas ab utraque parte factas restitui.*

23 *Duces belli diuisa præda tenentur laudare Deū, ut in bellis futuris eius præsidium cum militum uirtute non deficiat sibi.*

Imperatores belli uincere ualentes & regnare, quomodo erga captas, & subditos se gerere habeant.

24 *Thebana Ciuitas, qua arte rapta per Aurelianum imperatorem.*
25 *Milites auari, & cupidissimi prædæ qua arte à Ducibus suis ad bellum incitari debeant.*
26 *Prædæ ab antiquis pro publico detinebantur, & quare.*
27 *Quæsita in bello iusto iustè detinentur.*
28 *Cadauera in bello mortuorum sepelliri debent.*
29 *Fidelibus plus prodest in loco sacro sepelliri, quàm in non sacro.*
30 *Pompaus, militibus cæsis contra Mithridatem Duce Tinario sepulturam dedit. Lucullus, quòd non fecerat mortuorum cadauera sepellire fuit inculpatus.*
31 *Agislaus Rex post expeditionem contra Thebanos, et Argiuos; mandauit occisorum cadauera sepelliri.*

AN VICTI HOSTES sint prosequendi.

1 ARte uicti fugientes hostes in locis nemorosis, & montanis ubi facilè conseruari possint, Vtile erit sibi arbores incidere, & ita incisas per trāsuersum limitum, & uiarum prohibere ut iter impediatur persequentibus illos; fodiendo uias, illasque rumpēdo, & cauādo passus, ripasque aquarum, & pōtes fluuiorum incidendo, & materiam spargendo iter impedientem equis, & hominibus si tēporis, & loci commoditas aderit.

2 ¶Scipio dum in Aphrica rupisset Carthagīnēses, & Numidas Syphace, & Asdrubale Ducibus: dum illos uictoriosè insequeretur nè spiritum caperent, de nocte per Masinissam, & Lelium Cornelium insecutus fuit hostes ut plena habeatur uictoria; demum conuerso Syphace Numidarum Rege in Romanos persequentes, iterum aciebus instructis pugnatum extitit, & captus fuit Rex Syphax, & ductus captiuus ad Scipionem, qui eum ipso probè fuit consultus circa littora, & illum secum duxit ad urbem

3 cum triumpho. ¶Et M. Martius eques Romanus secuta in Hispania Scipiadum morte, de nocte cum reliquiis Romani exercitus insimul congregatis fuit aggressus Carthaginenses tale factum inopinantes, & illos rupit in obscu-

4 ra nocte. ¶Et ut plena habeatur uictoria in hostes fugientes ad ruposa, & nemorosa loca, consilium erit ut illicò rapacissimi equi mittātur ad dicta loca antequàm illuc accedant hostes, ponendo illos in medio; & ita plenam uictoriam reportabunt. ¶Et nè Ciues Romani

5 qui hostes secreti fuerunt Pōpæo magno persequerentur, sibi præsentatis per M. Perpennam literis plurium Senatorum Sertorio missis, quibus incitabatur ut in Italiam ueniret cum exercitu: illas prudentissimus Imperator Pōpęus nō aspexit, sed ipsas concremari illicò mandauit: & idem fecit sapientissimus Imperator Cæsar uicto Pompæo, capsam epistolarum ciuium sibi inimicorum præsentatam cōbuxit nè legerentur: & inde persequerentur odio, sed omnibus elementissimè pepercit Cæsar iniuriarum immemor diuina uirtute sua.

6 ¶In arbitrio tamen stat Principum palmariorum prosequi, uel non prosequi uictoriam, & hostes ipsos; considerando loca, tempora, & pericula quæ euenire possent, opportunitatemque, & commoditatem suorum, uictoriæque qualitatem, & amicorum uirtutem, & hostium experientiam, multitudinem, insidias, & necessitatem. Nam ars gloriosæ militiæ stat in experientia rerum magistra, & longo exercitio perficitur l. 2. ff. de orig. iur. Et cum plures sint casus quàm leges, ideò est optimum scire præteritorum temporum historias, & documenta ut certa sit disciplina futurorum. Fuso Asdrubale per M. Lutium Romanum Consulem uolentibus suis prosequi hostes, & illos perdere usque ad unum, respon̄sum fuisse prudenter, Legimus multorum Ducum sententia esse scriptum necesse fore, ut aliqui hostium superstint, ut aliis ualeant nunciare uictoriam nostram. Et similiter docuit Pyrrhus non esse tollendos hostes usque ad omnem pernitiem; & capta per ipsum ciuitate Romanorum amica portis clausis, & fortiter præmente necessitate ex desperatione dimicante populo uiam illi ad fugam prudentissimè dedit. Prudentia est quandoque hostes uictos fugientes prosequi post terga dimissa præda, argumento l. Minores. ff. de excusatio. tutor. facto edicto nè sui milites tangāt prædam pro maiori gloria, uictoria, & honore: quia sæpe cōtingit hostes fugere, & arte prædam post se relinquere uictoribus insequentibus illos, ut morem faciant in capiendo, & colligendo illam: & ut fugientes habeant spatium fugiendi; & tunc est sequenda uictoria antequàm hostes in fuga pauidi existentes capiant spiritum: plus enim laboris est in spoliandis hostibus, quàm in uincendo illos, ut in Armenia dum bellaret Lucullus dixit erga suos, & Fimbrianos milites. Propter prædam militum Bruti, & Cassij insequentium illam; Cassius, & Brutus uicti permanserunt à Cæsare Augusto & ab Antonio: qui suos sparsos in fuga recollexerunt, & illos instruxerunt in aciem: & facta bina expeditione uicti fuerunt Brutus, & Cassius. Damnatur Brutus qui promiserat dare in prædam militibus suis, & Cassianis ciuitates Thessalonicam, & Lace-

 dæmonem

dæmonem per ipsos deprædandas: sed Dei prouidentia remouit mala mortalium uota; quia ipsi remãserũt uicti ab Augusto, & ab Anto. Et prudens Rex Pyrrhus inquit non esse hostes fugientes pertinaciter persequendos; nè fortuna instabilis fieret contraria, & ut pugnandi locus commodior esset.

7 ¶ Mora nocuit Annibali secuta uictoria apud Cannas dimoranti in Appullia, & Capua Arbalis spreto consilio magistri sui equitatus: qui consulebat Annibalem tunc ire ad Vrbem caput belli, subiungens Arbalas Annibalem scire uincere, & ignorare sequi uictoriam, neque scire uti uictoria suæ fortunæ; & pluriès indoluit Annibal se plus studii habuisse in reficiendos, & sanandos milites suos quàm in consilio sui fidi Arbalis. Ignauia, & mora nimis persæpe nocuit Ducibus, & militibus quantùmque uictoribus auidis capere prædam. Annibal positis insidijs thesaurum misit ante ipsum sine scorta & uigilia, & inde se illis opposuit cum occultis insidiis, & hostes cupidos præda decepit,

8 & deleuit. ¶ Et simili fraude Anthigonus decepit, & occidit Gallos præda delectantes. Et dũ uictores sunt in lætitia pro uictoria sparsi, & inordinati facilè uinci possunt ab animosis uictis & expertis, aggrediendo uictos loco, & tempore; & illi incauti de uictoribus redduntur uicti arte prudẽtis Imperatoris ut Mar

9 tius fecit contra Pœnos. ¶ Crasso nocuit auaritia ualde dum bellaret in Asia contra Parthos, ubi interfectus fuit cum filio suo Crasso iuniore. Et Camillo profuit munificentia sua, spreta per ipsum auaritia, quæ nocuit Lisandro, & Alcibiadi colligentibus prædam hostium fugientium, & illis auaritia sustulit honorem. Et prudentissimus Rex Agislaus Lacedæmonius in Phrigia præda oneratus se defendit ab hostibus illorum, sagittariis oppositis captiuis quos habebat in exercitu, ab illis partibus quibus hostes sagittabant; & suos seruauit illæsos, & tutus abiit cum præda.

10 ¶ Consilium est sanum pro Ducibus ut secum milites teneant in exercitu prædam suam per ipsos in bello quæsitum, & non permittere, ut militum suorum præda ponatur in aliquo loco tuto, sed maneat in exercitu penès ipsos donec fuerit finitum bellum, nè materia detur militibus fugiendi eorum extracto animo, Iuxta illud Eungelicum. Vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum: & ita dicendum de prǽda per milites quæsita, qua penès se existente pro ipsius defensione magis obstinatè pugnabunt, & pro

11 uictoria. ¶ Callidè Mithridates Rex Ponti bello pulsus à Lucullo sparsit Mithridaticos nummos auri ante Romanos milites illum insequẽtes: & Lucullani auaritia oppressi dimorarunt in colligendo pecuniam dato spatio fugiendi Mithridato, qui arte tali euasit. Et simili arte se saluum reddidit Thrifon Rex Syriæ, & Tigranus Rex Armeniæ bello pulsi abiecta corona, & sparsa pecunia Anthioco Rege Asiæ insequente Thrifonẽ; & inde cũ suis morante in colligendo pecuniam auaritiæ cœcitate hoste

12 bellorum accerrima. ¶ Et dum Rex Philippus foret uictus per Romanos in bello, & astrictus in arcto loco ut non haberet commodam fugiendi, petiit inducias à Romanis pro sepeliendo mortuos in bello, & illis habitis fugiit; & arte tali se, & suos seruauit. Et T. Didius Consul in Hispania, secuta crudeli cæde ab utraque parte pugnantium, de nocte suorum cadauera multa amouit, & sepelliuit ut non uideretur ipsum perdidisse: hostes autem Hispani de die uolentes suorum corpora mortua sepellire, reperierunt plura corpora ex suis fore mortua; & se uictos putarunt, & se dedere Romanæ ditio

13 ni. ¶ Abeunte in fuga celeri hostili exercitu, Consilium est prosequi extremum agmen hostium cum rapacissimo equitatu leuis armaturæ, carpendo assiduò hostes donec reliquum

14 exercitus superuenerit. ¶ Et si hostes in fugæ timore fuerint inordinati & aggressi ut supra in extremo agminis superabuntur facilimè astu, & diligentia prudentis Ducis illos inuadentis cum suo audaci, & expedito exercitu. Et si in extremo agminis fuerit prouisum de forciori acie hostium, tutò meabunt hostes prudentia sui Ducis, ut aliàs suo loco dixi. Et ut expediti forent milites onerati præda ad insequendũ hostes, Decius insisit in Maguntia, ut Appius apud Samnios per milites uendi prædam.

15 ¶ Negligentia est hostis in bello quæ nocuit. Asdrubali, & profuit Claudio Neroni diligentia sua inimica negligentiæ; capto nanque nũtio Asdrubalis in deuio cum literis fratri directis Annibali per Claudium Neronem diligentissimum uirum, & inimicum negligentię; & percæpto illum castrametari in agro Piceno apud Methaurum, aduolauit ibi Claudius Nero cum parte sui expediti exercitus de nocte inscio Annibale, contra quem erat castramentatus Claudius Consul in Brutios; & diligentia sua auxilio Collegæ sui Liuii Salinatoris qui apud Senam amnem non longè à Methauro castrametabatur, commisso prælio trucidauit exercitum Asdrubalis unà cum suo Duce, nè se iungeret cum fratre Annibale; & barbaros mira celeritate superauit. Et ut inquiebat Lucius prætor, & Transibolus Romani callidissimas uulpes persæpe capi ingenio, arte, & opera celeri uenatorum. Et sic pro regula habetur in re militari quòd hoste uicino, uel lõgè castramẽtato, diligentia est semper utenda per Duces, & habere lynceos oculos, & prægcogitare futura quæ occurrere possent uirtute, &

prudentia Ducum hostiliũ; Claudii Neronis, & Cæsaris exemplo qui cũ exercitu ex vrbe discedens, fuit infra octo dies solita sua celeritate castramentatus cum exercitu apud Rhodanum Galliæ, & hostes rupit inopinantes eius tàm celerem aduentum; se post reducto Cæsare in Hispania infra xvij. dies in urbe Saguntì contra Pompæi filios qui ibi exercitum maximum præparabant, quos dissipauit celeritate, & uirtute sua. C. Marius Cymbrorum reliquias insecutus deleuit: & Cæsar rupto Pompæi exercitu reliquias fuit prosecutus, inquiẽs, Nil fore actum cum aliquid superssit ad agendum cap. Nihil. 7. quæs. 1. cap. Pisanis de resti. spol. & l. fi. ff. ad sena. consul. Syllan. & plenam uictoriam insequendo obtinuit, memor negligentia Põpæi qui non fuerat prosecutus ipsum Cæsarem quãdo cum Torquato se ancipiti bello ipsum per uim euertent ab obsidione Cæsarianis tunc in fugam uersis, & superuenta nocte se, & suos saluos fecit Cæsar, inquiens, Hodie fortuna fauisset hostibus amica si fuissent
16 nos insecuti. ¶ Profuit celeritas pluribus Ducibus Romanis, & pariter pluribus ex eisdẽ profuit cunctatio arte usa Palladis. Negligentia nocuit Annibali Veneris effecto captiuo.
17 ¶ Et Regula est in re militari ut uirtus regnet exulato uitio ut duces permaneant uictores cũ omnĩ arte, & prudentia ut sui salui sint cum hostium ruina, & nè ipsi fiant fabula vulgi cum
18 æterno dedecore. ¶ Curare tenentur assiduò Duces carpere aliquos ex hostibus in fugam uersis in quantùm possunt nè integrentur cum amicorum auxiliis, & nè uictos uictores reddat instabilis fortuna, quæ non est semper sequenda etiam quòd se lætam præbeat tentantibus: quoniam sæpe mœstam ostendit, & in bello ualdè dominatur, & i omni alio humano negotio; & est hostis, & inuida uirtuti ut aliàs dixi. Et licèt non uiuat semper inuidia, & moriatur ante mortales diuino iuditio, alta humiliat fortuna, & exaltat humilia; pauperes humiles diuites, & diuites superbos reddit egenos sursum, & deorsum ponit, & iactat homines ut pilam, & omnia uersat, & erigit arbi-
19 trio suo tacito Dei iuditio. ¶ Cæsar superatis Eluetiis ut suos conseruaret, & Ligoniorum amicitiam, Eluetiorum iam cæsis milibus ccclxvj. reliquis qui fuerunt centum & triginta millia in fugam uersis per triduum prosequi illos noluit ob sauciatos suos, & sepelliendos mortuos: nulla per Eluetios facta mora itinerantes tota nocte, qui nullo intermisso die ad fines Ligoniorum quarto die peruenerunt petentes alimoniam ab ipsis: quibus Cæsar scribendo præuenit si ipsum hostium loco non intendebant habere, alimenta denegarent Eluetijs, ita factum est; & inde Cæsar ipsos Eluetios propter inediam habuit in deditionem suam.
20 ¶ Pulso per Pium Metellum Sertorio, & illo reducto in loco montano, suis ad amicos missis Ducibus ut auxiliarios congregaret, & nè Metellus obsidendo ipsum Sertorium persequeretur uictos, & ut tempus sibi daretur congregandi exercitum nouũ amicorũ, & arte tali Sertorius cumulauit exercitũ, ipsum Sertoriũ tũc obsidẽte Metello: cui Metello nocuit mors nimis, & cupiditas habendi Sertorium in captiuum, qui se demum arte reduxit ad suos, & magnum exercitum ordinauit uexando hostes per terram, & aquam. Aphranius Legatus Pompæi parthos fugauit molestantes regnum Tigrani Romanorum amici in Gordiana, & illos fuit prosecutus usque ad urbem Arbielei-
21 corum. ¶ In Sardos Rex Agislaus nolens artè congregare magnum exercitum fecit publicè proclamare, quòd omnes serui qui cupiunt liberos fieri, deberent ire ad ipsum uti consortij, & confœderati; & suum ita accreuit exercitum amicis, & amicorum suffragiis. Militare propter prædam, ut aliàs dixi peccatum est ca. Militare uigesi. quar. quæs. pri. finita expeditione, & uictoria integrè potita laudetur Omnipotens D E V S pura mente, & toto corde referendo sibi gratias habita uictoria nutu suo, ipsam illi tribuendo; laudeturquè uirtus militum suorum recognoscendo D E V M in spoliis, & præda, illam diuidendo ut iura, & canones permittunt secundum qualitatem, labores, uirtutes, & merita militum Othonis exemplo Imperatoris: qui ita prædam omnem distribuit in bello quæsitam l. Hostes ff. de capt. & postlim. reuer. & per glo. & Bart. in l. Si quis in bello ff. eod. titu. & l. uirtutum præmia C. de statu, & imag. & glo. in cap. Ecclesia. duodeci. quæstione secunda. & Alex. de Imol. in l. 1. ff. de acquirenda posses. pro se sua si sibi Ducibus uidebitur retenta portione licẽt de iure vt aliàs dixi omnes prædæ sint ipsorũ Principum bellorum quæ fiunt in prælio capit. dictat, & per gloss. ibi uigesi. ter. quæst. quin. in cap. Ius militare circa finem distinctione pri. & capitulo Vulteranæ 12. quæst. secun. l. Antepenul. ff. de capt. & postlim. reuer. Quæro si omnis illicita præda subiaceat furto, & restitutioni. Dic quod sic capitu. Meretrices trigesima secunda quæstione quarta, & pro iniusta acquisitione sæpe capitur præda l. prima. ff. si mul. uen. na. in possess. mitt. Et ut cantat Ouidius,

Non habet euentus sordida præda bonos.

22 ¶ Quæro si emptores prædarum captarum in bello teneantur illas restituere si factum pactum fuisset bello finito omnes prædas, & res ab utraque parte factas, & captas restitui. Dic nullã de iure fieri debere restitutionẽ, ob hoc

tamen non erunt tuti in foro conscientiæ, nisi bellum foret cum infidelibus, ita tenet Hostié. In sum. de pœniten. & remissio. in §. Quibus & qualiter, & Petr. de Ancha. in reg. peccatum: & ratio est secundum Abb. in cap. Humilis de maior. & obedien. quòd ubicunq; possunt subditi prætendere aliquod interesse non ualet compositio facta per solum Principem populis non consentientibus pro suo interesse, ut dicit ibi
23 glosa. ¶ Diuisa præda ut dictum est, pro ut in filios suos diuidit Aquila prædam, laudetur Deus, & uirtus militum; & erga Deū, ipsiusq; ecclesiam, & pauperes Dei, ac milites suos utetur munificentia per Duces, ut in bellis futuris Dei præsidium cum militum uirtute non deficiat sibi. Nam frustatorium est omnem cogitatum humanū sine Dei suffragio. Docuit Apollonius uir maximę auctoritatis, & nominis Aurelianum Imperatorem si uellet uincere nè sceuiret in populos captos, neq; in subditos suos; & si regnare uellet, & imperare diù se abstineret à cruore innocentum, & ab iniustis sententiis, & à populorum angarijs; & si uellet niue-
24 re diù ageret elementer. ¶ Propterea vt milites sui strenuè debellarent urbem Theanam sibi rebellem iure iurando protulit Inclitus Imperator Aurelianus hæc uerba, Se neque canem in ea ullum si eam ui caperet relicturum: & ita spem dedit militibus suis præda auidis, animūque illis auxit illam capiendi, & obsessis accreuit mœstitiam quod arte fecit optimus Imperator Aurelianus: post capta ciuitate publico edicto mandauit proclamato per præconē sub formidabili pœna, neminem Theanorum interfici, & militibus dicentibus ipsum iurasse se nullum canem apud Thianos relicturum si urbem uī cœpissent, Respōdit, ita esse placitum suum canes omnes interfici: igitur occidite canes ut dixi; quo prolato uerbo parcitum fuit humano sanguini, & seruata fuit Theana Ciuitas.
25 ¶ Et quia sunt quidam nostri temporis Duces qui habēt milites suos auaros, & cupidissimos præda, & magis sicientes auro quàm honore: & ut incitentur ad bellum erit sibi proficuum consilium propallari hostium errores, & qualiter illi sunt ditissimi oppulentissimi auro; contrà quos si fuerit strenuè pugnatum lætissima erit uictoria cum ingētissima præda, Ita quòd omnes milites fient ditissimi dando sibi spem firmam uictoriæ certæ; cum hostes sint imbelles, inordinati, inexperti, & effeminati, & inedia oppressi indigentes armis pro pugna neces-
26 sariis. ¶ Prædas Antiqui pro publico retinebant pro dando stipendia militibus, & ponebātur in ærario publico; & milites strenuè pugnabant pro honore, & gloria: & de præda accipiebant stipendium suum quandoque dupplicatū, & triplicatum secundum merita, & dona sibi arte promissa per suum Ducē antequàm certarent in hostes: & ob talem promissionem, & fidei conseruationem, & prædarum in ærario publico tollebatur audatia militibus furandi, & prædam fugiendi; uel pro ea sparsa colligendi: sed illa dimissa insequebantur hostes quoniam sciebant prædam non fore suam, sed ærarij publici ibi recondendam pro bello, & alijs necessariis publicis muneribus, & oneribus: propterea impiger & pertinaciter pro honore, gloria, & triumphis pugnabant ab ipsis exulata auaritia decreto Senatus, Populiquè Romani; & Quæstores exigebant prædas, & taleas omnes pro publico. Et milites in castris, & in cāpis in ordinibus suis firmi permanebant, sequēdo uictorias ommissa cupiditate prædarum.
27 ¶ Quæ in bellis iustis queruntur licitè & iustè quæruntur, & detineri possunt ut aliàs dixi secundum conscientiam: scriptum est in libro sapientiæ, spolia impiorum tulerunt iusti cap. fin. in fine. 23. quæst. sept. & per Bart. in l. Hostes ff. de capt. & postlim. reuers.
28 ¶ Secuta uictoria, & illa Deo attributa; sunt piè & clementer sepellienda iussu Ducum mortuorum cadauera, ttendo clementia erga illos cū misericordia, & charitate gratissima Deo cap. Non extimemus. 13. quæstio. 2. Exemplo Titi Dimi Romanorum Consulis; & hac de causa sui, & hostes deuincentur ad illos mirificè peramandum, & cognoscent ipsos pro glo-
29 ria certasse exiciali dimisso odio. ¶ Et cœlo, & terræ erit pergratum fidelium cadauera si fo ret possibile sepellire in locis sacris: quoniam plus prodest peccatoribus fidelibus sepelliri in loco sacro quàm in non sacro cap. Quibus 13. quest. 2. cap. ubicunque 13. quæst. ultima.
30 ¶ Magnus Pompæus piè dedit sepulturam cū pompa militibus qui contra Mithridatem Duce Triario fuerunt infœliciter cæsi: & de hoc fuit inculpatus Lucullus quòd nō fecerat sepel-
31 lire mortuorū cadauera. ¶ Et optimus Lacedæmoniorū Rex Agislaus licèt uulneratus in expeditione cōtra Thebanos, & Argiuos, hostibus per ipsum ruptis, & fugatis in Helicona; cernēs piētissimè inter occisos utriusq; partis tot scuta, galeas, & arma in terram iacentia; & quædam in manu stricta, & quædam in corporibus crudeliter transfixa, mandauit illis dari sepulturam, ordinato per Regē ꝙ sumpto cibo per exercitum, & eo coronato cū triūpho, & lætitia uictoriæ; Thebani, & Argiui petierunt tunc inducias ab ipso Rege pro comburendo cadauera pro sepultura ut fiebat antiquo tempore: quibus obtētis, & placidè per Regem pacatis populis, ipse cum exercitu, & præda magna decantātes bellicas laudes, capto & destructo Pyreo Athenarum portu, qui pro arce fortissimus erat Atticæ urbis, in patriam accessit.

SVMMARIVM

1 Exercitum Duces erga Deum humiles mente, prece, & corde esse debent; ut facilè contra hostes obtineant victoriam.
Bellorum Principes victoriam nō sibi, nec propriæ fortunæ; sed Deo soli tribuere debent, illi gratias referendo.
Agislaus Rex Lacedæmonius victorias quas habuit contra Persas, & Asiaticos Deo tribuit, & vota obtulit illi quæ primò fecerat pro illis habendis.
2 Iniquorum oblationes non recipit Deus.
Deus munera Caym non aspexit cum sciuerit in mente fratricidium sui fratris habere.
3 Romani offuscati superbia à suo ceciderūt Imperio; cum Deum, & eius seruos odirent. & num. 4.
De victoria obtenta contra Hyerusalem, & Iudaicæ plebis captiuitate à Tito vespasiano Romanorum Imperatore facta, & de ipsorum Romanorum ruina propter superbiam inde secuta.
4 Lucifer à Paradiso propter suam superbiam cecidit.
Deus potentes ipsum non timentes deponit de sede, & exaltat humiles eum metuentes.
Humilitas scandit sidera, & optimum est fundamentum pœnitentiæ: & ubi est fraus, & falsitas abest humilitas.
5 Humilitas in prælatis, & Principibus adesse debet.
Qui vult alios sibi parere pareat, & ipse superiori suo, & Deo magis quàm homini.
6 Paulus Aemylius ob victorias habitas gratias humiliter Deo tribuebat.
Scipio Aemylianus Numantinus nuncupatus. unde hoc sibi nomen uendicauit.
7 Thimoteus qui multas habuit victorias, & propriæ suæ uirtuti, & non Deo tribuit, victus Dei iuditio permansit.
8 Mores iure militari, festaquè et ludi sunt quādoque attendendi pro populorum victoria.
Persas ocio triduariæ religionis propter festa impeditos Melciades inuasit, & illos superauit.
9 Hierosolyma quomodo adepta ab antiquo Rege post festa Iudæorum.
10 Athenienses tempore festiuo quo ociosi erant Lacedæmonij illos deprædarunt, & victores fuerunt.
11 Annibal quomodo Romanum exercitum negligenter custoditum apud Erdoneam dissipauit.
12 Bella omni die etiam festiuo gerenda sunt urgente necessitate. & num. 13. 14. 15. 16. 17. & 18. ubi habes exempla.
13 M. Marcellus tempore festorum Dianæ cæpit Syracusas.
19 In re militari sunt attendenda optima documenta disciplinæ militiæ quàm boni mores exaltant, & coronant gloria, & palma victoria.
Boni mores præferuntur scientiæ.
Boni mores plus ualent quàm diuitiæ.
Morum supellectiles magis sunt diligendi quàm diuitiarum illecebra.
20 Ligurgus docuit ordines ciuiles in se documenta continentes bonorum bonum esse sequendos. Et esse fugiendas uoluptates non laudabiles.
21 Epaminundas Græcorū Imperator docuit se non putare proditiones parca esculenta, & pocula sua cum assiduo exercitio.
Ligurgus pueros instrui, et exerceri docuit in moribus uè pigrescerent. Deteriores sunt qui uitā, & mores corrumpunt, quàm qui bona temporalia diripiunt.
22 Morum nobilitas magis reddit quem famosum, quàm generis dignitas.
Moribus, & uirtute splendere longè præstantius est quàm rebus. Nec rerum unquàm specie illustrabitur aliquis, quē sua turpitudinis macula dehonestat.
23 De Tharitæ Regis Epyrotarum gestis, & moribus in regno suo.
Boni mores principaliter sunt attēdendi morum probitas, scientia, & artis peritia in Principibus, nobilibus, Magistratibus quibuscunq; doctoribus regentibus, magistris, & medicis.
24 Vassallus leuo feudo priuatur.
Vassallus retinens uxorem deprahensam in adulterio cadit à feudo.
25 Vassallus se immiscens cum filia, aut uxore, uel sorore, seu nuru Domini sui feudum amittit; & fædetum Domini talia perpetrantes feudo priuantur.
Marcus Antonius, & quidam alij Principes ob malos mores, & appetitus inaffrenatos gloriā suæ uirtutis offuscarunt.

DE VICTORIA HABITA DEO TRIBVENDA.

1 Rite pro Deo pugnatur contra infidos hostes, & seruatis documētis & regulis disciplinæ militaris facilis semper erit uictoria quæ nō fiat ī manu alicuius mortalis potentis, sed in mente residet ætherni, & immortalis Dei omnipotentis: in cuius potestate sunt omnia Regna. Propterea Principes mortales uictoriam nō sibi, nec propriæ suæ uirtuti; sed ipsi dumtaxat Deo attribuere tenentur, referendo illi gratias omnes humili mente, prece, & corde quibus ipse placatus altissimus Deus cap. Tribus de cōsecrat. distin. 2. Deus semper fuit

fuit ab æterno,& semper erit: qui est summa, & infinita bonitas, & firma integritas, omniũ q; Pater,& Creator. Estquè immensa pietas,& misericordia, Charitasquè, & infinita potẽtia: supra qua nihil est, & sine ipsa factum est nihil ut attestatur Euangelista Ioannes, & ipsi Deo parent omnia cœlestia, terrestria,& inferorum spiritus: quem Deum omnipotentem pura mẽte oro, & exoro ut eius clemẽtia suis fidelibus in omni bello præstet auxilium suum diuinũ; quoniam est certum quòd nullus poterit resistere diuinæ potentiæ. Ideò diuina, & non humana est dicenda uictoria, & ipsi Deo tantùm tribuenda: cuius nutu,& potentia habita est cõtra hostes suorum orthodoxorum, qui bonam scit,& malam offerentium mẽtem, ut fecit Rex Lacedæmonius Agislaus, quia Deo uictorias quas habuit in Persas, & Asiaticos tribuit, & uota obtulit illi quæ primò fecerat pro illis habendis; & bonam uoluntatem magis acceptat Deus quàm oblatum cap. Scriptus xiiij. quæst. 5. cap. Odi xxiiij. quest. 1. ¶ Iniquorum oblationes non recipit Omnipotens Deus, nec munera Caym aspexit cum sciuerit in mente habere fratricidiũ sui fratris Abel cap. In grauibus iij. quest. 7. ¶ Et quidem infructiferæ sunt humanæ uires absque Dei suffragio, quo nobis auxiliante, non ferrum, non ignis, non hostiũ uis, nec dolus ullus, neque manus obesse poterint; & si aliter facerent utiquè errarẽt Duces, & Populi: ut contingit Romanis qui uicti permanserunt propter superbiam suam; cum autem Deus ob mortem Domini nostri IESV CHRISTI decreuisset p Romanos punire perfidiam Iudæorum vrbis IESVS excidium, miseramquè captiuitatem iudaicæ plebis die Saturni, in quo nephas est hebræis quicquàm facere, adhortoa superatis, & in captiuitatem ducti fuerunt à Tito vespasiano Imperatore octuaginta septem, & undecim millia gladio, & fame perierant ccccc: millibus primò interfectis; & alia uice decies centena millia Iudæorum trucidata fuerunt à martiali gẽte Romanorum: & legimus reliquias uiginti milliũ fuisse dispersas per orbem. Post Romani superbia inflati uiribus suis, & non Deo uictoriam ascribere cœperunt, ideò in ipsos fuit imprecatus Propheta dicens. [Leua Domine manus tuas in superbiam eorum qui te oderũt, & operati sunt mala multa, & nomen tuum non cognouerunt, sed sibi posuerunt munimenta uictoriæ tuæ] cap. Remittuntur xxiij. quæst. 5. ¶ Et de paradiso cecidit Lucifer propter superbiã suã, qua locum non suum usurpare uoluit imprudenter cap. Quoniã deci. distin. cap. Diaconi xciij. distin. Et Romani non se cognoscẽtes offuscati superbia ab Imperio suo ceciderunt; cum Deum,& seruoa eius odirent; & inde

ab illis inermibus,& sine pera, & calciamentis subiugati sine exercitu Dei mente fuerunt, iuxta illud, Serui inerãt tibi Roma prius Domini dominorũ. Seruorũ serui nũc sibi aũt Domini. Nam Rex Regum, & Dominus dominorum potentes: humilitas scandit sidera, & optimum est fundamentum pœnitentiæ: & ubi est fraus & falsitas, abest humilitas cap. pri. de pœniten:
5 distin. 2. & cap. Humilitas xxij. quest. 2. ¶ Humilitas ualdè commẽdatur in Prælatis, & Principibus cap. Ecce xciij. distin. & ficta humilitas est cum superbia: & qui uult alios sibi parere, pareat & ipse superiori suo; & Deo magis quã homini cap. In scripturis 8. quæst. 1. cap. Qui se
6 secũda quæst. 6. ¶ Victo Perseo Rege Macedonum per prudentissimum Consulem Romanũ Paulum Aemylium patrem Scipionis Aemyliani nuncupati Numantini, ex eo quòd cœpit Numantiã Maximi Cornelii Scipionis Aphricani adoptiui, hi non se exultarunt in sua uirtute ob eorum gloriosas uictorias per ipsos habitas, sed illas Deo humiliter tribuebant: quod si semper fecissent Romani, eorum diutius durasset Imperium. ¶ Thimoteus filius Cononis ui
7 set Imperium. ¶ Thimoteus filius Cononis uictorias multas habuit, quas sibi, & ppriæ suæ uirtuti, & non Deo tribuit; & demum uictus permansit, & sine honore contraria fortuna iuditio Dei; cui omnis laus, & uictoria tribuẽda
8 est. ¶ Mores in re militari, festaquè, & ludi sũt quandoque attendendi populorum pro uictoria: cum autem Anthiocus Rex obsideret Hierosolymam, iudæis petentibus inducias septẽ dierum propter festa sua, ea libenter concessit; & plus ad portas eorum cum maximo apparatu accessit cum tauris habentibus cornua aurata cum odoribus multis, quos sacerdotibus cũ magna pompa præsentauit; & post se in sua castra reduxit, & Iudæi cõtinuò admirati, post festorum solemnia se spontè ditioni Anthio-
9 chi dederunt. ¶ Et contra Persas otio triduariæ religionis propter festa impeditos Meloya
10 des inuasit celeriter,& illos superauit. ¶ Athenienses autem occultis armis festiuo tempore, quo otiosi erant Lacedæmonij agros hostium inuaserunt,& deprædarunt, & uictores fuerũt:
1 qui Duce suo Melcyade cum millibus decem, & mille auxiliariis amicorum Platensiũ, millia sexcenta ociosi exercitus Darii in cãpis Ma
11 ratonijs perrumperunt. ¶ Rupto per Annibalem Marco Centenio Consule in Lucania superatis consulibus, Castramẽtato G. Cornelio apud Cumas cum exercitu, Fuluio prætore apud Erdoneam in Apulia cum uiginti millibus militum interfecto per Annibalem; & lapso biennio alio Proconsule Fuluio in eodem loco Erdoneæ castramẽtato obsessa Erdonæa, & ibi negligẽter custodito exercitu; hoc ab exploratoribus suis per Annibalem præscito ca

stramentatum

stramentarium in Brutios cum expedito exer-
citu sine impedimentis conuolauit Erdoneā,
& sub eisdem loci auspiciis, romanas legiones
unà cum pro Consule Fuluio per occisionem
12 dissipauit. ¶Omni die certandum est urgente
necessitate cap. Si nulla xxiij quęst. ult. Nec sūt
curanda festa si urget necessitas ab omni solu-
13 ta lege ut dicit glo. in dicto cap. Si nulla. ¶Et
M. Marcellus tempore festorum Dianæ cępit
Syracusas hoc inopinante populo Syracusano
14 intento lætitiis. ¶Crassa antiquitas certos dies
seruabat, quos infestos & infœlices putabat, &
in illis non pugnasset præ timore ob præterita
bella in ipsis malè gesta, ut in Fastis cătat Oui.

Vendicat Ausonias Iunonis cura calendas,
Idibus alba Ioui, grandior agna cadit.
Nonarum tutela Deo caret omnibus istis,
Nec fallere caue proximus ater erit.
Omnem ab euentu illis, nam Roma diebus:
Damna sub aduerso tristia marte tulit.
Nec tibi dicta semel totis herentia factis,
Nec Seriem rerum scindere cogar, erunt.

15 ¶Et cum Arioiustus Rex Germanorum esset
cum Cæsare pugnaturus, suis dixisset non esse
certandum, neq; phas sit superarè hostes ante
lunam; Cæsar ipsum inuasit non expectato ta
li tempore, & in fugā posuit Arioiustū, octua
ginta germanorum millibus interfectis. Ita φ
stadia cccc. terræ occupata cadaueribus fuerūt
apud Rhenum fluuium, quem ponte artè facto
infra decem dies transiuerat Cæsar cum exerci
16 tu. ¶Et cum forent Romani pridie nonas O-
ctobris priuati exercitu à Cimbris, & talis dies
infœlix & infestus reputabatur esse Romanis,
quo die Lucullus cum decem millibus peditū,
& equitibus tantū m mille contra Tigranū Re-
gē Armeniæ, Syriæ, & Mediæ esset certaturus,
hoste ex aduerso habēte acie instructos centū
& quinquaginta millia militum; & cum obie-
ctum fuisset Lucul lo de die illo infœlice Ro-
manis, quæ fuit sexta Octobris: in quo unus
Romanorum exercitus consumptus fuerat à
Cimbris Duce Gneo Scipione Cornelio, patre
Maximi Scipionis Aphricani, erga suos prudē
ter respondit Lucullus Imperator Romanorū,
illum diem olim infaustum, & formidabilem
Romanis fuisse, sed hodie erit nobis amicus si
impigrè pugnatum fuerit: & hūc diem ex atro
& tristi, hylarem amicum, & iucundum redda-
mus Romanis. Et commisso prælio hostes fu-
gauit, quinque dumtaxat ex Romanis in dicta
pugna occisis, & centum uulneratis; ex hosti-
bus autem Armenis, Mediis, & Syrijs ultra cē-
tum millia interfecti permanserunt Regis Ti-
17 grani accepta corona. ¶Et pro ut legitur de
P. Valerio Publicola Sabinos, Latinos, & Fide-
nates hostes suis cæcos, & claudos reddit mili
tibus: ut illos melius occidere ualerent, ita Lu
cullus Tigrani copias reddit suis inutiles, &
inermes. Et dum Athenienses à Lacedæmonijs
molestarētur in diebus quibusdam festiuis ce
lebratis Deæ Mineruæ, extra urbem armis se-
cretò retentis celebrarunt festa. & antequàm
intrarent Athenas facta hominū multitudine,
deprædatus fuit hostium ager cū Metello abs-
18 que respectu ullo. ¶In dura Macedonum ex-
peditione, quam fecit Paulus Aemylius contra
Regem Perseum habentem maximum exerci
tum in falāgibus ordine forti acie instructum
Macedonum, Asiaticorum, Hyliricorum, &
Thracensium semigigantorum in non æquali
planicie arte capto loco per Aemylium apud
Leucum Fluuium non longum ab Olympio
monte, ruptis falangibus hostium ex romanis
ceciderunt centum tantùm bellatores fortissi-
mi, & ex hostibus ultra quinquaginta millia
militum; & Rex fugit in Pella urbe ubi captus
fuit ab Aemylio, & ductus ad vrbem in trium-
pho, ut aliàs dixi in libro de Triumphis. Et ut
Possidonius Alexandrinus scripsit Graiæ; &
Romanæ scriptor historiæ; sic non est curandū
de die certaminis præmente necessi tate, ut aliàs
19 dixi. ¶In re militari sunt attendenda optima
documenta disciplinæ militiæ, quam boni mo
res exaltant, & coronant gloria, & palma ui
ctoriæ. Nam boni mores præferuntur scientiæ
l. 1. & l. Magistros. C. de profes. & med. lib de
ci. nam plus ualent boni mores quàm diuitiæ
l. suspectum ff. de suspec. tutor. & l. Repræhen
dends. C. de institu. & substit. & magis sunt di
ligendi morum supellectiles quàm diuitiaru m
illecebræ, ut scribit beatus Hieronymus ad Ce
lentism inter honorem seculi, & illecebras di
uitiarum: & qui aliter agit aut stultus, uel dolo
sus est. l. Iulianus. ff. si quis omnis. cau. testam.
20 ¶ Pruden tissimus Ligurgus docuit ordines ci
uiles in se documenta continentes bonorum
morum esse sequendos, & fore fugiendas uolu
ptates spurcas; & neminem esse alio melio rem
nisi in quantùm fugeret prædictas non laudabi
les uo luptates: & quòd in conuiuijs intempera
21 tè non ederent, neque potarent præcepit. ¶Et
docuit optimus Imperator Græcorum Epami
nundas continentissimus se non putare prodi
tiones, parca esculenta, & poculenta sua cum
assiduo exercitio: & docuit Ligurgus pueros
instrui, & exerceri in moribus nè pigrescerēt,
& multùm distant damna morum à damnis re
rum temporalium; & sunt deteriores illi qui
uitam, & mores hominum cordit rūpunt cap.
22 Deteriores 6. quæst. 1. ¶Et morum nobilitas
magis reddit quem famosum, quàm generis di
gnitas cap. Nos qui, cum sequēti cap. xl. distin.
Et longè est præstantius splendore moribus &
uirtute,

irtute, quàm rebus; nec rerum unquàm ſpe-
e illuſtrabitur aliquis quem ſuæ turpitudinis
nacula de honeſtat, ut ſcribit Quintilianus in
ilite Mariano. Si uerò exiſtimemus Imperiũ
opuli Romani ad hanc diem militari diſcipli
a, plura penè moribus, quàm uiribus uicinus:
c cum bonos, uel malos mores dicimus, uitia,
uirtutes diſtinguemus. ¶ Rex Thariia Epy-
otarum primus fuit qui regnum ſuum orna-
it legibus, & moribus; literiſque græcis, & la
inis cum uita politica: quod peranteà fuerat ſi
e lege, & moribus. Propiereà habitus fuit in
naximo honore, & ueneratione. In Principi-
us nobilibus, & magiſtratibus quibuſcũquè
octoribus, regentibus, magiſtris, & medicis
ttendendi ſunt principaliter boni mores, mo-
um probitas, ſcientia, & artis peritia l. 1. ff. de
ecre. ab orig. fac. & l. 1. C. de magiſtris lib. de
i. Licèt quidam inſenſati noſtri tẽporis ſeruẽt
ontrarium, & ut cantat Iuuenalis Poeta.
Aquinas, de moribus ultima fit quæſtio in ui-
a, & moribus: docuit nos IESVS CHRI-
STVS Dominus noſter, pro quo pugnandum
ſt ſpiritualiter, carnaliter, & ciuiliter; & ſua, &
oſtra erit uictoria tribuenda ſibi. ¶ Quæro
e uaſſallo feudatario, ſi ratione lenocinij pri-
etur feudo. Dic quòd ſic, quo etiam priuatur
i uxorem retinuerit depræhenſam in adulte-
io ſecundum Andr. de Iſer. in Cõſtitut. regni
Siciliæ ſub rubr. de leonibus, & raptoribus mu
ierum. ¶ Et quid de uaſſallo feudatario qui
e miſcuit cũ filiam, aut uxore, uel ſorore, aut
uru Domini ſui an priuetur feudo. Dic quòd
ſic per tex. in cap. pri. in §. rurſus, quæ ſit prima
cau. benefit. amitten. & fœderum Domini tali
perpetrantes priuantur uaſſallagio; & per D.
Andr. de Iſer. & alios ſibi ſcribentes: & hæc ge
nerant mali mores, & appetitus ineffrenati, qui
bus Marcus Antonius, & quidã alij Principes
offuſcarunt gloriam ſuæ uirtutis.

SVMMARIVM.

1 *TRiumphus omnium militarium rerũ honor ſupremus erat.*
Trophæa in templis, & arboribus ponebantur, Templa adepta uictoria conſtruebãtur, & hoſtium ſpoliis ornabantur.
2 *De Pœno Annibale, & alijs Imperatoribus qui pro uictorijs habitis aras, & templa erexerunt.*
3 *Triumphos quibus ex cauſis antiqui fecere.*
4 *Triumphorum quis primus inuentor fuerit, & quis primò triumphum ordinauerit.*
5 *Romani Duces ex decreto Senatus Conſulti triumphabant, et ex cauſa ſæpe denegabatur Triumphus. Et quandoque Duces ex cauſa renuebant.*
6 *Romani quibus pompis in triumphis utebantur. & num. 7.*
7 *Scipio triumphauit uicto Annibale, & facta Carthagine tributaria Romanis: à qua uictoria nomen Aphricani ſumpſit. & num. 15.*
8 *Romulus triumphauit occiſo Acrone ſenienſiũ Rege.*
9 *Et Cornelius Coſſus ſuperato Duce Tuſcorum. Et Marcellus occiſo Brionato Gallorum, & Inſubriorum Rege.*
10 *De geſtis per Annibalẽ contra Romanos pro Anthioco Perſarum Rege. & nu. 11.*
Et qua arte Annibal euaſit à poteſtate Romanorum. & num. 12.
13 *De geſtis per Q. Flaminium Romanorum Legatum ad Reges Pruſciam, & Eumenem, & de eius præcogitatione perdendi Annibalem, ac de ipſius Annibalis morte. & nu. 14.*
16 *De Pompei triumphis, & ipſius magnis geſtis, à quibus nomen magni adeptus eſt. & num. 22. & 25.*
17 *De triumphis Pauli Aemylij, ac eorum pompa.*
18 *C. Marij Achaici triumphus, & de triumphis Quinti Fabij, & G. Domitij.*
19 *De triumpho Marci Antonij habita uictoria contra Parthos.*
20 *De Cæſaris triumpho pro uictoria quæſita contra Marcum Antonium, & de ipſius Marci Antonij nece, ac de morte Cleopatræ num. 21. & de triumpho pro uictoria habita in Hiſpania cõtra Pompei filios num. 22.*
23 *De triumphis, & morte Camilli Dictatoris. & num. 24.*

DE ANTIQVIS TRIVMPHIS, Trophæis, Et lætitijs publicis.

1 PArta uictoria uarijs modis ouabat, & triumphabat Antiquitas. Nam triumphus omnium militarium rerum honor ſupremus erat; & Trophæa in tẽplis, & arboribus ponebantur. Adepta uictoria conſtruebantur templa, & illla induebantur, ornabanturquè, & coronabantur hoſtium ſpolijs opimis placãdo Deum uariis modis, & ſacrifitijs, unde Poeta.

Ingentem quercum, deciſis undiquè ramis.
Conſtituit tumulo, fulgentiaq; induit arma.
Mezentii Ducis, tibi magna trophæum;
Bellipotens aptas rorantes ſanguine criſtas.
Telaq; trunca uiri, et bis ſexta torraca petitũ:
Pro foſſiſquè locis clipeum, & ære ſiniſtræ;
Subligat atq; enſem collo ſuſpendit æburnum.
Indutoſq; iubet truncos hoſtilibus armis:
Ipſos ferè Duces, inimicaquè nomina figi.

Et Iuuenalis.

Bellorum

Bellorum exuuiis trucis affixa tropheis,
Lorica, & fracta de casside buccula pendes.

2 ¶Pœnus Annibal habitis pluribus uictoriis contra Romanos, aram Ioui fecit cum literis græcis in Brutios; & Cæsar toracem veneri obtulit; & Alexander Lucinæ pro uictoria Thebanorum: cui fictæ Deæ Augustus donauit margaritam olim Cleopatræ maximi prætii, & uaticinio erexit templum Camillus parta gallorum uictoria; & Marius uictis Cimbris virtuti templum ornauit frondibus uiridibus.

3 ¶ Triumphos fuisse distinctos legimus, in sanguinoso Marte secuta uictoria: & in uictoria obtenta sine sanguine prudentia Ducum, & militum; uel pace secuta ouabatur sine signo bellico, & cum cantu peano, sed cum sono tubæ pacis coronati. Mirtella veneri falsæ Deæ consacrata per crassam antiquitatem in onatione ouis mactabatur, & bos in triumpho; & Duces Lacedæmonii olim pro uictoria arte quæsita uerbis, aut insidiis sacrificabãt bouem: & si cum bello fuissent uictores Gallũ gallinaceum mastabant.

4 ¶Triumphorum inuentor primus fuit Dionysius, qui liber pater dictus fuit; & Tarquinius Priscus filius Demarati primus fuit qui triumphum ordinauit in curru, & quidam firmant fuisse Furium Camillum Dictatorem Romanum qui primus fuit qui triumphauit in curru cum quatuor equis albis capta urbe munitissima Regiorum, & illorum occupata arce per cauas subterraneas.

5 ¶Romani Duces triumphabant decreto Senatus Consulti, facta hostium cæde in aliena terra, & excedente summam quinq; milliũ hostium interfectorũ una dimicatione: & ex causa sæpe denegabatur triumphus; & Duces quãdoque ex causa triumphare renuebant ut fecit Marcus Fabius, qui parta uictoria Hætruscorũ triumphare noluit; quia in ipsa periit Quintus Fabius eius frater Consul, & etiam quia nõ pugnauerat in aliena prouintia.

6 ¶ In triumphis utabantur trabatis, purpuræisq; & palmatis uestibus cum laurea mirtea, roburea, aureaquè quandoq; corona: quæ fuit uariæ materiæ, & in curru à quatuor equis albis, & ab elephantibus quandoque uehebantur, & ramum lauri in manu triumphando tenuit Cæsar cum auri corona in capite uestibus magnificis purpureis, triumphalibus auro contextis & fulgentibus armis, insignis captiuorum, & hostium spoliis, cum instrumentis bellicis; & elephantorum, tigrorum, & leonum gregibus post se ductis; & Diis, statuisq;, & Regibus quoque captiuis ante ipsum portatis, solitis seruatis moribus triũphantium in æburnea, curruliuè sella, seu sede in maiestate sedentium cum Tribunis, taurũq; mastando; & propè eum triumphantem existẽte repræhensore uilipendente illum nè eleuaretur in superbiã l. 1. C. de honorat. uehi. lib. xij. & C. de aur. corona.

7 ¶ Variis modis triumpharunt Antiqui Duces. Nam quidã in equis, & quidam in curribus, & quidam in elephantibus, & alijs, diuersi & uarij generis animalibus pro tot uictoriis habitis: in Hispania non triũphauit Scipio quia consul non erat vrbis prohibente consuetudine: sed post per cõsilium in templo factum Bellonæ, ipse fuit Consul creatus, & exercitum duxit in Aphricam; & uicto Annibalo triumphauit, facta Carthagine tributaria Romanis

8 ¶Pedester triumphauit Romulus dictus à robore, occiso Acrono Rege bellaque Seniensium suis direptis. spolijs opimis, ab opibus dictis, aut ab opera tali; & illa præsentauit in templo Iouis feretrii, & eum ipsis templum ornauit statua Romuli ibi erecta pedestri.

9 ¶ Cornelius Cossus superato Tollonio Duce Tuscorum, & Marcellus occiso Briomato Gallorum, & Insubriorũ Rege, spolia opima dicauit Ioui feretrio, & triumpharunt in vrbe cum cãtu peano, uictoriæ, & spolia tria bello quæsita Diis suis falsis olim donauit Antiquitas, ut habetur in Numæ commentariis. Nam spolia prima opima Ioui Feretrio, secunda Marti, tertia Romulo dicto Quirino; unde ab eo dicti sunt Quirites Romani, ut in factis cantat Ouidius Poeta Sulmonensis.

Ante tuos ortus are sine honore ferebat,
Libetet in gelidis herba reperta focis.
Te memorant Ganges, totoquè Oriente subacto,
Primities magno præposuisse Ioui:
Donec in hæc uenit titiacius arua quot annis,
Tristitia Leucadio sacra parata Deo.
Illum stramineos in aquam misisse Quirites,
Herculis exemplo corpora falsa iacent.
Tu quoque priscorum uirgo simulacra uirorũ,
Mittere roboreo sirpea ponte solet:
Pana Deos pecoris ueteres coluisse queruntur,
Archadrs Archadiis plurimis ille iugis:
Pan erat armenti, Pan ille numen aquarum,
Munus ob incolumes ille ferebat ours.
Transtulit euander siluestria numina secum,
Hic ubi nunc urbs est, tunc locus orbis erat:

antiquos crassa Minerua detinuit, & orbati uera luce, Pana nudi colebant, ut in Factis cantat Ouidius.

Cur igitur currant, & cur sic currere mos est,
Nuda ferunt posita corpora ueste rogas.
Ipse Deus uelox discurrere gaudet in altis,
Montibus, & subitas concipit ille feras.
Ipse Deus nudus, nudos iubet esse ministros:
Nec satis ad cursus commoda uestis erit;
Veste Deus lusus fallentes lumina uestes,
Non amat, & ludos ad sua sacra uocat.

Et

t ut dicam Deo duce de miliari otio, ludos uosdam esse permissos, & quosdam prohibi-os ut authen.de Consul.§. Quantumquè. Marte secuta ruina Carthaginis triūphata ro ana uirtute, & à patria ingrata exulato Anbale, qui accessit ad Anthiocum Regem Per rum, quem pluriès de bellis futuris contra romanos consuluit; & cum eo multa digna memoratu gessit, & contra Annibalem increa-te Tohantis Etholiorum Principis, & aliorum quàm plurimorum Anthiochi Regis con siliariorum inuidia. Ita quòd Rex plus non cu ibat Annibalem adesse in consilio regio; & ost Annibale in gratiam dicti Regis arte re-ucto illum probè consuluit ut contra Roma os in Græciam faceret bellum: & quòd hoor, & gloria erit sua; ipsum cōsulendo ut The ulos, & Macedonum Regem Philippum habe e pro amicis, & confœderatis suis in hoc bel-o; uel quòd illi otiosi permanerent, & quòd in taliam bellum moueret cum militibus, & ar nis Italicis nō parcito auro, de hoc etiam cer torata Aphrica: & consilium hoc commenda atur ab omnibus licèt non fuerit acceptum er Regem propter adulatores: quorum morus, & uerba sunt perpetua mala Regibus aures præbentibus illis. Demum Anthiocus dixit er a suos solum Aunibalem habuisse sanum cō ilium, & ueram bellandi artem contra Ro-nanos; in Ephasum reducto ocioso Anthioco redente non sibi oportere timere arma Roma orum in Asia memor consilii Annibalis scien is Romanorum potentiam, & uirtutem maxinam, & eorum honorem, & gloriam dominā in uniuersum orbem: & sæpe Annibal dicebat Anthioco dimoranti in Ephaso, ut nè ociosè maneret, sed cogitaret pro futuro bello cum romanis marte inquietis, qui in Asiam ducent rma sua, & ibi experientur illa, extendentes li mites Imperij sui, ut in Europa fecerunt, & Aphrica. ¶Et monitus ab Annibale cōtra Ro manam classem Polysenidam in mari sagacem uirum misit cum classe sua, & in Syriam Annibalem, ut ipse maximum numerū nauium poneret in ordine, & illas mitteret contra Romanos facto Annibale Duce Classis unà cū Apol lonio ualde fatuo ab Anthioco. Et cum nūcia tum sibi fuisset Polysenidam fuisse uictum à Romanis in expeditione, nauali prælio, Eudia mum Ducem Rhodianæ Classis sua posita du cali naue in medio, & uictor proculdubio erat Annibal nisi fuisset Apollonius per dextrum cornu uersus in fugam: & propterea de manu Annibalis sustulit uictoriam apud Magnesiā; & sic uictus permansit Anthiocus à Romanis nauali bello. ¶Et inde secuto fœdere cum Ro manis, quibus promisit Anthiocus date Anni balem in potestatem ipsorum romanorū, quo perpēsato per Annibalem callidè fugit ad Prusiam Bithiniæ Regem, primò peruēto in Chretam, ex qua arte euasit: & dum habitaret in loco propè mare Bithiniæ Lybisam nuncupato ubi nautas, equos, & milites exercebat assiduò in laboribus fabricato ibi palatio cum cauis septem subterraneis ad euadendum uitam, du bitans semper de Romanis per ipsum contra Regem Pergami Eumenē nauali bello pugna to uasculis terræ serpentibus plenis iactis in ho stes astu callidi Pęni, classem Eumeni uersit in

13 fugam. ¶Et Q. Flaminius per Romanos missus legatus ad Reges Prusiam, & Eumenem ut insimul dictos Reges pacaret: qui Flaminius multa bello digna prius fecerat in Græcia, & ualdè ibi peramatus erat, & ueneratus: hic filius fuit illius Flaminii Consulis qui in Transime na expeditione interfectus fuerat ab Annibale, & pro paterna ultione semper perop tabat per dere Annibalem: quo peruento Flaminio ad Prusiam egre ferente per ipsum Regem teneri Annibalem hostem populi Romani obtinuit illum sibi dari captiuū in manibus suis: & Annibal hoc præcogitauit ob euentum Flaminii, & odium publicum, & priuatum Regem facilius sibi complacere, & illicò circuita fuit ab omni parte domus Annibalis, qui pluriès ten tatus fuit fugere per cauas subterraneas quòd facere ab ulla parte non potuit: quo uiso per Annibalem accepto ueneno præparato, inquit erga uenenum, Solue Romanum populum ab omni de me mala cogitatione, qui mortem pe roptat unius iam extincti Senis; Romanorum illa olim præclara antiquitas Pyrrhum Regē sibi hostem seruauit à morte uirtute sua, nec passa fuit illum proditoriè mori; & ij modo sunt in causa quòd hospes hospitem prodit immemor regiæ suæ dignitatis, quam detestando bibit uenenum; hoc audito per Romanos, mul ti Flaminium incusabant uocantes illum crudelem, & dignum facinus commisisse pro esse ctata morte senis Annibalis, de quo nihil erat timendum per populum Romanum uniuersi orbis dominum, uictorem, & domitorem. Et quidam alij laudabant Flaminium quòd hostē de medio tulisset Romani populi, & ꝙ licèt so ret senex & impotens armis, sanus tamē erat cō silio, & in militari disciplina, astutia, sciētia, & peritia: quibus potuisset Prusiā cōcitare ad bel lū cōtra Romanos, & totā Asiā perturbare no uis insidiis, & apparatibus. Nam utres Regis Bithiniæ magnæ erant; cuius Rex fuit Mithridates qui contra Romanos lōgo tempore ma ri, & terra bella multa intulit: & contra ipsum Romani fuerunt coacti mittere Lucullum, & Pompæum optimos Imperatores, qui illum

14 debellarunt, & uicerunt. ¶Mors Annibalis ut legimus non fuit cum consilio Romani popu li,

li, sed fuit priuata cogitatio Quinti Flaminij hostis sui, qui uiuum Annibalem peroptabat ducere ad urbem pro honore, & triupho suo.

15 ¶Et quantùm fuerit expertus Annibal in re militari patet per gesta sua; nec Carthaginenses se uictos unquàm à Romanis fassi sunt, nisi quando Annibal fuit Marte superatus à Scipione apud Zamam in Aphrica: pro qua uictoria triumphauit in urbe Cornelius Scipio Aphricanus ita dictus quia Aphricam debellauit, & subegit; Carthaginemq; tributariam fecit Romano Imperio. Nec maior Romanorum uictoria, & gloria fuit & triumphus quàm illa, & illa Maximi Scipionis Aphricani qui totã Aphricam subiugauit, & uicit eius callidum Ducem Annibalem, quo maior inter barbaros in Imperio Carthaginẽse superbo nõ fuit, cuius potentia bello domuit & deleuit Scipio. Nam Carthago toti orbi non cedebat, & illum subiugare non dubitabat Duce suo Annibale.

16 ¶Triumphauit in urbe Pompæus Magnus dũ esset imberbis pro magnis gestis per ipsum factis cum L.Sylla Dictatore, & nomen magni quæsiuit ut Alexãder Imperator Macedonum.

17 ¶Triumphauit Paulus Aemilius sapientissimus Imperator opulentissimo triumpho in urbe, ut notat Plutarcus pro uictoria adepta in Macedonia contra Regem Perseum populo in ducto uestibus albis, & triduo durauit triumphus, & nix primo die transtulerũt insignia militaria cũ pictis tabulis, & statuis marmoreis quæ uehebantur ducentis & quinquaginta curribus ornatis. In secundo die multi currus ducti fuerunt in triumpho cum fulgentissimis armis Macedonum, Chretensium, Thracensium uarij generis; & inde sequebatur tria millia hominum portantium uasa aurea plena nummis manibus auri, & argenti trium talẽtorum pro quolibet eorum: & alij tercentum uiri insequebantur qui portabant uasa auri, & argenti cum prætiosis margaritis, gemmis, & lapilis. In tertio die summo mane Tubicines incedebãt præter ordinem solitum triumphantium ad bellũ animos militum incitantium, quos sequebantur centum boues cum cornibus auratis, & ornatis iunipere cum coronis; & inde incederunt multi Adolescentes cum patinis auri, & argenti; & uas portabatur undecim talentorum ornatum lapidibus prætiosis, quod illi sequebantur qui uasa auri Persei Regis portabant, Anthigoni Seleuci, & Theridæ; & post insequebantur currus Persei cum ornatissimis armis Regiis cũ corona Regis super armis: & inde filij Persei Regis cum multitudine seruorum plorantium cum pedagogis filiorum Persei, qui manus misericordiæ erga astantes ciues extendebãt; & inde Perseus Rex mæstus sequebatur indutus nigra ueste tenens sotularia in pedibus more patriæ suæ. Et post ipsum multitudo maxima mæsta suorum ductorum in captiuitaté, adeò q; astantibus cernentibus ad misericordiã inducebãt ad & lachrimas: & inde sequebãtur cccc. Coronæ auri ciuitatũ Græciæ quas Aemylio dederat Perseus ꝓ gloria, & uirtute sua. Demum Aemylius sequebatur super ornatissimo curru triumphali prouectus cũ uenerabili præsentia senis indutus ueste purpurea auro contexta, & palmam auri tenebat in manu; & hũc sui milites insequebantur cum ramo lauri in manibus decantãtes laudes sui Imperatoris Emylii, & glorias, & honores patriæ suæ secũdũ ordines, & gradus militares incedentes; & inde Thesaurus triumphi reconditus fuit in ærario.

18 ¶ Triũphauit C. Marius Achaicus pro uictoria contra Iugurtham, ducto Rege Iugurta in triumpho; & pro uictoria cõtra Theutonicos, Cimbros, & Ambronos cum Catulo Luctatio Cõsule suo Collega, ducto Bitoxio Cimbrorũ Rege in triũpho Iugurthino: portauit ad urbẽ Marius Arpinas millia septẽ cum tribus pondoribus auri, & argẽti, nõ laborati millia quinq; & septingentũ & octuaginta pondera, cũ septẽ millibus dragmis denariorum, & uiginti octo innumerosis societatibus. Triumphauit Q. Fabius uictis Allogobris; & G. Domitius uictis Aruoconis, ducto captiuo eorũ Rege nomine
19 Battuto, in triũpho. ¶Habita per M. Anto. uictoria cõtra Parthos, & capto per ipsum Rege Armeniæ hoste & rebelle Romani Imperij. Triũphauit Antonius in Alexandria pro dicta uictoria, & ipsum Regẽ captiuum duxit in triũpho; & quia pro ornamento patriæ triũphare debebat i urbe; amore Cleopatræ uoluit in Aegypto triumphare, quod molestum fuit militibus Romanis, quorum propterea animos alie
20 nauit ab ipso. ¶Cæsar August. pro terrestri, & nauali bello uictoria quæsita contra M. Anto. & Cleopatram triumphauit; & M. Ant. dũ esset uictus iussit seruo suo Heroi nomine, sibi dato gladio ut ipsum interficeret, & seruus accepto gladio semetipsum in præsentia Domini sui occidit. Et tunc M. Ant. inquit, O Fidelis seruus me docuit qd habeo facere, & gladio incubuit
21 an. suæ ætatis lvj. ¶Et Cleopatra aspidis morsu uenenoso periit dormiendo anno suæ ætatis xxxjx. nè duceretur ad urbẽ per Cæsarem in triũpho; cuius post imaginẽ ære inflatã Romã duxit in triũpho, non ualens uiuã Cleopatrã ducere. Et ingressus fuit August. patriã Imperatorũ uniuersi Orbis cũ Triumpho, & omni exercitu suo, & Antoniano; lætissimè decãtantes uicto
22 rias, glorias, & laudes militares. ¶Triumphauit Pōpæus magnus pro uictoria habita cõtra Sertorium in Hispania; Sed Crassus quorundã inuidia ouauit tantũm pro consecuta uictoria seruili contra Spartacum. Et Cæsar in

Hispania contra filios Pompæi magni qui maximum ibi exercitum congregauerant, uidens acies suas retrò reddisse, illis se opposuit, inquiens, vlterius non sit uobis, pudor, sed me, me capiatis; & in arbitrium horum adolescentium filiorum Pompæi tradita: quibus dictis inflammatus fuit fuit adeò exercitus Cæsaris cum pudore quòd strenuè pertinaciter pugnauit, & hostes uertit in fugam, millibus triginta ex illis cæsis; & Cæsarianis dumtaxat mortui mille fuere fortissimi uiri: & unus fugit ex filiis Pompæi qui minor erat, & maior permansit occisus in bello; & caput eius fuit donatum Didio, qui illud præsentauit Cæsari, qui erga suos hastatos, inquit, O Confratres Commilitones mei pro honore & gloria pugnaui in præteritum, hodie uerò pro uita mea certaui: pro hac uictoria triumphauit Cæsar, & multos afflixit in vrbe, & inde Dictator fuit creatus perpetuus à Senatu, Populoquè Romano. ¶Quinquies fuit Dictator Camillus, & quater gloriosè triumphauit in curru ducto à quatuor equis albis ob uictorias per ipsum habitas in hostes Veios, Fidenates, Capenates, Veienates, Tusculanos, Tyrenos, & Prænestinos populos: & Tribunus plebis fuit per sex uices. ¶Magistrum proditorem filiorum latinorum per Camillum obsessorum uirgis puniri per paruulos latinorum usque ad ciuitatem præcepit, ipsis paruulis liberatis à captiuitate; & hoc pacatos reddidit latinos: demum periit Camillus anno suæ ætatis Octuagesimo. ¶Pompæus Thigranum Iuniorem duxit captiuum in triūpho ad vrbem ubi triumphauit pro uictoria habita contra Reges Armeniæ, & Ponti: & cū Thigranus Iunior esset gener Phracartis Regis Parthiæ, qui pro genero misit ad Pompæum oratores nè illum duceret in triumpho, sibi nūtiando per ipsos oratores fore dignum finem Euphratem Romano Imperio: quibus respondit Pompæus, maiorem curā spectare Thigrano patri habendi filium suum quàm socero; & ꝙ fines ipse imponet Romano Imperio ubi iustum sibi uidebitur. Et relicto Aphranio ad gubernium Armeniæ, fuit Pompæus insequutus Mithridatem per Caucasum montem, & in finibus illis ubi sunt Hyberi, & Albani populi magni: qui Taurum montem incolunt & Pontum; & demum triumphauit in urbe pro uictoriis habitis contra dictos populos.

SVMMARIVM.

1 *LVdi, & magna festa pro uictoria, & Lætitia fieri debent; ut G. Lucullus uicto Mithridate, & pacata Asia fecit 1 Et Alexander in Phœnitia num. 2.*

3 *Ludorum genera sex licitè fieri possunt.*
Clerici qui scenis lusisse noscuntur ad sacros ordines non sunt promouendi.
Episcopi, & Prælati publici aleatores sunt deponendi.

4 *Celericus, & pœnitens, ac magistratus omnes debent se à ludis, & spectaculis cohibere.*
Ludus uoluptuosus pro uitio ascribitur.

5 *Ludus ut pestis est fugiendus.*
Pestis nulla capitalior est quàm uolupras, à qua omnia mala proueniunt.

6 *Ludi consuetudo, & ipsius natura attenditur. Et de uariis ludis plura ibidem.*

7 *Ludus immoderatus an sit tollerabilis.*

8 *Ludere quilibet cum equalibus suis.*

DE ANTIQVIS TRIVMPHIS, Tropheis, & lætitiis publicis.

1 GRacchus Lucullus optimus Romanorum Imperator in Ephaso uicto Mithridate, & pacata Asia iocos multos, & magna festa publicè fecit pro lætitia uictoriæ, & Lucullana festa dicta fuere. In ludis dictis Troianis præ letitia in Theatro vrbis factis Cato pacientissimus calorem, & frigus supportabat, aliis publicè ministrando detecto capite.

2 ¶Et in Phœnitia Magnus Alexander ludos maximos militares fecit præ lætitia uictoriarum habitarum ab ipso, spargendo numos Philippeos, ubi populos, & milites reconciliauit arte tali; & ut sui milites non fierent inertes tunc bellis cessantibus illos in continuo exercitio detinebat, nè uirtus Martialis pigresceret.

3 ¶Sex genera ludorum licitè possunt exerceri, & delectatur populus ludis in diebus festorum ut C. de spectac scen. & lenon. lib. 11. & in tit. Publ. lætit. Consulum nuntiatores lib. 12. & l. 1. & per totum titu. de aleat, Estquè ludus interdictus personis ecclesiasticis. Et Clerici qui in scena lusisse noscuntur promoueri non debet ad sacros ordines cap. Marium 33. distintione. Et deponendi sunt Episcopi, Prælati, Præsbiteri, & Diaconi deseruientes ludo alearum, nisi desisterint ab eo cap. Episcopos 31. distin. cap. pri. extra de uita, & honest. clericor. capit.
4 Clericum 46. dist. ¶ Et quilibet Clericus, & pœnitens debet se cohibere à ludis, & à spetaculis cap. 1. in fin. de pœniten. distin. quin. & cap. Non oportet de consecr. distin. quin. cap. Qui duæ de consecr. distin. pri. iuncto cap. Qui duæ de consecr. dist. 3. & cap. His igitur. 23. distinc. Et ne dum Clerici, & pœnitentes, sed etiam magistratus oēs sunt cohibendi à ludis: ludus immoderatus est luxuria, & inebriatio uini quæ æquiperantur l. Omne delictū §. Per uinū. ff. de re milit. Aqua nocet ebriosis, & malum stoma

cum

cum facit illis capit. De homine extra de celebra. miss. pro uitio ascribitur ludus uoluptuosus. l. j. C. de expen. ludor lib. undecimo.

5 ¶ Fugiendus est lusus ut pestis, cum per illud deueniatur ad materiam dissolutionis, & peccati capit. Inter extra de excess. prælat. Et nulla pestis est capitalior quàm uoluptas dissolutiua corporis quæ à cunctis appetitur non rectis diuina ratione, & uim honesti non habet, nec affert facietatis: quæ in processu ætatis minuitur radix omnium libidinum. Estq; mortis fabricatrix, & inimica rationi mentis, impediens consilium; & nullum propter cæcitatem suam cũ uirtute habet comertium luxuria, quæ est esca malorum omnium, & animæ, corpori; & patriæ inducit proditionem, & euersionem publicarum rerum. Auida, & damnata uoluptas, ut dicebat Archita Tarentinus, Nullumq; esse scęlus & facinus ad quod non impellat libido uoluptatis, ut de senectute scribit Orator; & uirtus, & gloria Marci Antonij Romani Imperatoris offuscatur equidem propter libidinẽ suã.

6 ¶ In ludo attenditur consuetudo, & natura ipsius l. si ex plagis & per glo. ibi. ff. ad leg. aquil. ut de ludo cæstorum, & de torneamentis in c. j. & per totum; ut in Quin. Aeneidos cantat Poeta ibi.

Et tu Troianos exue cęstus:

& de Megalẽsibus ludis, Circẽsibusq;, & Quirinalibus, Scenicis, Tracicis, Lupercalibus, & Funebribus; modò pedester, modò equester antiqui faciebant pro populari lætitia. Ludos falsis Dijs dicatos, uidelicet Olympicaos Ioui, & Herculeos Herculi, Neptuneos Neptuno. Et primus fuit Theseus qui ludos Neptuno in pugna ordinauit, ut de Hercule. Et Lupercales ludi fiebãt in memoriam lupæ, quæ ut fertur lac præbuit Romulo, & Remo. Et Iuuenes nobiles nudi & uncti oleo currebant cum loris pelliũ albarum se, & impedientes illos in cursu uerberantes: & lupercale sacrifitium cum canæ hoste lupis imprudenter, & inscia faciebat Antiquitas.

7 ¶ Non arguitur interdum ludus immoderatus cum in una sit pro requie necessarius, ut dicit Aristoteles in quarta Ethicorum, & talis ludus sustinetur in laicos, sed ritè prohibetur inter clericos, & laicos ipsos cap. continebatur, & cap. Lator extra de homicidiis.

8 ¶ Et quilibet ludere debet cũ æqualibus suis, vt dicebat Magnus Alexander doctus à Philippo, fæstiuis nanque diebus est imperandum animo, abstinendo ipsum à uoluptatibus, incũbendo diuinis offitiis licèt hoc malè seruetur ba vulgaris cap. Cum monasteriũ §. in refectorio, extra de statu Monachorum.

SVMMARIVM.

1 *Laetitiæ pulicæ causa hastiludia fiunt, & brauia currunter; & in multis ciuitatibus ex statuto præ lætitia omni anno fiunt. num. 2.*

3 *Statuto præmiante illum qui primò uenerit ad brauium; si plures primò ueniunt nullus habebit.*

4 *Statuti uerba diligenter sunt attendenda.*

5 *Currens ad brauium qui fuit impeditus, an brauium consequi debeat.*

6 *Equs qui sine famulo primus uenit ad brauiũ, an illud habere debeat.*

7 *Vassallus an potius teneatur iuuare Dominum, an patrem si ambo in periculo mortis eodem tempore extitterint.*

8 *Seruus an teneatur iuuare Dominum suum magis quàm proprium patrem.*

9 *Iuuare quilibet tenetur nè quis occidatur.*

10 *Filius, quem magis auxiliari teneatur an Episcopum suum, uel proprium patrem.*

DE BRAVIO, ET CVRSV EQVORVM.

1 VARIIS iam pręteritis bellicis laboribus, & exercitiis; & pro lætitia publica populorum, militum, & exercituũ; & publicæ lætitiæ ob pacem aut treugam, uel ob securtã uictoriã hastiludia fiunt, & brauia currũtur ut C. Pub. lęti et de spetta. et scenic. & lenonib.

2 lib. 11. & 12. ¶ Statutũ est antiq. ĩ alma patria mea Rauennæ de paliis, & de equorum cursu pro lætitia populi omni anno in testiuitatibus beatorum CHRISTI martyrum dictæ ciuitatis patronorum Apollinaris, & Vitalis; licèt statutum prædictum ob certas causas abierit in desuetudinem.

3 ¶ Quid si lex, statutum, aut consuetudo uigeret in ciuitate, quòd ille qui primò peruenerit ad brauiũ habeat illud. Duo autem, uel tres ex decem, aut pluribus currentibus equis pro brauio peruenerunt simul ad brauium, & nescitur quis eorum fuerit primus, Quid iuris? An ambo, uel tres habebunt brauium inter se diuidendum, uel nullus eorum. Item an illi duo, uel tres iterum current, uel omnes alia uice; & an possit renouari equs, aut famulus in iterato cursu. Dic post multas doctorum opiniones conclusiuè neutri duorũ, aut trium deberi brauiũ: quia statutũ excludit pluralitatẽ, & non sumus in actu tẽdẽte ad utilitatẽ, sed ad honorẽ vt vnus honorabilius habeat illud; & oẽs admitti debẽt ad reiteradũ cursũ. Nec propterea equs, nec hõ est renouãdus, quia si aliquid adderetur, aut muta-

retur nõ diceretur iste cursus reiteratus, sed no uus cursus semel factus, Nec noui equi sunt ponendi in reiterando cursum prædictum, sed illi tantùm qui in tempore, & termino primarũ motarum uenerunt, & non illi qui in dicto ter mino & tempore primarum motarum non uenerunt: & sic currere poterunt tantùm cum illis qui primò cursum fecerunt l. si fuerit ff. de reb.dub.& per Doct.in §.discipuli.in 1. const. fforum, & per Alex.de Imol.in l.Eum qui nouissimus.ff.ad trebel. Nec locus esse potest gratificationi quia est contra text. & gloss. in l. si quis seruum.§.Inter duos, & per Ang.ibi ff.de leg.ij.& est text.in l. Cum hic status. ff. de donat.inter uir.& uxor. Quia ita fuit mens statuti l.Qui soluendo.ff.de hæred.instituen.& cap. Cum iniuncto circa finem extra de elect. Et ratio est quia ex præmisso casu est dubium quis eorum fuerit primus, & per incertitudinẽ ẽi ui tiatur institutio l.duo ff. de testament. tutel. & per Ang.in §.pri.col.8.authen.& per tex. in l.
4 quod filiabus.§.j. ff. de leg.i. ¶ Et attendenda sunt uerba statuti ut notanter dixit Bald. in tra cta.suo statutorum fol.37.& Bar.in l. Hoc ar ticulo ff.de hæred.institutn. Nam statutũ posset determinare qui primus fuerit habeat tot, & secundus tot, & similia, & sic de reliquis gradatim.
5 ¶ Et si quis ab alio fuerit casu impeditus non habebit brauium, neque regressum cõ tra impedientem; sed si dolo fuerit impeditus illud habebit, & impediens nõ habebit brauiũ, ita decidit Bald. in l.2. ff. de donat. ante nupt. Ad hoc facit gloss. in l. Neratius.§.j. ff.ad leg. Aquil.& per Bar.in l.si seruus.ff.de fur.& in l. Qui data opera ff.de quib.caus.maior. & in l. intra causas §.Non omnia.ff.Mandati, & in l. j.ff.de quæst.& per Lud.de urbe in l. si uiro.§. de uiro ff.solut.matrim.& per Fely.in cap. irrefragabili de offitio ordinarii.
6 ¶ Quæro si equs sine famulo uenerit primus ad brauium an illud habebit. Dic esse attendenda uerba statuti, & seruabitur consuetudo: & mens statuentium est quoque attendenda in dubio, quia posset esse directa in uirtute equi, & dabitur brauium equo cap. Intelligentia, & capit. in his de uerb.signifi.& per Cyn.Dyn.& Bar. in l. Gallus §.Setus.ff.de liber.& posthum. Ad prædicta faciunt optimè not.per Reueren. Dom. Anto. Corset. Siculum in tractatu suo de brauio, & per illustrem Doct. Dom. Alexan. de Imol. in l.j.§.item acquirimus col. 5. ff. de acquirenda possess.& in l.Cum seruus ff.de uerbo.obligat. & per Bar.in l.j.ff.de aqu.quot.& æstiu.& in l. ij.ff.de condition.& demonstrat.& per Doct. in prohœmio digestorum in §. Discipuli.
7 ¶ Quæro demum de casu pluriès occurrente. Vassallus quidam obligatus iuuare Dominũ suum in prælio, & extra prælium ut habetur in usib.feud.in titu.quç sit pri.cau.benef. amittẽ. an teneatur potius iuuare Dominum, uel patrem; quem magis si ambo fuerint in periculo mortis eodem tempore, ut puta Dominus, & pater uassalli currentes præ letitia in equis, cõ tigit equos ineffrenatẽ currere uersus ripam præcipitosam, aut profundam cauam, in qui bus cadentes præcipitanter sunt perituri; & ualens uassallus unum ex illis iuuare, & cum hasta peruertere equm suum à cursu periculoso: quem prædictorum magis habeat iuuare quæ ritur? Quidam dicunt Dominum propter uinculum iuramenti ut in cap.quin.quæ sit 1.cau. benef.amitt. Contrarium puto uerius, quia filius tenetur patri suo uinculo naturali ex quo ab eo fuit progenitus, & uinculo ciuili ob ius patriç potestatis; & filius cum patre censetur una & eadem persona iuris fictione l.ulti.cum simil.C. de impub. & aliis substit. Et sic plura uincula sunt in patre cũ filio familias uassallo quàm cum Domino c.De forma 23. quæst.5. Et plura uincula uincunt unum uinculum; nin elorum attenta qualitate authen. de cõsangui. & uter.fratrib.§.secun. & ratione prioris obligationis confirmatur. Nam primum fuit pater num uinculum igitur l. Potior, & l.Qui balenum.ff.de his qui potior in pign.habeantur, & l. ueluti. ff. de iust.& iure. Nec per iuramentur uassalli prçstitum Domino tolluntur primæ obligationes alteri quæsitæ: & etiam quia prima Charitas Incipit à se ipso l.si Præses C. de seruit.& iura sanguinis præferuntur, & tolli non possunt Instit.de iur.natur.gent.& ciuil.§.
8 finali. ¶ Et an teneatur seruus iuuare Dominũ suum in cuius est potestate magis quàm proprium patrem in cuius non est potestate. Dic Dominum magis l.1.ff.ad Syllan. & l.ulti.C.
9 eodem ¶ Quæro si iuris uinculo quis astringatur aliquem iuuare si potest nè occidatur. Dic quòd sic ob uinculum diuinæ charitatis erga proximum suum l.Necare ff.de liber.agnoscẽ. l.Habet.ff. de oper.liberi. & l.Nepos Proculo ff.de uer.obl.& per Io.de Lig. in lib.suo de bel
10 lo in cap.98. & 99 100. 102.& 103. ¶ Et si contingerit Episcopum suum, & patrem proprium uno & eodem tempore esse inuasos, & in mortis periculo: cuius magis prædictorum habeat filius auxiliari. Dic secundum Hostien. & alios scribentes quòd magis tenetur auxiliari patri spirituali, quàm patri temporali, & carnali. Dic hoc procedere secundum gloss.in c. Pietatum 30. quæst. pri. Tu dic quòd in exhibitione temporalium magis tenetur filius patri carnali, in reuerentia autem, & in spirituali bus secus habetur per glo.in cap.pri.30. distin. & in cap. Quiescamus.42.distinct.

SVMMARIVM.

1 *Loca Principes debent bene munire, ut illa ab obsidione defendant, quæ in munitione quæ requirantur illa singulariter enumerantur. & num. 2. 3. & 4.*

5 *Docetur modus componendi ignem peruasurum ad hostium castra ad illa comburenda, & quomodo ille uitari debeat, & quis eius inuentor fuerit. & num. 6. & 12.*

6 *Instrumenta bellica quæ nam sint necessaria pro obsidione, uel defensione locorum. nu. 7. 8. 9. & 10.*

Bombardæ unde dicta.

11 *A magnis machinis qua arte sit cauendum.*

12 *Hostium machinæ quomodo sunt offendendæ. & num. 13.*

14 *Homicidium pro tutela sui corporis, & coniunctorum commissum non est puniendum.*

15 *Machinæ quomodo uariis modis erigantur, et deprimantur; & qua arte obsessa loca ab expertis defendantur. & num. 16. & 17.*

18 *Principes ad muniendum loca soliciti esse debent, nè eorum mora noceat.*

19 *Moræ purgatio non admittitur in re militari, neque in contractibus in quibus est apposita pœna, & iuramentum.*

20 *Prouidi Principes pro locis suis, populis, ac exercitibus; de annonis, munitionibus, & aliis necessariis nè sine ferro fame uincãtur prouidere debent. & num. 21. & 30.*

21 *Aqua pro obsessorum usu qua arte sit habẽda.*

22 *Principes illi uenerandi sunt qui prouidi sũt in regendo cum charitate exercitus, et populos suos æqua iustitia, facientes prouisionem annonarum pro futura penuria.*

23 *Mithridates quomodo à Lucullo sine ferro fuit ob famem superatus. & n. 24. 25. 26.*

27 *Victo hostium exercitu, qua arte uictores in acie tenere debeant.*

24 *Experti in obsidionibus adesse debent qui possint ad uarios consulere casus.*

29 *Aqua salnitri qualiter fiat, & quàm necessaria sit in usu bellico.*

31 *Auus maternus non tenetur alere nepotẽ ex filia.*

32 *Peritis discordantibus statur dicto peritioris. Vbi est periculum, & celeritas exigitur pro quærendo remedio receditur à regulis iuris.*

33 *Bellisarius Dux Iustiniani Cæsaris quo astu in Italia Gothos superauit.*

34 *Alexander qua arte Tyrum debellauit, Gazamq; urbem Syriæ mira celeritate occupauit.*

35 *Arma pacis tempore assiduo sunt exercenda pro Regnorum tutela.*

36 *Infidis populis non est præstanda fides.*

Fides sola separat fideles ab infidelibus, & Iustitia diuidit Regem à Tyranno; & nihil est excellentius, atque gloriosius ipsa fide.

37 *Fidelitas dicitur iusiurandũ quod à uassallo præstatur Domino.*

Fidelitas finitur cum fama Domini.

38 *Felonia uassalli an noceat filiis, descendentibus, uel agnatis.*

39 *Pro Deo, & ipsius Catholica fide est pugnandũ.*

40 *Filius qui non est hæres patris an possit feudum retinere.*

DE OBSIDIONE LOCORVM, *et de eorum necessaria prouisione.*

1 PRudentes bellorum Reges, quibus Dominus dominorum, & Rex Regum terrenũ dedit Imperium, munire benè tenentur ciuitates, oppida, & loca sui Regni, & arte uallare obsessa, uel obsidẽda loca expertis militibus, annonis, munitionibus, & instrumentis uariis, & machinis bellicis quibus tueri possint ab obsidione, faciẽdo munimenta fortissima cum apta materia, s. terra argilla cum herba subacta nè offendi possit ab igne, algaque; & palea in aceto macerata circumcirca positis machinis ut ab ictibus, &
2 incendio euitari ualeant munita loca. ¶ Quandoq; nõ erit inutile extra, & ante loca obsessa, uel obsidẽda considere castra fortia uallo, argereuè & fouea militari arte factis ut hostibus resistere possint, locis ipsis semp abũdè munitis militaribus viris, farina, oleo, vino, aceto, sale, frumẽto, aqua potabili, & bladis cum pistrinis instructis ad molendum; carnibusque salitis, & iumentis, fructibus, & pasculis uariis, hortis, straminibus locorum, & populorum attenta qualitate, & quãtitate gentis, uimeisque, paleis, feno, prato, lignis, tabulis, ramisq; intextis, uiminibus arborum uiridium factis pro uallo, & siccorum lignaminum etiam copia, cum expertis architectis, & uiris doctis pro uariis effectibus l. 1. C. de conditis in publ hore. l. 1. C. de pasculis publ. uel priuat. & l. j. per totum ti.
3 C. de errog. milit. annon. cum simil. ¶ Curãdo habere unitas uires suas, & illas non disiungere: quia uis unita prodest ad res subditas in horis occurrentes, forti facto cuneo custodiæ ab
4 omni parte locorum obsessorum. ¶ Adsint & in ipsis locis obsessis lignei, fasses, pix, & ralina, uasaque fictilia plura cum lumeriis, & lanternis, machinis oleo incẽdiario cũ apta materia ignis incendiarii cum igne in cornu, & calcetrano ad cõburẽdũ hostes, & eorũ machinas, cum armis & instrumentis aptis ad bellicum exercitiũ funibus, securib⁹, pallis, & uallis, & pilis ferreis, clauibus, machinis, funiculis, coreis,

puluere sulphureo,& sulphuris copia non modica carbonum saligineorum. ¶Et curandum est nę munitiones comburantur occulıè hostium fraudibus & insidijs,quod facile fieri potest auro coruptis custodibus; & etiam hostiũ munitiones arte cõburi possent, & modo hoc occulto videlicet accepto funiculo cocto apto ad retinendum in se ignem pro exercẽdis aptis instrumentis bellicis,ponendo ignem in funiculo hora certa pulsata,expectando aliam horam sonari ab horologio; & mensurentur tot partes funiculi quot horas uis operari,accepto exemplo à prima hora quę combuxit funiculum ad secundam horam qua fuerit consumatus funiculus ab igne:& poterit funiculus partiri per tot horas quibus uis ut operetur ignis, in eo ponendo funiculũ igne accẽsum in arundinibus earum cauatis internodis,cum foraminibus paruis de supra ut exeat fumus funiculi igniti nè extinguatur à proprio fumo ignis funiculi, omnes insimul uoluẽdo ut est cacobus; & in ultimo internodo, seu canulo arundinis habere funiculum longiorem intrantem in pila arte facta cum igne incendiario, & operabitur ualde in horis pensatis cum hostium ruina. ¶Adsint etiam in locis obsessis præter munitiones Boardæ à boatu bouis uoce dictę,& seu Bombæ à bombo sonitu suo, ut de tonitruo à tono,quæ instrumenta bellica milites nostri tẽporis uocant Artegliarias,quia arte fiunt; uel ꝙ ab ipsis artus corporæi franguntur, uel ab ancendo quia retrò arcent hostes à longe: quorũ instrumentorum ignis sulphurei(ut legi)inuẽtor primus fuit Archimedes Siracusanus ut patriam tueretur,tempore quo Marcellus obsidebat Syracusas.¶Adsint Machinæ multæ, & arma,ac tormenta bellica uariæ qualitatia,generis & manerici pro sufficienti numero locorũ tam ad nocendum hostes, quàm se ab ipsis hostibus defendendum cum lanceis,hastis, iaculis,saxis,tælis,pyrouolis, & missilibus multis, fundisq; à Balearibus primò repertis:quorum matres paruulis suis fundas dare solebant quibus sibi uictum acquirerẽt in occidendo aues, ut cantat Claudianus.

Hunc spicula cornu tendere,
Nunc glandis Baleari spargere funda:

& pariter in partibus maris Thireni in Insula Maioricarum matres consueuerũt dare arcus, & fundas filiis suis vt sibi nictum quærerent;& ita illos accedere ieiunos dimittebãt. ¶Adsint & Scorpiones facti ad similitudinem Scorpionum,qui uenenum in cauda portant eorũ apertis brachijs:& pariter instrumẽta prædicta portant lætalem sagittam & balistæ uulgo dicuntur græco uocabulo, ꝙ Latinè iaceo dicitur. ¶Adsint & Oneagri cũ quibus ponderosi lapides iactãtur à calcibus dicti asellorũ siluestriũ: Qui Oneagri dicũ tur latino uocabulo,& hi retrò trahũt lapides calcibus suis in uenatores q
10 illos insequuntur. ¶ Adsint & Arietes ad similitudinem arietum,qui cornibus se insimul cõcutiunt ad impellendum hostes, & ad frangendum eorum loca,unà cum testitudinibus ad similitudinem factis testitudinum ad perforandum terram,& muros;& ad dirruendum ædifitia obsessorum unà cũ equis, & diuersis machinis bellicis arte magistra tactis, ut cantat Claudianus.

Cum tua muralis liberetur machina pulsu,
Saxa rotat pręceps Aries protectaq; portas;
Testudo feriat, ruat emersura iuuentus:
& Virgilius,
Instar montis, equm diuina Palladis arte,
Aedificant.

11 ¶ Contra rotatas, & magnas machinas stercum,& argillam liquidam, & madidam terrã in obsidione Rhodi opposuit Diogenes, interioribus etiam factis cauis subterraneis ubi ducebantur machinæ huisumodi, & tali ingenio liberauit Rhodum ab obsidione Demetrij filij Regis Anthigoni, terribilem opponentis machinam obsesso loco Opimaci opera fabrica-
12 tam Atheniensis Architecti maximi. ¶Machinæ quoq; hostium franguntur ex aduersis machinosis arcubus in sicco, & à uariis etiam instrumentis cum rostris ferratis,& testudinibus ligneis sambuci quoq; ferratis, uel cornei antiqui fortissimi ligni pro ferro Tyri Farsemonis,uel Calcedonei inuentorum exẽplo,& more testudinis,uel colũnæ, arietumq; bellantiũ oppositis illis cum puteis,& cauis ignitis,arcubusuè ingẽtibus,terrebris ferreis arte peractis, & minatis cum ardẽtibus faslibus, stupa, pice, collofania, sulphure, salnitro cum lauri oleo omnibus liquefactis, uel petroleo ut quidã faciunt cum anserum, & anatarum pinguedine, sepo,sulphure,collofania,canfora,ratina cum stupa quibus fit incendiarius ignis in militari exercitio ad perdendum hostes in occultis cauis;uel illum iaculando in uasculis terræ secũdum antiquum,& modernum morem;uel illũ exercendo in tubis arte factis pro incendiario igne:de quo &qualiter fiat,& exerceatur in terra,& mari latius dicã in libro rei naualis, quẽ breui compilare intendo gratia D E I.
13 ¶ Adsint ut dixi missilia multa uariæ qualitatis, & diuersi generis armorum, sagittarum, scorpionum,balistarum, arcabalistarum, fustibulorum,uinearum, puteolorum, trabiũ acutorum,& ferratorũ cũ quibus extra muros positis offenduntur hostiles machinæ, cõtra quos pilæ æneæ plenæ tartaræo, & seu sulphureo igne,puluereq; incendiario igne cum tubis, &

balistis

balistis arte ſactis ignem emittentibus & feren
tibus, uel in fictilibus aptis uaſis cũ arrido fun
go terræ, uel robureo occulto ibi poſito igne,
uel nucis, & arboris castaneę fungo, nel alia ac
cenſa materia tenente ignẽ qua eſca conficitur
24 pro habendo focũ. ¶ Occurrit caſus q̃ quidã
uolens fugere periculũ ignis accenſi in domo
ſua, & nõ ualens aliter fugere, & euitare mortẽ
proiecit murũ unũ in terram, & cũ lapidibus,
& lignis dicti muri occidit plures ex ſuis uici
nis, & euaſit mortis periculum, an teneatur de
homicidio? Dic quòd non propter caſum for
tuitum, & etiam quia non eo animo fecit ut
homines occideret, ſed ut mortẽ euitaret pro
pter uiolentiam ignis, Nam pro homicidio ſe
cuto pro tutela ſui corporis, & ipſius coniun-
ctorum nõ tenetur quis ut tenet gl. in cap. 1. §.
Si quis alium in uerbo vitam de pace tenenda.
25 ¶ Varij ſunt modi, & artes ad erigendum, & ad
deprimendum machinas, cum quibus etiam
ignes inferi poſſunt in urbes: quarum mænia
quantumq; fortia arte proſternuntur, Iuxtà il
lud Claudiani Poetæ.

Hæc ſi nota forent frueremur ſimplici cultu:
Claſſica nõ fremerent, nõ ſtridula fraxinus iret,
Nõ uẽtus quateret puppes, nõ machina muros.

16 ¶ Et arte etiã poſſunt obſeſſa loca deffendi ad
expertis materia ſimili ubi ſint architecti plu
res intra, extra caſtra, aut obſeſſa loca unà cum
alus neceſſariis tam pro ſalute animarũ, quàm
corporum obſeſſorum, & obſidentium; & ad
defenſionem locorum obſeſſorum, & pro uita
præparatis l. 1. & per totum titu. C. de errog.
17 milit. anno. ¶ Hodiè eſt prouiſum quòd ubi
ſunt ignitæ materiæ, & diabolica inſtrumenta
tartaræi ignis quibus pilæ ferreæ magnæ mino
res & paruæ trahuntur, ſilebunt, & dormient a-
liæ machinæ ligneæ, quibus utebantur Anti-
qui pro ruina murorum, locorum obſeſſorum:
ſed illis deficientibus, uel carentibus munitio-
ne, & neceſſaria prouiſione ſua debita pro il-
lis, & locis tuendis & hominibus, antiquæ tũc
machinæ locum ſuum habebunt, & habere poſ
ſent in re & exercitii militiæ Principibus illis
qui ipſa libenti animo perlectauerint, & opti-
mè percunctauerint antiqua, & noua documẽ
18 ta, iura, & regulas exercitii militaris. ¶ Anxij
propterea, & ſoliciti eſſe debent diu noctuq;
Duces, & locorum Principes, & Reges pro eo
rum neceſſaria defenſione dum tempus habẽt;
nec expectent futurum tempus quo nihil cha-
rius, & uelotius eſt. Nam antiquum eſt prouer
biũ, quòd inter os, & offam multa euenire poſ
ſunt, & ſolent: quæ ſunt nociua & contraria hu
manæ naturæ; & impediunt fieri ipſius præco-
gitata. Ideò Cæſar, Magnus Alexãder, Marius,
& Pyrrhus Illuſtres militiæ Reges dicebant pa

ratos ad bellum debere fugere moram, Iuxtà
illud Ouidij.

Tolle moras ſemper nocuit differre paratis.
Nec comedunt pigri mitia poma ſues:

quia tardi ſæpe cum hoſtibus cupiunt habere
pacis conditionem, & ſeruilem, & iniquam cũ
19 dedecore, & damno ſuo. ¶ Moræ purgatiõ nõ
admittitur in re militari, neque in cõtractibus
ubi ſit appoſita pœna, & iuramentum: ſed fallit
tantùm in iuditiis ſi præciſè in ipſis non inter-
uenit iuramentum l. Magnam C. de contrahẽ.
uel comitten. ſtipul. l. Celſus, & l. Si Inſulam,
& l. Cum die. ff. de uerb. obligat. & per Luc. de
Pen. in l. 1. col. ij. C. de ſuſcept. præpoſ. & ar-
20 char. lib. xj. ¶ Prouidi, & diligentes eſſe debent
bellorum Reges, & populorum Principes in
parandis neceſſariis pro exercitibus, & popu-
lis, & locis ſuis obſeſſis, & obſidendis: & certè
nullus eſſe poteſt tam ſapiens in parando ne-
ceſſaria exercituum, & populorum quin' ali-
quid ſibi deficiat occurente bello, & obſidio-
21 ne. ¶ Et ſi loca obſeſſa indigerent aqua potabi
li quæ à nimio exercitu, populariq;, uel iumen
torum numero abſorberetur in potu auriendo
illam; conſilium erit ſi dubitetur de longa ob
ſidione iumenta quædam occidere, & proſice
re ſale eorum carnem ad tollendum ſamen ho
ſtem occultum exercituum, & populorum; ita
aqua pro uſu obſeſſorum habebitur diutius, &
duri & pertinaces in obſidione permanebunt
22 obſeſſi. ¶ Illi quippè ſunt uenerandi Principes,
qui prouidi ſunt in regendo cũ charitate exer
citus, & populos ſuos cum æqua iuſtitia mixta
cum pietate & miſericordia cap. Si Eccleſia
xxiij. quæſt. 4. cap. Eccleſia, xcvij. diſtin. facien
tes prouiſionem annonarum profutura penu
ria, & obſidionibus l. 1. C. de mune. Siccõ. lib.
x. Suis abundè ſuccurrentes in neceſſitatibus;
conſeruando illos in pace, eorum tollendo di
ſcordias, & odia extirpantes militum, & popu
lorum ſuorũ, exemplo M. Lucini Craſſi Rom.
Conſulis, qui bello pulſus ab Ariſtonico Rege
Aſiæ, & ſuperueniens eius Collega Perperna
Ariſtonicum inuadit ex improuiſo ſe exultan
tem recenti uictoria, & illum cum omnibus
ſuis copiis fugauit in urbẽ Stratonicam, & ip-
ſam ciuitatem cinxit obſidione, & magno pe-
nuriæ cruciatu ad deditionem coegit; quia ut
debuerat non præparauerat neceſſaria pro ob
23 ſidione. ¶ Lucullus cum exercitu triginta mil
lia peditum, & duorum millium equorum Mi
thridatem caſtrametatus innumerabilis exer
citus peditatus, & equitatus, funditorum, & ſa
gittariorum prudenter cogitauit uincere Mi-
thridatem ſine ferro, & illũ obſidere & domari
tempore: propterea curauit ſtudio omni & di
ligentia impedire frumenta exercitui Mithrida
tis

tis plures præcepio, per captiuos Mithridatis exercitum indigere frumento, & aliis ad uictum necessariis pro tam magno exercitu; & suis prudenter prouisis Lucullus oppido de alimonia ut nè sibi deficerent in uallo suo, & ut hostes sine ferro consumeret fame hoste occulto exercituum, & populorum obsesso-rum. ¶ Et Mithridates in prima uigilia de nocte discessit cum exercitu, & obsesssit urbē Cygenorum Romanis amicam: cui illicò suc currit Lucullus cum exercitu, & non ualens intra ciuitatem obsessam mittere præsidium, dedit amicis obsessis per Cymbas missis in ciuitate expertis militibus cum exercitu occupata uia nè Mithridati frumenta, & alimenta portarentur hoc inopinante Rege intento obsidioni:cuius instrumenta, & machinæ contra ciuitatem industria fabricatæ Nicomedis architecti Thesali uelo, & opera Luculli destructa fuerunt: & penuria adeò Lucullus afflixit Mithridatem quòd in cibo nō parcebat humanæ carni exercitus Mithridatis; qui fuit confessus se fuisse uictum à Lucullo ob famem sibi hostem factam uirtute Luculli. ¶ Et missis inutilibus sui peditatus, & equitatus cum salmis ad frumentandum in Bithinia Lucullo tunc obsidente castrum quoddam Mithridatis cum parte sui exercitus: quo præcepio per Lucullum acceptis decem cohortibus cum equitatu suo expeditio hostes suis insecutus inordinatos, & illos superauit apud flumen Rindacum cum laboriosis militibus suis quorum quidam perierent in itinere ob niues immensas, & maximum gelu;quòd militum, & equorum pedibus ualdè nocebat: & cum multa præda quàm plurimum fecnia hostium cæde quorum capti fuerunt millia sex equorum, & millia quindecim peditum; & eos cum præda ante uallum, & stationes Mithridatis pertransfeundo acie instructus Lucullus perduxit Mithridate mæsto cū exercitu suo præ dam cernentibus de suis & captiuis factam per Romanos: & fugā post maturauit Rex Mithridates per mare Aegeum duce suæ classis Aristomaco: quē per insidias ad Regem nauigantem rupit Lucullus uigilantissimus Imperator, & illum cœpit cum barbaris militibus suis decem millium.¶ Et dum esset in fuga Mithridates ad mare Caspium misso exercitu suo per terram, & exercitus se imprudenter obuiauit Lucullo; contra quem Lucullus acie instructus fecit impetum, & illum destruxit apud flumen Agranicum multis ex ipsis captis,& uiginti millibus cæsis:& post cū uictoria & honore iuit Lucullus in Casicum, & cum gloria uisitauit amicos.¶ Et sanū quidem Consilium est, uicto hostium exercitu,uictores in aciem arte tenere, & diligenti custodia rectè gubernare positis uigiliis, & exploratoribus fidis tam intra,quàm extra castra nè inuidia fortuna uictos extollat ut contingit Aristonico Regi Asiæ qui fugauerat M.Lucinium Crassum Consulem Romanum,& superueniente Collega suo Consulari exercitu illum rupit ociosum de uictoria læiantem fugati Lucinii.

28 ¶ Optimum est in locis obsessis, & obsidendis adesse in ipsis personis expertis:qui possint ad uarios casus, & diuersas machinarū species ritè consulere iam in oppugnando,quàm in defendendo: & quòd in ipsis sit experientia lōga

29 rerum magistra. ¶ Optimum quoque erit pro usu bellico habere aquam salnitri qua coquūtur lioni, seu funiculi luminariorum necessariorum de nocte resistentium pluuiæ,et uento. Et aqua salnitri fit cum ipso salnitro benè pisto & posito ad ignem cū calce uiua, & stet in uaso benè obturato per unum diem & unam noctem ad ignem ita quòd spirare non possit ex aliqua parte, & ponentur cortices ouorum insimul mixtæ, & omnia terreantur, & ponantur postea in sacculo lini ad serenum in loco humido,& exibit aqua clara maximæ uirtutis.

30 ¶ Prudentis Regis est offitiū curare nè deficiāt annonæ,munitionesq;,& alia necessaria militibus, & populis suis;aliàs ob hostem intrinsecū famē sine ferro uincentur:& ut dicit Iuuenalis.

Nescit plebs ieiuna timere;

& propterea posset occurere tumultuosum scādalum l. 1. C.de annō. & l. 1. C.de errog.milit. anno.lib.xii.& l. 1. C. de quo excoct. & trāsfal. militar.annon.lib. xii.& C.de fur.urb. Constātinop.& p Alex.de Imola ibi in addit.ad Bar.

31 lib.x. ¶ Quæro de casu si auus maternus teneatur alere nepotem ex filia. Dic quòd non, nisi sit inops l.Non quemad modū ff.de liber.agnoscen. habetur per Andr.de Iser. in Constitu.

32 Comitibus de adiutor.pro milit. ¶ Occurrit plures esse peritos in re bellica, uel in alio iure, arte, uel importanti negotio, & discordare in opinione sua: cuius dicto,uel consilio stabitur. Dic stari cōsilio peritioris ob scientiam perspicatiorem secundum. Bal.in prohæ.digestorum per tex.in l.Diui ff.de iure patrona 1.& in cap. 1. col. 5. in titu.quib. mod. feu. amitt. et per Alex.in l.Stipulatio §. Eadem ff.de uerb. oblig.Et ubi est periculum, & celeritas exigitur pro querendo remedium, recedendum est tunc à regulis iuris communis cum oportuna celeritate, ut tenet Alex.de Imo.in l. 1. ff.de dā. infect.& in l. De pupillo §.Qui riuos ff.de no. op. nunc.Et Paris de Put.Neap.in suo solēni trac.sindic. ¶ Bellisarius Dux Iustiniani Cæsa-

33 ris mira celeritate de prudentū consilio, vrbis Romæ mænia cum omni studio Carbolo obsidēdo Tigrano certam defensam à suis ciuibus, & diligentia fabricare fecit per decem milliaria

ria intra dies uiginti tres,& ibi se tutò reclusit, & uictoriam habuit cōtra Gothos. Domitius caput truncare fecit euidam captiuo uni ex primatis illius ciuitatis;& caput prædictum Catapulta, uel alia missili materia iactare fecit in urbem Tigrano certam;& casu contingit illud cadere in medio Consilii per homines nūc facti de summa suarum rerum : & Barbari ob talle spectaculum se Romanæ ditioni dederunt.

34 ¶Obsedit Magnus Alexander per septem menses urbem Tyri cum nauibus ducentis in acie locatis ex parte maris;& cum exercitu in terra instructo bellorum ordine, & tali durante obsidione debellauit Arabos incolentes Antialbanum, & ad barbaros de nocte cū suis apud ignem existentes sine suspitione, & per ipsum ibi accesso per aspera loca ob tutelā amici sui Lysimaci;& illos occidit & fugauit, & Tyrum post debellauit & cœpit:& gazam quoque ur-

35 bem Syriæ mira celeritate occupauit. ¶Cessante bello tollenda est occasio nè ciues priuati in particulari ciuitate pro arte exerceāt militiā tempore pacis nè seditiones oriantur in ipsis: quod fallit in terris Imperii, Regum, Principum, & Respublicarum : in quibus locis sunt subditi exercendi armis assiduò pro tutela suorum Regnorū,& respublicarū; Et Roma dedit exemplum arte priuatè seruat rempublicam.

36 ¶De infidis populis non est confidendum. Nā sola fides separat fideles ab infidelibus; & Iustitia diuidit Regem à Tyranno; & nil est excellētius quàm ipsa candida fides; & nil est gloriosius quàm ipsam fidem seruare per milites, & populos omnes tam obsessos, quàm non obsessos; & pro fide strennè pugnare in omni loco: Nam ubiq; est misericordia Dei, cuius mente

37 fortuna præbet id quod non putatur. ¶Fidelitas in feudis est iuramentum quod præstatur uassallo per Dominum feudi; & illius approbatio & cōfirmatio habetur in cap. t. quid prę cedere debeat inuestit. fidelitas, & homagium; nunm pro altero frequenter ponitur in feudis ut in cap. 1. de noua fidel. for. Fidelitas finitur cum fama Domini, quia si Dominus propter delictū banniatur, uel excōmunicetur deficiet fidelitas, & absoluitur uassallus à iuramento cap. 1. §. Nulla inuestitura & ibi per Andr. de Iser. in titu. per quos fiat & recipiat. inuestit.

38 ¶Vassallus dolosus existens in culpa committendo feloniam contra suum Dominum feudi, per quam feudum perditur sicut ipse repellitur à benefitio feudi; an repellantur ipsius filii & descendētes ab eo;& an Agnati sui usque ad quartum gradum inclusiuè, & exclusiuè etiā repellātur. Dic quòd sic, cap. Si uassallus; et per And. de Iser. Bald.& alios ibi scribentes in titu. si de

39 feud. fuerit controuersia. ¶Curandum est pro Deo,& ipsius Catholica fide pugnare, & uirtute superare infidos hostes uisibiles, & innisibiles pro æterna salute. Nam certum est regnū nostrum non esse de hoc mundo ut dixit Dominus Noster IESVS CHRISTVS. quia mundus iste terrenus est mortalis & transitorius; & uita nostra tenni pendet filo, & omnia pertransēūt præterquàm seruire Deo fideliter, & ipsius præcepta seruare pro æterna salute.

40 ¶Quæro de casu, quidā pater decessit relictis feudalibus bonis, an Filius qui hæres patris noluit esse potuerit habere dicta feudalia bona paterna. Distingue, aut sunt bona feudalia nona per patrem quæsita, uel uetera; primo casu. Dic quòd non etiam si fecerit inuentarium cap. 1. in usibus feudorum in titu. an agnati &c.& per Andr. de Iser.& Bald. ibi, & in c. 1. §. 1. de cap. qui cur. uend.& de alien. feud. patern. Secundo casu dic attendi debere tenorem inuestiturarū, & priuilegiorum, pactorum, Concessionum feudorum prædictorum.

SVMMARIVM.

1 *Proditores, & proditionum suspecti, ac inutiles personæ & similes, belli tempore extra loca obsessa aliò sunt mittenda. et num. 30.*

2 *Senes, & mulieres, ac pueri martialium populorum sunt quandoq; necessarii in locis obsessis pro bello.*

Lacedæmoniæ mulieres contra Pyrrhum pugnarunt, & patriam tutatæ fuerunt.

3 *Sapientum urbis Sabbæ responsum datum Alexandro, quare Sabbæ populum ad rebellionem solicitarunt.*

4 *Prudentes Reges considerant futura, & Regna munita tenent annonis, & aliis necessariis pro uictu & bello; etiam si de nulla hostium dubitetur obsidione.*

5 *populus aptus ad pugnam quomodo in locis obsessis diuidi debeat pro eorum custodia, & defensione.*

6 *Lusitani à Romanis obsessi quomodo se illis dedere.*

7 *Muri ciuitatum sunt æquandi solo, & armà subditorum tolli debent cum de eorum perfidia dubitatur.*

8 *Docentur modis cognoscendi pimates, & alios de rebellione suspectos. & num. 9.*

9 *Marius Arpinas quo astu cognouit Galloiū Transpadanorum fidem contra Romanos.*

10 *Obsessi, ut hostium uires diuidantur, ipsorum hostium loca aggredi debent illa deprædando Scipionis, & Fabii exemplo.*

11 *Pōpeius qua simulatione Carthaginē occupauit.*

12 *Publius Valerius timens perfidiam quorumdā oppidanorum, quo actu à Principibus ipsorum oppidanorum obsides pro fide accepit.*

13 *Pyrrhus qua arte principalem ciuitatem Epyrhi*

DE OBSIDIONVM
Prouisione

1 PRoditores,& suspecti proditionũ,inutilesq; personæ, & similes;locorum obsessorum,& obsidendorum aliò sunt mittẽdi; ut milites ad custodiam deputati melius,tutiusq;,& libẽtius stare,& pugnare ualeant.Inutiles personæ illæ sunt quæ ad consilium, neque ad pugnam,neque ad animorum, aut corporum salutem,neque ad bellum, & locorum defensionem aptæ sunt, nisi ad consumendum fruges,Iuxta illud Horatij.

Sponsi Penelopes nati consumere fruges.

2 ¶Senes tamen, quandoque mulieres, & pueri martialium populorum sunt necessarii in locis obsessis pro bello ut Lacedæmoniæ mulieres fuerunt contra Pyrrhum: quæ de die, & de nocte cum curribus contra elephantes Pyrrhi opera sua fecerunt in illum impetum, & impedimentum bellatoribus Pyrrhi,& uiris suis bellantibus arma tulerunt, & illos pro pugna infessos seruarunt à ualli labore; animãtes uiros suos in pugna,& ad bello pro patriæ defensione quam seruarũt in libertate sua Ardidamiæ consilio: quæ dum Lacedæmones in consilio congregati ob Pyrrhi aduentum pertractaſẽt senes, & mulieres suas mittere in Cretham,Ardidamia cum ense in manu accessit in consilio unà cũ cæteris mulieribus, Inquiens, O Ciues patres si derelicta & destructa fuerit patria uestra, & mortui fuerunt illius uiri, nec ipsæ mulieres uiuere intendunt; & obtulit se cum aliis mulieribus uallum facere unà cum senibus cõtra Pyrrhi elephantes, ut apti Iuuenes conseruarentur pro pugna,& defensione libertatis patriæ pro ut fecerunt, & patriam tutati fuerunt,
3 & conseruarunt in sua libertate. ¶Interrogauit Alexãder decem sapiẽtes urbis Sabbæ,quare solicitarunt populum Sabbæ ad rebellionem? Responderunt, Quia uiuere uoluerũt ægregiè in libertate, uel uirtuosè mori; & illos honorauit magnus Alexander, & recognouit
4 munificentia ob eorum uirtutem. ¶Maxima est Regnum prudentia considerare futura, & tenere Regna sua benè munita annonis,& aliis necessariis pro uictu,& bello; etiam si de nulla hostium dubitetur obsidione,quæ posset inopinata accidere; & damnum posteà foret, & dedecus ipsis l.Hac prudentissima C.de quib.mune.uel excus.lieca.se excusare lib.deci. ¶In lo-
5 cis obsessis prouidere habẽt Reges ut populus diuidatur aptus ad pugnam; restrictis senibus, pueris, & fœminis inutilibus indomibus: &

pars

pars populi instructa acie ponatur ad portas
pro custodia, & alia pars circum circa mœnia,
& portio alia stare debeat acie istructa in aper
to loco ad res subditas pro succursu diuiden-
da, & mittenda ubi opus fuerit: & demum alia
portio manere habet in ordine militari, p suf-
6 fragio omnium. ¶ Et cum Lusitani obsessi fuis
sent à Tiberio Graeco, & gauderunt lætitiam
magna se non expauescere obsidionem quia ci
baria habebant per decē annos, hoc per ipsos
animosè propalato Tiberio, qui prudenter re-
spondit illis, Ipsos capere undecimo anno quo
indigebunt annonis: cuius deditioni se po-
steà Lusitani spontè dederunt quantumque mu
niti opulentis annonis, scientes esse Roma-
nos probos, & iustos erga populos sibi subie-
ctos: quibus, & cunctis sunt seruanda iura &
promissa, cum fida custodia seruanda, & æqua
iustitia per Principes suos cap. Si quis. 24.
quæst. 3. & authen. Omnes. C. commun. de suc
cess. bona quidem Principum gesta populos ser
7 uant in fide. ¶ De quorum si dubitetur perfi-
dia muri sunt æquandi solo, Catonis sententia;
uel arma sibi tollantur cum armis bellicis in-
strumentis quibus nocere, aut se tueri nō pos-
sunt, uel aliquod ab ipsis petatur arduū, quod
nisi essent boni amici daturi non forent: & ita
cognoscetur eorum animus; uel ipsis uno die
præcipiatur ut omnes tale negotium faciant,
& illis insciis ad impleatur uoluntas præcipiē
8 tis Regis bellorum. ¶ Et si aliquis ex primati-
bus fuerit suspectus poterit Princeps illum al
loqui placidè, & cū eo propalare aliqua secre-
ta ab eo petendo subsidium, & inde illa nō exe
qui, sed alia in mente sua retēta executione mā
dare; ut ille certiores reddat hostes de hablito
sermone cum ipso per Principem, data sibi cō
moditate exequendi uotiuos intentus: & ita ho
stes, & illum arte decipier alto consilio suo in
mente retento; & debito loco, & tempore exe-
9 quendo. ¶ Et uolens Marius Arpinas cogno-
scere fidem Gallorum traspadanorum incolen
tium Lombardiam an haberent intentionem
cum Cymbris contra Romanos, binas literas
illis misit; & in una earum erant aliæ inclusæ,
& sigillatæ certiorādo illos nē aperirent inclu
sas literas antequàm certiorarentur ab ipso, &
illi eas aperuerūt: & ipse post asersitus ad illos,
cognouit ipsos fuisse sibi infidos per aperturā
10 literarum. ¶ Et optimum erit pro obsessis, &
bella gerentibus aggredi hostium loca, depræ
dando illa ut hostium exercitus uires diuidan
tur, Scipionis, & Fabii maximorum exemplo,
qui tali primus Carthaginenses uicit, & destru
xit; & alius Samnites, Tuscos, & Cymbros supe
11 rauit. ¶ Et ueritus Pompæus de fide Carthagi
nensium nē præsidium acciperent ab hostibus,
simulatò petiit per ipsos Carthaginenses egros
milites accipere in ciuitate apud se reficiēdos,
& in habitu languentium misit cum croceato
colore fictè facto palido infit morum fortissi
mos & sanos bellatores, qui sua uirtute occu-
12 parunt ciuitatem pro suo Imperatore. ¶ Et Pu
blius Valerius Oppidanrius, Oppidanorum ti
mens perfidiam cum paruum haberet præsidi-
um, ludos Cyrcenses præparauit longè ab op
pido; & cum omnis multitudo oppidanorum
spectandi causa exisset oppidum clausit portas,
nec permisit oppidanos illud ulterius ingredi
donec obsides acciperet pro fide à Principibus
13 ipsorum Oppidanorum. ¶ Et udens Pyrrhus
Rex Epyrotharum accipere unam ex principa
libus ciuitatibus Epyri ualde munitam, & fau
tam ab illis locis Epyri; inuadit loca dictæ ci
uitatis amica: quibus cū præsidio occurrerunt
Ciues; & Pyrrhus à locis prædictis amoto exer
citu dictam ciuitatem obsedit diminutam præ
14 sidio suo, & illam occupauit arte tali. ¶ Et Sci
pio Aphricanus cōtra Carthaginem obsessam
quam arte spoliauit præsidio suo quod unine
rat cum Annibale: quem Scipio rupit in aper
to campo: & ciuitatem post obsedit cum aliis
ipsius locis præsidio destitutis: quæ sub ditione
15 Romana posuit. ¶ Alcibiades obsidens Syracu
sas, missis in ea captiuis multis quos habebat
Syracusanorum: qui patriam posteà priuarunt
frumento, uino; & inde ciuitatem illis indigen
tem habuit sine ferro propter famem hostem
16 intrinsecum populorum, & exercituum. ¶ Et
Callidus Annibal Pœnorum Dux, pluriēs ex
suis arte transfugas fecit: qui ut transfugæ An
nibalis fugerunt in ciuitatibus, & locis hostiū
ipsius; & inde Annibal obsidendo loca prædi
cta habuit suorum fictè transfugarū præsidio
& armis. Amabat ualde, & præmiabat milites
suos Annibal, & illi peramabant Ducem suum
ualde cui obedientes erant: pro quo non dubi
tabant subire cuncta pericula, quos sauciatos,
& infirmos ut decet optimos Imperatores cu
rabat & curare faciebat, nec ulla in eius exer
citu fuit audita seditio tanti sui prudentia Du
17 cis. ¶ Et optimi Romanorū Duces in hoc an
xiè fuerūt nē suis militibus, & populis aliquid
deficeret, & optimā curā habebāt infirmorū,
& uulneratorū militū: quos cū charitate, & hu
manitate maxima uisitabant, & illos muneri
bus & pollicitationibus consolatos tenebāt, ut
reliquos milites suos uirtute, & eloquētia sua
unitos detinebant cum liberalitate, & cōmuni
laborum tolerantia: quos adeò deuictos sibi
reddiderunt quòd illis erant obedientes, & nul
la pericula pro ipsis timebant; & propterea il
los multis uictoriis, immortaliq; honore, glo
18 ria, & triumphis coronarūt. ¶ Ex primatibus
ciuitatum sunt accipiendi obsides quando est
aliquis timor defectionis in ipsis ciuitatibus,
ad

ad effectũ ut inſolubile fidei uinculũ ſeruetur.
¶Et cauti ſint Principes non accipere clericos
19 pro obſidibus, ſed illos tantùm qui licitè deti-
neri poſſunt. Nam Clerici de iure ob periculũ
excõmunicationis detineri non debent pro ob-
ſidibus cap.Si quis.xvii.q.4.cap.Cum contin-
gat extra de ſenten.excomun.& inuiti detineri
non poſſunt clerici capi. vt pridem xxiij.q.8.
Compelluntur tamen ad continuè commoran
dum ſi legitimè iurauerint. ſe non diſcedere ꝑ
not.in cap.ex reſcripto extra de iureiurã.& ibi
per Innoc. & Archid. Et ſic conſilium erit ut
accipiantur obſides laici ex primatibus ciuita
tum l.Obſides.ff.de teſtam. & l.Diuus.ff.de iu
20 re fiſci. ¶Conſilium quoque erit pro obſeſ-
ſis quando obſidentes diſceſſerũt, quòd illi qui
erant obſeſſi non deſinant ponere bonas, & ui
gilãtiſſimas uigilias, & cuſtodias in locis quæ
prius erant obſeſſa: ſed tunc dupplicare cuſto-
dias de die, & de nocte uigilias nè occupentur
ab obſidentibus celeri curſu retro redeũtibus;
& cuſtodiant optimè loca quæ putant minus
poſſe offendi: quoniam ſæpe inuadũtur in par
tibus illis quæ non credunt obſeſſi poſſe ab il-
la parte inuadi; & ſæpe decipiuntur credentes
illa eſſe adeò fortia loca quòd non ſint acceſſi
bilia: quoniam arte militari capi poſſunt cum
fictis rumoribus ab aliqua parte factis; & ho-
ſtibus ab alio latere tacitis, & aſcendentibus
cum uero & duro aggreſſu: & ſic loca obſeſſa
ſunt cuſtodienda diu noctuq; aſſiduò cum om-
ni diligentia, & mora ceſſante. Et multi mili-
tes experti in exercitio ſuo militari hoſtili ha
bitu induti, & cum eadem hoſtili loquela ut a-
mici hoſtium urbes arte occuparũt ut pluriès
Romani Duces, & filii Amilcharis fecerunt.
21 ¶Et mixti perſæpe cũ muliebri, & hoſtili tur-
ba occupata ludis & iocis cœperũt loca, & ho
ſtium ſuorum interfectis uigiliis. Et quando-
que milites fortes intrarunt arte in locis ho-
ſtium ſuorum unà cum uectigalibus annona-
rum, & uenatoribus, ac mercatoribus in eorũ
habitu; & inde cæſis cuſtodibus portas occupa
runt, & illas ſuis apertas dederunt; & ſeu de no
cte poſteà non aliter cæſis uigiliis portas ſuis
22 aperuerunt. ¶Et quandoque loco præſidii ho-
ſtium id expectantium illo die fuerunt ingreſſi
munitiſſimas urbes loco ſui uenturi præſidii
23 ut Archades fecerunt contra Meſſenios. ¶Et
Sumentum habuit Anthiocus Rex occiſis illis
qui portabant annonas ad Sumentum, occiſo
rum ueſtibus indutis militibus ſuis, quos inde
miſit Sumentum cum frumento: & cum fue-
rint ſibi apertæ portæ illas occuparunt: & illi
cò ibi cum ſuis occurrit Anthiocus, & Sumen
24 tum cœpit. ¶ Tollenda ſunt obſeſſorum ſe-
mina, & ſata reuoluere, quãdoque utile fuit ob
ſidentibus ut fecit Fabius, Maximus in Campa
nos, & Annibal in Caſilinos qui rapas ſemina-
runt circum circa caſtrum nè hoſtes tollerent
ſibi alimoniam: quæ eſt quandoque tollenda,
25 & quandoque arte danda hoſtibus. ¶Et arte
aquæ tollendæ ſunt obſeſſis, & obſidentibus cũ
reliquo uictus hoſtibus inſidiando ut fecit Cæ
ſar in Gallia, & Alexander Magnus, & Semira
mis in Babillone: quibus ſuffragium eripuerũt
Eufractis annonis, tubis, & argeribus arte fa-
ctis; ruptis, & coruptis aquis, & annonis: plu-
riès populi habiti ſunt in deditione fluuio uen
26 tris, & annona carentes. ¶Migonium flumen
Rex Perſarum Sopor euertit argeribus ruptis;
& obſeſſos habuit in deditionem ſuã aqua ca-
rentes aliò arte deriuata: & pro nimia aqua
etiam haberi poſſunt illos ſuffocãte inciſis flu
minibus aduerſus ipſos ſecundum ſitus loco-
27 rum. ¶Principũ munificentia perſæpe capiun
tur Populi conuiuiis, blanditiis, & affabilitate
ut piſces ad eſcam; & milites libenter ſeruiunt
Regi liberali, & pro eo pertinaciter pugnant.
Et ex leui cauſa uulgus ſui natura fit amicus,
& inimicus: qui propriè magis utilitati adhæ-
28 ret quàm honeſtati. ¶Et peſſima eſt natura uul
gi uerboſi in dominando: quoniam nimis eſt
iniuſta & crudelis, ac ſuperba; nihil omittentes
arrogantiæ opinione ſua inſenſata, Duce appe
titu inſatiabili, diuina poſt poſita ratione; re-
gnare non ualet plebs alieno orta ſeruitio.
29 ¶Popularis leuitas, & licentioſa nimis in regi
mine ſe putat eſſe Regibus ſimilem: quos extol
lit, & opprimit inuidioſa Fortuna, Iuxta illud
Iuuenalis.

Solaq; libidine fortis, plebecula peſſima.
Sed nil, nil ſapit i populo uerboſa cucurrit aperto:
Et iuxta illud alterius Poetæ.
Neſcia plebs ſemper doctis infenſa prophetis.
Et ſemper ſanctis inſidioſa uiris;

ut Athenis contingit prudẽtiſſimo Thimoleo
ni, contra quem quidam à populari uento ele
uati fuerunt ad regimen, & ad militares ordi-
nes, & ad magiſtratus ciuitatis; & ut pilam in
altum proiecti, & imprudenter poſteà deiecti
fuerunt à populari inſtabilitate: quæ ſemper
30 mutationes, & noua peroptat uidere. ¶Et cũ
triſtis mulierum ploratus quandoque pertur
bant hominum mentes, ideò tunc curandum
eſt ut aliàs ſuperius dixi. Nam illi qui ſunt inu
tiles pro bello abſque cõſilio in locis obſeſſis
arcendi ſunt ab illis: nam mulier natura ſexus
eſt mollis unde dicta eſt mulier à mollitie, eſtq;
leuis; & uaria regulariter mulier in opinio
ne, & mutabilis, Iuxta illud Poetæ.

Varium, & mutabile ſemper fœmina,

à fœmore dicta ſecundum Marcum Varonẽ;
& ad prædicta facit illud Catonis. Inſtruit inſi

dias

31 dias lachrymis dum fœmina plorat. ¶ Et si du
biū fueris deditionis alicuius loci obsessi, uel
obsidendi; mittendus est in eo aliquis prudens
Præfectus magnæ authoritatis cum literis sui
Ducis remittentibus illi loco uectigalia, &
quæcunque alia onera iam focorū, quàm fun-
ctionum fiscalium suadendo oratoria arte ob-
sessis, ut sint fideles Regi Domino suo: qui est
sibi breui missurus præsidium cum magna an
nonarum prouisione, sibi multa promittendo,
vt populus conseruetur in fide, & nè se dedat
hostibus diu noctuq; arte iactando sagittas af
fixas in tabulatis, & portis, ac turribus, & pro-
pugnaculis obsessorum directis ad amicos ob
sessorum indicantibus, neque eorum Duci qui
omninò decreuit illos depredari facere, & tru-
32 cidari. ¶ Mœnia, & propugnacula fortia sunt
boni ciues fideles, qui coronæ ciuitatum nun-
cupantur. l. r. & per Bald. ibi. C. de Corinthio
33 berito lib. xj. ¶ Si contigerit bellicis instru-
mentis in terra iactari muros locorum obses-
sorum, curare habēt obsessi omni cessante mo
ra donec ictus instrumentorum feriunt mœ-
nia, facere foueam, & intra obsessa loca si com
modè fieri poterit cum debitis remedijs op-
portunis, & dabitur tempus si fortes muri fue-
rint; si autem ipsis instrumentis opponantur il
licò animosi milites fortes, bellaces, & auda-
ces armati qui se opponant rupturæ murorū,
& ita armis tutabuntur loca obsessa. Et pote-
rint etiam prouidere rupturæ murorum cum
uasis terra plenis, & alia apta materia etiam li-
gnorum, & uiminibus, & fascibus. Ita quòd
erunt impedimento hostibus quòd ingredi nō
poterint locum obsessum, illum tuentibus suis
armatis militibus. Et si foueam fieri commo-
dè potuerit inuitis hostibus, non minus fiat tri
ginta brachiorum in latitudine, & duodecim
in fundo: & terra de fouea cauata iactetur uer
sus, & intus, & penès innctū locū obsessū: & ita
ibi fiet fortissima munitio pro obsessis, & obsi
dentium tolletur audatia ēt deiecto muro; &
ex materia locorū dirutorū fiāt propugnacula
locis obsessis secundū regulas militię, & ipsius
exercitij quæ parapecta, & defensoria nūcupā
tur pro defensione locorū obsessorum oī semo
ta mora, & cessante inertia prudētum obsesso-
rū: & si secus factū fuerit illicò punietur eorū
34 ignauia. ¶ Extollendi sunt laudibus maximis
Iusti Principes qui æquam iustitiam ministrāt
populis suis sine ullo personarum discrimine;
& populos suos laudabiliter seruant in fide, &
pace cap. Regum 23. quest. quin. Et ipsi Princi
pes tenentur etiam æquè, & politicè uiuere se-
cundum leges suas cap. Iustum distin. nona.
35 ¶ Et Regula illa, in quibus non est iustitia sunt
latrocinia: habere principatū, & aliis præcipe-
re est res diuina: Quia est DEVS ille qui dat
Reges populis bonos, & malos secundum Po-
36 pulorum merita, & demerita. ¶ Rex in terris
est DEI Vicarius, & dicitur habere nomen
diuinū in Regno quia est in terra ut DEVS
in cœlo cap. 1. & per Doctor. ibi in titu. quæ
37 sint regalia. ¶ Bonis populis bonos Reges con
cedit Omnipotens DEVS, & malis popu-
lis malos Reges ut illos regant secundum eo-
rum merita, & demerita. Nā uēdicat DEVS
inimicos cum inimicis suis ut inquit Prophe-
ta. Et cum populus noluerit audire uocem Sa
muelis Prophetæ erga ipsū dixit, Populus iste
infidelis non Regem sed Tyrannum habere
mœretur; & alia uoce inquit Dominus, Dabo
eis Regem in fauorem, & quandoque dat in fu
rore cum sint rebelles, & infidi præscisi ab om
ni gratia, & corpore, ac iustitia Regis, & Rei-
publicæ cap. sicut pri. quæst. pri. & dixit Iob.
33. cap. Propter peccatum populi DEVS
facit regnare malum Regem, & de bono Rege
habetur in cap. Quorumdam 84. distin. uerba
hæc uidelicet erga subiectos nostros, tales exi-
stere debemus quales nos si subiecti fuissemus
nostros uelemus esse propositos ca. Beatus 45.
distin. & cap. Obligant 23. quæst. 7. Et sic Re-
ges benè cogitare habent, & facere illi qui ue-
rè sunt Reges, & abhorreat nomē Tyrannorū:
& hodie terra patitur aratrum propter obli-
uionem nominis DEI. l. Si usufructus ff. quē
admod. usufruc. amit. & priuantur propria pa
tria populi, & ad alia loca transferuntur l. Cer
ta forma C. de iure fisci; & sæpe serui fiunt &
captiuantur per uim populi illi qui DEI. sūt
38 rebelles. ¶ Quæro de Rege qui monachare uo
luit, & ingressus fuit religionem an desinat esse
Rex, & perdat regnum. Dic breuiter quòd sic:
quia regnum non transit ad monasterium glo.
39 est in cap. Scripsit. xxvij. quęst. secun. ¶ Quæro
de illis qui capti sunt in bello an serui fiant, di-
xi aliàs de hoc in articulo. Dic illos qui capiun
tur in bello iusto, seruos fieri capientium, &
non dici à seruiendo ut alij serui qui emuntur,
& seruiunt, sed à seruando quia seruantur, &
occiduntur l. penultim. in fin. ff. ad leg. Iul. ma-
iest. & in §. 1. institut. de iur person. & And. de
40 Iser. in ca. fin. da cau. qui cur. ued. ¶ Et illi pro.
ciuibus sunt accipiendi, & nobilitandi qui ful
gent uirtute: & legimus per Marium multos
externos milites fuisse factos Romanos ciues
propter eorum uirtutem contra leges Roma-
nas; & cum hoc fuisset sibi obiectum in Trium
pho illis obstare romanum statutum, respōdit
Marius tale statutum non audiuisse ob maxi-
mum strepitum armorum in bello Cymbri-
co factum, & se tamquàm Romanorum Du
em, & Dictatorem nobilitasse uirtutem il-
lorum qui Romano Imperio non ficto Marte
acreuerunt honorem, & gloriam æthernam.

41 ¶Et summis sunt extollendi laudibus populi illi qui sua uirtute fidẽ seruant Dominis suis, se, patriam, filios, parentes, uxores, & bona gloriosè tutantur exemplo Pitiglianorum, qui dũ forent à Pœnis obsessi, madefactis coreis sole, & igne siccatis cum foleis arborum, & omni genere animalium undecim mensibus uitam trahentes, filiis, & parẽtibus eiectis ob obsidionem gloriosè tolerarunt, & candidam fidem Romanis seruarunt: & Casilini obsidente Annibale tantam fuerunt inopiam perpessi quòd mus unus uenditus fuit centum dinariis ex quo emptor uixit, & uenditor post fame periit; & fidem laudabiliter seruarũt Romanis; & illis occursum fuit per Romanos nucibus sparsis cum glandibus in flumen uulturni; & ad ipsos Casilinos missis pro uictu inuito Pœnorum Duce Annibale: & populi multi honoris cupidi tam in campis apertis, quàm in obsidionibus omnia mala pacienter ferre tenẽtur pro fide, & gloria suæ uirtutis, & constantiæ.

42 ¶In obsidione Iudeæ facta per Titũ Vespasianum Imperatorem, mater quædam proprium filium ob inediam comedit, & inde se doluit alios non peperisse ut cum illis pascere posset in dicta obsidione; cum omne animal rodent dentes famelicorum obsessorum, ut honor ipsorum conseruetur & uirtus.

43 ¶Et cum cederentur liberi; & uxores Egynensium obsessorum à uiatoris, peroptarunt Egynenses magis spectare supplitium pignorum suorum, quàm deficere in fide Romanis.

44 ¶Et incautus Rex Perseus Macedonum ob filios captos per Romanos proditione Anthisonis Persei familiaris, qui dictos filios prodidit, spontè se in Romanorum deditionem dedit cũ euadere ipse potuisset: & ab Aemilio ductus
45 fuit ad vrbem cum filiis in triumpo. ¶Casilini, & Egynẽses, & quàm plures alii populi fuerunt fideles Romanis qui Gentiles fuerant, & mortales; putando nullam maiorem esse infamiam quàm perdere Fidem, & uocari infideles sine fide cap. Hæc est 24. quæst. 1. cap. Noli. 33. quæst. 1. l. 1. ff. constit. pecun. cap. Dominus
46 33. quæst. 2. ¶Catholici uerò populi prædictorum exemplo qui fideles fuerunt Romanis, fideles esse debent Regibus suis, & in aliquo non deuiare à fide sua si nomẽ fidelium retine
47 re intendunt. ¶Regula tamẽ est, quòd illis qui nobis seruant fidem, & nos illis immaculatam seruare tenemur, ut decet: si erga nos fuerint infidi esse possumus ut inferius latius dicam in lib. de fide seruanda, Iuxta illud,

Frangenti fidem, fides frangatur eidem,

& per glo. in cap. Noli, & in cap. Dominus 33. quæst. 2.

SVMMARIVM.

1 *SEcreta cõcordia cũ ciuibus, et largis promissionibus, ac auri largitionibus, nec non proditionibus loca obsessa sine pugna habentur.*

De Fabritio Romano Dictatore qui noluit Pyrrhum ueneno necare.

2 *Ciuitates fame obsessæ facilè capiũtur ut de Florentia tempore nostro contigit.*

3 *Loca obsessa facilius sine bello capiuntur dando uastum in agris, & seminibus ut fecit M. Fabius in agris Campanorum, Anthigonus in agris Atheniensium, & Martius Coriolanus in agris Plebeorum Romæ.*

4 *Damnum alicui datum per exercitum, debet per commune emendari.*

5 *Suspitio proditionis in locis obsessis gigni potest mittendo literas, aut munera ut Dux Cleonimus Aticus contra Troezonos fecit, qua arte urbem Cratheram emit.*

Dionysius ficta pace alimonia ab hostibus pro exercitu suo habuit, & post illos ob carentiam uictus ditioni suæ submisit.

6 *Cornelius Ruffinus quomodo Corthonam suo astu nudatam præsidio diotioni Romanæ subegit.*

7 *Alexander Magnus quo astu usus fuerit in occupando Leucadiam sine pugna. Et Clearcus Lacedæmonius Tracenses, Papirius Cursor Tarẽtum, M. Marcellus Syracusas, Scipio Aphricanus loca multa hostium, Alcibiades in Siciliam Cathaniam, & Marcus Antonius Muthinam.*

8 *Captiuis reconciliatis restitutis quandoque loca obsessa sine pugna habentur.*

9 *Villæ, & Oppida quæ defendi non possunt dirui debent, & aquæ fontium corrumpi, & stramina comburi nè diù possint hostes loca obsidere.*

10 *Principum cura esse debet nè per hostes alimenta, & munimenta tollantur, & bella fieri remota à finibus suis, & uicinorum amicorum. & num. 11. & 12.*

13 *Longobriti quomodo à Metello obsessi, & per Sertorium liberati.*

Aquæ penuria, loca obsessa occupari possunt. & num. 14. & 15.

16 *Loca obsessa frigore oppressa facilè capiuntur.*

17 *Populi quandoque se tradi debent uictoribus nè ulterius damnum paciantur.*

Scipio uictor in Hispania, Bethica, & Aphrica spontè multas ciuitates antiquas sub Romana ditione habuit.

18 *Fõtes custodiendi sunt nè ab hostibus ueneno corrumpantur.*

19 *Aquæ fluminis apud quem hostes castramentati sunt, qua arte deuastari debeant, ut ipsi*

Lædi,

lædi, & superari possint.

Philippus quo astu urbem Samniorũ sine suorum sanguine habuit, & Annibal Tarentum occupauit.

10 *De Padua per Venetos sine pugna recuperatione, & eius obsidione, ac liberatione.*

11 *Obsessa loca quæ à Dominis suis succurri non possunt facilè arte sine pugna capiuntur.*

12 *Hostium patria obsidi debet ut loca per eos obsessa derelinquant.*

13 *De expeditione Rauennę crudelissima à Gallis obsessa, & expugnata, & à Rauennatibus tutata.*

Ossibus Theutonorum interfectorum Massiliti uineas suas pallificauerunt.

14 *Facta Prælatorum Imperator iudicare nõ potest.*

Imperator subest Ecclesiæ Dei.

Imperium à Papa dependet.

Imperator filius Dei, & Ecclesiæ dicitur.

Imperator iura Pontificia usurpare non potest.

Nec Papa iura Imperatoria, nisi in quantum canones, & iura permittunt Ecclesiæ.

15 *Imperator ad fidem conseruandam concilio interesse potest.*

Imperator tenetur inclinare caput Pontificibus.

Imperator Papæ iurare tenetur fidelitatem; et bona Ecclesiæ, catholicamq; fidem, ac religionem, Rempublicam quoq; christianam pro posse tueri.

16 *Imperator ex quibus causis possit à Papa deponi.*

Papa hæreticus nisi se purgauerit potest per concilium legitimè congregatum deponi.

17 *Pater an succedat in feudalibus filio.*

Pater potest feudum nouum alienare absque consensu filii, dummodo Regius assensus interueniat.

QVALITER LOCA OBSESSA haberi possunt sine pugna.

Obsessa quæcunque loca arte, & ingenio etiam sine pugna acquiri possunt si uictor uidelicet in cãpis fuerit exercitus. Item tractando secretam concordiam cum ciuibus, & oppidanis utendo munificentia erga ipsos cum largis promissionibus, iuxta illud. Policitis diues quilibet esse potest, ut effectus sequatur sine pugna: qua de re quorumdam infamia fuit, & perpetua nota nullo æuo delenda, qui auro corupti proditores extiterunt; & fortissimas urbes, turres, castra, & arces munitissimas & inexpugnabiles auaritiæ cæcitatẽ munificẽtissimo hosti proditoriè, & sine pudore tradiderũt; decantãtes carmina illa Ouidii.

Munera crede mihi placãt homines, Deosquè,
Placatur donis Iuppiter ipse datis.
& illud.
Heu nescis numos sanguinem esse primum.

Quod probis uiris uera uirtute, & fide fulgentibus diuina rectis ratione, & fortitudine contingere non potest, exemplo Fabritii Romani Dictatoris qui Pyrrhum Regem, & Romanorum hostẽ potuit ueneno necare hoc sibi oblato per medicum Pyrrhi, quod facere noluit Fabritius, cerciorato de hoc Senatu Populoque Romano: qui scripsit Pyrrho ut cauere deberet de ueneno, tacito nomine sui medici. Et Pyrrhus de uirtute Fabritii dixit facilius sibi fore solem à suo cursu peruertere quàm Fabritium ab honestate: cui pondus auri dono misit, ut sibi foret amicus, quod Fabritius acceptare noluit, inquiens, Si amicus eris tu Senatui, Populoq; Romano, ero & ego tibi amicus; & respuendo donum dixit, Romanos malè aurum habẽtibus imperare quàm illum ha
2 bere, ut aliàs dixi. ¶ Regula disciplinæ militaris est primò tentandi omnes uias, & artes antequàm ad obsidionum expensas, & ad bellum perueniatur, cuius sæpe dubius est & periculosus euentus. Nam hoste intrinseco famis obsidione longa præmente obsessa loca, & exercitus superantur sine pugna, ut de Florentia obsessa tempore nostro contingit astu, & uirtute incliti Principis Orangis Regis exercitus Imperialis: qui obsessam Florentiam tenuit arte, & illam post multa bella ad deuotionem deduxit: & ipse Princeps Dux Orangis in ipso bello vulneratus in acie cũ uictoria perijt gloriosè in armis ut in Hispania contingit Scipia
3 dibus. ¶ Item dando uastum in agris, & seminibus, atque satis loca obsessa capiuntur facilius sine bello ut fecit M. Fabius in agris Campanorum, & idem fecit Anthigonus in agris Atheniẽsium & hac de causa habuit Athenas; & Martius Coriolanus in agris Plebeorũ Romæ à quibus fuerat iniuriatus saluis possessionibus Senatorum, uel se retinere à uasto possessionum, & bonorum quorumdam ex primatibus existentibus in locis obsessis, & illorum regentibus rempublicam, ut generetur suspitio populi obsessi contra ipsos, exemplo Callidi Pœnorum Ducis Annibalis, qui omnium prædia ruralia, & urbana uastauit; exceptis prędiis Quin. Fabii Maximi tunc Rempublicam regẽtis, ut haberetur ab aliis suspectu a proditionis.
4 ¶ Quæro de damno dato alicuius per exercitum an debeat emendari per commune. Dic q sic per not. per Bartol. in l. De usu in fin. ff. de uar. & extraordi. cognit.
5 ¶ Poterit ẽt gigni suspitio proditionis in locis

obsessis sæpe mittendo literas, aut munera ad aliquem uirum prudentem exercitus, uel luci obsessi vt fecit Cleomenes Athicus cõtra Troczonos,qui magno præsidio urbem Cratheriũ tenebant arte emisit arma in urbem super qua erant literæ certiorãtes ciues quòd ipse uenerat pro salute reipublicæ Cratheriensium: & captiuos benè ab eo uisos, & præmiatos liberauit; qui in populo multa bona dixere de Athico Duce: & arte tali seditionem in populo posuit quòd ciuitatem habuit sine pugna; aut mittendo aliquem expertum & sapientem uirum exercitus ad loquendum cum primatibus obsessorum ut illi redderẽtur aliis sub spẽ Romanorum exemplo contra Annibalem qui tali arte usi fuerunt; uel fictè scribendo ut aliàs dixi literas sagittis alligatas & arcu inde iactas in obsesso loco directas proceribus illorum primatibus indicando sibi proditionem,& facilis erit uulgaris crudelitas cum tractetur de eorum incommodo & damno, & orietur suspitio cum discordia & tumultu maximo populi; uel cum obsessis improbè simulata treuga,aut pace, aut hostium alimenta arte tollantur pro exercitu quibus post obsessi carentes capientur facilimè, exemplo Dionysij qui ficta pace alimoniam ab hostibus pro exercitu suo habuit, & post illos obsedit,& inuasit,& ditioni suæ submisit ob carentiam uictus. ¶ Et timens Metellus Sertorii uirtutem
6 proclamare publicè fecit contra regulas militiæ centum talenta dari illi qui occiderit Sertorium, & ultra etiam tantam terram quantùm duo millia bouum paria possent uno die laborare. Cornelius Ruffinus consul corupto captiuo Crothonense illum liberauit, & ad Crothonam urbem accessit nuntiando ipsi Consulem dixisse, & Crothonenses licentiarunt præsidium suum quod tenebant, & inde Consul oppressit Crothonam nudatam præsidio, & illam in ditione Romana habuit.

7 ¶ Et Alexander Magnus Leucadiam urbem munitissimam habuit arte priuatam alimonia suorum concursu oppidanorum, & arte tali corupto furto,pluuia, dolo Falaris Agrigentini in Sicilia hostes aggressus habuit in ditione sua propter pecuniam. Clearcus Lacedæmonius captiuum occidere fecit, & illum minutim diuidere inter milites audito quòd Tracenses omnia eorum bona pro uictu portauerant in montibus altis: & hoc intellecto per Thracenses se ditioni dederunt Clearci nè aliquid crudele faceret. Papirius Cursor corupto Millone Tarenti Custode, ciuitatem Tarentinorum habuit sine sanguine. Et Marc. Marcellus occupauit Syracusas corrupto Sosistrato Syracusano Capite custodiæ, dato sibi ordine in die festo quo intenti erant populi crapulæ. Scipio Aphricanus arte spoliauit hostium loca multa præsidio suo, & arte tali decepit callidum pœnum Annibalem. Et Alcibiades in Sicilia arte Cathaniam præsidio destitutam opera dicti Ducis Atthici cœpit, nam per uiam dolo insimul consuluerant Cathanenses aggredi Syracusas cum sua gente Cathanensium, Obsessa Mutina à Marco Antonio Irci Consulis,& Bruti amica sale indigente quod misit Ircius obsessis per aquam fluminis Sanitorni in apta materia: & animalia quædam per fluuii cursum misit in urbem prædictam, & ita suis occurrit inscio hoste. Casilini probè uitarunt obsidionem Annibalis, & certo loco seminarunt frumẽtum ubi oppiddè natum fuit, adeò quòd pro toto anno habuerunt uictum hoste inuito: qui nè herbam haberent arare fecit usque ad mænia ciuitatis Casilinorum.

8 ¶ Possunt & capi munitissima & fortia loca obsessa, captiuis illorum dimissis ad ipsa benè reconciliatis,trahendo sagittas ut aliàs dixi cũ literis alligatas in obsesso loco, in quibus sint scripta aliqua sibi placita, ut fecit Cleomenes Athicus qui arte tali iã orta seditione inter obsessos captiuis restitutis incitantibus illã, amoto exercitu oppidum Chraterium fuit potitus.

9 ¶ Et nè diu possint hostes morari in campis deficiente illis comeatu; uille, & oppida quæ defendi non possunt diruantur, & aquæ fontium corumpantur, & concrementur strami-
10 na, ut aliàs dixi. ¶ Et est anxiè curandum nè per hostes munimenta, & alimenta tollantur amicis; sed illa probè & tutò custodiantur: & bella gerenda sunt magis in hostium regionibus quàm amicorum nostrorum territorio ut aliàs dixi; & in agris uicinorum potius quàm nostrorum, Et omni semota mora, postposito odio curandum est bella omnino fieri remota à finibus nostris & uicinorum: quia esse posset excidium nostrum si tolleraretur damnum fieri amicis, & uicinis nostris, & non fugarentur
11 hostes à longe. ¶ Prouerbium.n.est antiquũ, si uicinus habet in domo sua incendium, uicinum suum debere illicò aquam portare nè domus nicini incendatur, & ignis crescat cum damno & incendio ædificiorum uicinorum: & 5
qui habet malum uicinum habet malum matutinum. Octa. August. longè ab urbe duxit exercitum cum classe nè bellum fieret in patria; & M. Antonium,& Cleopatram superauit in Aegypto, & ibi Attilium primumgenitum Antonij ex Fuluia uxore occidit, & illius iugulauit præceptorem Theodorũ,quia iuuenis morientis prætio sum lapidem furto subtraxerat; Cæsarione ex Iulio Cæsare,& Cleopatra orto p Augustũ ibidem interfecto: qui cũ auro,argento, & thesauris iuerat ad Indos, & ex cã Rodonis sui pceptoris recesserat, aliis Cleopatræ filijs

in

12 in carceribus retentis. ¶ Et longe à patria cœpit Alexandriam, & populo pepercit Alexandrino ob amorē uirtutis Alexandri Magni iā defuncti illius constructoris, & amore Arii Philosophi amici sui: cuius patria erat Alexandria.
13 ¶ Et cum Metellus pepercisset longobritos fore in maximum auxilium Sertorio, & illos tantùm habere unum puteum aquæ potabilis, & persæpe pati siccitate, decreuit illos obsidere, & suis sumptis expeditis militibus cum cibo quinque dierum ciuitatem Longobritorū obsedit: cui illicò occurrit Sertorius cum Salutifero remedio duorum millium utriorum aquæ potabilis, expulsis de ciuitate personis inutilibus pro bello ut aqua diutius duraret, donato argento portantibus pro sua mercede conuenta: quo audito per Metellum, & nè suis deficerent alimonia, & ibidem obsideretur ab utroque hoste misit Aquilium cum sex millibus militum suorum ad frumentandum: quibus Sertorius posuit insidias, & illos in reditu fugauit, occidit, & captiuauit; & solus euasit Aquilius sine equo: & turpiter tunc Metellus discessit ab obsidione Longobritorū impulsus à uirtute Sertorii. Deriuatione aquæ fluminis qua utebantur pro potu Hisanienses Publius Seruilius fuit urbem consecutus ob aquæ penuriam. Et arte tali Cæsar ciuitatem Caducensium in Gallia deriuauit fontes, & per sagittarios flumen impediuit populo. Et Metellus in Hispania citeriori lympha inundauit quamdā ciuitatem, & trucidauit populum. Alexander Magnus, & Semiramis deriuarūt Euphratem, & Babillonem occuparunt per siccum alueū. ¶ Poterint & loca obsessa occupari sine pugnà
14 ab obsidentibus expertis si ductum aquarū ruperint, uel aquam aliò deriuauerint, aut cotūperint hostibus insidiando: quia aqua obsessi utuntur pro uictu, exemplo Clisthenis Sicionis qui ductum aquarum rupit in Oppidum Criseorum insidiando obsessis, mox aquam restituit refectis tubis elleboro corruptam, qua usa per obsessos profluuio uētris oppidum habuit sine pugna.
15 ¶ Et tempore nostro occurrit exercitum gallorum obsidere Neapolim cōtra Imperialem, & Catholicam maiestatem: cuius astu Ducum aquæ fontium coruptæ fuerunt: & Gallis post ob potum aquæ coruptæ perierunt; & sine pugna & obsidione remanśit Neapolis.
16 ¶ Romani uirtus utebatur castris hibernalibus pro obsidione magis quàm pro pugna, & sanum erat ipsius consilium: quoniam obsessa loca frigore oppressa, & aliis carētia necessariis spōtè & sine pugna se submittebāt Romanis īpulsa ab intrinseco & extrinseco hoste.
17 ¶ Et uicto hostili exercitu, aut fugato; populi se tradūt psæpe uictoribus nè ulterius paciātur detrimentū ut de antiquis Romanis legitur, Nā Scipio uictor in Hispania, Bethica, & Aphrica spontè multas ciuitates antiquas habuit sub Romana ditione, ut fuit de Carthagine in Aphrica, de Thebis in Beotia, & de gadibus in Oceano antiquis urbibus olim Colonis Tyriorum, ut cantat Poeta.

Vrbs antiqua fuit Tyrij tenuere Coloni.

18 ¶ Et ubi est penuria aquarum extrahendum ex trahendarum ex fontibus, custodiendi sunt fontes nè ab hostibus corumpantur uenenosa, aut
19 morbosa materia. ¶ Et si castramentari contingerit hostes in aliquo forti loco apud flumina, & ut hostes recedant ab illo loco & aliò castra mententur ubi facilius lædi & superari ualeāt, proiciantur in aliquo loco superiori fluminis materiæ putridæ ut est guadum, & glastū cum rusum cum certa ellebori quantitate interpelatim ut aqua fiat amara & putrida, Ita quòd hostes, & equi sui bibere non possint; & hac de causa recedent à loco, quòd fieri facilè potest in canalibus, fontibus, & aquæductibus, pontibus, puteis, cisternis, & similibus foueis, & in fluminibus paruis. Expulso nanque Rege Philippo à ciuitate Samniorum, & corupto post per ipsum Appollonio dictæ urbis Præfecto, dato sibi ordine ut occuparet pontem cum curru lapidum magni ponderis: quo facto Philippus cum suis habuit urbem sine suorum sanguine. Et Annibal occupauit Tarentum corupto Eoneo Tarentino uenatore muneribus ferarum, quas postea donabat Liuio Romanorum Consuli, qui licentiam concedebat eundi extra urbem Tarenti de nocte ad uenandum, datis sibi sociis per Annibalem cū uestibus uenatorum; per quos fractis portis intrauit Tarentum, & Romanos hostes trucida-
20 uit. ¶ Contingit tempore nostro 1509. quòd Veneti sine pugna occuparunt Paduam ponte impedito cum porta curribus ferri aliàs arte Inclito Imperatori Maximiliano spontè & absque pugna restitutā: quam postea obsidens Maximilianus cum exercitu uariæ linguæ & nationis; & uidens illam esse benè defensam ab Italica experta gēte rectà à Sene prudente Duce comite Pithiliani de nobilissima orto Vrsinorum domo: qui militiam olim Fabij maximi prudenter exercebat cunctando, & non ponendo rumores ante salutem, Deum, & homines colens Imperator Maximilianus cognito suæ gentis periculo noluit Paduam generali bello expugnari, inquiens Optimus Imperator, Recedamus hinc cum Deo absque effusione humani sanguinis: Nam alia uice Paduam
21 suam habebit imperium sine pugna. ¶ Obsessa quippè loca quantūq; fortissima & munitissima haberi uario modo sine pugna possūt arte & ingenio prudentū militię Regū, & maximè

ſi eorum Domini fuerint adeo oppresſi quòd non poterint ſuccurrere locis ſuis obſesſis. ¶Et ſi hoſtilis exercitus cunctando noluerint conſerere manus, conſilium erit ut aliàs dixi ad cogendum illum ut certè uelit, nolit obſidẽtium copię ducantur ad obſidendum hoſtium patriam, aut aliquam aliam urbem, ſeu oppidum pergratum hoſtibus ipſis; qui aut permittent illam, uel illud, capi cum dedecore ſuo, uel ad certamen conſcendent nè imbelles uiderentur: ut dictum eſt ſuprà in alio loco. ¶Et de Sertorio contra Pompæum, & Pium Mettellum; pro ut contingit tempore noſtro de nobilisſima & antiqua patria mea Rauennæ pergrata Romano Pontifici à Gallis obſeſſa & pluriès expugnata & à ſuis Rauenatibus glorioſè tutata Duce nobilisſimo, & Excellente Domino Marco Antonio Columna: propterea Romanæ Eccleſiæ exercitus qui ad bellum tunc artè differebat in agris fori Cornelii deſcendit ad certamen nè uideretur imbellis; & expeditio cruentisſima ſecuta fuit inter flumina Tauri, & Irci in loco longo à Rauenna per milliare cum dimidio; & ultra fluuium Tauri qui uulgò nũcupatur aquæ ductus maior ſtrages fuit, & in ipſo quoque flumine quàm ex latere amnis ueruecis Irci pro ut uidi oculis propriis, & humano ſanguine terra pinguis tunc luxuriauit ut Troia de occiſorum ſanguine; & pro ut luxuriauit Maſilitorũ humus de ſãguine Theutonũ interfectorum à G. Mario Romano Conſule: de qua ſtrage firmat hiſtoria, Maſilitos ex osſibus mortuorũ pallificaſſe uineas ſuas. ¶Quæro modo ſi Imperator coronatus poteſt iudicare Prælatos Eccleſiæ. Cõcluſiuè dic quòd non cap. Si Imperator, & cap. In ſcripturis 96. diſtin. quia Imperator ſubeſt eccleſiæ DEI c. j. 10. diſtinc. & per totam dictam decimã diſt. & Imperium dependet à Papa iuditio & authoriate cap. Domino ſancto 50. diſtin. Et nihil eſt glorioſius, & honorificẽtius quàm quòd Imperator dicatur filius DEI, & Eccleſiæ ſuæ cap. Conſtantinus 96. diſtin. cap. Conuenior. 23. queſt. 8. Nec debet Imperator terrenus uſurpare iura pontificalia, Nec Papa iura, & gladium terreni Imperatoris niſi in quantùm canones & iura permittunt eccleſiæ cap. Cum ad uerum 96. diſt. ¶Quæro ſi Imperator põt adeſſe in Concilio generali eccleſiæ. Dic quòd ſic pro confirmatione fidei; & tenetur ex debito ſuo inclinare caput Pontificibus cap. Nôs. ad fidem 96. diſtinc. & iurare habet fidelitatem Domino Papæ, & bona eccleſiæ, catholicamque fidem, & religionem, & rempublicam chriſtianam pro poſſe tueri cap. Tibi Domino Ioanni Papæ. 63. diſtin. ¶Quæro modo ſi Imperator excõmunicari, & deponi posſit à Papa. Dic quòd ſic, uidelicet ſi hæreticus foret, & inutilis Imperio, uel rebellis eccleſiæ, & contra eccleſiam Catholicam, & Apoſtolicam. Dic concluſiuè quòd ſic cap. Alius. 15. quæſt. 6. & cap. Duo ſunt. 96. diſtint. Anaſtaſium Imperatorem excommunicauit Papa Gelagius, & Regem francorum depoſuit Papa Zacharias; & Regnum Galliarum tunc tradidit Regi Pipino patri Caroli Magni capitu. In apibus iuncta gloſſ. 6. quæſtio. pri. Et ſic ex cauſa maxima deponitur ut ſupra; Et pro hæreſi, & ipſius cauſa hæreſis ritè etiam deponitur Papa per Concilium Prælatorum catholicorum legitimè congregatum cap. Ad Apoſtolicæ extra de ſenten: & re iudic. & per glo. ibi in uerbo hæreſis, & cap. Si Papa quadrageſ. diſtin. Niſi ſe purgauerit infra annum: & ſimiliter poterit ſe purgare Imperator, niſi fuiſſet legitimè depoſitus trinis præcedentibus munitionibus cap. Excommunicamus, & cap. Contumatia; & per iura Specul. in titu. de ſenten. excommu.
27 uerſ. Nunc oſtendendum. ¶Quæro de occurrẽti caſu feudali, ſi pater in feudalibus ſuccedat filio ſuo ut in aliis bonis burgenſaticis, & non feudalibus. Dic concluſiuè quòd ſic, ſi fuerint bona feudi antiqui, ſecus ſi fuerint bona feudi noui per filium acquiſiti cum Regio aſſenſu habetur in Conſtitu. pri. Lottar. Imperator, ad Eugenium Papã; & ibi per Andr. de Iſer. Bal.
28 & Aluar. ¶Et e'conuerſo poteſt pater alienare feudum nouum per ipſum quæſitum abſque filii conſenſu cum Regio tamen aſſenſu, ſecus in antiquo feudo cap. 1. & per Doctor. ibi de aliẽ. feud. pater. & per Bal in cap. pri. de vaſſal. decrepitæ ætatis.

SVMMARIVM.

1 *Loca obſeſſa habitu mutato, et falſis hoſtiũ ueſtibus, armisq́, ac inſigniis capiuntur. & num. 2. 3. 4. 5. 9. & 11.*
Scipio Aphricanus quo dolo Deluinũ ſuperauit.
2 *Meſſeni ab Archadio qua arte capti.*
3 *Sertorius quomodo Syreſenorum ciuitatem cœpit, & fuit creatus Prætor Ciſalpinæ Galliæ.*
5 *Oppida obſeſſa à parte minus cuſtodita ſunt aggredienda ut ſit captura facilior. & num. 6.*
7 *Loca obſeſſa ſunt noctu diuq́, diligenter cuſtodienda nè furtim ocupentur.*
8 *Philippus quo aſtu Trinaſium cœpit.*
9 *Thebanus Pelopida quo dolo duo caſtra in uno actu occupauit; & Ariſtippus Lacedæmonius Lergentarios cępit.*
10 *De Cariæ urbis obſidione, ac eius occupatione per Cimoneum.*
12 *Obſidentes cauere debent nè decipiantur ab obſeſſis ſub ſpetie deditionis, exemplo Publij Licinii Proconſulis Romani, qui cruentiſſima ſui et ſuorum cæde in Aſia fuit inſecutus.*

13 *Duces exercituum inuigilare, & cauere debēt de malis futuris, & illis prouidere nè eis occurrat quod Aristonico accidit, qui uagabūdus pra gloria uictoria contra Crassum Lutium obtenta à Romanis obsesso in Stratagonia urbe se unà cum ciuitate ipsis se submisit. Ideò Casar non credebat dedititiis, nisi sibi primò traditis armis obsidibus. & num. 14.*

15 *Arma obsidibus sunt auferēda, exemplo Bergestis, Scipionis, & Annibalis.*

Multitudo quandoque est accipienda pro obsidibus de fortioribus, et consiliariis bostiū; ut uires, & consilia deficiant illis.

16 *Celeritas quantùm profuit Casari, Catoniq́, ac Tito Q. Consuli tam in accelerando itinera quàm urbes capiendo.*

17 *Bellum quandoque de uno loco ad alium remouendum est, ut bostes exercitum suum remouere cogantur, exemplo Scipionis, & Annibalis qui pluriès boc arte fecerunt.*

Ducis prouidi est castra sua non deserere ob cupiditatem loca aliena capiendi.

18 *Archimetria, & Geometria militaris Ducibus exercituum quantùm sit pernecessaria.*

Archimetria unde dicta, & orta. & de inuētionibus Archimedis Syracusani & morte.

19 *Turribus ligneis quomodo ciuitates expugnari possunt.*

Troia qualiter ter capta fuit equorum ministerio.

20 *Montibus manuali opera factis obsiduntur urbes & capiuntur. & num. 22.*

Duces misericordia uti debent erga populos captos, si Deū ipsi intendūt propitiū babere.

21 *Proditores, Ducum prudentia, sunt à proditione remouendi, exemplo M. Marcelli.*

23 *Ciuitatum muri quomodo offendi, & defendi debeant.*

24 *Demetrii filii Antbigoni Macedonum Regis in machinis bellicis, & nauibus construendis uirtus.*

25 *Loca capta etiam bybernali tempore recuperari possunt, exemplo multorum Imperatorum. & num. 26. & 27.*

28 *Alesia Gallia urbs qua simulatione à Casare obsessa, & capta.*

29 *Osiastris castrum saxorum fortissimū, quomodo ab Alexandro Magno babitum.*

30 *Lucullus qua arte cœpit Amasiam fugato Galimaco, & de igne in ea accenso quomodo extincto, & de ipsius readificatione, & populi reconciliatione.*

31 *Consilium quo uti debent pugnaturi propè littus, aut flumina.*

32 *Scorpionum, & sagittarum qui fuerint inuentores, & quomodo fiant.*

33 *Masculi qui tulpati nuncupantur quomodo fiant, & ad quid utantur, ac unde dicti sunt.*

Machina qua cuniculi appellantur quare sic dicta.

34 *Cloacis magnis Pyrrbus Rex Epyrotarum Arginam cœpit ubi ipse mortuus remansit.*

Turribus etiam ambulatoriis urbes expugnari possunt qua uariis modis fiunt, & loca debellantur. num. 35.

36 *Milites primò muros ciuitatum bostium ascendentes ab antiquis laurea coronabantur corona, & de mirabili inditio Scipionis. num. 47. & 80.*

37 *Vrbes bostium aggredi quo tempore utilius sit.*

38 *Dissentiones inter ciues sunt causa destructionum ciuitatum. & num. 39.*

Irruptiones improuisa quomodo euitanda, & quo tempore fieri debeāt. et num. 41. 45. et 64.

42 *Campani quomodo à M. Fabio obsessi.*

43 *Camillus quomodo Sutri ciuitatem ab obsidione liberauit.*

44 *Insidia facilè credenda sunt in locis silentis obsessis.*

45 *Via sunt intercidēnda locorum magni ambitus obsessorum nè irruptiones sequantur.*

46 *Ampla uia curfienda in obsidentium castris.*

48 *Duces exercituum liberalitate uti debent, & bostibus semper insidiari, ac eorum munitionibus, & annonis; ut illis inimici indigeant, & sine ferro facilius uincantur.*

49 *Aqua locorum obsessorum quomodo tollantur. & num. 51. & 54.*

50 *De machinariis turribus adaptandis nauium materia.*

52 *Corumpēs aquam, uel aerem, aut fistulas, lacus, seu fontium absq; superioris Imperio, ipsius superioris arbitrio punitur.*

53 *Loca etiam fortissima aqua, & arte suffocari possunt.*

54 *Lignis, & terra loca obsessa quandoque possunt superari.*

55 *Vrbes circūdata fluminibus quomodo capiūtur.*

56 *De scallis, & aliis machinis, et instrumentis bellicis in obsidionibus utendis. De foueisq́, faciendis, ac incendiario igne. & num. 57. & 81.*

57 *Xerses Persarum Rex, fouea magna arte fabricata Cyrum Lydia Prafectum sibi insidiantem superauit.*

Idem Xerses per annos lxii. in Persia, & Gretia regnauit, & anno atatis sua xciiij. periit.

58 *De obsidione urbis Lauruniorum per Sertoriū, & eius concrematione prasente Pompaeo nō audente illam defendere, & timente suorum ruinam.*

59 *Locus parua militum copia defensus quomodo oppugnari debeat.*

Alexander magnus cum fuerit erga milites munificentissimus sibi athernum nomen comparauit.

60 Clamore,

60 *Clamore, ac tumultu obsessi loci tolluntur præsidia. & num. 61. 62. 63. 66. & 75.*

61 *Roma tempore Clementis Septimi 1523. per hostes simulato ingressu capta, & deprædata fuit.*

65 *Obsessis per uim captis an sit miserendum.*

66 *Prælium est differendum cum dubitatur de seditione, uel tumultu in loco obsesso.*

Scipio Aphricanus à qua parte Carthaginē fuit aggressus & fecit insultum; & Fabius Maximus Aprum cœpit.

Lutius Cornelius qua arte multas in Sardinia ciuitates occupauit.

Pericles, & Alcibiades Duces Athēniēsi, stratagemate plures ciuitates cœpit.

67 *Loca obsessa non facilè per Duces obsidentiū ingredi debent, nisi prius nota sit certa uictoria, nè ab obsessis decipiantur exemplo Regis Agislai, & Annibalis.*

68 *De Crasso proditoriè perducto in hostium uires per Andromacum, & eius defensione per suos.*

Lucullus qua arte ab hostibus occisus ante Heracleam.

Philippus Rex urbem quādam in parte nudatam præsidio occupauit.

Pericles Dux Atheniensium quo astu castellū tùm in Poloponesso obtinuit.

Antiocus quomodo occupauit Ephasum. Et Cato Lacentanarios oppressit, & Annibal Saguntam, & Hymeram, & Viriatus hostes suos cedit.

69 *Tarentini obsessi qua arte obsidentes occiderunt.*

70 *Pompæus bonis uerbis, & latis promissionibus ab Asculanis deceptus fuit, & in Dyrachio Cæsaris actu & arte apud Nolam Marcellus decepit Annibalem.*

71 *Pugna differenda est quando speratur de uictoria sine pugna.*

Consilium optimum in re militari ut unum pro alio, & ficta pro ueris dicantur.

72 *Hostes etiam dolo sunt decipiendi mittendo literas ligatas sagittis arcu iactis in locis obsessis, falsas seditiones, & similia nuntiando.*

Eumenes qua arte captus, & ab Anthigono iugulatus.

73 *Proditionibus quibusdam placent, et non proditores qui sunt omnibus odiosi, & ab eis cauendum est. & num. 74.*

Proditoribus non est credendum nisi cum tuta cautione, & pignore tuto.

74 *De Alexandro Magno qui noluit credere literis matris suæ nè medicinam sibi ordinatam à Phylippo medico suo acciperet quòd erat ueneno præparatam: quoniam sciebat hoc euenisse ab emulo ipsius Philippi.*

Fides à prudentibus præstanda non est narratis per inuidos.

Alexander Magnus cuius fuerit filius.

Romulus, & Remus à quibus orti.

75 *Populi inertes, & in expertí uiolenter inuasi, & obsessi facilimè capiuntur.*

76 *Audatia quantùm proficua sit in urbium defensione.*

77 *Obsideri non debent loca quibus in horis & per dies à suis succurri possunt.*

Celeritas sæpe prodest in capiendo loca obsessa.

Impedimenta nociua obsessis, & obsidentibus tollenda sunt.

78 *Populi bella, & obsidiones fugientes sunt ab amicis humaniter recipiendi, & illis est piè succurrendum exemplo Trigenorum qui Athenienses receperunt.*

79 *Comburenda sunt stramina, & ædifitia, ac alia id genus ut hostium tollatur bellandi cōmoditas.*

80 *Mortui in bello uiuere pro gloria præsumuntur.*

81 *Muri ciuitatum, & aquæ fouearum qua arte ab obsidentibus mensurari possunt.*

82 *Horologium à quo primò demonstratum.*

83 *Vrbes quomodo nimia aqua capiantur.*

84 *Auro etiam capi possunt, & ferro quandoque liberari.*

Melius est in libertate mori quàm cum uerecundia in perpetuam seruitutem uiuere.

Cæsar quomodo pro libertate à Bruto, & aliis coniuratis occisus; & de signis quæ ante eius mortem apparuerunt.

85 *Obsessi cauere debent à simulata hostium fuga, ac eorum insidiis fictis, signis, & aliis modis factis.*

86. *Ciuitas quid sit, & quid castrum, uilla, Oppidū, Prouintia, terra, districtus, Territoriū, Diocesis, et Patria: & quomodo constituatur ciuitas, & quid differat à patria. & num. 88. 89. 90. et 91.*

87 *Edictum de noui operis nunciatione habet locum in ciuitate, & castro, & extra ciuitatem, & extra castrum.*

Ciuitas quasi ciuium unitas appellatur.

88. *Oppidum unde dictum.*

Villa non uenit oppidi appellatione.

Ciuitas quælibet debet habere Episcopum.

92 *Ciuitates decem faciunt Regnum.*

Romandiolæ præses quare vice Rex dici possit.

Rauenna Authoris patria.

Præses Rauennæ an sit Exarchatus gubernator.

Exarchatus Rauennæ quousq; se extēdat, et quas ciuitates contineat.

De donatione Iurisdictionis in temporalibus, & spiritualibus facta ab Imperatoribus Archiepiscopo Rauennati, & priuilegiis suis.

93 *Ecclesia subest Domino temporali quantùm ad tēporalia, & feudalia tantùm.*

94 *Vassallus Ecclesiæ an sit de ipsius foro ita ut in alio foro conueniri non possit.*

95 *Ecclesia an possit alienare rem suam feudum datam.*
96 *Ecclesia est cultrix Iustitiæ, ne patitur aliquid fieri contra iustitiam.*
97 *Ecclesia Romana an possit ab Imperatore aliquam Prouintiam eximere.*
Imperium à Romana ecclesia dependet.

DE MODO EXPVGNANDI *Vrbes, Turres, & Arces obsessas.*

1 VAriis Antiquorum legitur libris,
Annibalem celeri impetu, omni
postposita mora deceptis obses-
sis Romanorum habitu munitissi-
mas ciuitates cœpisse, exemplo Ce
rebi de quo cãiat Poeta in extrema nocte Tro
ianæ captiuitatis post mortẽ Androgei dicẽtis.

Mutemus clipeos danaumq́, insignia nobis,
Aptemus dolus, an uirtus quis ĩ hoste requiret:

& Maximus Aphricanus Scipio intellecta dif-
ficultate expugnandi Delninum defensum om
nium concursu oppidorum suorum, alia oppi-
da ingredi cœpit, & uocatis per oppidanos Del
uinensibus pro eorum præsidio, singulis datis
auxiliis, Deluinum post diminutum uiribus oc
cupauit; & alias quàm plures ciuitates, & oppi-
da fortissima & ualdè munita arte per ipsum nu
datis præsidiis, & propugnaculis superauit.
2 ¶Custodienda sunt territoria quantùm fuerit
possibile locorum obsessorum, & seu obsiden-
dorum: & si loca prædicta fuerint incustodita,
hostes illis nocere poterint, & ab illa parte ue-
nire qua facilius ualeant obsidere, illa tenendo
& obsidendo in ipsis uigilantissimas custodias
ut hostiles uitentur insidiæ. Et Messeni ab Ar-
chadibus capti fuerunt sub ficto stratagemate
suis indutis armis similibus hostium sub ficto
præsidio confœderatorum uenturo Messenis:
qui cœsi posteà fuerunt. Epaminundas Theba-
nus audito qualiter extra ciuitatem multæ mu
lieres accedebant uagantes, suos induit mulie
bri ueste, & in nocte in societate dictarum mu-
3 lierum ingressi sunt urbem, & illam occupa-
runt arte tali suis introductis in ea. ¶Victis per
Q. Sertorium coniuratis Cathalonis urbis unà
cum Syresenis sibi pro suffragio missis à Syrese
no populo pariter coniuratis ur Romanos oc-
ciderent in ciuitate Cathaloniæ ibi tunc hiemã
tes post bellum Cymbricum, & Theutonicum;
dicto Sertorio militum Tribuno Didi Præto-
ris existente in Hyberia, omnibus occisis in di-
cta ciuitate, qui arma ferre potuerant receptis
uexillis & armis Sytesenorum; & illicò cũ suis
militibus dictis uestibus indutis accessit ad di-
ctam urbem Syresenorum & populum dictę ci
uitatis cępit, & captiuauit parte illius cęsa, & re
4 liquis uenundatis. ¶Et in vrbe reuersus Sertor
rius creatus fuit Quæstor Galliæ Cisalpinæ, &
diligenti cura Marsos oppressit tunc Romano
rum hostes, & se peregregiè exercuit assiduò in
armis ita quòd ut Annibal in exercitiis, pericu
lisq́; militaribus perdidit oculum, & de hoc se
gloriabatur dicens alios relinquere domi insi-
gnia suæ uirtutis scilicèt arma, hastas, & moni-
lia; sed quòd ipse semper secum portabat signũ
suæ uirtutis in bello quæsitũ pro Romano po-
5 pulo. ¶Legimus pluriès quosdam ex Ducibus
Martis habentes exercitus suos uicinos misisse
illos ad deprædandum agros, & ad comburen-
dum uillas, & ædifitia hostium: & quandoque
proprii territorii sub falsis hostium uestibus, &
insigniis; & hac de causa hostes quandoq; ru
ptos fuisse inordinatos credentes illos esse sibi
amicos, & in ipsorum uenisse præsidium, Alci-
biadis, Transiboli, Pericletis, & Marii exemplo
contra Iugurtham & alios uarios populos. Nã
Scipio, & Fabius dolos Annibalis, & Pelesiorũ
arte superauit, & per fluxum maris uiam sibi fe
cit contra Carthaginem, Et Fabius à parte for-
tiori ubi minus hostes custodiebant Arpũ mu
nitissimum oppidum uersuti Annibalis acce-
6 pit. ¶Et pericles pontibus arte factis super fo-
uea munitissimi oppidi muros occupauit ab a-
lio latere pugnantibus oppidanis carẽtibus tũc
boardis puluere sulphureo & incendiario igne.
7 ¶Tuenda sunt & diligenter custodienda noctu
diuq́; loca obsessa nè furtim occupentur ab ho
ste carnali ut anima à spiritu maligno Nam il-
la possunt uariis insidiis occupari ab obsidenti
bus illa, nam exercentes militiam arte quando
que inuadunt illa, & illicò fugiunt, & depræ-
dant agros, & concremant uillas & stramina, &
inde fugam arripiunt & accelerant: ut obsessi
illos insequentur & incidant in insidias prius
præparatas ab obsidẽtibus cum ruina & captu
ra locorum obsessorũ. exemplo Annibalis qui
non ualens uidere mænia oppidi munitissimi
defensi præsidio magno finxit timere, & permi
sit tẽtoria sua ab oppidanis inuadi; & tali facta
præda reliqui audaces municipii exiuerunt lo
cum primò obsessum à callido Duce Pœnorũ,
& uallum ipsius Annibalis cœperunt extra ciui
tatem præ gloria lætantes: & ob talem uicto-
riam omnes ferè mulieres oppidi exiuerunt, &
callidus Pœnus Dux interim occupauit oppi-
dum celeri cursu, extra ipsum relictis oppida-
8 nis. ¶Non ualens Rex Philippus habere castrũ
Thrinasium, ante mænia fecit portare terram
in magna quantitate, & cauas facere; Oppidani
autem timentes periculum se ditioni Philippi
9 dederunt. ¶Thebanus Pelopida uolens capere
duo castra in uno actu non longè inter se distã
tia, & eo tempore quo cum suo exercitu obside
rat unum ex dictis castris, arte præcepit à longe
uenire

uenire ad ipsum quatuor equos coronatos ue-
nientes ab aliis ipsius exercitus cum lætitia ui-
ctoriæ nūtiantes palmam suam, ut fides maior
daretur per hostes, combusit nemus ut crede-
rent aliquam ciuitatem concrematam; & ultra
commisit quòd certi homines in forma capti-
uorum fugerent in castrum nunci antea talia af
firmantes, ita quòd obsessi pauitantes formidi-
ne se traderent obsidentibus. Aristippus Lace-
dæmonius Legentarios occupatos in festo Mi-
neruæ cępit cum suis indutis uestibus mechani
cis sub falso stratagemate quòd forent uaticani
grana portantes in urbe Legentariorum, & in-
de suis portas aperuerunt. Et idem fecit Rex At
ticus obsidens castrum fortissimum in Cappa-
dotia, uiso quòd nonnulli equi exiuerant castrū
pro frumento, occidit ductores equorum, et cū
equis frumento oneratis intrarunt castrum, &
inde suis patuere portas: & Thebani de nauibus
clam missis in vrbem millibus portum Sicio-
nis occuparunt cum ciuitate; Et arte simili Thi
marcus Etholius occiso Cermede Præfecto Re
gis Ptolomæi induit se ueste & pileo macedo-
nico, & repertus fuit inter portum Samniorum
sub falso nomine Præfecti, & portum occupa-
10 runt. ¶ Et ut ciuites vrbis Chariæ obsessæ à Ci-
moneo eairent ciuitatem nemus Dianæ incen-
dit; & dato signo ignis illicò Populus exiuit ci
uitatem ad extinguēdum ignem caterbatim cū
clamore, & tunc ciuitatem occupauit Cimo-
neus: & ut dixi uariæ sunt artes, & insidiæ nocen
di hostibus ut aucupentur pro ut aues ad uiscū,
& ad retia ut ceruos & leones, & alia animalia
fera; & pro ut animabus Diabolus uaria fraude
& dolo insidiatur. Ideò obsidētium, & obsesso-
rum Duces debent esse experti, cauti, & ocula-
ti, & diligentes ualde ualde: quoniam ludunt, &
certant de & super gloria, honore, Imperio ui-
11 ta, & morte sua, & suorum. ¶ Pro obsidentibus
regula est militiæ ut omnis ager prius occupe
tur locorum obsessorum, nè ipsis obsessis dari
possit auxilium: & ut dictum est non erit inuti
le, hostium interito exercitu, raptis insignibus,
signisquè, uestibus, & armis hostilibus induere
uictores; & illicò currere ad hostium loca, quia
repente capientur apertis fortè portis, creden
tes suos ad illa recedere in fuga celeri eorum
cognitis uestibus, insignis, & armis. Et si suorū
interritum sciuerint re opinata perterriti, & si-
ne cōsilio se ditioni tradent uictoris exercitus.
12 ¶ Et si assensus fuerit oblatus pro deditione, ca
uendum est nè obsidentes decipiantur dolo ob-
sessorum exemplo Publii Licinii Crassi Procon
sulis Romani: qui cum Pagos sub specie deditio
nis oblatos accepisset, & in postrema acie ut in
Cannensi prælio de transfugis Numidis collo
casset Romanorum, conflictis posteà aciebna
ex utraque parte strenuè pugnātibus Romano
rū terga strictis armis aggressi Numidæ Trans
fugæ fuerunt, & cruentissima inde cædes Roma
norum secuta fuit; & Crassus per Pagos obiit
13 in Asia. ¶ Et uictor Aristhonicus amplius nō
timens uires romulæas uagando præ gloria ui
ctoriæ obtentæ contra Crassum Licinium fuit
à Romana uirtute adeò inuasus & obsessus in
Strathonica urbe quòd se unà cum ciuitate sub
misit Romanis. Et propterea prudentes esse de-
bent Duces in præcogitādo, & pro suorum tui
tione & custodia semper inuigilare, & præca-
uere de malis futuris, & illis prouidere exactis-
sima & uigilanti solicitudine & diligentia ma-
gna: quæ salus conductus dicuntur exercituū.
14 ¶ Ideò Cæsar prudenter gerebat in non creden
do deditiis nisi primò sibi traditis armis; & ob
sidibus ex nobilioribus, & primis populorum,
15 vrbiumuè, & exercituum suorum. ¶ Ob actum
Bergestis in Hispania Cato non se confidit ob
sides tenere arma, & illa abstulit illis. Et Scipio
nunquàm reddi uoluit arma rebellibus, sed tan
tùm gratis & amicis fidelibus. Annibal confi-
dit de nouo quæsito Imperio nisi armis primi-
tus extractis ab eo. Est quandoque accipienda
multitudo pro obsidibus de fortioribus hostiū,
& de consiliariis ut uires & consilia deficiant il
16 lis obsessis. ¶ Celeritas profuit Cæsari, profuit
què Catoni, & Tito Q. Consulis, & multis aliis
uirtute præditis Principibus tā in accelerando
itinera, quàm in vrbes capiendo & capugnando
repentè: profuitquè gloriæ militari persępe pru
dentia cunctationi, exemplo Fabii Maximi, Sci
pionis Aphricani, Aemylii excellentissimorū
17 Romanorum Imperatorum. ¶ Consilium est
in re militari ab uno loco quandoque remoue
re bellum, & id aliò arte transferre ad opprimē
dum hostium patriam, uel ad agros deprædan-
dum, uastandum, & comburendum, ut hostes
cogantur remouere exercitum suum à prose-
quendo inimicos, exemplo Scipionis, & Anni
balis qui pluriès hoc arte fecerunt. Tutum nan
que etiam est consilium quod pro regula habe
tur in re militari non deserere castra sua ob cu
18 piditatem capiendi loca aliena. ¶ Iure militari
prodest Archimetria, prodest & geometria mili-
taris orta ab Aegyptiis, & Caldæis in expugnā
dis, & defendendis urbibus, turribus, & arcibus,
locisq; obsessis quantumq; fortissimis ab Ar
chimede Syracusano dicta est Archimetria ab
eo reperta: hic fuit ille primus qui ut aliàs dixi
inuenit boardas, concauiquè orbis, & aeris; &
globi cœlestis sphæram primus fecit ab Iginio
notatam, & interfectus à milite Romano in ca
ptiuitate Syracusarū ab eo tacito nomine suo,
quod si expressisset militi illum honorasset ob
edictum, & proclama Marcelli Principis: qui
peroptabat uiuere Archimedem ob eius uirtu
tem, quo edicto continebatur nè ullus militum
occideret

occideret Archimedem, sed illũ honorificè du
19 ceret ad ipsum. ¶Mobiles ex ligno altissimæ
fieri possunt Turres ad expugnandum ciuita-
tes, turres, & arces, coreo, & ferro coopertæ nè
ab igne lædantur muros superantes: ut da equo
Troiano legitur in Poeta:

Instar montis equi diuina Palladis arte.
Aut hac in nostros fabricata est machina muros,
Inspectum domos, uenturaq; desuper urbi.

Troia ter capta fuit equorũ ministerio; prima
uice ab Hercule cum equis Laumeduntis; Secũ
da uice à Duce Caridemo cum equo uno qui
pontem occupauit portæ, in tãtùm quòd Theu
cri non potuerunt claudere portam; & Tertia
uice ab Agamemnone cum equo fatali ligneo.
20 ¶Ex ligno, & terra possunt fieri montes supe-
rantes muros ciuitatum, turrium, & arcium cũ
foueis circum circa nè lædantur obsidentes à
cautis obsessis; & nè obsessi apparere ualeant
ad defensoria murorum sine damno obsiden-
tiũ ut facilius capiantur obsessi, uel se dedant
ditioni obsidentium ut fecit Annibal, qui tur-
res quàm plures ambulatorias muros superan
tes altitudine munitissimarum ciuitatum illis
opposuit, & militari ordine eas cœpit experto
Marte. Montibus etiam terræ industria, & ope
ra manuali factis superantibus mænia, & turres
urbium secundum locorum qualitatem, & fo-
ueis plene apta materia superantur urbes, tur-
res, & arces expugnatæ militari ordine cũ pru
dentia Ducum: qui erga populos per uim ca-
ptos uti habent misericordia parcendo ferro, si
DEVM ipsi intendunt habere propitiũ cap.
In singulis lxxxvi distin. cap. Serpens de pœni-
21 ten. distin. prima. ¶Arte possunt prudentia Du
cum à proditione remoueri proditores ciuita-
tum, & exercituum ut in Nola fecit M. Marcel
lus qui notitiam habuit cuiusdam militis Iuue
nis Nolensis deuincti Annibali ob gratam li-
berationem quàm de eo iam captiuo & uulne-
rato in bello Cannensi fecerat: cui Iuueni Mar
cellus plura dona liberaliter fecit, & in bandi-
bus ipsius multa protulit amicabiliter & læta
fronte, adeò quòd illum sibi fecit amicum, &
obnoxium; & inde Iuuenis ille suos amouit à
proditione pensata. Et credens Annibal cum
suis Nolam capere ob dictam per tractatũ pro
ditionem, ignorans illam fuisse in fumum de-
ductam arte Marcelli, & male se habuit facto
per Marcellum in ipsum irruptionis impetu à
pluribus partibus Nolæ, amico Annibalis tunc
dormiẽte cum suis Marcello effectis fidelibus,
qui ensis fuit Romanorum, ut Imperii Catho-
22 licorum Fabritius Columna. ¶Et si prodito-
riè fuerint capta aliqua loca obsessa æstiuo tem
pore autumnali, uel hiberno, uel militũ fortitu
dine aut multitudine per uĩ, uel alio modo, arte
q;, ex improuiso cũ oneagris balistarum specie
quibus saxa rotunda emittuntur ut fit cum fun
dis, catapultis, scorpionibus, balistis, spiculis
acutis, & missilibus uariis per tabulata disposi
tis nudando muros defensoriis, & populos ca-
piendo arte magistra; miserendo illis, & ipsorũ
parcendo sanguini. Et Claudianus cantat de
machinis,

Tu quoscunque uoles in planum effundere muros;
His aries aptus dispersit saxa lacertis.

23 ¶Et muri defendi, & offendi uariis tormentis,
machinis, & instrumentis bellicis & arte etiam
dirui possunt, tam de die quàm de nocte contra
riis machinis, & incendiario igne cũ arietibus
testudinibus, & Oneagris; nè dum antiquo, sed
etiam moderno tempore usis: quibus dirui, &
cauari ædifitia consueuerunt de die & de no
24 cte. ¶Filius Anthigoni Regis Demetrius pro
bè se exercebat circa machinas bellicas diuersi
generis, & circa construendas naues ad obsidio
nem Rhodi apposuit machinam unam quæ e-
rat latitudinis quadraginta octo cubitorum in
quocumq; latere, & sexaginta sex in altitudine:
& in ea erat quadrata habitatio; & à pede ad
summitatem gradatim restringendo opertam
machinam: & quantumque ultima sedes fue-
rit latior supremo culmine, legimus tamẽ fuis
se fabricatam cum egregia forma, & figura ser
uata in omni parte; & intus erant loca accomo
data ad recipiendum milites, & à parte ubi re
cipiebantur hostes erat aperta, & ab omni par
te finestras paruas continebat coopertas, qui-
bus hostes lædebantur iaculis absque periculo
ullo obsidentium pugnantium, & mouebatur
cum facilitate & grandi strepitu; & in quacun-
que parte se inclinaret non cognoscebatur; &
in tali pugna obsidionis Rhodianę præter alias
machinas opposuit Demetrius Rex duas tur
res ligneas fortissimas minarum quadraginta
pro qualibet, quæ ab ictu catapultæ erant tutę:
& post liberauit Athenas ab obsidione Cassan
dri: quẽ experto bello rupit, & expulit ex Athi
ca regione insequendo illum usque ad Nomis
colas nauali expeditione, & cœpit Heracleam
25 urbem. ¶Et loca capta recuperari etiam arte
possunt ex improuiso hibernali tempore Ro-
manorum exemplo, qui hibernali tempore ca
stramentabantur, & persæpe militabant.
26 ¶Hyberi, & Albani incolentes montem Tau
rum in Ponto, à principio transitum libentes
concesserunt Pompæo in autumnali tempore,
& in hieme fuerunt ipsum aggressi in saturnali
bus diebus transacto Cidno fluuio, qui cum à
Raxe amne cadente ex Hyberis discurrit in Ar
meniam, & intrat mare Caspium per duode-
27 cim uias. ¶Post bellum Farsalicũ Scipio Me
tellus, & Cato in Aphrica reducto auxilio Re
gis

gis Iubæ, cumulato exercitu contra Cæsarem
q accesserat aduersus ipsos decima quarta De
cembris solstitii biemalis tempore, dubitarunt
cum eo pugnare quia Cæsar babebat milites
suos adeò expertos quòd non bellum, non fri-
gus neque ęstum; nō pluuias, nec mala tempo
ra neq; inediam & pericula ulla timebāt & ual
de peramabant Cæsarē,& illi parebant;& quòd
erant natione Romani in militia electi & do-
cti, soliti hostes obsidere glatiali, uentoso, tem
pestuoso & pluuiali temporibus, tam de die
quàm de nocte, omni à se fugata pigritia in mi
litari exercitio: & uaria hostium loca quantū
què fortissima & munitissima cœperunt,& me
liorem semper fortunam prout DEO pla-
cuit in bello habere cōsueuerunt, quàm cæteræ
28 orbis nationes.¶ Et cum Cæsar obsedisset Ale-
siam Galliæ urbem, & illi succurrisset Vertin-
gentoriges Gallorum Dux cum ccc.millibus
armatorum militum, in vrbe Alesia existenti-
bus lxx.bellatorū: & cernēs Cæsar alia mænia
fabricare fecit dupplices muros altiores quàm
sint muri Alesiæ, uidelicet unum uersus ciuita-
tem, & alium uersus hostem ad illam partem
succursus, Neropiæ, ille noui præsidii ad urbē
uenientis insimul iungerentur, & impetum fe-
cit contra hostes qui uenerant in subsidium ob
sessorum; adeò quòd obsessi propter murū ar-
te factum non potuerunt exire, neque uidere
confertationem illam armorum nisi quando
Cæsar reddit ad urbem obsessam, occisis, &
captis copiis hostilibus cum Duce suo Vertin-
gentorige: quem Cæsar mandauit seruari pro
triumpho habita sponte Alesia ad ipsius arbi-
29 trium. ¶ Et dum esset pugnaturus Alexander
Magnus castrum fortissimum saxosum & in ac
cessibile, suis id debellare timentibus, deterum
ab Osiarte Principe, audito à Sisimetre Osiartē
esse imbellem & timidum inquit, Castrum sani
habemus; & ita illud spontè sub ditione sua ha
buit timore ex sola obsidione non aliter exper
30 to Marte. ¶ Obsidente Lucullo Amasyam de-
fensam arte Chalimaci architecti qui machi-
nas uarii generis nocituas Romanis opposuit,
& arte de nocte Lucullus tempore quo quie-
scebant Amasii cępit Amasyam urbem apposi
tis scalis; & Chalimacus fugit cum magna præ
da parte urbis Amasyæ incensa nè Romani il-
lam possiderent:& Lucullus ignem extinguere
conabatur, & iussit milites suos per urbem ob
prædam pro parte dispersos uocari tuba quod
facere non potuit: sequenti die dolens Lucul-
lus de tali incendio quod etiam sui magis acce
derant, inquit erga suos, Solitum eram dicere
quòd Sylla erat beatus, hodiè illū fęlicissimū
nuncupor, cum illi uolenti seruare Athenas nō
fuit denegatum à militibus suis;& hodie uolēs
ego imitari eius uirtutem nomen meum mi-
nui, & occurrit pluuia quæ tale incendium ex-
tinxit, & ciuitatem reparauit, & illā Lucullus
reædificauit, & reconciliauit populum summa
humanitate,& cum muneribus magnis augen-
do illa stadia centum & uiginti terræ uicinorū
græcorum:& unicuiquè ex ciuibus uiuis dictæ
ciuitatis donauit uestimentum unum cum du
centum dragmis, & Asiam legibus liberauit à
Tyrannide,& ab auaritia, usurariaq; prauitate.
31 ¶ Et si pugnare cōtingerit propè littus, aut flu
mina nauigabilia, consilium erit ut pontes al-
tissimi construantur ratibus cum funibus liga
tis, cum multitudine sagittariorum & aliorum
missilium, machinarumq; uarietate, & exper-
tis bellatoribus capientur exercitio & arte mi
litari. Hodierno tempore instrumenta illa bel-
lica quæ operātur sulfureo igne prosunt,& no
cent ad tuendum, & ad lædendum; & tam pro
offensis quàm pro defensis, obsessis, & obsiden
tibus operantibus illa cum apta materia.
32 ¶ Legitur Scythas reperisse scorpiones cū ner
uo,& funibus,& caudam; seu capita sagittarū
tinxisse sanguine humano incorporato uipereo
uiru ad similitudinem scorpionum qui uenenū
portant in cauda; & tali nomine nuncupātur,
& hac mortifera uia utuntur orientales pugnā
do in hostes ut cantat Poeta.

Molíriq; ignem, neruoq; aptare sagittas.
Vulnera dirigere, et calamos armare ueneno;
& Alibi,
Vngere tela manu, ferrumq; armare ueneno.

Sagittarum Inuentores reperi fuisse Chrethen
ses, licèt Plinius dicat fuisse Perseum, Persei fi
33 lium; uel Sattarē Iouis filium. ¶ Ex ligno mu
sculi fiunt ad protegēdum milites cum quibus
uia fit turribus ligneis, ut absq; impedimento
muri iungantur, & turribus iunctis masculis
quos talpatos nuncupantur à talpa dicti subter
raneo mure qui caret oculis, & habet mirum
auditum; & sicut cuniculi perforant terram, &
ad horum similitudinem dicti sunt cuniculi
machinæ illæ quibus terra perforatur in re, mi
litariq; exercitio ad faciendum cauas subter-
raneas,& machinas prædictas,& talpas seu cal
pas nuncupantur ad similitudinem dicti mu-
34 ris. ¶ Et per cloacas magnas Pyrrhus Rex Epy
rotarum suos posuit milites in Argiuam urbē
ubi ipse mortuus permansit suorum, & hostiū
non modica sequuta cæde. Aliæ ambulatoriæ
mobiles possunt fieri Turres minores prędictis
muris ęquantes, ut milites ingredi possint su-
35 per muris. ¶ Et arte prius expugnari debent lo
ca debiliora quæ facilius capi possunt quàm
fortiora benè munita:& ualde turres prædictæ
prosunt obsidentibus,& nocet inexpertis obses
sis, si loca obsessa non fuerint munita tormen-
tis bellicis,& incendiario igne, ac uariis mu-
nitionibus

nitlonibus, & misfilibus armis, cum exper-
tis defensa bellatorlbus. Et his probè muni-
tis contra muros fieri etiam poterint aliæ mo
biles turres ad simillitudinem castrorum supe
rantes muros cum aliis turribus minoribus si
militer factis muros adequantibus; quæ iun-
ctim, & disiunctim fieri possunt, & super
ipsis facere castra sua cum uallis, & sudibus
crassis; & tabulatis, & terra circumdata sac-
chis, & lana, & pennà plenis cum funibus
benè compositis ligatis, & aptè locatis cum
gradibus ascendentibus, & descendentibus cũ
tabulatis pluribus ut obsessorum tollantur de-
fensiones; pro uariis modis fieri potest cum
terra, cotæis coctis, & pellibus, uariis mini-
bus, & tormentis paulatim paulatim facto,
& appropinquato uallo uicino locis obsessis
offendendo ea arte; & cum machinis bellicis,
ut ligneæ Turres arte iungantur muris, & de-
bellentur militari exercitio.
36 ¶ Et milites primos, qui hostium muros ascẽ
debant lauri corona murali docta in militia
coronabat Antiquitas, ut de Tiberio Grac-
cho, & de Fanio legitur à Scipione corona-
tis; quia ambo pares mænia hostium ciuita-
tis obsessæ ascenderunt in Aphrica.
37 ¶ Vtile sæpe fuit in tenebrosa nocte aggredi
hostium urbes, uel imbre cadente, uel alio e-
xistente impetuoso tempore, uentoso, niuoso,
& glaciali; quoniam militari ordine appositis
scalis locis obsessis sine Marte capientur celeri
uirtute obsidentium expertorum.
38 ¶ Multa sunt consideranda in obsessis uideli-
cet, si aliquæ sint inter ipsos distinctiones, seu
dissensiones quæ arte fieri possunt: & dum in-
ter se tumultuant obsessi cautè tunc poterint
ingredi obsidentes fortissimi sine mora, quæ
sæpe nociua est bellicæ uirtuti. Lutius Mem-
mius celeritate cępit Corinthos ob eorum dis
sensionem, & Corinthum destruxit sine mo-
39 ra. ¶ Et Titus Imperator bello fugatis Ter-
richæis, in Terrichæam urbem repente regres
sus aduenas cum terrigenis annona carenti-
bus, dissentientes clarè percepit, & mox suis
probè armatis militibus acie instructa ingres-
sus fuit ciuitatem, & cum uictoria illam obti-
40 nuit. ¶ Et si dubitaretur de improuisa irru-
ptione exercitus obsidentium tam ex locis ob-
sessis, quam de hostium exercitu; erigen-
di sunt argeres quæ uulgò dicuntur tringeriæ
circumcirca exercitum ut fecit Paulus Aemy-
lius contra Ligures, Et proderit turres cir-
cundare argeribus ut ab utraquè parte tutus
exercitus, & securè turres remaneant; & tanta
est uis inopinatæ irruptionis, quòd exercitum
quantumque magnum in pernitiem sæpe red
dit, & pro uictis prius habiti & reputati uicto
res euadunt, & multum pro expertis obsessis
tuuat irruptio si inordinati, & inexperti extite
rint obsidentes, Exemplo Galbæ Ducis Cæsa
ris in Gallos inordinatos qui ipsum in castro,
& uallo obsederant multitudine longa barba-
rorum existente præscito per gallos obsidione
Galbæ exercitus fecerunt animosè; ita quòd
nullum aliud remedium Galbæ restabat nisi de
speratæ irruptionis quam fuit expertus à qua-
tuor portis sui ualli; & ita suos uirtute serua-
uit, gallorum magna secuta cede.
41 ¶ Et aptè fiunt irruptiones in obscura nocte
ex pluuiali tempore mutatis uestibus, & signis
per amicos cognitis. Et melius est in re milita
ri bello mori cum honore quàm uiuere cũ de-
42 decore. ¶ Marcus Fabius uolẽs Campanos ob
sidere; & ut ipsis deficerent alimenta, permisit
illos prius iactare semina in terram, & post il
los obsedit, quos ad deditionem coegit sibi
defficiente alimonia ob longam obsidionem.
Quod facilè accidere poterit si hostium secre-
ta quis illos obsessurus sciuerit facta per ho-
stes descriptione annonæ suæ; & certa fides, &
notitia habebitur si annona fuerit copiosa, uel
pauca; quod optimum est scire ad effectum co
gitandi si possunt obsessi præter populum suũ
alimentare amicos in eorum suffragium uoca
43 tos. ¶ Et cum Camillus urbem accepisset Ea-
canorum, se pacato cum Volscis, exercitum
duxit ad ciuitatem Sutri Romanis amicam au
dita ipsius obsidione facta per latinos; cum qui
bus pacti fuerunt Sutrenses illis dare ciuitatem
in prædam saluis uiris, pueris, & fœminis cum
uestibus suis hoc inopinante Camillo cui ob-
uiam uenerunt Sutrenses plorantes, illum cer
tiorando de iniquo facto; illicò Camillus præ
cogitauit latinos in Sutrio manere occisos, &
congregauit exercitum ordine facto acierum
ad pugnam; & ciuitatem Sutri fuit ingressus
repertis portis apertis, sine custodia existenti
bus latinis ociosis sparsis per Sutrium, & im-
plicatis in luxuria & uino: quos Camillus tru
cidauit, & Sutrinos amicos in patria sua resti
tuit uno d e amissa, & recuperata.
44 ¶ Et ubi sunt silenta loca in obsessis oppidis,
& ciuitatibus, arcibusquè, & turribus non est
ita facilè credendum quòd ibi non sint aliquæ
insidiæ. Nam ubi est tacitus & silẽtus aquæ cur
sus ibi est profundior aqua præcauẽda per pru
dentes Duces qui ubiq; habent semper aspice
re cuncta, & prouidere futura, & illis proui
dere, nec credere hostium fraudibus sed illas
euitare cum prudentia
45 ¶ Et uiæ sunt intercidendæ locorum magni
ambitus obsessorum nè sequantur irruptio-
nes, de quibus irruptionibus cum sint ma-
gni ponderis in re militari aliò particulari
loco etiam de ipsis dicam inferius. Et turres
ligneæ sunt muniendæ tuto remedio militari

nè repentina irruptio fiat in ipsis ex improuiso
ex pluribus partibus obsessorum, simulato
diù timore, hoste fictè in armis diù reten-
to; irruptio persæpe contingit arte facta pru-
46 dentis Ducis. ¶ Amplæ sunt faciendæ uiæ
in obsidentium castris ut illicò possit exer-
citus forti cuneo irruere in hostes: & si o-
pus fuerit ab omni parte ualeant Duces suis
præbere suffragium ut in illis tutò quiesce-
re possint. Scipio de nocte fuit aggressus hi-
berna castra Pœnorum & munitiones, & an-
nonas ipsorum combuxit: & tepidi Pœni quo
casu ignis acciderit inermes ad extinguendum
ignem conuolarunt, & à Romanis armatis
47 obsessi fuerunt. ¶ Et dum foret inter duos con
tentio in Hispania capta noua Carthagine per
Scipionem, quis eorum fuerit primus in ascen
dendo muros & pro honore coronæ contende
bant, & eorum quilibet asserebat coronari ut
primus murali corona, Prudentissimus Impe
rator Scipio tollens discordiam prædictorum
inquit, Se uidisse illos fuisse pares, & am-
bos coronauit lauru murali corona; & illos
pluribus donis etiam honorauit, & tale ge-
stum pergratum fuit uniuerso exercitui. Et
pluribus aliis pro honore donauit coronas ca
strensianas ex eo quòd primi fuerunt qui ho-
stium castra inuaderũt, & ascenderunt erga ip
sos usa semper munificentia, & obsides libe-
rauit Hispaniarum qui detinebantur per Pœ-
nos in noua Carthagine; & ipsos honorauit
muneribus multis; adeò quòd illos in perpe-
tuum deuinxit Romano Imperio; & hac de
causa populos multos placauit Hispaniarum,
quos sine bello habuit quoniam illi se spon-
tè dedere Romanis.
48 ¶ Prudentia est maxima in re bellica uti libe-
ralitate data occasione pro honore, gloria,
& salute insidiando semper hostibus, & eorum
munitionibus, & annonis; ut illis postmodum
indigeant, inimici, & ut sine ferro uincan-
49 tur facilius. ¶ Et si obsessa loca aquam ha-
buerint profundam in foueis, facta ipsius men
suratione quæ fieri arte potest uariis modis
quòd obsessi non aduertant, uidelicet iacto la
pello cum apto lineo filo, habita consideratio-
ne ad aquam an sit potabilis uel salsa: quia sal
sa aqua est densior & fortior; & magis, ac for
tius retinet machinarum pondus, & minus
rumpitur quàm aqua non salsa.
50 ¶ Machinariæ Turres adaptari possunt nauiũ
materia ita quòd maneant super aquam & ar-
te impelluntur, & apropinquantur muris loco
rum obsessorum, quod facilè fieri potest.
Nam nihil est difficile uolenti, & facere ualen
51 ti. ¶ Tolluntur, & desiccantur aquæ loco-
rum obsessorum uariis modis, & diuertuntur
à foueis cum tubis, alueis, & cuniculis sub-
terraneis; insurgentibus uerò aquis in foueis
turrium loci natura, putredines possunt im-
mitti in illas cum taxo, guado, frumentoque:
ut aquæ fouearum putrefiant & marcescant;
nè obsessi bibere, & ibi morari propter fœto
rem nimium, malumque & pestilentem odo-
rem quod ferre non poterint l. secunda. iuncta
gloss. in uerbo sulfuream. ff. nè quid in loco
52 publico. ¶ Et si quis militum, uel alterius con
ditionis corrumperit aquas absquè superioris
Imperio contra bonos mores; uel aerem fu-
mo corrupto, aut fistulas, lacus aut fontium
impleuerit, uel contaminauerit cum tristi, &
putrida materia ad iniuriam publicam perti-
net, ut puniatur arbitrio superioris l. j. ff. de ex-
traordinar. crim. & l. 3. §. Item Scæuola ff. nè
quid fiat in loco publi.
53 ¶ Et sciendum est quòd etiam loca fortissi-
ma suffocantur, & suffocari arte possunt ni-
mia aqua secundum naturam locorum ut aliàs
dixi; & pro ut contingit in arce patriæ meæ Ra
uennæ tunc à Gallis detentæ M. D. XII.
& inde per Excellentem, & Inclitum Ducem
Vrbini Generalem Ecclesiæ Ducem Francis-
cum Mariam de Robore pro Ecclesia recupe-
rata aqua superfluè data prædictæ arci astu di
cti Ducis. Ita quòd Galli petierunt gratiam
à prædicto Duce tutò exeundi, & ad suos se-
curè eundi cum suis armis sub fide primò præ-
dicti Ducis: & ita factum fuit, & illis ut de-
cuit fuit seruata fides.
54 ¶ Et lignis, & terra superari quandoque pos
sunt loca obsessa uirtute prudentum Imperato
rum obsidentium cum uiminibus, fascibus, aut
alia apta materia, & uario militari modo &
exercitio capiuntur diuersimodè sublatis eo-
rum suffragiis, & occupantur impedita anno
na; & aqua quæ etiam tolli illis potest per di-
uerticula secundum loci naturam incidendo ri
pas fluminum, & locorum aquaticorum: ut
fecit Camillus in Veientes Tusciæ populos e-
uersa aqua paludis Capræ, & cum sudibus,
lignis, uallis, minibus, & terra, saxis, & fas-
sibus aptæ materiæ probè locatis cursum im-
pedientibus in loco debili, & aqua ibi crescen
te apud debilem locum in cauis infimis & con
cauis, profundisque locis cum furore ibi cur
rente ripæ franguntur, & aquæ fluminum ut
aliàs dixi ab alueo suo euertuntur: Ita quòd sæ
pe Antiquus alueus permanet in sicco, & ita
uia redditur facilis pertranseuntibus militi-
55 bus sine ponte. ¶ Et urbes circumdate flumi
nibus munitæ lympheo monumento suo, quo
priuatæ præsidio aquarum à quibus sæpe dese
runtur, & inde captiuantur arte magistra pru-
dentum Ducum exercituum cum machinis li-
gneis bellicis, & exercitio suo militari.
56 ¶ Et ut facilius apponi possint scalæ muris lo
corum

corum obsessorum, ut aliàs dixi, occultè de nocte fiat cum scutis, & equorum sellis super caput appositis militum nè sibi officere ualeant locorum custodes obsessorum cum saxis, uel aliis armis; & ita ascendere poterint milites super scallis, & locis obsessis: fiantq; cuniculi, & talpatæ cauæ remotæ occultæ materia cauata, & inde repertis ei perforatis muris in locis aptis, & cum materia apta destruentur igne obsessorum propugnacula; ad secretò in locis obsessis intrabunt obsidentes quod non aduertent obsessi illi qui sunt inexperti, iuxta illud Marcialis Poetæ.

Gaudet in effossis habitare cuniculis antris;
Monstrauit tacitas hostibus ille uias.

Et sunt in causa Cuniculi arte facti ut loca obsessa sicca, & montosa sub terrã terra, & muro cauatis ruát, & capiantur ab animo sis expertia militibus suorum prudentia Ducum, reductis muris & ædifitiis super lignis, & ligni columnis cum aridorum sermentorum fassibus, puluere sulfureo & igne apposito corruunt: & obsessi inopinantes insidias tales pereunt incogitatè ubi non sunt defensores experti cum machinis, ut Triphon fuit Alexandrinus in Appollonia obsessa urbe; & horrentibus oppidanis muri capiuntur facillimè cum machinis & tormentis bellicis, arte posito igne in diuersis locis, & partibus uariis locorum captorum: & hoster perterriti sine pugna peribunt, & fugientes captiui fient.
57 ¶ Fuit in bello Macedonico pugnatum per Romanos cuniculis, arietibus, testudinibus, argeribus, & machinis supraterranæis, & subterranęis, lignis, & lapidibus igneque incendiario supraterranæo, & subterranæo: Ita quòd Romana uirtus uitrix permansit. Et licèt quædam dixerim superius de igne incendiario, quo ædifitia arte cauata in locis aptis corruunt; & cum puluere sulfureo in murorum fundamentis: quibus apertis, & ruptis à lumine, & arabici ligni aridi, sudibusque & fassibus fermentorum bene siccatis in suspensa ædifitiorum materia igne dato cum sulfure corruentur, & adeò fiet apertura, quòd ex illo loco poterint ingredi hostes: & cauę quandoque fiũt adeò cautæ quòd obsessa loca occultè occupantur per ipsas cauas id ignorantibus obsessis: ut Alexander pluriès fecit in India. Nam fiunt cauæ dupplici de causa ad rumpendum mœnia locorum obsessorum, & ad illa occupandum inscio hoste obsesso: qui si fuerit inexpers facilè capietur sine obsidentium sanguine. Foueam longam quadraginta stadiorum, & decem pedibus largã, & profundã arte fecit Rex Persarum Xerses uir humanus, liberalis, & affabilis contra Cyrum Lydiæ Pręfectum sibi insidiantem in regionibus maritimis ubi frater eius Cyrus pertransire debebat, & tandem commisso prælio periit Cyrus, & Arte Xerses regnauit per annossexaginta duos in Persia, & Grætia: periit anno suæ ætatis nonaginta quatuor; qui à fratris, & à filiorum coniurationibus impiè pluriès sibi præparatis euaserat.

58 ¶ Et cum Pompæus applicuisset Hispaniam cum exercitu contra Sertorium, & populos in fide dubios reduxisset ad gratiam suam, & ad rebellionem contra Sertorium; & ut amicos & illos in fide conseruaret Sertorius Laurunio rum urbem obsedit amicam Pompæi: qui ut illi auxilium præstaret illicò accessit ad ipsam cum exercitu procurando totis uiribus nè Sertorius caperet illius collem nociuum ciuitati: & deniquè Sertorius primus fuit in colle, & conatus fuit Pompæus rumpere Sertorium inclusum inter inimicam ciuitatem, & uallum Pompæianum nuntiando ciuibus qualiter Sertorius erat obsessus inter collem, & uallum, & ciuitatem; & quòd ipsi benè custodirent mœnia ciuitatis, hoc audito per Sertorium respondit se fore ostensurũ discipulo Syllæ qualiter erat necessarium Ducibus se magis retrò defendere, & respicere, & se post terga tueri quàm ante, & signũ dedit duabus legionibus suis quas reliquerat in uallo ut Pompæum adorirent post terga si collem fuisset aggressus: quo uiso per Pompæum dubitans de clade maiori se abstinuit ab ingressu còllis cum plurium ex suis ruina nè tolleretur in medio hostium; & tunc Sertorius occupauit ciuitatem, præsente & inuiso Pompęo quã concremauit Sertorius parcito populo, quod non ira fecit neque per sæuitiam Sertorius, sed ut dolore affligeret laudãtes, & amantes Pompæum; & ut illi uerecundiam præberet qui præsens erat incendio urbis amicæ, & calorem sentiebat Pompæus intus & extra.
59 ¶ Et si in obsesso loco parua militum copia adcrit, diu noctuq; circumdetur locus obsessus, & assiduò molestetur exercitio militari, tormentis, & instrumentis uariis bellicis; ut obsessi ipsum locum deserant incuria: quo pręscito per Ducem obsidentium, iam ab omni parte circundato loco obsesso commisso generali prælio militari ordine capientur totis uiribus pugnantibus militibus Ducis obsidentiũ: quibus resistere non poterit parua obsessorũ copia bellantium, arte primitus proclamato iussu Ducis præmia dare suis expeditione secuta, ut strenuè impigrè pugnent cupiditate lucri, nec illis desiecere Magni Alexandri exemplo qui erga milites suos munificentissimus fuit: propterea æthernum nomen sibi uendicauit in militari gloria, & suæ uirtuti caput flexere Syrenæ.

60 ¶ Clamore quandoq; facto obsessi loci tollū tur præsidia, Alcibiadis exemplo Ducis Atheniensium, qui propter clamorem ex una parte factum, & ex altera derelicta custodia Acu
61 thicum occupauit in obscura nocte. ¶ Et Byzanticos se muris continentes simulato ingressu oppressit incautos; ut tēpore VII. Clemētis cōtingit in vrbe M. D. XXIII. de occupato pōte Systi, derelicta imprudenter custodia; & per hostes simulato ingressu capta fuit &
62 deprædata Roma. ¶ Inexperti. n. obsessi audito clamore obsidentium ab aliqua parte locorum obsessorum ibidem currunt tremebundi auidi intelligere causam dicti clamoris, deserta murorum custodia obsessorum: & ita decepti capiuntur ab aliis partibus derelictis custodia. Legitur Epaminundam occupasse Manti-
63 niam auxilio destitutā arte simili. ¶ Et Lutius Scipio per illos quos occultauerat inuasit, & occupauit quandam in Sardinia munitissimā urbem oppugnatione dimissa propter tumultū se fugere simulando, suis arte relictis insidiis ipsum temerè insequētibus ciuibus. Quod etiā contingere potest si in hostium medio milites obsessorum imprudenter peruenerint arte, remoto quandoquè exercitu à longè, fictè cōdu cto obsidentium: & indè repentè reuerso celeri cursu ab obsessa prima loca quæ inopinatè capientur oppidanis hoc inopinantibus extra castra manentibus ad uidendum deserta loca per hostes: qui illa prius obsiderant castramentata; ut de castris legitur Græcorum per ipsos relictis primò Troiam obsidentes, ut cantat Poeta.

Nos abiisse rathi, & uento petiisse Mycenas,
Ergo omnis longo soluit se Teucria luctu.
Panduntur portæ iuuat ire & dorica castra;
Desertosquè uidere locos, littusquè relictū.
Hic Dolopū manus, hic sæuus tēdebat Acchilles.
Classibus hic locus, hic acies certare solebant.

64 ¶ Et si contingerit, ut supra dixi fieri irruptionem, consilium erit, ut pro obsidentibus de nocte dum exeunt obsessi causa faciendi irruptionem ponantur insidiæ, ut in continenti apertis portis occupant illas cum rapacissimo equitatu, uel ficta fuga ante relictis insidiis sui celeris equitatus: & illicò occupentur obsessa loca per occultum equitatum, ciuibus insequentibus illos qui simulatè fugiunt, & inexperti trucidabuntur obsessi; uel cum ciuibus ad obsessa loca retrò fugiētes mixtim intrà portas currere & illas occupare; & reddeunte obsidētium exercitu cū uictoria pocientur ipsa loca. Vel simulare prælium ab una parte locorum obsessorum, & ab alia parte cantè ponere scalas, uel per occultos milites ex improuiso inuadere, & occupare loca obsessa; hoc inopinantibus ipsis obsessis; quod facilè accidere potest in locis obsessis ubi pars sit loci deserta; uel ubi sit parua, & inexperta custodia.

65 ¶ Et capto aliquo forti loco obsesso de die, uel de nocte non est parcendum ferro in primo ingressu, si aliter fieri modo non potest, quia obsessi nimis resistunt, Scipionis exemplo nouam Carthaginem occupantis in Hyspania defensam à Pœnis, opprimente tunc Saguntum Annibale. Et pro ut fecit Titus Vespasianus Imperator capta per uim Hyerosolima urbe, post uerò & contra nō resistentes parcendum est sanguini, & piè est miserendum obsessis captis; ut misericors Deus sit suffragium uincentium, ut aliàs supra dixi.

66 ¶ Et si spes fuerint seditionis, uel tumultus quòd mouerentur, aut fierent in locis obsessis tunc est differendum prælium: quoniam contingere posset quòd tali durante tumultu seditioso ingrediantur obsidentes obsessa loca ab aliqua eorum parte; uel quòd uocentur proditoriè ab aliquo ex primatibus prædictorum sibi apertis portis ut hostes sui alterius sibi contrariæ partis paciantur. Scipio Aphricanus Carthaginem fuit aggressus ab illa parte ubi mare dederat locum per reflexum solitū, & fuit insecutus quendam Pœnorum Ducem dictum Denm, & se muro ciuitatis adhæsit, & ubi non expectabatur fecit insultum. Et Fabius Maximus de nocte cœpit Arpum quæ detinebatur à præsidio Annibalis, missis ex suis sexcentum peditibus cum scalis ut se adhærerent ciuitati in debiliori loco, & illam intrarunt & portas rumperunt auxilio pluuiæ, & aquæ cadentis uotum fuit adimpletum Fabii per ipsum dato signo ab alia parte intrauit urbem. Et Lutius Cornelius Consul positis insidiis de nocte multas cœpit in Sardinia arte ipsius nudatas militibus; de die autem Consul cum suis currebat usque ad portas ciuitatum, & inde simulabat fugere cum timore, & ciues cum militibus suis animati insequebantur longè à ciuitatibus Consulem qui per occultos occupabat illas priuatas auxilio suorum. Pericles Dux Atticus de nocte plures ciuitates occupauit uicinas maris ficto stratagemate clamoris facti à parte maris ubi præsidium obsessorum currebat, & ipsa ab alia parte fregit portas nudatas cum custodia & occupauit illas. Et simili arte Alcibiades etiam Dux Atticorum cœpit de nocte Cyricum urbem obsessam ab eo, de nocte ab una parte positis timpanis, & cornicibus ubi omnes de ciuitate concurrerunt, reliquo urbis nudato præsidio, positis scalis ab alia
67 parte intrauit. ¶ Et est præcauendnm per Duces obsidentium ne decipiantur ab obsessis

fessis; & nè ita sint faciles & leues ad ingrediẽdum loca obsessa; nisi prius nota sit sibi certa uictoria. Prudẽs Rex Agislaus habita certitudine habendi Corinthũ, captiuos Corinthios qui talẽ oblationẽ, sibi fecerant intra Corinthũ misit cũ præsidio Regis, & ipse Rex ingredi noluit urbẽ Corinthi, inquiens, Magni ponderis esse ponere in periculum caput exercitus. Et idem fecit cautè Annibal in Salapio portis sibi apertis, in quibus callidè misit transfugas Romanos latinè loquentes, & ingredi ipse noluit cũ psis: qui dimissa catherata per Salapinos oppressi fuerunt à ciuibus custodientibus urbem, prius à Crispino Consule de hoc certioratis.

68 ¶ Andromacus Crassum proditoriè cum suis in hostium uires de nocte ambulando perduxit ut occideretur: qui à suis tunc scutatis bene sitio noctis defensus fuit, hostibus propter noctem in timore manentibus. Et dum Lucullus cum præsidio duarum partium foret in Heraclea pro custodia simularunt equi scordichi curarunt cõducere secum prædam bestiarum: & hac de causa induxerunt hostes exire ciuitatem, & inde finxerunt fugere, illos Lucullo insequente usque ad locum insidiarum ubi cæsus fuit unà cum octocentum ex suis militibus ante dictam Heracleam. Philippus Rex urbem quandam maritimam pontibus factis super nauibus cum tabulatis, & super illis factis curribus superantibus mænia occupauit à parte illa nudata præsidio. Pericles Dux Atheniẽsium castrum munitum in Polopouesso obsedit habentem duas tantùm uias, quarum unam obsessi exirent occupauit arte cum fouea magna, & in alia uia fecit castrũ cum propugnaculo; ita quòd hostes erant ibi intenti relicto loco incustodito ubi fouea erat: & ab hac parte iactis pontibus occupauit oppidum Pericles. Et Anthiochus Rex occupauit Ephasum missis Rhodianis ad occupandum portam de nocte, omni populo ibi pro defensione concursu; & ipse ab alia parte intrauit vrbem Ephasi destitutam auxilio. Cato Lacetanarios oppressit & captiuauit. Et Annibal Saguntum sub timoris, & fugæ stratagemate oppositis illis insidiis occupauit; & Hymeram dolo permisso deprædari tentoria sua per Hymeranenses qui gaudio uictoriæ iuerunt ad uallum Annibalis, & ipse Hymeram accepit & trucidauit Hymereos in medio ductos astu Pœnorum Ducis. Et Agrigentum arte captum fuit Thimalicum Ducem Carthaginensium parte suorum posita in occulto insidiando oppidanis dato sibi ordine, ut incendiũ facerent apud muros oppidi, cũ uiderint oppidanos insequi Pœnos, & ficta fuga præ timore à Thimalico illũ insequentibus oppidanis qui uiso incendio reuerterunt ad oppidum pro defensione patriæ, & per medium Pœnorum, & insidiarum tracti cæsi fuerunt. Et per Viriatũ arte positis insidiis hostibus suis; & capto armento eorum, pro cuius recuperatione excurrerunt oppidani, & in insidias inciderunt Viria-

69 ti, à quibus cæsi fuerunt ad unum. ¶ Obsessus quidam in Tarentina arce ab obsidentibus gratiam impetrauit abire unà cũ obsessis: quo obtento dum ociosi starent hostes non aliter tenẽtes custodias ab obsessis trucidati fuerunt.

70 ¶ Et Senum consilio, bonis uerbis, & latis pro missionibus datis Pompæo in ciuitate Asculi deceptus permansit Pompæus, & in Dyrachio Cæsaris astu; & arte apud Nolam Marcellus decepit Annibalẽ: cuius caliditate pluriès experto Marte demum fuit interfectus Marcellus, Crispino eius Collega tunc vulnerato ad mortem, & illinc ad quindecim dies defuncto.

71 ¶ Optimum est consilium semper differre pugnam quando est spes habendi uictoriam sine pugna: & sæpe prosunt ficti rumores; & idem quādoq; nocet in re militari. Et optimũ est cõsiliũ, & pro regula habẽdum in re militari, ut unũ pro alio, & ficta ꝓ ueris dicatur pro ut Regi persarũ Xerxi dicebat Themistocles dũ foret exul à patria Cymonis, & Aristiclis inuidia, uerba hoīum esse uaria & similia pānis, & pictis papetis, & figuris, plicis, & lignis pannorũ uarii coloris; quę quando extenduntur uidentur apertæ figuræ, & quando restringuntur non uidentur picturæ in totum; quod placuit Xersi, & Xerses respõdit se rogare Deum Arimaniũ ut in mentem hostium suorum poneret exulari tales uiros pro ut erat Themistocles, quod dictum fuit egregium barbari Regis, uel operando ut per callida arte corruptos in hostiũ exercitu, uel suo arte simulando ut græci fecerunt secundum, quod cantat Poeta.

Votum pro reddita simulant ea fama uagãtur.

72 ¶ Vel aucupãdo hostibus dolo mittẽdo literas alligatas sagittis arcu iactis in locis obsessis nunciando seditionem falsam obsessorũ quorumdam capitum, uel exercitus primatũ, Ducumuè, aut militũ; seminando zizaniã in ipsos & discordiam, uel mandantes dona; & præmia magna dari illis qui ducis hostium caput truncauerint, & illud portauerint hostium duci exẽplo Antigoni Regis qui passim traxit sagittas scriptas, uel cũ literis illis alligatis in exercitũ Eumenis iactas: in quibus erat scriptũ præmia magna dari illis qui caput Eumenis Cardiani sui Ducis absciderint, & id Regi Antigono detulerint, tunc nō existente in exercitu Eumene, quo ad suos reducto & tali audito nouo prudẽter milites suos conuocauit ad contionẽ eisdẽ gratias agens, inquit, laudando uirtutem suam quod nemo iuuentus esset qui spem cruenti præmii anteponeret fidei & sacramento; calli-

de subiungens salutem suam esse in omnium potestate,nec Anthigonum,nec quẽquàm Du cem sic uiuere uelle nè se in pessimum exẽplũ statueret labentium,perscrutans animos, & illos laudando dixit, Timet Anthigonus supera ri à uirtute nostra? & milites Macedones prædictis auditis prę gloria magis peroptarunt ser uare Ducem suum Eumenem quàm improbè perdere illum ob Antigoni dona, & oblata præmia. Et alia uice iactis sagittis per Antigo num literis contra Eumenem in exercitu suo, inquit, Eumenes id ipse arte fecisse ut suorum fidem cognosceret: non potuit demum post multas uictorias euadere Eumenes Argitaspi dum militum suorum proditiones: qui Eume nem Ducem suum ligatum Anthigono tradi derunt, & illum Anthigonus iugulauit; & Ar gitaspides pro præmio suæ proditionis ex mi litia deleri mandauit ab Ibircio procuratore Aracosiæ: & Tarpæa proditor occisus fuit à Sabinis in Capitolio nè uiderentur id occupas se proditoriè.
73 ¶ Equidem placent proditiones quibusdam & non proditores, qui Iugurthæ non displicebant; à probis tamen hominibus sunt odiosi,& diffidati à lege,& uituperosè no tantur,& ostenduntur digito ab omnibus: & proditores perpetua uiuunt infamia, & cũ posteris suis damnantur in æthernum in hoc sæculo:& caueant Principes à sanguine proditorum nè gignant serpentes in sinu suo; proditores illos, qui Fabio Tarentum dederunt occi dit Fabius,& Scipio Hispanis illis Regem suũ Viriatum occiderunt, dum ab eo peterent præmium,respondit, Romam ægreferre seruos oc cidere dominos suos, & quòd Senatus Romanus erat prædictis nimis auarus, & in præmiũ suum dextetam illis truncari fecit; & seruum, illum, qui dominum suum Sulpitium Marii amicum,& inimicum Syllæ, liberum fecit Syllæ: & in præmium post in præcipitem misit saxi Tarpęi Capitolini. Nec est credendum proditoribus nisi cum tuta cautione,& pignore tu, to nè mors sequatur cum ruina Imperij.
74 ¶ Et Magnus Alexander credere noluit epistolæ matris suæ Olympiæ dum foret infirmus, qua sibi nuntiabatur ipsum non debere accipere medicinam sibi ordinatam à Philippo medico suo: quoniam illa præparata erat ueneno, & hoc affirmabat esse uerum Olympia ex relatu alterius medici qui emulus erat uirtutis Philippi, hoc per Alexandrum uirtute sua in corde benè percepto, qui dum esset in actu absorbendi medicinam manu dicti Philippi literis prius lectis suę genitricis, medicinam accepit, respiciens uultum Philippi medici sui, cui le gẽdas tradidit literas matris.& dum Philippus legeret literas medicinam absorbit Alexãder, uolens ostendere maximam fidem quam habebat medico suo, prudenter cognoscens literas matris esse mendaces,& odio scriptas ob uirtu tem medici sui Philippi:& tali accepta medicina adeptus fuit sanitatem Alexander prudentissimus Imperator & bellax: cuius exemplo datur intellgi quòd ita de facili non sunt omnia credenda quæ per dies dicuntur; nam nimis credulitas ascribitur insipientię, & medicum illum falsi relatorem ut fuit iuris punivit Alexander: nec per prudẽtes sunt credẽda quæ narrantur per inuidos,ut docet Poeta.

Verbis aspera odia mouet,hinc sẽper Vlysses,
Criminibus terrere nouis,hic spargere uoces,
In uulgũ ambiguas,et quærere conscius arma.

Fabulosè legitur Magnum Alexandrum ob eius prudentiam fuisse filium Iouis Amonis uisi cum Olympia concubere in forma serpentis, ut de Scipionis Aphricani matre legitur fuisse uisam in thalamo suo; & de Romulo, & Remo ortis ex Ilia moniali, & marte filio Iouis. ¶ In uiolenta locorum oppressione celeri
75 ter facta corona militum Romanorum exemplo, primo impetu capiuntur clamoribus, & certamine duro militantium hoc inopinantibus obsessis, & maximè cum obsidentes fuerint præcedenti die à loco obsidendo, uel capiendo per tres aut quatuor dietas,& ibi celeriter equitato de die & nocte peruenẽrit stupentibus obsessis persępe inexpertis:& nisi fuerint experti ut martiales sunt Populi Flaminiæ dediti armis facilimè capientur:quia pauidos,& rei militaris ignaros cuncta timentes non protegunt: foueæ magnæ uallorum, neque altissimæ turres, nec latissima mœnia, nec arma fortia,quia metus armari non potest populorum ignauium: quorum animi concussi timore læduntur clamoribus,& strepitibus hostium suorum illos obsidentium,& inuadẽtium. Et si contra huiusmodi populos inertes, & inexpertos facta fuerit corona militum, ut supra cum machinis, & instrumentis bellicis circumcirca, omni semota mora expugnentur, & capien
76 tur non retardata expugnatione.¶ Et si obsessi obstiterint in primo ingressu omisso terrore, aucta sibi audatia pro posse imabuntur post uiribus,& arte suis: & difficilior in dies fiet expugnatio deficientibus postea uiribus, & andatia hostibus,quos inde oportebit uti omni uirtute uirium arte, & bello si obsessos superare
77 uoluerint ¶ Consilium optimum est in re militari loca illa hostiũ nõ obsideri,quibus in horis & per dies obsessi possunt occurri & succurri à suis,& integros ꝓ saucijs,& cũ aliis necessaris rebus hoste inuito ponere;quia esset conterrere tempus. Estq; menti tenendum celeritatem sæpe prodesse in capiendo loca obsessa, Et tollenda

tollenda sunt impedimenta quæcunque noci-
ua obsidioni obsidentibus, & obsessis respecti
78 ue pugnantibus & pugnaturis. ¶ Et populi bel
la fugientes, & obsidiones sunt ab amicis po-
pulis placidè & cum humanitate recipiendi, &
illis est piè succurrendum exemplo Trigeno-
rum, qui omni humanitate acceperunt Athe-
niensium senes, mulieres, & paruulos fugien-
tes propter bellum Xersis, & illis ex publico
constituerunt alimoniam dando unicuiq; die
tim obolos duos, & paruulis licentiam acci-
piendi poma ubi uoluerint; & pro eorum disci
79 plina mercedem soluerunt magistris. ¶ Et pro
ut aliàs dixi, ut hostibus tollatur commoditas
bellandi, comburenda sunt stramina, & com-
meatus, ac ædificia & habitacula, molendina,
& fontes quibus hostes suffragantur; instru-
mentaq; & munimenta sua bellica in hostium
territorio ubi fit bellum, ut Scipio fecit in A-
phrica: & quãdoque in proprio territorio quã
do fit timor obsidionis antequàm hostes ue-
niant ad obsidendum, ut illi indigeant ipsis, &
nè nostris nocere diu ualeant; hæc tamen in ar
80 bitrio resident Ducum prudentum. ¶ Et pul-
chrum est munus gloriosæ militiæ, quãdo pro
honore dicitur hic fuit primus qui in hostes
trascendit, & illos inuasit, & muros ascendit &
uallum: & meritò antiqui coronabant huius-
modi milites, & mortuos in bello uiuere pro
gloria præsumebant. Ideò boni milites non cu
rent de morte, sed de honore; propterea patriã,
& suos honorant pro egregiè factis in bello.
81 ¶ Scalæ capiendorum urbium, Turrium, arciũ,
& fortiliciorum obsessorum debent esse lon
giores quàm sint muri, quorum mensuratio fie
ri poterit ut aliàs dixi in trahendo lapidẽ, aut
sagittam cum filio linæo ligatam, & ita mensu
rari poterint muri qui umbra solis, & lunæ ra
diantis; mensurari quoque poterint pertica, o-
culoquè, & squadro agrimensorum hostibus
ignorantibus quando umbra occupat terram
de mane, uel de sero, & nocte lunata mensure
tur spatium illud umbræ pedibus, uel arundi-
ne, uel alia simili materia; & tantùm erit altitu
do propugnaculi, quantùm in longum umbra
erit in mensura: & aqua fouearum cum filo li
82 næo, & perpendiculo mensuratur. ¶ Vmbrarũ
rationem primò docuit Anaximenus Milesius
grecus: qui primus etiam fuit qui horologium
monstrauit Lacedæmoniis; & ratio metionis
huiusmodi cessat in obscuro, & nubiloso tem
pore. Et si quispiam steterit in plano loco dor
sum contra solis rectitudinem ponens umbrã
suam corporis pedibus metietur à xxiiij. die
mensis Decembris cum sequenti mense Ianua
83 rii. ¶ Nimia quoque aqua ut superius dixi sę
pe capiũtur urbes, turres, & arces quæ possunt
etiam suffocari aquis, factis argeribus & ripis
aduersus eas, pluriumq; fluuiorum aquis insi
mul iunctis per diuerticula locis obsessis con-
trariis ut dixi de Sopore Persarum Rege: qui
Araxem fluuium ob aquarum abundantiam di
uerticulis conductam Nicomediam cœpit.
84 ¶ Auro etiam capi possunt turres, urbes, & ar
ces, & pariter ferro quandoque liberare Camil
li Romani Dictatoris exemplo qui Trutinam
suam restituit Gallis, & aurum pro patria ser-
uauit inquiens, ensem suum esse marte ponde-
randum, & hostem gallum abire iussit dicens,
Proprium esse Romanorum ferro, & non auro
patriam seruare, iuxta illud.

Non bene pro toto libertas uenditur auro.
Non sit alterius qui potest esse suus.

Et melius est in libertate mori quàm cum uere
cundia uiuere in seruitutem perpetuam. Nam
dies ille uerecundiæ est de pluri inuita homi-
nis pacientis dedecus Liberii sententia Roma-
ni equitis: pro libertate Brutus, Cassius, Cina,
Cascha cum Metello Cymbrico, & coniuratis
uiginti tribus occiderunt Cæsarem in senatu
apud columnam ubi fuerat statua Magni Pom
pæi anno suæ ætatis quiquagesimo sexto; & per
annos tãtùm quatuor Dictator regnauit in ur
be: & antequàm fuisset interfectus per septem
dies sol fuit ortus sine lumine & nebulosus &
pallidus extit; & fructus immaturi cadebant ex
arboribus, & apparuere cometæ, & statuã mar
moream conuersam fuisse retrorsum in capua
85 legimus. ¶ Loca obsessa nè dum ferro in expu
gnatione, & duro marte capi possunt, sed arte
simulata fuga positis insidiis, liberalitateq;, cau
tione, libertate, suspitioni, amicitia, fictis ho-
stium signis, & uestibus, simulata uaticatione
frumentaria, aut uenatione de die, uel de no-
cte, fugitiuorum, & debitorum ciuilium & cri
minalium liberatione; & quorumdam ex pri-
matibus corruptione, & exilio cum talea mis-
sorum ad hostes ut tractarent proditiones &c.
& pluribus aliis modis prudentia Ducum ex-
86 periendis. ¶ Quid sit ciuitas quæro, quid ca
strum, & quid uilla, quid oppidũ, & quid Pro-
uintia, quid Terra, & quid Districtus, quid Ter
ritorium, & quid Patria; & quomodo consti-
tuatur Ciuitas, & quid differat à patria: ad hæc
faciũt notata per Alex. de Imo. in l. 1. §. Sin an
tem ff. de no. oper. nuntia. & per Bar. & Bal. in
l. 2. C. de nat. liber. & per Bart. in l. Si nupta. C.
87 de metat. lib. x. ¶ Edictum de noui operis nun
ciatione uendicat sibi locum in Ciuitate, & in
castro; & extra ciuitatem, & extra castrum. Ci
uitas appellatur quasi ciuium unitas cap. Si ci-
88 uitas de senten. excom. in v. ¶ Oppidum ab
oppidibus dictum est, estque genus aptum cõ
prehendere ciuitatem, & castrum l. vrbem, &
l. Pupillus. §. Oppidũ; & per Bar. ibi ff. de uerb.
signific.

signific. vbi habetur quòd appellatione oppidi non uenit villa. Ad prædicta facinnt notata per Bar. in dicta l. Pupillus, & in tract. suo. Qui sint rebelles in verbo Lombardię, & in l. Hæres, & per glo. ibi ff. de leg. pri. & per canonistas in c. Si ciuitas de sentē. excom. lib. 6. & quælibet ciuitas debet habere Episcopū habetur per Bal. in l. vnica. C. de metropoli berito. lib. xi ¶ Angelus de Perusio in repetitio. l. si Insulam. ff. de uerb. obligat. dicit prius fuisse ciuitates quàm fuerint Episcopi: & dicit illa esse ciuitatē quæ habet iurisdictionem eligendi defensores ut in §. Iusiurandum authen. de defensor. ciuit. Et quid sit Prouintia & qualiter constituatur notant Doctores in l. ult. C. de præscrip. longi tēporis, & in cap. Coram de electione. ¶ Et quid sit Terra, & an comprehendat castrum, & uillam. Dic quòd sic cap. Cū in partibus de uerb. signific. Et de Territorio, Districtu, & diœcesi habetur in dicta l. Pupillus §. Territorium ff. de uerb. signific. & in cap. Pastoralis extra de re iudicata; & in clementina Nè Romani de electione. ¶ De patria uero, & quid sit, & an idem sit quòd ciuitas habetur per Bar. & Bal. in l. 3. C. de natur. liber. & per Alex. in l. 3. ff. de no. oper. nuntiat. in §. Sin' autem; & per Oldrad. in cons. clxxxvi. & Fran. de Aret. in cons. lxxvi. & in cōs. lxxvij. vbi ponit an appellatione ciuiū ueniant commitatenses in territorio habitantes.

¶ Quæro quot Ciuitates faciant Regnum. Dic decem; & sic Pręses Romandiolæ qui habet sub se decem Ciuitates sub gubernio, & iurisdictione sua uice Rex dici potest, & nomina illarum decem ciuitatum Rauenna Nobilissima patria mea antiquissima: cuius antiquitati cedit Roma. Item Forliuium, Fauentia, Cęsena, Ceruia, Ariminum, Forum Cornelii siue Imola, Sarsina patria Plauti Poetæ Comici, Forum pompilianum, & Brithonorium: & quia in titulo suo ponit se Præsidem Romādiolæ, & Exarchatus Rauennæ. Nam si foret cum effectu gubernator totius Exarchatus Rauennæ, Ciuitates haberet duorum Regnorum & ultra sub regimine suo; quia Exarchatus Rauennæ se extendit ab Appennino ad mare Adriaticum usque ad Padum, & à Pado ad mare prædictum; & præter dictas decem Ciuitates in Exarchatu Rauēnæ sunt etiam Bononia, Ferraria, Parma, Placentia, Mutina, Regium, Adria quæ nomen dedit mari Adriano Comaclum, Bobium, Pisaurum, Cuncha modò diruta in mari ex opposito Catholicæ inter Ariminum, & Pisaurum: & harum Ciuitatum Episcopi curiam Antiquitus faciebant Archiepiscopo Rauennæ, & in Rauenna manebant ad libitum dicti Reuerendissimi Archiepiscopi Rauennæ ut faciunt Reuerendissimi, & Illustrissimi Domini Cardinales in curia Sanctissimi D. N. Papæ; & in Rauenna exarchos. 1. Principes morabantur, & dictas ciuitates iurisdictionaliter regebant; & post exarchum donata fuit dicta Iurisdictio in temporalibus, & spiritualibus Archiepiscopo Rauennæ ab Imperatoribus pluribus. Et ego uidi priuilegia dictæ donationis; & post Iurisdictio prædicta fuit per multos & multos Imperatores restituta pro Deo Rauenna cum toto Exarchatu suo Romanę Ecclesiæ: & ego uidi ut dixi priuilegia multa cum bulis aureis existentia in mole Adriani, ubi est modo castrum & seu Arx sancti Angeli de vrbe, ubi fuit

93 sepultura Adriani Imperatoris. ¶ Quæro si Ecclesia subsit Domino temporali pro temporalibus quantùm ad temporalia, & feudalia tantum. Dic quòd sic, & tributum soluit Ecclesia cap. Magnum undeci. quæst. pri. habetur in capitulis Corradi in cap. pri. & ibi per Andr. de

94 Iser. in §. Et iterum si clericus. ¶ Item quæro si uassallus Ecclesiæ sit de foro Ecclesiæ ut non conueniatur nisi in foro Ecclesiastico, habetur in cap. pri. de stat. contra libertatem ecclesiæ.

95 ¶ Quæro de casu si ecclesia potest alienare suā rem in feudum datam. Dic quòd non nisi in dando ali in feudum cap. pri. & per Doctor. ibi in §. i. qualiter uassallus iurare debet. Nam idem seruatur in Clericis dantibus feuda sicut

96 in laicis cap. Præterquàm de testibus. ¶ Ecclesia est cultrix iustitiæ, nec patitur aliquid fieri contra iustitiam habetur in cap. pri. in §. Præterquàm in titu. si de inuestitu. quæst. oriatur.

97 inter domi. & uassal. ¶ Quæro si potest Ecclesia Romana eximere ab Imperatore aliquam Prouintiam. Dic quòd sic ut tenet Andr de Iser. in præludii suis feudalibus in §. Tertiò quæritur uers. Item Ecclesia Romana. Nam Ecclesia romana potestatem habet in Imperio Catholicorum propter Deum. Imperator Argolicus .n. Constantinopolitanus habuit Imperii potestatem Senatus, Populiq; Romani succedens Cæsari dictatori: qui à Senatu, Populoque Romano fuit creatus perpetuus Dictator, & Imperator uniuersi Romani Imperii, quod per Papam fuit post in Germaniam translatum; & modò à Papa Dei vicario, & ab Ecclesia sponsa CHRISTI, & ipsius sācta sede Apostolica dependet Imperium; quod principaliter Dei est, in cuius potestate sunt omnia Regna.

SVMMARIVM.

1 *Principes loca bene munire debent, ut illa ab obsidione defendant quæ requirantur ut hostes facilè superentur singulariter enumerantur. & num. 2. & 3. cum multis sequentibus.*

3 *Ignis incendiarius qualiter fiat, & exerceatur; & quantùm contra hostes prosit, & quomodo contra illum sit prouidendum. & num. 4. & 5.*

6 Caue

DE MODO DEFENDENDI *Loca obsessa.*

1 Vtantur obsessa loca probè annonis munita à fida, & experta gente militiæ variisq; armis & machinis bellicis mobilibus ligni, terræq;, & lapidum ex oppositis: factis in hostes, quæ etiam comburi & dirui arte magistra possunt incendiario igne, trabibusq; acutis cū ferratis capitibus extra muros positis, & intrinsecus arte cauata terra facilè corruunt ut aliàs dixi ponderosæ machinæ: quæ superari etiam possunt obsessorum machinis superantibus tur-

res, & machinas obsidentium. ¶ Et machinæ bellicæ insidiando hostibus aptius apponãtur locis obsessis nocturno tempore, & in locis oportunis ubi hostes desfignant uenire quàm de die, nè hostes certiorentur; & aptius etiam de nocte deserũtur hostium munimenta quàm de die: quę uariis etiam modis ut aliàs dixi repelluntur arietibus, testudinibusq́ue, & ædifitiis, & propugnaculis arte factis, & appositis. illis, & in ipsa arte proiecto uulcano, & per irruptionem experto Marte tolluntur. ¶ Et quia in re bellica est ualde utilis ignis incendiarius, & qualiter diuersimodè fiat, et exerceatur dicam in libro Rei Naualis, quem Domino Duce, & eius gratia compilare decreui, ut Catholici docti in omni bello utriusq; elementi terræ, & aquę pro CHRISTO Domino Deo nostro bellantes ualeant facilius infideles superare. Et quoniã in re nauali officit magis ignis prædictus quàm in terra, in qua etiam ualde prodest pro uictoria, & hostium destructione; Ideò ibi de dicto igne latius scribere decreui. Romani existentes in ciuitate Palermi cum prę sidio, & uenientem ad mænia prospexerunt Asdrubalem, illum fuerunt aggressi intus & extra ciuitatem tutantes illam, & Asdrubalem occiderunt cum suis bellica arte. ¶ Et si contingerit per obsidentes cauas fieri sub terra cauatas, ut obsessa loca capiantur, uel præcipitentur ob ignem sulfuræum dolosum, & machinosum; Consilium erit pro obsessis ad cognoscendum cuniculos, & cauas de nocte factas fumo terræ motæ solis calore in eius ortu fumante, uel auditu custodum, aut motum aquæ arte positæ in aliquo uase, uel spiramine, puteisq; pluribus profundis factis, aut aliter prouideatur. ¶ Prouidebiturq́, arte prudentis experti Ducis obsessorum cuniculis, & talpis contrariis, & contracauis, spiraminibus in tantùm quòd non officient locis obsessis factis contra foueis, & spiraminibus pluribus uariè cauatis per rectum tramitem, obliquumuè, aut extortum; posita ibi aqua, uel alia humida materia hostes cauantes impediente & prohibente ignem non parere effectum suum pro ut fecit Symiliton Atheniensium Dux in Sicilia contra Romanos qui cauas fecerunt, & illos aqua impediuit. Et tẽpore nostro Bononienses obsessi contra cauas contrariis cauis uictores permanserunt: & uariis modis impeditur effectus incendii, cauarũ factis puteis contra ipsas cauas subterrancas, aut in illas arte conducta aqua fluuiali, uel fontium per canales, & fossata, calceq; uiua cũ aqua, uel materia ignita & fumosa, machinosa, dura, aut liquida hostibus nociua. Ita quòd in ipsis cauernosis, cauis suffucabuntur hostes & ibi peribunt obsessorum uirtute; ut Gothis contingit in ciuitate Neapolis per cauas subterraneas facta sibi uia: capta fuit p Romanos urbs Vcientanorum: & aquarum deriuatione occupata fuit Neapolis à Belisario Duce Iustiniani Cæsaris. ¶ Cauæ subterraneæ magis

6 nocent locis terrenis aridis, & siccis, montosis & non saxosis ubi aqua haberi non facilè possit: quia ibi puluis sulfurea operatur, & in humidis locis, & pluuiali tempore perdit uigorem; & populi imbelles de cauis huiusmodi timentes se hostium ditioni spontè tradunt: contra quos prosunt fictiones arte factæ per prudẽtes Duces. ¶ Et habẽt pro regula curare obsessi

7 nè capiantur ab hostibus & opprimẽtur de noctis i pe quo quiescũt post factas custodias, seu vigilias; aut de mane in ortu solis; vel de sero inter diẽ & noctẽ; aut quãdo cibatur, & seu cubatur in meridie scd'm naturã regionum, & mitum quorumdam; uel quando equi iuerunt ad pabulandum, seu ad potandum; uel celeriter post factam expeditionem. Ideò est prouidendum ut de nocte sint uigiliæ & quod non dormiant sed uigilantissimè maneant, & pariter custodes de die sint & semper in armis, exemplo Marci Antonii Romanorum Imperatoris qui dum in Armenia debellaret amplissimam ciuitatem Faortem, à Rege Parthorum Faorte constructam, prius per ipsum deprædata regionè Antropaterna, relictis impedimentis tercẽtorum curruum quibus portabantur machinæ Tatiani; sciens uxorem, & filios Regis Medorũ esse in ciuitate: & illico Faortus Rex Parthorum occiso patre cum exercitus parte fuit aggressus Tatianum, & illũ interfecit cum quindecim millibus hominũ Rege Polenio capto; & omnes machinas combuxit: quo audito per Antonium suos acie instruxit; & illos ita instructos retinuit silentes in tentoriis, ad quos Parthi peruenerunt mirantes de silentio, & dato signo per Antonium fugati Parthi fuerũt à Romana uirtute; & cum magna Parthorum cæde mira celeritate occupauit urbem Antonius.

8 ¶ Principum prudentia est maxima tenere custodes uigilantissimos in urbibus, arcibus, & turribus cum domunculis, & tabulatis pro custodia factis super altis muris nè sol, uentus, tẽpestas, & imber officiant illis; tenendo secum super mæniis uigilantissimos & mordaces canes, qui hostes uenientes ad mænia cum scalis, uel in ipsis uagando sentiant odore, & mordeant illos, & repellant; & cum latratu cercio rent dominos suos, & eorum custodes, ut Olitoris Canes interfecti fuerunt Eumeni in expeditione castri Syracusarum deieti à Dionysio Tyranno: quem expulit Eumenes capto castro; & Syracusas in libertate posuit. Et hostes repellent uigilantes custodes saxis, & aliis armis, & instrumentis uariis, ac machinis bellicis aptis ad repellendum hostes: Ita quod obsidentes inimici

mici uotum suum adimplere nequibunt. Contra canes prædictos feroces uigilantissimos & mordaces prouideri poterit uirtute huius uersiculi psalmi Prophetæ nidelicet; In chamo, & freno maxillas eorum constringe qui non approximant ad te; uel cum offa arte facta & sibi iniecta, qua sumpta per canes ipsi ulterius non latrabunt sed dormient, uel morientur apta materia ut lupi uenenati; & de Cerbaro latrante cantat Poeta:

Melle soporatam medicatam frugibus offam.

9 ¶ Regula est militiæ quòd obsessi stent in optima custodia; & utile est pro obsessis habere copiosas annonas cũ reliquis necessariis pro bello, & uictui quibus obsidentes fortè putant obsessos indigere: & profuit quandoq; prohicere extra mœnia locorum obsessorũ panes in hostes ut Romani fecerunt in Capitolio obsessi à Gallis, & Atheniẽses à Lacædemoniis; uel mittere aliquem bouem extra locũ obsessum qui pauerit frumentum, quem si hostes interfecerint, cognoscent obsessos non indigere frumento. Ita quòd arte tali, obsidentium animus & fiducia peribit: qui prius credebant loca obsessa carere cibariis. Ideò talem obsedionem fecerũt prædicta de causa: quia cessante cessabit & effectus cap. Cum cessante de appella. Trasibius Dux Milesiorum dum foret obsessus ab Aliato credẽte illum indigere uictu, oratoribus Aliati ostendit magnam frumenti quantitatem, & in foro publico conuiuia multa fecit: quibus ostendebat se posse longo tempore tollerare

10 obsedionem. ¶ Et fuit consecuta post per Romanos contra Gallos urbis liberatio cum uictoria uirtute sui Dictatoris xv. Kalendas sextiles propè flumen Aleam in Sabbaria uia distante ab vrbe per quindecim millia passuum, vrbis iam primò secuta ruina, & Pattum cæde, & arcis obsidione Capitolinæ; ubi gloria maxima fuit Romanis uirginibus in Capitolio obsessis, quòd deficiente canipa bellantibus suis qua funes fiunt scorpionibus & balistis, proprios capillos sibi inciderunt, quibus occursũ fuit scorpionariis; & Capitolium hac dè causa fuit defensum: & ob tale factum egregium in honorem fœminei sexus templum Veneri Caluæ Senatus fieri constituit pro ut docet historia: & idem fecisse legimus fœminas Aquileienses, Aphricanas, & Carthaginenses obsidionũ

11 quorumdam temporibus. ¶ Prodest etiam tolli hostium fiducia, & locorum obsidio patriã aggrediendo obsidentium ut aliàs dixi de Scipione maximo Aphricæ destructore, qui opprimendo Carthaginem, reuocauit Annibalẽ ex Italia quam per dies affligebat: & qui sua diù tueri nequeunt aduersa fortuna illa conseruant opprimendo aliena, rotam suam instabilem uoluente fortuna. Et pro tuitione obsessorum locorum in montibus constructorũ proderit implere uasa saxis magnis, & illa in præcipitem contra hostes mittere: quibus impetuosè cadentibus perdent & lacerabunt obsidẽtes.

12 ¶ Et si Cæsar Catholicorum Imperator, & sẽper Augustus DEI uiui Regna per infideles occupata aggressus fuerit cum suo inuictissimo exercitu Orthodoxorum, illa optima fide ut unus fiat Pastor, & unum Ouile, ut dictat Euangelium, secum erunt & pugnabunt Angeli, & nihil resistere poterit diuinæ potentiæ.

13 ¶ Capto namq; aliquo obsesso loco ui, aut dolo diurno, aut nocturno tempore cæsis custodibus, aut uigiliis, vt cantat Poeta.

Inuadunt urbem somno, uinoq; sepultam,
Cæduntur uigiles, portisq; patentibus omnis:
Accipiunt socios, atquè agmina conscia iungũt.
Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris,
Incipit, & dono diuum gratissima serpit, &c.

14 ¶ Et in somnis quid agere habeant animosi populi capta eorum urbe, poterint se in ea etiam defendere uariis modis ascendendo turres, & domos altas, superiora & altiora loca iactando lapides, tegulas, & ligna missilia, & ponderosa saxa deorsum in hostes, Iuxta illud Poetæ.

Nec spes ulla fugæ, miseri stant turribus altis.
Nec quicquã & rara muros cinxere corona.

15 ¶ In capta urbe Argos per Pyrrhum, iacta fuit tegula à fœmina quadam in caput ipsius Regis Pyrrhi: qui tali percussione cecidit in terram & inde periit Pyrrhus Rex Epyrotarum truncato sibi capite. Nam hostes in loco inferiori existentes grauiter lædi possunt, aut se collocando ciues in aliqua fortiori parte capti loci quę per se tueri possit arte militari exercitio hostibus inuitis: quod facilè fieri potest quando locus obsessus sit magnus, & pauci in eo sint defensores experti ut probè fecerunt tempore nõstro Cæsarei milites in obsesso Mediolano: qui sua uirtute pauci experti multitudinem superarunt, & Mediolanum Imperio suo conserua

16 runt. ¶ Poterint etiam se tueri si ex una parte loci capti fuerit factum incendium magnum, ita quòd hostes circuire illud non possint & totum discurrere, exemplo Nabidis Regis Spartanorum, qui arte tali Romanos impediuit iã ingressos ciuitatem; quos ex illa expulit incendio tali. Et uolentes Campani obsessi certiorare Romanos de obsidione Annibalis, extra ciuitatem miserunt quendam ut captiuum; & litteras inscio Annibale attulit Romanis, qui arte

17 cuerterũt Annibalem ab obsidione. ¶ Possunt etiam obsidentes uinci à populis obsessis in militia doctis, strennè & animosè bellantibus ut

in

in Flaminia contingit Forliuii:qui nnus Gal-
lorum exercitus fuit interfectua nsquè ad unũ
à bellaci populo Forliuii, se callide reducto ar
te & consilio sui Guidonis Bonati in una par-
te Ciuitatis, & ex Gallis nullus euasit qui fuis-
set nuntius suorum excidii quorum cadauera
in puteo magno existẽte in foro publico dictæ
Ciuitatis sepultura fuerunt: & locus ille hodie
nuncupatur Cresetta Gallorum; Et in huiusmo
di inuasionibus locorum pro libertate, & pa-
triæ defensione, personæq;, suorum, honoris, &
rerum pugnat uterquè sexus masculus, & fœmĩ
18 neus indifferenter . ¶ Et ut aliàs dixi contingit
Regi Pyrrho dum foret in ciuitate Argiuorum
populo pertinaciter pugnante: qui Pyrrhus ele
phantem interfecit, & bellua mortua impedi-
uit Regis discessum in arcta turba, alio Pyrrhi
elephante ob mortem sui domini surẽte in om
nes, uulnerato tunc Pyrrho à Iuuene quodam
Argiuo; cuius mater misit tegulam super ca-
put Pyrrhi: qui contradictum iuuenem quære
bat uendicare uulnus quod sibi intulerat: & ob
ictũ tegulæ prædictæ ab equo cecidit Pyrrhus
in terram, & inde manu zophiti militis Anthi
goni caput illi non sine tremore truncauit, &
per Alcioneum filium Anthigoni præsentatũ
fuit patri: qui uiso Pyrrhi caput plorauit, & fi-
lium caput percussit baculo ob impiè factum
per ipsum in præsentando Anthigono caput iã
ti Regis: quem cum honore magno sepelliri fe
cit ut decuit Inclyto Imperatori; & Pyrrhi filiũ
Helenum unà cum suis Epyrotis probè recon
ciliatum cum mira humanitate, & magnis mu
neribus remisit in Epyrũ. Et post emisso ignẽ
per ciues in dicta ciuitate Argiuorum Flami
nius Romanus ingressus in ea cũ exercitu fuit
ex ipsa expulsus: & Cæsar seruauit Megaram
19 apertis serris leonum. ¶ Et deserto loco obses-
so, portis relictis sine custodia; optimo mero,
Cerereq;, & Baccho ibidem existente callidè
papauerato ut hostes crapnlati dormiant, &
inde deleantur; aut capiantur somno sepulti,
aut gipsata, seu uenenata farina, uel alia mate-
ria cibi, aut potus moriantur: ut olim fecit Im
pius & improbus quidam græculus Impera-
tor Bysantii, qui farinam gipsatam misit exer
citui Catholici Imperatoris Germaniæ, & Re
gis Gallorum iam ducto in Græciam ad recu
perandum, & acquirẽdũ Regna CHRISTI
fidelium occupata per hostes infideles; & ob
dictam gipsatam farinam ferè totus exercitus
prędictus pęriit odio, inuidia, & dolo ditti Cõ
stantinensis Imperatoris: qui posteà ob dictum
(ut reor peccatum, Imperium suum Argolicũ
perdidit occulto Dei iuditio; & dicta fraude
gipsatæ farinæ, aut uenenatæ annonæ data oc-
casione poterint in fidi hostes discipari opera
20 Principum Catholicorum. ¶ Proderit quando
que obsidentibus intrantibus loca obsessa, por
tas eorum relinquere apertas ut obsessis fugiẽ
tibus tuta detur uia abeundi; aut proclamari
facere quòd nullus de capta ciuitate lædatur,
nisi illi qui arma habuerint & illa tulerint resi
stentes contra obsidẽtes: & si arma proiecerint
in terram indulgeatur illis sub certa pœna si cõ
trafactum fuerit, exequenda in illos qui nõ par
uerunt; quod utile erit nè obsessi desperatè
certent, & lædant obsidentes, & fœminis ob di
ctum proclama tolletur audatia ex alto iactan
21 di lapides in hostes. ¶ Et si contingerit mittere
Oratores ad hostes consilium erit nõn mitte-
re ignorantes disciplinam militarem, sed scien
tes & expertos in re militari: qui probè castra
& loca inimicorum lustrari, & prospicere, &
perscrutari ualeant; & sæpe arte mittuntur hu
iusmodi Oratores ut exploratores causa scien-
di errores, & hostium archana, Scipionis, & Le
lii Cornelii exemplo: qui seruorum habitu Tri
bunos militum, & Centurios ire iusserũt in ho
stilia castra Pęnorum ut iuditium facerent ini
micorum, & eorum ordinum. Nam hi equum
tamquàm fugientem prosecuti maximam par
tem circuierunt murorum ualli Annibalis, &
munitionum, & annonarum loca: quæ cum nũ
ciassent ea quæ uiderunt Scipioni, & Lelio cõ
fectum incendium fuit in nocte, & belli extitit
22 secuta uictoria. ¶ Modus est etiam tuendi ur-
bes obsessas per Oratores missos ad obsidentes
ad promittendum quid sibi dari aut loca obses
sa absq; cauta fideiussione, & non tuto obside
ut Contingit Bellisario Duci Cæsaris Iustinia
ni qui ita fuit deceptus ab Oratoribus Neapo-
lis ut firmat historia; & inde Neapolim habuit
Bellisarius, & erga ipsam ciuitatem fuit usus
pietate ut aliàs dixi, pro ut decet bonos Princi
pes qui regnare cupiunt in gratia DEI qui
23 dat, & tulit uictorias, & Regna. ¶ Et est pręca
uendum non ita passim mittere ad hostes pro
Oratoribus, & exploratoribus illos qui sciant
archana suorum Principum: quoniam possit
contingi ipsos auro, & muneribus corrumpi;
& spontè propallare talia secreta inimicis, uel
ipsos barbareo more cruciari tormentis ut si-
bi dicant secreta huiusmodi quorum reuela-
tio esse posteà posset ruina & perditio exerci-
24 tus, & Regni. ¶ Obsidente Lelio Sylla Athe-
nas Aristione Tyranno illam occupante, & cũ
fuisset relatum Syllæ quosdam senes in Cera-
mico reprælıendisse Tyrannum de negligentia
sua quòd non probè custodiebat Epidalcum lo
cum intra ciuitatem Athenarum: & quòd faci-
limè possent hostes ingredi ciuitatem ex illo
loco, & Sylla non neglexit tale relatum; & ibi
de nocte se contulit, & eo uiso cœpit Epidal-
cum, & Athenas in obscura nocte, & populum
trucidauit Calendis Martii multo in arctis &

latis

latis locis Athicæ urbis sparso sanguine paucis parcito uiuis: quibus donauerat cadauera ut illa comburerent ad præces duorum exulũ Athenientium qui militabant cum Sylla Midiæ, & Calfonis nominibus, reducto Tyranno in Pyreo parta Athenarnm arce; & inde Tyrannus Curionis opera propter sitim, deficiente sibi aqua in Syllæ captiuitatem peruenit, maxima tunc urgente siccitate. Et legitur quòd postquàm captus fuit dictus Tyrannus pluuia adeò magna illicò uenit quòd aqua fluminis Araxis superauit ripas.

25 ¶ Et inde Sylla fecit Pyreum pro maiori parte comburi ubi munitiones, & arma manebant, qnod opus erat mirandum à Phylone constructum: qu d fecit Sylla ut audacia tolleretur futuris Tyrannis, & animus rebellandi Athico populo.

26 ¶ Et si contingerit anuente DEO aliqnas infidelium urbes se spontè dari Catholicorum Imperio, & illæ tueri non possent ob nimiam hostium uicinitatem, & potentiam, consilium erit nè aliqua illis inferatur iniuria, nequemalum aliquod; sed omnis erga ipsas utenda est humanitas & munificentia, ut alia inimicorum loca se facilius ditioni dedant Imperij

27 Catholicorum. ¶ Et quando de summa rerum agitur sunt mittendi Nobiles experti ad custodiam locorum obsessorum, & seu obsidendorum: qui habeat pignora sua in locis prædictis, & sint fideles; & de illis locis & seu prouintiis: quia pro gloria, & honore, & pro suorum defensione, & bono nomine fideliter & diligenter custodient, & pugnabunt strenuè absque mortis timore: & omnis ab his cessabit suspitio proditionis: quæ est crimen & Scælus nephandum, & abominabile in cœlo, & in terra. & Nobiles prædicti ob genus nobile suum, & uirtutem fugient turpem calumniam proditionis omni æuo damnandæ, & punienda in omni seculo sine misericordia ulla.

28 ¶ Nec facile est credendum deditit iis ut aliàs dixi, nisi primò receptis ab illis armis, & obsidibus ex eorum nobilioribus ex Principum filiis, fratribus, & consanguineis peramatis ab ipsis, exemplo Cæsaris qui nunquàm se confidere uoluit dedititiorum fidei propter timorem proditionis, nisi armis prius dimissis, & obsidibus datis de primatibus eorum, non immemor cædis Cannensis, & Numida-

29 rum & Pagorum proditionis. ¶ Et si contingerit ut aliàs dixi tumultum factionum fieri in locis obsessis habita fide ueritatis, habendus erit repentinus aditus ad illa, quia semper nocuit diferre paratis: cum loca obsessa tempore defensionum facilimè occupantur: quæ regi non debent tyrãnice cũ angariis, per angariis, & super angariis, extorsionibusq; uariis & intollerabilibus, grauaminibus iniustis. Sed gubernari debent cũ Dei timore: cui habent reddere rationem Principes suæ uilicationis, ut

30 dictat Euangelium. ¶ Quæro de casu si factio si, & Partiales ciuitatum damna multa inferentes & iniurias aliis, an teneantur ad refectionem damnorum, & iniuriarum huiusmodi, scilicèt pars illa quæ iniustè regit, & aliam partem oppressit aut opprimit. Dic ipsos teneri & ad damna, iniurias & interresse cap. In nostra extra de iniur. & famos. libell. & per Ioan. de Imol. & Innocen. in capitulo finali extra quod met. cau. & per Bal. in usibus feudórum de pac. iuramen. firman. in §. Iniuria

31 col. 2. ¶ Et ultra etiam in foro conscientiæ tenentur de omnibus malis, damnis & interesse quę inferunt Principes populis suis, & illis quę bus casu sui inferuntur per alios.

32 ¶ Quæro de illo qui innuit factionem, & tractatum cum hostibus ut occiderent subditum Principis propter odium, & inimicitiam quam habebat cum eo, an incidat in crimen lęsæ maiestatis. Dic quòd sic, ut in eo qui scripsit literas ad hostes contra rempublicam, uel iuerit ad hostes animo proditorio delinquendi in patriam habetur latè per Andræas de Isernia. in titulo quæ sint regal. in §. Redditus piscatorii. columna octaua. in additio. Ciuiles dissensiones sunt pestiferæ in ciuitatibus quia destruunt illas l. in bello §. In ciuilibus ff. de capt. & postlim. reuers. Ideò sunt per Principes omni arte, & iustitia tollendæ.

33 ¶ Occurrit casus quòd duo Principes insimul pugnant, & unusquisque eorum habet aliquam factionem, seu partem sibi amicam in populis, & aliam sibi inimicam; utrum sit melius quòd expellent de ciuitatibus illorum partem quam suspicant sibi inimicam, & amicam hostibus suis. Quidam dicunt quòd sic, ut tollatur suspitio; Alii e ai pro consilio quòd non, & hoc mihi magis placet, & ratio est: quia hostes pluies sibi facient extra ciuitates si illos expulerint ex ipsis eorum patriis: & melius est pro Principibus humanitate, munificentia, & iustitia æ; qua populos in fide retinere. Nam ijs mediis inimicos sibi reddent amicos liberalitate sua usa erga ipsos, ut in Nola fecit Marcellus, & tali arte retinuit illam amicam Romanis: quæ postea obstitit Annibali; qua arte uir prudens Petrus Mucenicus Brixiam conseruauit suis Venetis, spreto consilio Bartholomęi Capitis Leonis de Bergomo, Perusin. Gattæ mellatæ Venetæ millitiæ Ducum.

34 ¶ Et si dubium fuerit proditionis in populo, ut illa tollatur proclamare faciant Duces bellorum existentes in locis obsessis, nè ullus de populo capiat arma sub formidabil

pœna magna ut fecit Marcellus in Nola; & so li milites sui cæteri arma tulerunt iussu sui Du cis,& Nolā pro Romanis custodierunt. Alcibiades Atticus existente obsessa eius ciuitate à Lacedæmoniis,iussit,faces eleuari ab omnibus uigiliis in obscura nocte sub pœna mortis, cū primū uiderint per ipsum eleuare signū ignis, & ita factū fuit;& probè ciuitas tuta fuit à non
35 dormientibus ciuibus ¶ Obsidente Mithridate Cyricenorum urbem,uolens L. Lucullus illos certiorare de suo aduentu in eorum suffragium,non ualens ob iter arctum, & occupatū ab hoste per nuntios certiorare amicos, quendam in natando practicum misit qui natauit per septem milliaria in mari usque ad urbem prędictam tenens literas Luculli in lutro à ciuibus in natando monstrum uidebatur:qui postea nouum illis dedit cum literis sui Imperatoris Luculli,qui breui post ibidem affecit cū
36 præsidio,& Mithridatem fugauit.¶ Regula sit pro obsessis ꝙ nullam præstent fidem dolis & insidiis,blanditiisque obsidentium; sed pro firmo debent tenere in mentem dolum subiacere sub blandis uerbis hostium qui uenenum tenent in mente occultum ut scorpio in cauda, exemplo Domitii Coruini Romani Consulis, qui dum ciuitatem quandam obsideret,consuetudinem habuit omni die circuire locum obsessum cū parte maiori sui exercitus, unde qui crediderunt id facere causa exercitii, custodias paucas miserunt ad mœnia; de hoc per exploratores suos certiorato Domitio illos acerrimè
37 inuasit,& cæpit.¶ Et Duces quidam callidi habita fide uenturi suffragii hostibus suis, quosdam ex obsidentibus induit uestibus, armis,& insignibus hostium cum magna lætitia, & cursu celeri:quibus obsessi apperuerunt portas,& arte tali occuparunt ciuitates, loca, & oppida obsessa. Et quidam alii Duces astuti factis incendiis locorum,& templorum extra,& propè loca obsessa existentium;uel illis occupatis,uotum optinuerunt militari exercitio arte capiendi loca obsessa.¶ Et quia in bellis prę
38 territis,& ab Adam usque ad præsens naturali, & uiolenta morte multi migrarunt ab hoc sæculo;propterea interrogauit Alexander Mag. sapientes urbis Sabbæ, si plures erant uiui, aut mortui;responderunt, uiuos,quia mortui nihil erant. Quædam delectabilia in præsenti opere scripsi pro curiosis legentibus, & audientibus; ut dociles,& attenti fierent,& nè in otio permanerent:& ut antiquorū,& nostri memores magis fierent. ¶ Possunt & defendi loca obsessa si
39 per amicorum equitatum leuis armaturę cum peditatu secum portato simul, & disiunctim fuerint obsidentes in dies aggressi; adeo quòd ipsis hostibus obsidentibus tollatur audatia ex pugnandi illa prout Inclitus Epyrota probè fecit Alphonsus Castriota Marchio Atripaldi, descendens(ut fertur) à Pyrrho Rege Epyrotarum in militia doctus, & imitator uirtutis sui Pyrrhi: qui militando pro inuictissima Imperiali & Catholica Maiestate,dū existeret Gallipoli cum suo rapacissimo equitatu armis experto Epyrotarum suorum tempore nostro, quo Galli obsidebant Neapolim, & regnum ferè totum occupauerant Siciliæ citra farum Messinæ; Ipse Marchio Excellens cum suis Epyrotis adeò infestauit Gallos, quòd totam prouintiam Idrunti ad Imperii uotum rebellare fecit à Gallis: quo in loco suus olim Pyrrhus peręgregia multa fecerat armis contra Romanos in auxilium uocatus Tarētinorum. Nam Marchio prædictus munificus, & excellens literis,consilio,& armis gallos hostes per dies inuasit illos carpendo, & occidēdo donec Neapolis liberata fuit ab obsidione arte dissipato exercitu gallico uirtute prudentum obsessorum Imperialium, & dicti Marchionis astu: qui multa alia cum suis Epyrotis bello præclara peregit.

SVMMARIVM.

1 *Regum Vrbes condentium suo sub nomine nuncupatas,summa gloria est.*

2 *Imperatores,Reges,& Duces antiqui,ad posteritatis exemplum, quandoque pro Diis uenerabantur post mortem eorum:constructis templis, & in memoria Inflatis flatuis.*

3 *Vrbes,Castra,Turres,Arces,& alia, in quibus locis ædificari debeant.& 4.*

5 *Et quomodo debeant ædificari.*

6 *Ecclesiastica plura cum Ecclesiis iuxta ordinem traditum per Esdram Prophetam,pro usu habitantium, in quacumque Vrbe, uel Castro construi debent.*

7 *Muri Vrbium qualiter fieri debeant.& 12.*

8 *Et qua altitudine. & 16.*

9 *Fouea quo in loco circumcirca Ciuitatem fieri debeant.*

10 *Fouea intus facta debet esse triginta brachiorum in latitudine, & duodecim in fundo.*

11 *Tormenta,& bellica Instrumenta ignis sulphureiq́,& in quo loco ponenda sint.*

12 *Porte Vrbium in quo loco faciendę sint. & quomodo.& 18.*

13 *Arces unde dictę.*

14 *Vrbes qua forma construerentur antiquitus.*

15 *Ciuitates debent benè muniri foueis, quia Ciuitas bene foueata dicitur dupplicata muro.*

16 *Vrbs debet in solida terra ædificari.neque extra, uel propè mœnia debent esse turres, arces, & domus, aut monticula terrea,aut saxea.*

17 Locus

17 *Locus paruus quantūcumque fortis, an melius defendatur, quam locus magnus habens locum alium fortem, ubi se retrahere possit, data oportunitate.*

19 *Castra tempore pacis construenda sunt.*

20 *Et sunt probè construenda cessante iniuria, & emulatione alterius.*

Et an possit quis incastellare uetera castra.

21 *Dominus Castri ex pluribus Dominis, si delinquat, an à Dominis consociis posit puniri.*

22 *Inuestitus de Castro: an intelligatur inuestitus de Iurisdictione, si in inuestitura de ea nō fuerit facta mentio.*

23 *Castro legato, an arma bellica in eo existētia legata intelligantur.*

24 *Castra plura, et loca aliena, an insimul uniri, & incastellari posint, & muris circumdari pro publica utilitate.*

25 *Castra de iure construi possunt, facta unione in loco priuato.*

26 *Ecclesia constructa in alieno fundo, solū ad se trahit, & non econtra.*

27 *Muri Ciuitatum sacri dicuntur.*

Aequitas Iustitiæ restringitur fauore publicæ utilitatis.

Muri Ciuitatum precio soluto construantur.

28 *Quid si Ciues commodè pracium eorum soluere non posint.*

29 *Aedificia publica cum Principum auctoritate, non aliàs debent edificari.*

Et de quorum pecunia.

30 *Ascendentes, descendentes, aut dolo rumpentes muros Ciuitatū, aut Oppidorum sine iussu Principis: morte naturali possunt puniri.*

Romulus puniuit Remum fratrem suum morte naturali, qui muros cōtra legem statutam transcenderat.

31 *Uniuersitas an possit ascēdere, descendere, uel rumpere muros Ciuitatum.*

Violans muros Romæ morte naturali punitur.

32 *Arces à quibus, & quare inuente sint.*

Thimoleon Corinthus Imperator docuit destrui arces omnes, ne ullus in eis Tirrannus se reduceret.

33 *Augusta cum sua familia, an gaudeat iisdem priuilegiis, quibus gaudet Augustus cum suis ministris, & familiaribus.*

34 *Romæ laudes, & Excellentia, an sit caput Orbis.*

35 *Principes quomodo honestè, & uirtuosè uiuere debeant.*

Os hominum plus interficit, quàm gladius.

Principes probè uiuentes sæpius senescunt, at non ita uitiosi, & crapulosi.

36 *Homo rationalis cur dicatur.*

37 *Homo qui uult æthernum honorem, & nomen, ac gloriam consequi, incumbere habet. diuinis literis, in quibus stant omnis sapientia.*

38 *Principes debent rectè gubernare, non autem angarizare, quod Tirranis proprium est.*

39 *Reges unde dicti sunt.*

40 *Demetrius Rex Antigoni filius à fæmina fuit increpatus, petente Iustitiam sibi fieri, & illam facere neglexit, cui dixit fæmina, se breui regnaturum, ut fuit.*

41 *Icetus Tirannus in Sicilia Aretam uxorem Dyonis Athici Ducis, cum filio paruulo & Aristomaca sorore eiusdem Dionis impiè in mari suffocauit. qui postea à Thimoleone Corinthiorum Duce unà cum filio suo fuit occisus, et eius uxor cum filiabus ad mortem damnata fuit.*

42 *Tyrannus an licitè posit occidi: ut patria à Tyrranide liberetur. & 43.*

44 *Dionisius Syracusarum Tyrrauus indoluit dum esset captiuus Thimoleonis Corinthi, contempsisse Platonis precepta.*

45 *Tyrrani propriū est angarizare iniustè populos, & ab ipsis emungere sanguinem.*

46 *Populi qui habent superiorem Tyrranum angarizātem, possūt recurrere ad Papam, Imperatorem, uel Reges, superiores, ut prouideant.*

QVALITER VRBES, ET arces construantur fortes.

1 REgū est gloria summa nouas cō-
dentiū urbes suo sub nomine nun
cupatas, ut de Roma à Romulo
conditore; & de Alexādria ab Ale
xandro; & de Seleutia à Seleuco
constructore uno ex successoribus Alexandri
Magni; & de Antiochia ab Antiocho; & de An
thigona ab Anthigono nunc Nicæa nuncupa-
ta; & de Constantinopoli à Constantino, nam
Byzantiū primò nuncupabatur à Pausania Re
ge Spartanorum constructum in fertili terra, &
opostuno loco: & post à Magno Imperatore
Constantino ampliata ciuitas fuit, & nomen
cœpit ab eo mutato antiquo nomine, & Thra-
tia est inter Constantinopolim, & Andrinopo
2 lim per uiam distantem tribus dietis. ¶ Et anti-
qui Imperatores, Reges, & Duces ad posteri-
tatis exemplum quandoque pro Diis uenera-
bantur post mortem eorum constructis tēplis,
& in memoria inflatis statuis ut de Hercule,
Baccho, Cerere, Venere, Aenea, Romulo, Ale-
xandro qui Bucifaliam urbem apud Hidaspem
fluuium construxit sub nomine equi sui Buci-
falis mortui (ut legitur) in Parthia a grecis mer
cenariis Regis Persis in colle reductis per Ale
xandrum non longe a flumine Granico: & qui
dam firmant equm prædictum periisse in bello
contra Porrum Indiæ Regem; in quo bello de-
struxit Alexāder populos quindecim nationū,
& quinque millia castra, & uillas; & sub nomi

ne Cauis mortui Parthæ nuncupati quem dili-
gebat Alexander;urbem Parthiã fabricari man
3 dauit. ¶ Et debent ædificari urbes,castra, tur-
res, Arces, & alia in locis fortissimis natura
munitis, uidelicet apud mare, flumina, palu-
des,& aquas;& quandoque in montibus & lo-
cis similibus belli,& pacis studio populorum,
& locorum attenta conditione, & qualitate:&
multa sunt consideranda in constructione hu-
iusmodi aeris uidelicet clementia,& seu tempe
ries,& agrorum fertilitas;aquarum, & ligno-
rum copia & abundantia; situsque benignitas,
& fortitudo; & ea quæ necessaria sint ad usum
humanæ uitæ,ut perfectæ sint, & laudabiles ur
4 bes. ¶ Et Populi illi quorum urbes sunt erectæ
in locis natura munitis fortissimis, fertilibus-
5 que aere temperatis. ¶ Et si in Campis planis,
& patentibus constructæ fuerint urbes, turres
& Arces curandum est arte & studio omni il-
las construi inuictas cum magnis & latissimis,
ac profundissimis foueis,cum rotundo uel an-
gulato ambitu, ut à lateribus defendi facilè,
possint cum bellicis instrumentis de quorum
constructione,locorum expugnatione & defen-
sione inferius suo loco dicemus: & prius de cõ
structione tractandum est ut rectius procedatur
6 in scribendo. ¶ Ecclesiastica plura cum eccle-
siis secundum ordinem traditum per Esdram
Prophetam cap.3.in habili loco, & pro usu ha
bitantium construi debent unà cum molendi-
nis,& furnis pro anima,salute,& uictu populo
rum, diuina post regendorũ iustitia l.Cum de-
lanionis §.Asinam molendinariam ff.de fundo
7 instructo. ¶ Duo probè fiant muri profundissi
mi cauamenti, & seu fundamenti non minori
grossitudine trium brachiorũ cum terra in me
dio posita;de fossis, uel aliunde cauata cum de
bitis turribus,& intercapillis ducentorũ brachio
rũ pro eorum defensione l.Aedifitia.C.de ope.
publ.& l. Alphenus, & l. Splendidissimæ ff.de
uerb.signi.& l.3.C.de uend.rerũ ciuil.& C.de
diuers.præd.urb.& rust.l.3. Et altus sit primus
murus, & eo minor sit secũdus ad graduũ simi
litudinem ut ascendi, & descendi possit usq; ad
propugnacula, & in angulis sint foramina in
muris arte facta pro parte recta, & pro parte
obliqua; & quædam continentia utrunq; arte
facta militari pro illorũ defensione: & ut obsi-
dentes cerni, & offendi possint ab obsessis cum
suis debitis instrumentis, & machinis uariis.
8 ¶ Et quandoque sunt erigendi muri alti, &
quandoq; mediæ altitudinis,& quandoq; plus
medio arbitrio prudentum Ducum,uel archi-
tectorum in re militari expertorum ut uitẽtur
ictus tormentorum bellicorum;à quibus persæ
pe magis læduntur alta mœnia quàm medio-
cra,& fiant retorta & plena angulorum,& rece
ptaculorum ut facilius tueri possint ab hosti-
bus cum eorum ruina;& nimis infimi muri im
probantur quia cum scalis ascẽdi facilimè pos
9 sunt. ¶ Et si foueæ fierent ante illos ut hostibus
tollatur audatia,possũt de facili impleri ab ini
micis opera manuali;& facilius fit per multitu
dinẽ hostiũ quàm per paucitatẽ,& muri restant
in prædã hostiũ; & sic altus proderit murus cũ
foueis intra loca munita,& non extra illa,& sic
tuebitur à scalis,& à bellicis instrumentis, dan
10 do difficultatem hostibus implendi illas. ¶ Et
fouea intus facta proderit esse triginta brachio
rũ in latitudine, & duodecim brachiorũ in fun
do,& terra iactetur uersus urbẽ cõstruendã,uel
muniendã ab uno muro retenta tacto in fundo
foueæ: & quod supra adeò alcietur quod retrò illũ hõ
sistere pedibus possit;& debitæ fiant turres, ut
supra dixi cum interuallo ab una ad aliã ducen
torum brachiorũ cum suis retortis angulis pro
11 defensione murorũ,& foueaũ. ¶ Et ponenda
sunt tormenta magna, seu bellica instrumenta
ignis sulfuræi ĩ muro ad loca debita;ut muros,
& foueas ciuitatum,& arcium,aliorumq; forti
liciorũ defendant,& ibi cõmodius operabũtur
quàm ĩ primo muro,vbi parua vel media instru
menta melius operari possint:& ibi scale,& in-
strumenta bellica nocere non ualebunt. Prode
rit & fouea alia extra primum murum,& sic in
expugnabilis fiet locus;& omnis fouea prodest
cauè & arte facta,uel sit cũ aqua,uel sine aqua.
12 ¶ Fiantq; portæ in aptioribus locis locorũ cõ
struendorũ magis coopertis quàm apertis cum
suis fortissimis propugnaculis nè lædi possint:
adsit & illis Catherata ferri cũ anulis, & cathe
nis ferreis ut aperiri,& claudi,& eleuari possint
si & cum opus fuerit: & nè ferro, aut igne lædi
ualeant ut contingit Romanis secuta Cannensi
clade, ad quartam autem uigiliam Quingenti
Romanorum transfugæ probè armati astu An
nibalis accesserunt ad portã latinam urbis exci
tãtes uigilias romana lingua loquẽtes, indutis
uestibus & armis Romanorũ,instantes sibi ape
riri portã de nocte; & dũ parũ foret sibi aperta
Catherata ferrea fune retenta altitudine hoĩs,
tunc tumultuare cœperunt transfugæ certãdo,
conantes uiribus totis ingredi portã; & cũ fer
mè intrassent illã, remisso per custodes portæ
fune catheratæ quæ magno sonitu cecidit, ita
quod ulterius introire non potuerunt transfugæ,
& ibi pro parte maiori restricti per uigilias in-
terfecti fuerunt. Et idem euenit militibus per
Annibalem missis ad oppidum Salapij causa il
los decipiẽdi sub falso stratagemate ut aliàs di
xi;nã morte secuta Marcelli Cõsulis,& ad mor
tẽ uulnerato Crispino altero Consule in eodẽ
cõflictu,de quo Crispinus ita vulneratus euasit
in Casilensibus qui probè cogitauit Marcellũ
habuisse annulũ Consularem in digito:& dubi
tans de fraude Callidi Pœnorũ Ducis Annib.nè
accepto

accepto Marcelli anulo scriberet Salapiensibus ut portas de nocte aperirent Romanorum præsidio: & ipse Annibal cum falso nomine præsidii Romanorum Salapium caperet & populum occideret, illicò prouidus Consul Crispinus scripsit Salapiensibus casum secutæ mortis Marcelli, & qualiter anulum consularem in digito habebat, & quòd cauerent non aperire portas præsidio Annibalis sub falso nomine quòd foret Romanorum præsidium; & sic celeriter certiorauit amicos, scribendo etiam aliis populis Romani Imperii: & postquam fuerunt certiorati Salapienses subito uenit Annibalis nuntius sub nomine quòd erat nuntius Marcelli Consulis cum literis signatis anulo ipsius Marcelli certiorantibus Salapienses qualiter in nocte deberent aperire portas sub nomine & præsidio Romanorum: & sic in nocte accessit Salapium Annibal, & transfugas Romanorum habentes linguam Romanam introire primò Salapium iussit, quibus Salapii aperuerunt ferream catheratam, & illam posteà dimiserunt in ea prius intratis transfugis, & inde Salapienses dimissa catherata lapidum percussione interfecerunt transfugas illos: & cautus fuit Annibal mittere transfugas primo, & ipse in tuto loco permanere extra oppidum, pro ut fecit Rex Agislaus in Ephelo; & Consul Crispinus tunc ad quindecim dies periit uulneribus quæ ipse habuit quando Collega Marcellus gloriosè mortuus fuit in armis ut aliàs prædixi.

13 ¶ Arces dictæ sunt ab arcẽdo quia arcẽt hostes à longe ut alias dictũ est; quæ arte adeò fieri possunt fortia, & tuta; pariter turres, & mænia construi quòd a bellicis instrumentis non officientur uidelicet si cooperta fuerint ab angulis rotundis, uel triangulatis in puncta factis ex ordine expertorum in militari disciplina, in locis fortissimis natura munitis, cum magnis contra foueis uiginti pedum perticæ quòd lædi non possint, faciendo murum crassum quatuor passuum qui faciunt pedes uiginti supra terram, (ut uulgo dicitur) à scarpa in rotundo, aut triangulato, quadratoue cum optimo suo cordono per quinque pedes in fundamentis crassiorem, opere, & arte profundissimè factis cum suis foraminibus, & spiraminibus ut lædi cuniculis & talpis apposito igne non possint, cum uoltis & lapideis tubis spirantibus ut ignis proueniens ex minis & seu cauis subterraneis in loco cauabili sine murorũ

14 læsione expirando ex ipsis euanescat ¶ Et licèt Antiquitas in quadrato, triangulato, tortuoso loco, & modo construerentur urbes ut Babylõ in quadrato, & Troia in triangulo, & in montibus tortuosis; & etiam in plano possunt fieri in expugnabiles cum suis foueis & contrafoueis, dupplicatis, triplicatis, & quadruplicatis competentibus & largis, & pro fundis arbitrio expertorum in militia Ducum, & Princi-

15 pum. ¶ Et Regula est militiæ quòd Ciuitates benè muniantur foueis, quia ciuitas bene fo-

16 ueata dicitur dupplicata muro. ¶ Et in bona, solida & firma terra fundari debent in forti loco, & arbitraria est murorum altitudo secundum locum restringendo unum pedem muri eundo in altum pronè in biscipite facti ut supe rius dixi à scarpa in alto, cum ipso faciendo de fensoria more gallorum, quæ parapecta uulgò nuncupantur cum suis debitis lateribus, quæ pulcra guardia dicuntur in puncta, uel rotundo ut dixi constructa triginta pedũ in facie, & uiginti in lateribus cum foraminibus sex pedum in parte anteriori extra murum, quæ bõbardiæ dicũtur uulgò: & fiant quandoque dupplicatæ cum portiuncula muri in medio arte facta, quam dadũ uulgus appellat, & intra murum in parte inferiori unius pedis cum dimidio perticæ pro magnis instrumentis bellicis, cum solitis marmoribus, & opportunis defensoriis suis necessariis rectis, & obliquis intus, cum uoltis & debitis ædificiis pro ut Dimocrates, Vitruuius, & Ptolomeus Architecti optimè scribunt. Et est præcauendum in construẽdis urbibus, nẽ fint turres, arces, & domus, aut monticula terrea, aut faxea, aggeresuè extra & propè mænia: quoniam munimenta prædicta sunt læsiua locis construendis, & hostibus iuuant obsidentibus illa; & ultra saltem milliare debent construi distantes ab impedimẽtis prædictis, & in planitie, uel alio loco forti, arboribus incisis circumcirca ultra milliare ut hostes uideri possint à ciuibus, & oppidanis: quorum Principes curare habeant nẽ illis deficiant alimenta, uel alia munimenta necessaria pro bello, in locis prædictis, ut aliàs dixi, ministrando ritè populos in bello, & pace cũm æqua iusti-

17 tia. ¶ Quæro si locus paruus quantumque fortis melius defendatur quàm locus magnus habens locum alium fortem ubi se retrahere possit data opportunitate. Dic locum magnum esse fortiorem habentem locum ubi se seruari possint milites, & magis resistere bello, & de

18 fendi ab hostilibus instrumentis bellicis ¶ Et bonum est munire ciuitates intus ut hostibus frangatur audatia & probè sint portæ factæ cum suis ut uulgò dicitur reuellinis retortis, & coopertis cum suis pontibus arte factis: qui defendi possint ab utraque parte pontium factorum cum suis pylastris, & catheratis ferreis, & rastris ritè compositis longè à pontibus, cum aliquo alio intermediante ponte pro tutela portæ pontium, & reuellinorum; & quòd à reuellinis ad portas sit fouea una cum ponte, & catherata sua ferri; ut custodes portarum recipi possint; & ut hostes cũ custodibus

portarum pugnantes ingredi portas insimul
misti non ualeant occupato pôte:& barbarica
in hoc nobis dedit exemplum cum probè con
struant portas cum reuellinis,catheratis, & ra
19 stellis. ¶ Castra sunt construenda congruo pa
cis tempore quo homines sunt magis liberi, &
hylariori uultu laborant quàm bellorum tẽpo
ribus:& probè est incipiendum iactis bonis &
firmis fundamentis;& bonum initiũ pro dimi
dio facti operis habetur,iuxta illud.

Dimidium facti qui benè cœpit habet.

20 ¶ Et sunt probè construenda castra, turres, &
arces cessante iniuria, & emulatione alterius;
& licitum est incastellare uetera castra quæ nõ
probentur prohibita,secus si probarentur pro
hibita cap.Pisanis de resti.spol.cap.Consuluit
de iude.l.iij.C.de ędifit.publ.lib.xj. & per Ias.
in l.ex hoc iure ff.de iust.& iure.
21 ¶ Quæro si plures Domini eiusdem castri fue
rint, habentes omnes in eo iurisdictionem; an
eorum aliquis delinquiens in castro puniri pos
sit à consotio in iurisdictione?Quidam Docto
res dicant quòd sic argumen.l. fin.in fine ff.de
rer.diuis. & l.ult.ff.de offit.Procons.& lega.cũ
in solidum habeant iurisdictionem l.Quid er-
go,& l.Magistratus ff.ad municip. & l. Si quia
forte ff.de pęn. Ego autem contrarium esse de
iure putot quia par in parem non habet impe-
rium l. Nam magistratus ff. de arbitr. l. Ille à
22 quo §.Tempestine ff.ad treb. ¶Quæro de alio
occurrenti casu; Quidam est inuestitus de ca-
stro an intelligatur etiam inuestitus de iurisdi-
ctione,si in inuestitura nihil est dictũ de iuris-
dictione. Dic quòd non est inuestitus de iuris
dictione, sed simpliciter de castro per not. per
Felyn.in cap.Rodulphus, col.12.de rescrip.&
cap.Quam uis de præben.in 6.& per Alber.de
Rosa.in l.Imperiũ ff.de iurisdict.omn.iudic.&
per Oldr.in cõsil.276.Præposit.Alexã.in cap.
pri.§.Et si quis in titu.quib. mod. feud. amitt.
contrarium tenet; quòd castro, uel territorio
in feudum concesso quòd in dubio ueniat iu-
risdictio, facit l. Pupillus §. Territorium ff.de
uerb. signifi. ¶ Castro legato an intelligantur
23 legata arma, & alia instrumenta bellica in eo
existentia, & posita pro defensione castri. Dic
quòd sic secundum Oldr.in consil.163. & idẽ
tenet Mart.de Laude in tract.suo de castris, &
Castellanis in quar. parte.¶Plura insimul ca-
24 stra, & loca aliena uniri, & incastellari etiam
possunt, & muris circumdari pro publica utili
tate, ueteribus, aut nouis nuncupanda nomini-
bus, suo primo legitimè permanente domino
cap.& temporis deci.sex. quæst.pri.cum cap.se
quen.Quorum ius,potestas,& onera residet in
dominis suis legitimis illa de iure possidenti-
bus; & si uni tantùm Domino illi soli ut filia
patri subiecta erunt cap.Recolligentes extra de
statu monach. & cap. penul.extra q met. cau-
25 sa. ¶Et iam facta unione in solo priuato ca-
stra de iure construi possunt, ut Ecclesia domi
no fundi etiam inuito l. 2. ff. de his qui sunt sui
uel alien.iur.& l.si locus §.1.ff. quemadmo. ser
ui.amitt.& l.Item ueniunt ff.de petit.hæred.
26 ¶Ad instar.n.ecclesiæ in alieno fundo constru
ctæ quæ solum ad se trahit,& nõ e contra cap.
Apostolicæ & ibi glo.deci.secun.quęst.secun.
vbi dicitur ecclesiam ædificatam in alieno so
lo non cedere solo,sed solum ipsi ecclesiæ fauo
re eiusdem ecclesiæ: & sic fauore murorum pu
blicorum qui sacri dicuntur; de iure canonum
permittitur, quòd de ciuili iure non permitte
retur ut institu.de rer. diuis.§. Religiosum, &
l.fin.ff.de litigiosis. vbi prohibetur sepulchrũ
fieri in alieno solo, & res litigiosa in sacrũ non
27 dedicari.¶Sacri dicuntur ciuitatum muri l.2.
ff.nè quis in loco publ.sacroue fiat, cum simili
bus, pretio soli soluto ædificabitur l. 2. C.pro
quib.cau. seru. pro premio libert. accipiunt.
Contrarium seruari uidetur per tex.in l.i.C.de
oper.publ.& cum sequatur emolumentum igi
tur & onus sequi debet l. Secundum naturam
ff.de regu. iur. & æquitas iustitiæ restringitur
fauore publicæ utilitatis, ut in plus teneantur
quàm alii domini locorum, & seu prædiorum
ad usum publicum constructorum l.penul. &
l. ex pollicitationibus ff.de pollicitatio. & l.i.
ff.de cloacis,& l.De pupillo §. Si quis riuos ff.
28 de nou.oper.nunciat. ¶Sed si ciues fuerint tan
tæ facultatis quòd prætium eorum soluere cõ-
modè possint,ad solutionem tenebuntur, aliàs
soluent eum uenerint ad pinguiorem fortunã
l.2.§.i. ff. ad leg. Rhod.de iactu, & non aliter
cap.3.extra de fur. & cap. Discipulos de conse
cratio.distin.quin.& cap. Sicut quadrages.sep.
distin.cap. Cũ tu extra de usur. & per Doctor.
29 ibi,& in cap.Odoardos in fi.de solut. ¶ Et de
bent ædifitia publica huiusmodi dumtaxat cõ
strui autoritate Principum & non aliter; & de
ærario fisci Principis soluuntur, nisi esset data
facultas priuatis illa construendi: quia tunc sũ
ptus fieret de priuato l. 3. & penul. ff.de oper.
publ.possunt tamen refici, & reparari autorita
te Principis antiqui muri per Prouintiarum
Præsides, & municipes l.sacra §. muros ff. de
rer.diuis.& l.Intra,& l.Omnes C.de oper.pu-
30 bli.¶Ascendentes,& descendentes,aut dolo rũ
pentes muros ciuitatum, aut oppidorum sine
iussu Principis possunt naturali morte puniri
ut Romulus fecit de fratre Remo: qui muros
contra legem statutam transcenderat, Iuxta il-
lud Lucani.

Fraterno primi maduere sanguine muri;

& l.Desertorẽ §.Nec non;& l.fi.ff.de re milita
ri;

ri;& Institu.de rer.diuis. §.Muros & ibi glo.in
31 uerbo Sancti quoq;.&c.¶Quæ dicit licere uni
uersitati transcendere,& ascendere muros ciui
tatum, & illos rumpere l. Omnes C. de oper.
publ.sed non licere priuato ut in l.fin.ff.de rer.
diu.& in hoc est attēdēda mens & propositum
quæ distingunt malefitia an ordinariè, uel ex-
traordinariè sit puniendus, uel non puniendus
reus; Et dic quòd si quis uiolat muros Romæ
ordinariè punitur naturali morte ut dicta l. fi.
ff.de rer.diuis.sed si alterius ciuitatis, aut castri
& tunc est puniendus extraordinariè scilicèt iu
dicis arbitrio, citra tamen pœna mortis l.j.in
32 fin.ff.nè quid fiat in loco publico. ¶Arces in-
uentæ sunt per Principes quosdam ut populos
in tyrannide detinerent, & probè Thimoleō
Corinthus optimus Imperator docuit destrui
arces omnes, ut benè fecerunt Bononienses tē
pestate nostra, nè ullus in ea Tyrannus se redu
ceret: & ipse Thimoleon destruere fecit omnes
arces in Sicilia ubi se recondibant tyrāni,quos
ipse omnes tyrannos siculus perdidit,& totam
Siciliam in libertate posuit;nè in futurum reui
niscerent tyranni in populorum pernitiem.
33 ¶Interrogatus fui à quodam nobilissimo Du
ce iuæ Cæsareæ Maiestatis, si ijsdē priuilegiis
gaudet Augusta cum sua familia, quibus gau-
det Augustus cum suis ministris, & famil iari-
bus; & respondi Augustam iisdem gaudere pri
uilegiis quibus & uir eius Augustus cum sua
familia l.Fiscus in fin.cum l.sequen.ff.de iur.fi
sci,& l.Princeps ff.de leg. In his uidelicèt quę
conueniunt mulieribus ut in dicta l.Princeps,
etiam si uidua foret,quia fulget radiis uiri mor
tui, dummodo uiuat honestè l.Filii ff.ad muni
cip.& l.fin. C. de priuileg. scholar.lib.duode-
34 ci.¶Quæro de excellentia vrbis Romæ,an ca-
put sit orbis per Excellentiam. Dic quòd sic,&
primatum suum habuit à Domino IESV
CHRISTO DEO nostro, & de iure crea
tur Imperator l. Memini C.de consul. & l.i.§.
fin.C.de ueter.iur.enuclea.& in.§. j. authen. vt
Romana Ecclesia. &c. & l.2.ff.de uerb. signif.
In ea idem coronatur Imperator:cuius electio
fuit per Romanum Imperium trāslata Electo
ribus uirtuosæ Germaniæ armipotentis: & ut
aliàs dixi,est Roma prima,& Regina omnium
ciuitatum, & Prouintiarū l.j.C.de Corinthio
berito; & omnium nationum obtinet caput ut
institu. de satisdat.tut. §.j.cap. Beati. secun.
quęst.sept.Et est communis omniū patria cap.
fin.de foro competen. & l. Roma.ff.ad muni-
cip.cap. Fundamenta de elect. in 6. & l.Roma
ff.de feriis,& cap.3.extra de pœniten. & remis
35 sioni. ¶Et si contingerit aliquos Principes do
no DEI peruenire ad senectutem,illi qui
reguntur uirtute, & parcè uiuunt. Nam hi sæ-
pius senescunt,quàm illi qui uitiosi sunt, & cra

pulosi: quoniam plus os hominum interficit
quàm gladius: proptereà non habent indulge-
re gulæ quæ ueneris amica est, neque ignauiæ;
quæ honores,& gloriam tollit, & uires consu
mit corporis: nec auaritiæ quæ mater est om-
nium malorum, & hostis bonarum uirtutum
nec luxuriæ oculos, uires, & uitam anichilan-
ti;nec crapulæ,neq; ebrietati, quæ uitia tollūt
hominum ingenium;& homines dicti sunt ui-
ri à uirtute, quæ ipsos homines nirescit fœli
36 ces,beatos,& Immortales facit. ¶Et rationa-
les dicuntur homines quia ratione regūtur; &
propter rationem à feris bestiis quæ irrationa
les sunt seperantur. Nam semota ratione in ho
mine, homo non erit homo sed brutum ani
mal, & fera bestia nuncupabitur ut dicit Bea-
tus Ioannes Grisostomus, Cū calcitres ut Asi-
nus ferias q; ut Equs, & Taurus siluestris indo
mitus cornupetēs; luxuriaris ut sus & mullus
castrimergiam paciaris ut vrsus;Carnem tuam
impinguens ut uitulus;& rapias ut lupus;inui
scaris ut auis; & iram frendeas ut leo; pungas
ut scorpio;uenenum ut aspis infundens; dolo
sa lingua proximum lædens ut uipera: quomo
do igitur te hominem iudicabo, cum nullam
charitatem in te reperio: Et inquit Propheta.
Nolite fieri sicut equs,& mullus, in quibus nō
est intellectus.In camo, & freno masillas eo-
rum constringe qui non approximant ad te.
37 ¶ Sed illi qui æthernum honorem, & nomen,
ac gloriam consequi percupiunt, incumbere
habent diuinis literis, in quibus omnis stat sa-
pientia, legendo etiam antiquas historias do-
cti fiunt: & sapientes bellorum Principes se ar
mis exercentes, & corporæis exercitiis & labo
ribus uidel icèt uenationibus,aucupationibus,
& aliis exercitiis, ac ludis utilibus corporibus
suis nè segnes fiant Imperatores; & ut aliis sint
exemplares uirtute sua incomparabili: & ut ab
omnibus uenerentur ut simulacrum ob uirtu-
tem, mores, & optima gesta, sana consilia, &
Iustitiam æquam: quoniam spectat ad Reges,
quorum proprium est offitium iustitiam face-
re, censum exigere, & cum eo tueri populos
38 suos.¶Quos rectè gubernare tenentur,& non
angarizare illos extorsionibus iniustis, cū hoc
proprium sit tyrannidis cap. fin. 94. distin. &
l.j.C.de except.sedis excelsæ, cæterorumq; iu
dicum tam militarium lib.7. Nec eos premere
39 uiolenta dominatione. ¶Rex autem dictus est
(ut aliàs dixi)à recto, & rectè regendo; quia
populos sibi à Deo commissos regere benè te
nentur cum iustitia, amore,& charitate,omni
40 post posito tyrannidis uitio. ¶Increpatus fuit
Rex Demetrius Anthigoni filius à fœmina qua
dam petente ab eo iustitiam sibi fieri, & illam
facere neglexit, & fœmina protulit in ipsum
41 hæc uerba se breui regnaturum ut fuit. ¶Ice-
tus

tus Tyrannus in Sicilia, Aretam uxorem Dyonis Athici Ducis cum filio paruulo, & Aristomaca sorore eiusdem Dyonis impiè & crudeliter suffocauit in mari; post fuit uirtute superatus Thimoleonis Ducis Corinthiorum: qui ipsum Icetum cum filio interfecit: & damnata fuit uxor cũ filiabus ipsius Iceti per Syracusanos ad mortem; & quod ipse aliis fecit, ipsi,& suis euenit docet Euangelium, quòd illi qui fratri suò præparant foueam, in illam incidunt ipsi, tacito Dei Iuditio. ¶ Et an licitum sit tyrannum occidere quæro ut liberetur Patria à tyrannide ui fecit Brutus, qui Regem Tarquiniũ superbum tyrannum iugulauit l.2. §.exactis ff. de orig. iur. & descendens à prædicto Bruto, Brutus Iunior pro libertate etiam occidit iulium Cæsarẽ in Senatu.¶ Dicebat Beatus Thomas de Aquino in secunda secundæ, meritorium fore occidere Tyrannum;Contrarium reperio fuisse decisum in Consilio Constantiæ; & tenet Bal. secundum dictum Consilium in princip ff.ueteris, & Bar.dicit in l.hostes. ff. de capt. & postl. reuers. & in l. post susceptam ff. de excusat.tutor. Quòd si tyrannicè per Regem exerceatur iurisdictio ipsi non est parcendum, pro quo faciunt notata per Paridem de Puteo in suo tract.find.in uerbo Rex:nam hæreses in surgunt tempore tyrannidis, & subuertuntur ecclesiæ, & Populorum libertates tolluntur;& incæstæ nuptiæ contrahuntur authen. Decernimus C.de sacrosanct.eccles. & l.fin. C. de incest.nupt. ¶ Indoluit Dionysius Syracusarum Tyrannus dum esset captiuus Thimoleonis Corinthi, se contẽpsisse præcepta Platonis inquiẽtis tyranni dem esse plenam omnibus malis, & quòd quid peius non erat tyrannide in uita humana, attento quòd nullus amicus non audebat libere loqui erga Tyrannum; & quòd optima Thimoleonis fortuna pro libertate uirtuosè bellantis superauit infortuniũ prædicti Dionysii. ¶Proprium est Tyranni angarizare populos in iustè, & ab ipsis emungere sanguinẽ, & desolare ciuitates u.rio modo, & sacra prædari suffocando iustitiam absque Dei timore. ¶Et ob hoc recurri potest ad Papam, & ad Imperatorem, & ad Reges alios respectiuè superiores ut prouideant &c. cap. Alius deci. sex. quæst.secun. In ueteri testamento habetur Ab solonem fuisse occisum ut pax paternæ domus haberetur cap.Quis enim 23. quæst.5. Demũ quæro de casu, promisi tibi defendere arcem, contingit post quòd culpa tua,dolo, aut delicto tuo mihi inferri damnum, & exercitum parari contra me, vtrum tenear ego promissor defendere tibi dictam arcem. Dic me non teneri per tex. in l. Quidam cum filium ff. de uerb. obligat.& Bart.ibi,& per tex.in cap.Domino guerram in usibus feudorum in titu. ubi finitur lex &c.& per Alexan.in consil. 115. in secun.col.tertii uoluminis.

SVMMARIVM.

1 *Claues portarũ, vrbium, oppidorũ, Turriũ stare debent penès seniores senatores, uel dominos habentes in ipsis locis Iurisdictionem.*
Tenere claues est actus Iurisdictionis.

2 *Priuatus officio non habens Iurisdictionem meri, & misti imperii, tenuissetq́, claues portarum: non posset allegare consuetudinem per se quia esset coruptela potiusquam consuetudo.*

3 *Custodia clauis constat in Iurisdictione, non in facto.*

4 *Pedagia, gabelle, & functiones fiscales soluuntur: ut Domini locorum subditos custodiant ab iniuriis, & latronibus.*

5 *De robatus in aliquo territorio si quis fuerit, Domini locorum tenentur damnum emendare.*

6 *Domini locorum statim datis bullettis, & solutis pedagiis intelliguntur etiam dedisse seueritatẽ transeundi per totum eius territorium tutò.*

7 *Hospites tenentur custodire hospitatores, & eorum bona. & 8. & 9.*
Et an liberentur si dederint claues domino rerũ.

10 *Barones obnoxii custodire suum territorium, contra formam Iuris, imponunt tale onus pauperibus suis uassalis, & hac de causa grauant populos soluere custodias, & omnia derubata.*

11 *Ciuitates Italiæ quæ sunt sub Imperio, quæ sint.*

12 *Claues dantur in transferendo possessionem.*

13 *Clausula quę apponitur in Instrumento, saluo iure dominii quid operetur.*

14 *Clausula apposita in Instrumento contra Emphiteotam, uidelicet toties, & quoties, quid operetur.*

15 *Fideiussor, qui permisit præsentare delinquentem toties, quoties fuerit requisitus, si requisitus pręsentauerit, & delinquens è carceribus aufugerit si fideiussor iterum sit requisitus ut delinquẽtem præsentet, an teneatur. & 16.*

17 *Vassallus requisitus à domino: ut pro ipso in criminalibus fideiubeat, an teneatur.*
Quid è contra. ibid.

DE CLAVIBVS PORTARVM, *Vrbium, & Fortilitiorum; & apud quos stare debeant Claues prædicta in tuto.*

1 Claues portarum, vrbium, oppidorum, Turrium, & Arcium apud seniores dominos locorum, iurisdictionem in ipsis habentes stare debẽt in tuto: & licèt prædicti usi non fuissent clauium prærogatiua in custodiẽdo illas, & in reliquo exercuerint Iurisdictionem, in his tamen in quibus non fuerunt usi tenent

nent iurisdictionem suam ut dicit Ang. & reliqui scribentes in l. si prius cum glo. in uerbo Plures ff. de aqua plu. arcen. & Guido Papa in sua decisione 631. col. in uerbo his igitur &c. Nā tenere claues est actus iurisdictionis, & illi qui non habent iurisdictionem eas tenere nō debent, nisi foret sibi impositum per superiorem suum l. Offitium §. Offitium ff. de re militari. Clauium præstatio liberat quem à custodia l. fin. & per Bar. ibi, & in l. j. ff. nan. caup. sta
2 bul. ¶Et si quis priuatus offitio non habens iurisdictionem meri, & misti Imperii, & tenuisset claues portarum non posset allegare cōsuetudinem pro se, cum fuisset coruptela, & non consuetudo: nam dominis locorum, & exercituum de iure naturali, gentium & ciuili competit ius habendi claues portarum, urbium, oppidorum, & aliorum fortilitiorum pro ipsorū custodia l. Ad offitium §. offitium ff. de re mi-
3 lit. ¶Custodia quippè clauis constat in iurisdictione, & non in facto: actus autem custodiendi claues denotat dominium Iurisdictionis, & superioritatis; & non ipsarum clauium particu-
4 lare dominium. ¶Et tenentur Domini locorum protegere, & custodire subditos suos ab iniuriis, & ab incursionibus latronum; & hac de causa cēsum, & functio nes fiscales recipiūt, pedagia, & gabellas: ideò habent curare ut omnes etiam extranei pertranseuntes in eorū territorio pertranseant tuti l. j. C. de littor. & itiner. publ. custodien. habetur per Bar. & Ang. in l. Ne quid. ff. de incend. ruina, naufragio; & Alex. in Cons. 88. col. fin. in quinto uolumine.
5 ¶Propterea si aliquis derobatus fuerit in territorio tenentur domini emendare damnum ut tenet Bal. in cap. pri. §. Marchio in titu. qui feud. dare possunt, & allegat Archid. in cap. Si quis Romipetas, 23. quæst. 3. & per eundem Bal. in §. Conuenticulas. de pace tenen. & Bar. in l. j. §. Summa ff. de his qui deiecerunt, uel effuderunt. Vbi dicit locum habere in uia solita, & directa si sibi fuerit damnum illatum, secus si datum fuisset in deuio, & in insolita uia & per modernos ibi: accedit glo. in §. Quoniā. in uerbo uitiis authen. ut nullus Iud. col. 9. & D. Anton. de Butr. & Abb. in cap. j. de restitut. spolia.
6 ¶Eo. n. ipso quòd dominus terræ facit dare bullettam, aut recipit passagium, pedagiumq́; uel gabellam à transeuntibus intelligitur eis dare fidam & securitatem transeundi per totum suū territorium per notata per Bal. in cap. 1. in titu. quæ sint regalia; & in glo. & per Doctor. in cap. super quibusdam §. præterea de uerb. signi-
7 fic. ¶Tenentur hospites pro custodia, & ad custodiam hospitatorum, & rerum in eorum hospitiò portatarum. nec liberātur à custodia per traditionem clauium factam domino rerum portatarū in hospitio, nisi fuissent protestati antequàm reciperent hospites &c. ut dicit glo. Bar. & doctor. in l. Debet §. 1am si prædixerit ff. nant. caup. stabul. & per Fely. in cap. Cū M. Ferrariensis col. 20. de constit. Dic iuris præ-
8 sumptionem semper esse contra hospites. ¶Habui in facto in Regno Siciliæ citra Farum, dum fuissem Regius Cōsiliarius, & Auditor in Prouintia quadam nuncupata Principatus, ultra serras Montorii; hospites quosdam habuisse duas claues cubiculariorum ubi hospitabantur Aduenæ, & alii de Regno pertranseuntes ibi: & posteà ipsi hospites derobabant hospitantes in eorum hospitiis; ut de Sysipho legitur patre Vlysis astuti qui Syrenarum cātum enasit pru-
9 dentia sua. ¶Et pariter habui in facto pluriès, qualiter quidam ex illis qui pro custodia territoriorum deputati fuerant derobabant ipsos
10 uiatores. ¶Et quidam Barones obnoxii custodire suum territorium tā de iure, quàm ex forma priuilegiorum, contra formam iuris imponunt, & relinquunt tale onus custodiendi territorium pauperibus suis uassallis, & populis sibi subiectis: & hac de causa grauentur populi soluere custodias, & pœnas pro disrobationibus factis in eorum territoriis Regio Fisco; & ad restitutionem, & ad emendam rerum ablatarum illis si uiuunt: quibus uis illata fuit & iniuria in uia publica, cum hoc spectaret, & spectat ad locorum dominos qui exigunt pedagia, & gabellas; & bullettas faciunt transeuntibus: & bullettæ huiusmodi concessæ, de iure dicuntur tractatoriæ l. vnica & ibi glo. C. de tractator. lib. 12. & in lōgobar. l. j. in titu. Si quis
11 literas nostras despexerit lib. 3. ¶Ciuitates Italiæ quæ sunt regulariter sub Imperio signanter nominantur in lib. feud. in coustitu. D. Lotharii Imperatoris, & ibi per D. And. de Iser. Et præter alias ciuitates nominantur Mediolanum, Papia, Mantua, Verona, Parma, Pistoriū, Florentia, Luca, Pisæ, Sypontum, & Marchionatus, Ducatus, Capitanatus maiorū Valuasorū facta per Lotharium declaratione in vrbe ante Ianuam Beati Petri tempore D. Eugenij Papæ.
12 ¶Est notandum quòd in dauda possessione alicuins domus, seu horei; dando claues per illum qui uult tranferre in alium possessionem huiusmodi domus uidetur ille aprehendere possessionem rei, cuius claues traduntur l. Clauibus ff. de contrahen. empt. cap. 1. & per Dinum ibi de rei iudi. & per Bar. in l. Cum pater §. Pater puberibus ff. de leg. 2. ubi ponit quæstionē si præstatio clauium transferat possessionem; & per Bal. in l. j. C. de crim. expila. hæredit.
13 ¶Quæro de effectu clausulæ saluo iure domini apposita in Instrumento refirmationis feudi, aut emphiteosis. Dic talem clausulam operari quòd si per antea ciciderit à iure suo feudatarius, uel emphiteota ob aliquam causam

non prosit sibi noua reformatio secundú Ioan. de Prat.ueter. in l. Hæc conditio §. Si sic ff. de condition.& demonstreat. ¶Et clausula toties, & quoties apposita in Instrumento operatur contra Emphiteotam, & feudatarium: ut solu ta pœna deiciatur tenet Bar.in l.2. in ult. col. C.de iure emphiteot. & clausula toties quoties semper & quandocunq; habet locum etiá post sententiam tenet Ang. & uterq; Imola in l. si finita ff.de damno infecto; & in l. Quòd si nolit;& Ang.in l.Quòd si nolit de ędilitio edicto. ¶Et si fideiussor promiserit præsentare aliquē deliquentem toties quoties fuerit requisitus ex causa homicidii inquisitū ex dicta cā sub fideiussione prædicta liberatum de carceribus; de inde curia cœpit illum & incarcerauit:& Accusatus, seu inquisitus post aufugit de carceribus seu uinclis publicis; Curia requirit fideiussorē ut præsentet prædictum inquisitum,aliàs inten dit consequi pęnam ab eo, & fideiussor allegat se fuisse liberatum à dicta obligatione per dictam incarcerationem ; & quòd mala custodia & culpa commentariensis,seu custodis non debet sibi nocere; & quòd curia non debuit quid innouare , & fuit aliàs pro & contra uaria doctorum opinio & altercatio; in hoc casu habetur per Lucam de Penna in l. Si quis decurio. C. de decurior.lib.deci. qui post multa conclu dit, quòd si Accusatus fuerat citè detētus in car ceribus & fugit, teneri fideiussorem,aliàs secus: & quòd fideiussor sit liberatus tenet Bartholomęus de Capua in l.2.ff.de custodia reorum,ar gum l.Eum qui §.fin.& l.Si mei capsa ff. com mod.& Ioan. Andr. in spec. in titu.de accusatione in §. sequitur in additione incipiente Odoffredus &c. Distinguit quòd si ex causa illa pro qua fideiussor promisit,& captus fuit reus qui postea fugit e carceribus, fiem'at fideiusso rem esse liberatum; sed si ex alia causa non esse liberatum, nisi illo capto fuisset protestatus curiæ fideiussor quòd illum pro præsentato ha bebat,& quòd detineee deberet in bona custodia;& quòd amplius non uult esse obligatus:& hæc est bona limitatio quàm sequitur Angelus in dicta lege secunda ff. de custod.reorum. Quam sententiam fui secutus in contingentia facti, nisi in fideiussione fuisset illa clausula to ties quoties placuisse Iudici illum præsentare, & hoc casu bina præsentatio sufficeret ad liberationem fideiussoris habetur per Bal. in l.si finita.ff. de damn. infecto. ¶Vbi tenet opinionem Ioan. Andr. & in facti contingentia fuit determinatum Neapolis in consilio Neapolitano fideiussorem esse liberatum ut refert Mat thæus de Afflicto in decisione sua 130. Quod limita nisi in obligatione inesset clausula toties quoties præsentare promisit semper, & quádo cunq; fuerit requisitus ut supra dixi, habetur per Ang.& sequaces in l. Si finita ff.de damno

17 infec.¶Quæro si uassallus requisitus à Domino teneatur in criminalibus pro eo fide iubere.Dic quòd sic,& e contra tenetur Dominus pro uassallo fide iubere , aliàs priuaretur uassallagio; Fallit tamen si inquireretur de crimine quod ad Regiam Maiestatem pertineret ut in Constitutione Regni Neapolis, incipiēte si uassallus Domino fideiuss.&c.

SVMMARIVM.

1 *Ratores Principum quales esse debent,et quid agere et curare teneantur,et quibus habeant uti cautelis. & num.2. 3.& 6.*

2 *Homini non credenti legi nostræ catholicæ non est credendum.*

Adulatoris lingua magis nocet quàm manus.

Amicus non est omnis qui parcit, nec omnis qui uerberat est inimicus.

Persæ quomodo cognoscebant Regem mittentem legatos fore prudentem.

Virtus, & sapientia ex se nobilior est cunctis no bilibus genere.

Mollities quid significet.

Orator ab oratione dicitur.

Oratoria ars in quibus uersatur.

Oratores qui uariis uirtutibus excelluerunt.

4 *Crasso superbia nocuit in respondendo Oratoribus Arsacæ Regis Parthorum , & Pompeio profuit humanitas in Armenia minore in responso dato legatis Elemmeorum & Medorum. & num.5.*

5 *Pax composita seruari debet, nec est rumpenda ni si diffidatio præcedat.*

Principes pactis conuentis per Legatos suos stare tenentur.

Legato idem honor adhibendus est sicut Principi suo.

Oratores à Principibus quibus missi sunt munera non debent recipere sicut fecere Apius Claudius Legatus Luculli ad Tigranum, & Pelopida legatus Thebanorum ad Artaxersem.

Timagora Atheniensium Orator ad mortem dānatus fuit, quia dona ab Artaxerse Rege Persiæ ad quem destinatus erat acceperat.

Legati quot numero esse debeant , & quis eorum legationem exponere habeat.n.6.

Numerus ternus quàm perfectus sit.

6 *Simulatio sine falso & dolo stare non potest.*

Legati,Sancti a lege reputantur.

Legatus cogi potest legationem suscipere.

Legati sunt placidè & reuerenter accipiendi,& audiendi.

Mittentes legatos uidentur ipsi ire per eos.

7 *Bellum iustè indicitur contra iniuriantes legatos Papæ,uel alterius Principis.*

Iniuria irrogata legatis; Principibus,et Populis suis

sius facta censetur.
Iniuria facta Officiali, uel magistratui Papæ, aut Imperatoris; Papæ seu Imperatori facta uidetur.
Iniuria facta uassallo cẽsetur facta Domino.
Cautio de non offendendo an peti possit per illum qui timet ab eius inimico iniuriari.

DE ORATORIBVS, SEV LEGATIS *Principum, & de eorum fide, & officio.*

1 ORatores, & seu legati Principum quales esse debent, & quid agere & curare teneantur, & quibus habent uti cautelis docet M. Tulius Cicero in libro suo de perfecto Oratore: & Imperator, & Doctores in titu. de legation. C. lib. x. vbi ponit Lucas de Pen. uiginti qualitates personales quæ esse debent in Oratoribus, & totidẽ in ipsos præcepta, & seu cau-
2 telas esse debere. ¶ Primò quòd eligatur fidus legatus qui amet Principem suum, & quòd sit gratus & diligatur ab eo ad quem destinatur cap. Ad Apostolicæ de re iudic. lib. 6. Nam repelluntur illi qui odio habentur ut Profanorũ preces l. fi. § fi. C. de offi. uicarij: & qui nõ amat, & non ametur facilè contemnit, & contemnitur cap. Præsens uigesi. quæst. 3. Secundò quòd sit fidelis & integer fide, & de lege mittẽtis cap. Nonatianus sept. quæst. 1. & cap. Eaq; extra de stat. monac. in § Illorum. Cum non sit credendum homini qui non credit in lege nostra catholica, & contemnit honorem nostrũ; ut Aristoteles docuit magnum Alexandrum. Fidi in cunctis esse debent Legati Principibus suis, & curare semper pro eorum honore & commodo nè sibi contingat quod euenit Methodoro Caspio legato Mithridatis misso ad Tigranũ Regem Armeniæ ut Tigranus uellet inferre bellum Romanis pro Mithridate socero suo, & illum dissuasit: & dum hoc percepisset à Tigrano Mithridates, Methodorum eloquentem uirũ occidit in præsentia Regis Armeniæ Tigrani; & tale factum non improbamus cap. Quod olim de iudæis: quia infidus fuit & inimicus Regi suo. Tertiò quòd sint eloquentes & sapiẽtes cap. Porro lxxxiij. distin. & quòd legis scientia, & claritas non desit in ipsis cap. Si ergo in fi. & cap. Licet viij. quæst. 1. vbi habetur quòd nihil sapientiæ, nihiluè scientiæ, & nihil in eo desit industriæ; ut de Q. Fabio Romanorum Legato legitur misso ad Carthaginenses l. 2. § De inde ff. de orig. iur. Quartò quòd sint iusti, & non eligantur iniqui & iniusti, ut in capitulis habetur Prouerbiorum x. xij. & xvi. Quintò quòd sint ueraces cum Dei timore ut in viij. cap. Prouerb. Aperiẽtur labia mea ut rectè prædicem; & quòd uitent adulationẽ, & quòd non sint assentatores: cum magis noceat adulatoris lingua quàm manus. Nec omnis qui parcit amicus est, nec omnis qui uerberat inimicus est cap. Non omnis quin. quæst. 5. cap. Non putes xxiij. quæst. quin. Nam peior est adulator & assentator quàm sit coruus qui hominem mortuum rodit, & Adulator uiui hominis honorẽ tollit & contemnit. Sextò debent esse discreti, & docti in cunctis, & exemplares sacerdotum exemplo ut in xxxviij. distinc. ut arguet, & obsecret cum omni pacientia, & doctrina. Septimò sobrii esse debent quòd sibi non noceat ui num cap. violentum xxxv. distin. Et ubi est ebrietas dominatur luxuria, & furor sine ratione: & docet Apostolus abstineri à uino in quo est luxuria cap. Sanè. xv. quæst. pri. Et Persæ uolentes cognoscere Regem qui misit legatos ad ipsos an foret prudens, aut imprudens, legatis suis præbebant potum uini, & parum bibebant uel nihil, iudicabant eorum Regem esse prudẽtem; & si nimis bibebant illum fore censebant imprudentem. Octauò debent esse ætate perfecti & prouecti cap. Nonatianus vij. quæst. 1. cap. Quicunq; lxxx. distin. & cap. Quid est 88. distin. Nonò quòd Legati sint robusti & fortis naturæ, fortiq; animo, & apti ad ferendum laborem, & gloriosam uocem habentes: cuius defectus in uoce facit erubescere legatos ipsos in pronuntiatione: & interrogatus M. Tulius quid nam melius esset in oratore, respondit pronuntiatio; & secundo, & tertio interrogatus quòd ulterius esset melius, respondit idem uidelicet pronuntiatio: & non debet esse in legatis uitiosa audatia quæ temeritas nuncupatur, sed esse debent muniti diuina sapiẽtia cap. Disciplinæ xlv. distin. Decimò legati esse debent eloquentes & facundi; quoniam nihil est tam incredibile quin' in dicendo fiat probabile rationibus; & nihil est tam incultum quin' oratione splendescat ut inquit Orator in Paradossis suis: optimus Orator est ille qui dicendo animos audientium arte reddit dociles, beneuolos, & attentos; delectatione, persuasione, rethorica ut ipse docet Orator in nouis, & ueteribus suis rethoricis: nam dulce uerbum benè prolatum iucunda uoce multiplicat amicos; & mittigat inimicos; & sapientia, sensusq; & doctrina etiam noscitur lingua l. Aquilius ff de donat. & l. Famosi ff. ad leg. Iul. maiest. Vndecimò eligendi sunt legati nobiles, uirtuosi, morigerati quos uirtus, doctrina, sapientia, & sciẽtia nobiles reddit. Nam uirtus, & sapientia ex se nobilior est cunctis nobilibus genere habetur per Andr. de Iser. in cap. pri. Quis dicatur Dux, Comes, aut Marchio in usib. feud. Duodecimò fulgere debent dignitate legati, ut dignitas sua locum seruet illis legatorum cap. Ad Apostolicæ de re iudic. Decimotertiò debent esse uiri

uiri probi utiles in uerbo, & silentio discreti, nè proferant illa quæ tacenda sunt, & nè reticeant illa quæ dicẽda sunt cap. Sit Rethor xliij. distin. & in exponenda legatione sua præsefeferte se habent prudenter, & pōdereare trutina prudentiæ uerba sua cap. Ponderet quinquages. distin. & ut eorum sermo primò ueniat ad limã quàm ad linguam cap. 1. undeci. quæst. 1. cap. Decreto. xi. quæst. 6. & uirtus est celerius sentire necessaria, & tardius in uerba prorumpere: non. n. maior est gloria dicere quod nouerit, quàm silere quod ignorat, & tacere ratione est diuina prudentia. Decimoquartò soliciti, diligentes, uigilantes, & solertes esse debent legati cap. 1. & 2. lxxxiiij. distin. & illis imputabitur Principibus qui negotia sua committunt negligentibus legatis §. penul. Institut. quib. mod. tollit. obligat. Decimoquintò debẽr esse maturi habitu honesto, & incessu cap. Clericus xli. distin. nec esse debent instabiles, mobiles, & dissoluti, procaces, inexpediti, aut turbidi, nec ut fœminæ molles à mollitiæ dictæ: nam mollities significat lasciuiam, dissolutionem, negligentiam, contemptum, & inconstantiam; prò cacitas ostendit superbiam, & iracundiam: & gestu est temperanda facies Oratorum nè pro teeuè exasperetur, & nè lasciuè dissoluatur, sed in se habere rigidam dulcedinem, & dulcem rigorem cum tardiloquio ut sapientibus conuenit. Decimosextò debent esse moderati seruantes in cunctis modestiam, nec procedere arroganter sed cum modestia loqui, & agere negotia sua rectè disputando ratione cap. Vide xxij. quæst. secun. & l. Quis quis C. de postul. Decimo septimò esse debent Oratores probè eruditi, docti, irrepræhensibiles, proprii honoris timidi, graues, & maturi cap. Oportet viij. quæst. 1. Eruditiq; pluribus linguis, & teneãtur adimplere uotum per se ipsos suæ legationis: & secundum ritum ipsarum linguarum cap. Quoniam extra de offit. ordin. & per Oratorem in Quinto Rethoricum ubi tractat de uoce, & gestu corporis habendis in pronuntiatione oratorum. Decimo octauò esse debent morigerati, & in moribus graues & prudentes cap. 1. de ci. quæst. 1. & cap. Indecorum extra de ætate & qualitate. Decimo nonò sint quoq; legati uiri boni, probi, benigni, iucundi, & uisu modesti, & decores moribus, & eloquio eruditi in uirtute à pueritia sub probis magistris exercitati ad hoc ut se ualeant exhibere maturi, & efficaces cap. Quamuis. 7. quæst. pri. Sitq; in ipsis præcipuè literarum scientia, ætatis maturitas, & morum grauitas cap. Cum in cunctis de elect. Sint etiam facundi, ingeniosi, circumspecti, & ornati in pronũtiando, & moribus honesti, & in cõsiliis & negotiis prouidi, soliciti, & astuti, uigiles ingenio, & flagrantes studio, singulari memoria, clara uoce, parati eloquio. Vigesimò debent Legati sequi uestigia CHRISTI probitate, non auro cupidi, quæstum negligentes & refutantes, suæ legationis honore intenti; non aliis inuidentes, & omnibus dignis se placidos & amabiles ostendentes, præbentesq; illis uerbo & opere reuerentia, assiduo usu & exercitatione orandi, & proferendi facilitate, ac facundia dicendi cum omni uirtute sine uitio & deformitate cap. Hinc etenim. xlix. distin. Et ultra præmissa tenentur legati seruare nonnulla in perorando, de quibus quædam subnectam inferius. Nam dicitur Orator ab oratione quæ quasi oris ratio est. Ars. n. Oratoria in quatuor uersatur ut in Rethoricis docet Orator, in inuentione uidelicet, in dispositione, elocutione, & memoria. Et plures oratores uariis uirtutibus excellerunt; grauitas nempè fuit In Catone, & Iulio Frontino; In Lelio autem, & Plinio lenitas; In Graccho impetus; In Cæsare calliditas; In Hortensio distributio; In Caluo argutia; In Salustio breuitas; In Cicerone facundia, & eloquentia uera.

3 ¶ Circa illas uiginti cautelas, & seu præcepta quas, & quæ Legati in se habere debent, Prima est ut cauti sint, adeò quòd animum suum ad spem erigant, & sibi cõmissa in legatione proficiant. Secunda est quòd literas suæ legationis quæ decreta nuncupantur secum habeant deferre l. fin. C. de leg lib. deci. Illas præsentando cui diriguntur cum debito honore, qualitate attenta personarum; si ad hostem dirigitur reuerentia sibi non adhibeatur, nec dexteram illi tangant, neque ipsum salutent peo ut de Pompilio legitur Romano rum legato ad Antonium sibi beneuolum Syriæ Regem misso, ut Ptolomeum non lacesseret Regem Aegypti: quod uno momẽto, & uee bo regnum Syriæ terruit, & Aegypti rexit: cum Pompilius in Aegypto foret salutatus humanissimè ab Antiocho Rege prędicto sibi particulariter amico, non ante expositam Senatus cõmissionem, debitas salutationum uices reddidit cunctis uiri grauitatem, & animi magnitudinem spectantibus, admirantibus & stupentibus; & audito per ipsum Antiocho se pariturum Senatui Romano, eundem Regem Antiochum salutauit, & mirabili affectione amplexus fuit, & ita legati tenentur se bene & fideliter gerere pro honore, & commodo Principũ suorum. Nam offitium est legatorum inter illum ad quem missi sunt, & eum à quo mittuntur amicitiam, societatem, & pacem firmare cap. Ego in fin. lxiij. distin.

4 ¶ Arsacæ Regis Parthorum oratores fideliter exposuerunt Crasso sibi commissa à Rege suo; & cum Crassus superbia nimia ductus sibi respondisset se non fore illis tunc daturum responsum, nisi cum fuerit Seleucia, aut Babillone, erga quem unus ex Oratoribus

Oratoribus Arsarcæ Asitius nuncupatus eleua nit manum ostendens Crasso palmam, inquit prius pili nascētur in hac palma antequàm pos sis uidere Seleutiā, uel Babillonē: & Oratores dissesserunt, & iuerunt ad Irhodē Regē doctū in armis, & illi belli futuri Ducē Arsacæ Regis nomine fecerunt, & Crasso ruina post fecu
5 to Marte cōtingit. ¶ Et laudabilior fuit huma nitas magni Pōpæi, quàm superbia Crassi, existēte nanq; Pōpæo in Armenia minore cū exer citu ad ipsū missis Oratoribus per Reges Elēmeorū, & Medorū: quibus Pōpæus gratum, & placidū respōsū dedit, adeò ꝙ illos reddit amicos, & confœderatos Senatui, Populoq; Romano; Curādū est in cōfœderationibus, induciis, & pace cōponenda ꝙ bonæ fiant, & cautæ conuētiones firmētur ne de cætero rūpētur: quia illi qui assotiant iniquos pace præparant uites iniquitati, cum colligatio talis non sit duratura, & post bonos affligit in futurū; attamē seruanda est Pax cōposita, nec rūpēda est nisi præcessisset diffidatio ut dicit Ioā. Andr. in c. Pro humani de homic. in 6. præcedente aūt hostili diffidatione de iure gētiū permittitur bellū ut pax queratur, & in pace uiuamus: legatorū. n. pactis conuētis & firmatis in fœderibus, induciis, treugua, & pace stare hēnt Principes, & illa seruare tāquàm si ipsi Principes præsentes pactis fuissent per regulā iuris, qui per aliū facit per se ipsum facere uidetur cap. Quæ de causa. 2.q 5. & l. Ita aūt §. Gessisse. ff. de administ. tut. cap. Nouit extra de offit. de leg. l. 1. ff. de offit. præt. Aphri. Et idē est adhibēdus honor legato pro ut Principi suo: Ideò cauti, & circūspecti esse debent Principes circa electionē legatorū suorū, ut probos, probatissimos, expertos, doctos, prudentes, & exemplares eligant Legatos suos. Qui pro honore suorū Principū nō habēt accipere munera ab illis Dominis, & Principibus quibus missi sūt, & destinati Oratores exēplo Apii Claudii: qui dū foret per Lucullū missus legatus ad Thigranū Regē Armeniæ, ut iure belli in manibus Luculli dare deberet Mithridatē bello pulsū, munera spreuit Regis Thigrani; nec Pelopida Legatus Thebanorum acceptare noluit munera Artbaxersis Persiæ Regis pro honore, & corona graiæ patriæ suæ: & Athenienses ad mortē damnauerūt legatū suū Thimagorā, quia dona quàm plura acceperat ab Arthaxerse rege Persiæ ad quē Orator desti natus fuerat ab Attico Senatu. Tertiò nō ē exer cēdus numerus ternarius circa legatos factos ꝑ aliquā ciuitatē, quia nume. ternus num. est ꝑfectus, & cōprobatur in Deo uno & Trino, Tri nō & uno in substantia, & diuinitate una inseparabili ut de sū. trinit. & fide cathol. habetur; & tres faciunt collegiū, unus aut duo persæpe mittuntur Oratores prudētes cap. Illud. 7. q. j. c. penultimo extra de ætat. & qualit. l. Sciēdū §.

6 fin. ff. de leg. ¶ Et ex his eligatur prudentior, & doctior, eloquētior qui exponat legationē, & senior nisi Iunior esset sapientior, & doctior, ac eloquentior: qui tunc præferetur seniori l. j. C. de Consul. cap. Lex est 2. distin. Multitudo Legatorū quandoq; mittitur ut fecerunt Lati ni uellati ramis oleis pro habenda pace à Romanis, ut cantat Poeta.

Iamq; Oratores aderant ex urbe latina.
Vellati ramis oleæ ueniāq; rogantes. Et ibi.
Centum oratori s ueniunt ex urbe Sabella.

Quattò obseruare habent Oratores in exponēdo sibi cōmissa congruo loco, & tēpore præsentibus illis quibus conuenit c. Quoties 22. q. 5. & noscere opportunitatē, abiecta importunitate & ille rectè facit qui nouit ordinatē tacere. Quintò si forent per Oratores legati attēdere debent silentiū nè oratio sua fiat in tumultu, sed in loco quieto & silēti, ut ueritas melius intueatur; & ut inquit Propheta, Cultus iustitiæ silentium est, c. Qui Episcopatū 8. q. j. c. Sacerdotū de conse. d. 2. Et mittissimā proferant uerborum prolationem, nè sensum audientiū con tentiosis uocibus perturbēt c. In loco. 5. q. 4. Sextò qui in orando attendant non nimis fatti gate satures audientium aures, Iuxta illud Virgilij in Bucol.

Claudite Iam riuos pueri sat prata biberunt:

& sic habent aduertere tempus quo auditores non sint fessi in audiēdo c. Sit Rethor §. Proui dendum 43. d. Nemo utiq; auditur auditore in uito c. Ex merito 7. q. 1. & l. 2. §. Cōtrarium in fi. ff. de veter. iur. enuclean Septimò qui non excedant fines mādatorū, seu cōmissionū sibi datorū à Principibus, uel republica suis ca. Inter cætera. extra de rescrip. sed ea hēt diligenter seruare, & custodire l. Si quis pro eo. C. mand. nec aliquid de suo addere debent, sed exponere simpliciter totam suam legationē absq; mendatio ullo c. Pura. 3. q. 9. Et possunt legati de his quæ ad dānū, & iniuriā in eos legationis tpe acta superuēnerint cās instituere secūdū leges l. Legatus. ff. de legation. Octauò tenētur legati, ut docet Orator in Rhethoricis sūmissa uoce ꝑ orare, ipsorū attēta grauitate summissis oculis & postea altius, & clarius eleuare uocem, ut audito res audiāt, ut dicit B. Seuerinus aliàs dictus Boetius, Ostēde mihi Domine facere ut sonet uox tua in auribus meis. Vox. n. tua dulcis est, & facies tua decora. Nonò nō timidè, sed audacter loqui habēt legati Principū, & Respublicarū; exēplo clericorū, ut i §. Iconomū authē. de nō alienan. Et timidi legati uocantur meritò Canes muti sine latratu ut dicunt Doc. super rub. C. de leg. lib. x. & e. fit Rethor. 43. d. Decimò ꝙ clare, & non sophisticè, neque ambigue, & dialecticè loquantur nè fiāt odibiles; & putus

sermo pulcherimus est ut scribit Aristoteles in Aethic. tert. & Oratio illa frustra est, quæ non manifestat intentum, quoniam opus suum nō perficit. Vndecimò nè simulatè loquātur quia simulatio stare non potest sine falso, & dolo commitibus suis l. Falsus ff. de furtis. Duodecimò cauere habent à superfluis l. 1. ff. de orig. iur. l. fin. §. In refutatoriis C. de appell. & l. fin. C. de præ eib. Imperat. offeren. quoniam sæpe stat mendatium, peccatum, & stultitia in multiloquio: & prudens moderat labia sua cap. Liquido de consecrat. distin. secun. Decimo tertiò tenentur legati pēsatè uerba diffundere prō pto sermone secūdum qualitatem personarū, seruata gratia, dignitate uultus & oris, grauitate corporisque motu suaui, & concina loquantur pronuntiatione; adaptando se pro ingenio audientium, uerborum ordinem ritè componendo, dirigendū illū probè pro eruditorū capacitate c. Oportet. 8. q. j. Decimoquartò uerba sua tenentur legati ponderatè secundū ueritatem, et q̄ sibi non uult loqui alios, & ipsi nō loquantur, nec habent præcipitare uerba, opera, & consilia sua; nec ordinē perorandi rūpere c. Pōderet 50. d. Et turpè quidē, & uitiosum est in re seuera præponere sermonē dignum cū uitio. Decimo quintò uariare habent legati orationem suam coloribus rethoricis quando uident, & cognoscunt auditores esse fessos, uel aliis intentos l. 2. §. Si quid in tantum ff. de ueter. iur. enuclean. Decimo sextò curare habent legati exprimere sibi cōmissa in legatione placida uoce, & mitissima prolatione & pronuntiatione liquidissima, non reiterādo clausulas, sed continuando, reuocando animos ab errore, & illos ad ueritatem trahendo; reuocando praua, & in recta mutando; & de uitiis ad uirtutes aspera conuertendo in plana, instruendo fidem amicitiæ, erigendo spem, & pacem inter amicos faciendo, roborando charitatem, elenando noua, & plantando utilia, fouendo honesta, mitigando corda irata; & exercitando pigros, consolando desperatos, & illos hortando ut Demosthenes apud græcos, & M. Tulius Cicero apud Romanos, gestusque sui corporis optimè, ut Hortensius, & Lentulus a speculo sæpe uidēdo antequàm perorassent; & inde cōcionando placerēt auditoribus. Decimoseptimò si contingerit legatorum loqui de sequis, seueritatem adhibeant, si de iocosis leporem, si de arduis grauitatem ut optimè scribit M. Tullius Cicero in primo Offitiorum, & in Rethoricis. Et habēt curare legati quòd non sit inanis locutio sua sed utilis, mouendo, suadendo, docendo, & consulendo, parcè laudando, partiuaque nituperando quoniam nimia laudatio est tā irrepræhēsibilis quàm immoderata uituperatio, nā illa est in adulatione, & hæc in malignitate; miscēdo quādoq; ioco sos & facetos colores, & sermones rethoricos secūdum oportunitatē; sequēdo magis utiles quàm facetos sermones absq; detrimēto īdignationis. Decimo octauò nō habēt Oratores uti sēper uerbis ueteribus, sed nouis magis quia noua magis placēt ut in prohem. habetur digestorū de Thubero ne in §. 2. & ut dicit B. Hiero. scribens ad Damasū Papā, Mihi sufficit loqui vt ītelligar im mitās simplicitatē, & uō dolosā superbiā buccis inflatis, & uerbis spumātibus Decimo nonò ut Doctorū sētētiis utātur ī ardua materia, ut inquit Orator in Rethoricis. Vigesimò in oī pronūtiatione caueāt legati ut alias dixi nō repetere clausulas, quoniā uitiū foret in arte Oratoria ut circuitus, cessātibus, tamen coloribus rethoricis; nā uerbis spumātibus horret sapientia; magis auditur Orator in silētio quàm Principis clamor inter stultos: & quiescāt strepitus, et tumultus, risus perorātibus legatis c. In loco 5. q. 4. Et sāctos lex reputat legatos l. fin ff. de legat. Et publicū est munus legationis quòd quis subire compellitur l. fin. §. legati ff. de muner. & honor. & l. Si quis decurio C. de decurio. Et regulariter sunt placidè, & reuerenter accipiendi & audiendi legati per illos ad quos mittuntur, si mittentis dignitas hoc exigit l. Inter claras. C. de sum. trinit. & fide cathol. Et illi qui mittunt legatos uidentur ipsi ire per eos c. Qui uos 8. q. 1. & cap. Accusatio 2. q. 7. & l. 2.
7 C. de statuis, & imaginibus. ¶ Quæro de qōne q̄ occurrere cōsueuit, An iustè bellū indicatur cōtra illū qui fuerit iniuriatus Legatū Domini Papæ, nel Imp. seu alterius Regis, aut Principis, uel Reipub. ut in lib. 14. Machab. & in lib. regū 20. in c. 10. 11. & 12. Dic q̄ sic, si fuerit nomine sui Principis iniuriatus, sin autē iniurias tradatur in posse illorū, quorū erāt legati illi qui fuerunt iniuriati l. fi. ff. de leg. eis tamē facta iniuria uidetur quorū legatione funguntur c. Accusatio 2. q. 7. & c. offerebat 32. q. 7. Et c. Siqs 93. d. Et nō solū iniuria talis irrogatur legatorū Principibus, sed ēt populis suis, ut in 2. lib. Reg. x. c. ibi pugnemus p̄ populo nostro; & p̄ doc. & maximè per Lucā de Pen. in rub. C. de legat. lib. xj. Nā offensa illata offitiali, & Magistratui D. Papæ, uel Imp. ipsi D. Papæ, uel Imp. illata uidetur. Et iniuria facta uasallo uidetur ēt facta D. haberur per Bar. in l. 1. §. fi. ff de Iniuriis, & p̄ Inno. in c. Dilectus de appel. & gl. in cap. Authoritatibus de priuil li. 6. & Bal. in c. 1. §. Conuitia de pa. iura. fir. per Alb. de Ros. in l. si qnis in hoc genus. C. de episc. & cler. & l.
8 Oē delictū §. j. ff. de re mil. ¶ Quæro de casu, de quo pridie fui consultus; Francisc. & Hierony. ambo Rauēnates absq; culpa Fräcisci, culpa tamē & potētia ipsius Hiero. effecti fuerūt inimici; an poterit Franci. petere sibi dari cautionē à dicto Hiero. Cōsului q̄ sic per notata p̄ Alex. de Im. in l. Hoc ampliua § Siquis ff. de dā. infe.

SVMMARIVM.

1 IN ducià, & treugue militares quæ sint.
Pax est finis belli.
Victoria post bellum sequitur, & amena pacis tranquillitas.
Pax fit voluntate, & bellum necessitate.
Pax non quæritur ut bellum geratur, sed bellũ geritur ut pax acquiratur. & n. 205.
Pacis excellentia quibus sit attribuenda.
Pax Ecclesiæ quæ sit. & n. 4.
Pax est danda, & seruanda in Ecclesia Dei. & nu. 2.
2 Principes tenentur procurare pacem, & illam in Ecclesia Dei seruare.
3 Pax quæ nã sit, & quos bonos pariat effectus. & nu. 204.
4 Inimici cogi possunt ad pacem faciendam.
5 Præses prouinciæ curare debet prouinciam suã pacatam, & quietam habere. & n. 25.
Pax unde dicta est.
6 Deum Therminalem colebat Antiquitas.
Multa fieri prohibẽtur, quæ facta ex causa pacis tenent. & n. 7.
7 Fictio retrotrahitur ad impossibilia de iure in cõuẽtione legitima propter pacẽ facta. n. 15.
8 Matrimonium per Ecclesiam dispensatur inter inhabiles propter pacem.
Pax propter sui bonitatem à populis communiter peroptatur. & n. 43.
9 Iuramentum fauore pacis præstari potest die feriato, & valet præstatio. n. 15. & 119.
10 Pœnitentia calumniosa non est propter pacem imponenda, & n. 34.
11 Pax est dupplex, diuina, & humana.
12 Animarum, & cordium coniunctio ex pace resultat.
Pax est affectanda pro animę salute, & corporis bono tempotali.
13 Pax fit osculo interueniente.
Pax datur in missa pro charitate diuina.
Pax quibus casibus à Deo tollitur populis, & illis dat bellum remissiuè.
14 Mandatum procuræ factum à vulnerato pro facienda pace, per ipsius vulnerati mortem expirat. & num. 93.
15 Iuramentum cum osculo pacis iunctis, & tactis manibus dexteris interuenire debet in pace.
Facta propter pacem legis uigorem habent.
16 Inuasor Ecclesiæ toleratur propter pacem.
Ecclesia pro bono pacis tolerat depositionem Episcoporum, & aliorum subrogationem.
17 Episcopus pro bono pacis tenetur dimittere Episcopatum.
18 Episcopus ob bonum pacis cogit per censuras Ecclesiæ partes diù litigantes etiam non subditus ad concordiam.
Concordia inter mortales nutrit amorem.
19 Episcopus de una Ecclesia ad aliam propter pacẽ transferri potest.
20 Electio facta contemptis illis de capitulo pro bono pacis tolleratur à Canone.
21 Capitulum uacante Ecclesia cathedrali succedit in locum Episcopi pro bono pacis.
22 Filius pro bono pacis non tenetur alere patrem bannitum.
Pater bãnitus regulas iter à filio ali debet. n. 58.
23 Litigantes ob bonum pacis, an possint per Iudicẽ cogi ad concordiam. & n. 145.
24 Pauper litigans cum diuite an compelli ad concordiam possit.
25 Principes, & superiores an possint cogere suos subditos ad faciendum pacem, compromissum & transactionem. & numero 26. 32. 88. 139. & 145.
Pacem facere quisque cogitur in foro conscientiæ.
Abolitio iniuriarum à Iudice facienda est pro bono pacis.
26 Principes, & superiores possunt subditos suos cogere ad satisdandum causa sedandi futuri scandali.
27 Pœna est prius tollenda per Iudicem à delinquente ut faciliùs deueniatur ad pacem, aliter tenebitur Iudex in sindicatu.
28 Offensus an possit à Iudice compelli ad faciendũ pacem.
29 Pax est cautè facienda nè preparentur uires iniquitatibus.
Bellum precedente hostili diffidatione de iure permittitur ut pax queratur, & in pace uiuamus.
30 Laici inter se litigantes possunt ad concordiam compelli.
31 Arbiter multa potest ex causa pacis ultra ea quę sunt in compromisso concessa.
32 Causa spiritualis pro bono pacis compromitti potest in clericos, sed non in laicos.
Iudex delegatus potest casum sibi nõ commissum decidere.
Arbiter pro pacis bono potest apponere manus ad non contenta in compromisso.
Limitatio ad doctrinam Bar. in l. Aquiliana ff. de transactionibus.
Iudex tenetur concordiam partium procurare, et concordia lites terminare.
33 Inquietantes ciuitatem ob eorum discordias possunt per Iudicem ad pacem constringi.
35 Iudex studere debet paci si bona est, & æqua.
Iudex ante factum debet studere paci, & pro pace, & post pacem punire. & n. 39.
Iudex an possit exulari unam ex partibus pro uitando scandalo. & num. 40.
36 Iudex non prohibens rixas coram se factas ab offitio remoueri debet.

37 *Pax inter malos non est curanda.*
38 *Pax illa est curanda si bona est, & qua sit & du ratura.*
40 *Arbiter an possit pro bono pacis mandare ali quem à patria exulari.*
41 *Odia, & iniuriæ non sunt in confectione pacis memorandæ.*
Concordia quæ nam sit & dicatur.
Concordia qualiter à pace differat. & n. 45.
42 *Maritus an possit facere pacem de adulterio uxoris.*
Pax in omni maleficio fieri potest.
Beneficium temporale excluditur tempore.
Spurius est ille qui iuris fictione non habet patrem.
43 *Pax in testamento fieri potest, & omnis iniuria remitti.*
Offensus an possit facere pacem ubi est publica accusatio.
44 *Pax non destinata tẽpore perpetua indicatur.*
46 *Confessio peccatorum proprio ore facta sacerdoti pacem dat confitenti cum Deo. & numero 176.*
Papa an possit tollere confessionem cum sit de iure diuino.
Clausula pro bono pacis et concordiæ quem pari at effectum.
47 *Sacerdos pro absente in causa pacis stipulari potest ut pax fiat.*
Iniuria remissa in foro pœnitentiali an prosequi possit in foro fori. & num. 207. & 208.
Pax, & remissio iniuriarum an fieri possit pro absente, & absentibus. & n. 208.
48 *Pace secuta illicò sunt tollenda statuta tyrannicè facto tempore guerræ.*
Paciscens de iniuriis sibi illatis intelligitur facere pacem, & concordiam.
49 *Minores, & puberes possunt se pro pace obligare.*
50 *Causa pacis tempore feriarum agitari potest.*
51 *Minores facientes pacem cum iuramento obligantur. & num. 82.*
Pax à minore facta sine decreto Iudicis an teneat.
52 *Pax est genus, & concordia est species.*
Pacem habere non dicitur qui concordiam nõ habet.
Pax est perpetua, & concordia põt esse tẽporalis.
Instrumentum concordiæ non sufficit, cum statutum requirit instrumentum pacis.
53 *Pax est ordinata concordia, & sedatio discordiæ.*
Pupillus an de morte sui patris possit pacem facere sine tutoris autoritate, & iudicis decreto.
Quid si est doli capax. num. 55.
54 *Tutor, uel curator an remittere possit iniuriã pupillo, uel minori, aut patri suo illatam. & nu. 55. & 56.*
56 *Tutor an possit facere pacem de morte patris pupilli.*
Obligatio ad pœnam reputatur damnum.
57 *Pax est appetenda quia necessaria, & opus est iustitiæ, & conscientiæ. & n. 81. & 201.*
Discordiæ quæ mala pariant. & n. 59. 81. et 176.
Pax probatur ex legato facto inter inimicos.
Item per salutationem, uerbo, uel epistola.
58 *Pax est testamentum Domini nostri Iesu Christi, quod rumpi non debet.*
Filij non tenentur præstare alimenta patri banni to propter fractionem pacis.
59 *Papa ob ruptam pacem iudicat inter laicos.*
Iurisdictiones regulariter distinctæ sunt.
Pax quibus de causis benè seruetur inter homines.
60 *Adhærentes in pace exprimi debent aliàs non cõprehenduntur.*
61 *Pacis confirmatio est ipsa uera iustitia.*
62 *Pax promissa pro se amicis, & adhærentibus intelligitur de præsentibus, & non de futuris.*
Pœna stipulata in pace pro se & filijs, an intelligatur de præsentibus, & futuris: & si unus ex filijs fuerit offensus an pœna debeatur alijs filijs non offensis. & n. 63.
Pacis capitula de rupta pace an extendantur ad dantem auxilium.
Qualitas quæ est in maleficio, et persona comitẽtis aggrauat maleficiũ in personã auxiliantis.
63 *Statutum tẽpore belli factũ pace secuta tollitur.*
64 *Pax an sufficiat haberi ab uno ex hæredibus statuto disponente quòd pax ab hæredibus defuncti haberi debeat.*
Pax per alium fieri potest, et per hæredem ratificari.
Pax ab hærede particulari fieri potest.
65 *Hæredes non uendicantes mortem defuncti hæreditate priuantur.*
66 *Pacẽ facere an sit quid hæreditarium, et an sit habẽda à filio qui patris hæreditatem repudiauit.*
67 *Pœna in pace facta promissa fisco non debetur nisi fuerit per notarium stipulata.*
68 *Offendens primo offendentem nẽ tenetur ad pœnam pacis ruptæ. n. 70. & 113.*
Pacis ruptor quis dicatur, cum duo insimul, & se adinuicem offendunt, & quis primus fuerit nescitur. & n. 184.
69 *Pœna apposita in instrumẽto pacis per plures stipulata, an rupta pace per unum ex cõprehẽsis in instrumento debeat ab omnibus pro rata solui, uel in totum ab ipso offendente.*
71 *Clausula toties, quoties in instrumento pacis, uel treugæ apposita; & Clausula rato manente pacto cuius sint effectus. & nu. 203.*
Clausula toties quoties impedit nouationem, & per duas uices uerificatur.
Clausula toties opus fuerit, operatur in infinitũ.
72 *Pax rupta intelligitur per stuprum commissum cum uidua consanguinea inimici pacati.*

Pax

Pax an dicatur rupta per stuprum, aut adulterium commissum per unum ex pacatis cum uxore alterius.

73 *Lenocinium commissum per unum ex pacificatis in personam uxoris, uel filiae alterius ex comprahensis in pace, pacem rumpit.*

74 *Vassallus concubens cum filia, uxore, uel sorore Domini feudo priuatur.*

75 *Vassallus turpiter cum uxore Domini ludens, uel eam inhonestè tangens, aut alia turpia faciens feudum perdit.*

76 *Lenones sunt de iure ut adulteri puniendi.*

77 *Pax super adulterio fieri potest ad poenam minuendam.*

Pax facta à Dominis non praeiudicat priuatis personis.

78 *Furtum faciens ei cum quo pax facta fuit dicitur pacem frangere.*

79 *Treugua an rumpatur per furtum, uel per raptum filiae illius cum quo est facta treugua & num. 138.*

80 *Pacem habens cum aliquo, an offendendo eius fratrem, uel consanguineum dicatur pacem rupisse. & num. 125.*

Pax rupta an dicitur per furtum, raptum, uel adulterium; si ex illius causa facta non fuit.

81 *Pax nim habet restitutionis in integrum.*

82 *Pace facta inter plures partium Guelphae, et Gibellinae promittentes in sollidum se inuicē non offendere sub poena; an uno offenso omnes ex parte offensi possint agere in solidum tanquàm corei credendi, & omnes ex parte offendentis teneantur insolidum.*

Partiales se inuicem offendentes tenentur ad reficiendum damna parti damnificatae.

83 *Praelatus, uel Episcopus an posit facere pacem de iniuria sibi & Ecclesiae suae, uel Deo facta.*

84 *Anciani parcere non possunt pro Iniuria ciuitati facta.*

85 *Pax inter duos facta an altero offendente alterum ex alia causa uiolata dicatur. & supra num. 78.*

86 *Pax facta de non offendendo an rupta dicatur si in bonis damnum datum fuerit.*

87 *Familiares Dominorum si per discordiam pacem uiolant sunt puniendi.*

88 *Principes an posint cogere subditos litigantes ad concordiam, uel compromissum, seu transactionem.*

89 *Instrumentum pacis productum per unum an prosit alteri contumaci.*

Instrumentum pacis debet in termino produci, aliàs non prodest productum extra terminū statuti.

90 *Pax an uiolata dicatur ab eo qui offendit eius inimicum pacatum, post pacem bannitum, stante statuto quòd possit bānitus impunè offendi, & occidi.*

Forbānitus an licitè posit ab eius inimico occidi.

Intellectus ad Constitutionem Regni Siciliae incipientem. Poena eorum de forbannitis.

91 *Bannitus qui ex statuto potest a quocunq; offendi an licitè de iure se defendere ualeat.*

92 *Pax per accusationem rumpitur.*

93 *Ad pacem pertinet ut amicabiliter amicus in secreto conqueratur cum amico superiore.*

95 *Pax an tollat inquisitionem factam; uel fiēdam.*

96 *Bannitus qui ex forma statuti non potest rebanniri nisi habuerit pacem cum haerede occisi, potest habere pacem à filio occisi, qui se abstinuit à patris haereditate. & supra. num. 66.*

97 *Statutum quòd bannitus posit impunè occidi, intelligitur de bannito qui sit hostis patriae, seu ciuitatis.*

98 *Affinis an possit impunè bannitum affinem suum receptare, stante prouisione quòd nemo posit receptare bannitum. & num. 99. & 100.*

Iura sanguinis an excusent receptantem affinem, uel consanguineum bannitum.

99 *Frater fratrem bannitum impunè occidere non potest.*

100 *Statutum quòd quis posit impunè occidere bānitum an habeat locum in domino, seu uassallo; ac in patre, matre, & filiis.*

Filii bannitorum possunt parentes bannitos impunè receptare.

101 *Poena stipulata in instrumēto pacis, an semel, nel pluriès comittatur.*

102 *Pace, & transactione facta inter rixantes an intelligatur remissa poena fisco quaesita ex causa ipsorum rixantium incursa. & n. 413.*

103 *Princeps nō potest ordinario iure ius tertio quaesitum tollere.*

104 *Ciuis an perdat ciuilitatem ex priuilegio acquisitam propter guerram superuenientem cum ciuitate suae originis, et an secuta pace recuperetur huiusmodi priuilegium.*

105 *Legatarius qui propter inimicitiam cum testatore legatum perdidit, per reintegrationem amicitiae illud consequi debet.*

106 *Pax an fieri possit pro absente nemine pro ipso stipulante.*

Pacem facere est meri facti.

107 *Pax mutua dicitur, si illata est iniuria ab una tātùm parte, & pax fiat.*

108 *Procurator constitutus ad faciendum pacem, & concordiam, non potest pactum facere quòd eius principalis non moretur in patria, uel in suo districtu.*

109 *Transigi potest in omni delicto excepto adulterio.*

110 *Pax per pecuniam facta an teneat.*

Haeres occisi faciendo pacem recepta pecunia, haereditatem defuncti adire uidetur.

111 *Pax etiam hosti est seruanda.*

113 *Ius quæsitum fisco, aut Ecclesiæ in pœna pacis ruptæ an remitti possit per partes reconciliatas.*

Pactū factū in pace inita inter duas ciuitates quòd alteri liceat se uendicare; uel fœdera pacis rumpere non ualet.

Pax fieri potest per procuratorem habentē ad hoc speciale mandatum.

Pax facta per filios spurios, non existentibus legitimis non prosit occisori, stante statuto quod pax habeatur à filijs occisi.

Pax facta inter duos principes promittentes adinuicem nō offendere eorum ciuitates, an comprehendat eorum adhærentes ciuitates, ac amicos suos confœderatos.

114 *Pax fit inter offendentem, & offensum in casibus à iure permissis.*

115 *Miseranda est humana natura, & ipsius sunt odenda peccata.*

116 *Iudicis auctoritate interueniente in trāsactione super crimine an possit contra delinquentem super eo crimine procedi ad instantiam alterius, uel ex officio inquiri.*

117 *Pace facta inter duas ciuitates, si aliquis de una ciuitate alium offendit de alia ciuitate pacificata quam pœnam incurrat.*

118 *Pacis capitulis si dictum sit bannitos cancellari, sufficit quòd uerbo cancellentur.*

119 *Pax si haberi potest non sufficit treugua.*

Pacta pacis, & conuentiones omni die pertractari possunt.

120 *Princeps pro bono pacis potest alienare, & alteri concedere castrum, & territorium sub ditorum.*

121 *Treugua, aut pax ab uno rupta, an debeat ab altero seruari. & n. 126.*

Treugua an comprehendatur appellatione pacis. & n. 130. & 131.

Treugua quotuplex sit, & quando sit seruanda hostibus.

122 *Pace facta inter duos Reges, si unus ex Regibus pacatis contra tertium Regem intulit bellum, an fœdus cum hoste iniri possit.*

123 *Pacis fractor an possit à quocunque accusari.*

124 *Pax in se habet tres comites, fidem, charitatem, & iustitiam.*

125 *Pax facta pro se an rupta intelligatur si eius pater, mater, filius uxor, uel soror nupta, aut frater offenditur. & n. 158.*

126 *Treuguam, aut pacem ruptam per unam partem an liceat alteri parti rumpere sine incursu eiusdem pœnæ.*

Differentia quæ nam sit inter pacem, & Treuguam et n. 127. 128. 129. & 130.

Officialis temporalis an conueniri possit, ut perpetuus officialis durante officio.

Qui non facit quod debet, non recipit quod oportet.

Non obseruans contractum qui ex parte alterius contrahentium non fuit seruatus, contra contractum uenire non dicitur.

127 *Treuguam rumpens qua pœna puniri debeat.*

Lex, uel statutum loquens de treugua, an locum habeat in pace; uel loquens in pace habeat locū in treugua. & nu. 128. & 129.

Exceptio firmat regulam in casibus nō exceptis

Iudicium idem est de treugua sicut de pace.

128 *Contra fractorē treuguę an sit iudicandum pro ut contra fractorem pacis, & num. 129.*

Treugua potest fieri per Capitaneum belli.

129 *Treugua potest die festo fieri, & iuramentum præstari. & num. 131.*

Treugua quid sit.

131 *Treugua non uenit appellatione pacis in materia pœnali, & restringibili statuti.*

132 *Homicidium commissum durante treugua per aliquem ex comprehensis in treugua qua pœna ueniat puniendum.*

133 *Treugua Canonica quæ nam sit.*

134 *Statuto disponente quòd occidens occidatur nisi habuerit pacem ab herede defuncti, an si plures sunt hæredes pax ab omnibus fieri debeat.*

Statutum quò nemo extrahatur de carcere nisi primò habuerit pacem ab offenso, an habeat locum habita pace ab hærede.

Statutum quòd haberi debeat pax ab hærede an locum uendicet si pax habita fuerit ab offenso.

135 *Pax facta de uulnere ex quo uulneratus postea moritur, an intelligatur facta de morte.*

136 *Pax facta super uno crimine, an rumpatur per accusationem aliorum criminum.*

137 *Statuta quæ puniunt delicta debent censeri facta fauore publico, & esse fauorabilia, & extēdenda sicut in materia fauorabili.*

138 *Treugua rumpitur per raptum sororis illius cū quo est facta treugua.*

139 *Abbas cum Capitulo potest remittere iniuriā factā monacho.*

140 *Treugua facta semper est seruanda.*

Treuguam frangentes mercatoribus, uiatoribus, & aliis quomodo puniri debeant.

141 *Subditi possunt per Dominos compelli ad pacē, & ad treuguam.*

142 *Promittens facere pacem qui illam nō fecit, sed treuguam, an incidat in periurium, & pœnam obligationis.*

143 *Dispositio temporis belli an cōcernat ipsius treuguæ.*

144 *Treugua ad tempus facta pax potest appellari.*

Duræ conditiones in treugua, seu pace appositæ, seruiles esse, & pro seruis factæ dicuntur.

145 *Iudex an et in quibus casibus possit cogere partes ad pacem, & concordiam. et supra num. 23 cum sequenti.*

Treuguam facere partes compelli possunt in omnibus casibus, in quibus cogi possūt ad pacem

Concordia

Concordia etiam fit in causis nō dum ciuilibus, sed criminalibus, publicis, & priuatis iuditiis.

146 *Treugua facta inter Regem Franciæ, & Regem Angliæ: & pacto inito quòd milites Regis Franciæ possint impunè intrare regnum Angliæ usq; ad Pascha, et ultra sit unicuiq; licitum dictos milites ut diffidatos interficere; an miles Regis Franciæ qui iuit in regno Angliæ, & intra Pascha rediens mare ipsum retinuit, & remisit in Angliam possit impunè occidi.*

147 *Pax facta de magna iniuria cum promissione de se non offendendo uiolata dicitur per illū qui alium reduxit ad calamitatem ob delationem suam, & ad periculum amissæ substantiæ, & honoris.*

148 *Conuentio defaciendo treuguam per unum an num ualet.*

149 *Confœderatus cum duobus Regibus, requisitus ab ambobus ut sibi præstet auxilium, cui potius parere debeat.*

150 *Pax est opus Iustitiæ, & necessaria à natura.*
Pax qualiter esse debeat.
Pacis uiolatores quomodo sint puniendi.

151 *Pax futura tempore treuguæ est pertractanda, & componenda etiam die feriali; nec interim Duces exercituum desistere debent à prouisionibus pernecessariis futuri belli, si bellare contingerit.*

152 *Induciæ quare longæ, & quare breues fiant. & num. 153. & 154.*
Induciarum effectus qui nam sint in bello.
Induciarum tempore quæ nam sint pertractanda. & num. 153. & 154.

153 *Induciarum quis nam fuerit inuentor.*

154 *Hostes tempore guerræ non sunt ita passim in exercitu recipiendi.*

155 *Exploratores quales esse debeant mittēdi ad hostes ad explorandum secreta sua.*

156 *Generales bellorum, & Duces exercituum an possint facere treuguam, & pacem. & supra num. 128.*

157 *Pax fit osculo tactis manibus, & per risum reciprocum, ac per potum, atq; esum, & similia. & num. 218.*
Inimico reconciliato non est passim credēdum & num. 191.

159 *Vassallus occidens fratrem Domini feudi in odium Domini, amittit feudum.*
An autem uassallus perdat feudum, aliud homicidium committendo, uide ibidem.

160 *Pax facta inter duas ciuitates rumpitur per solam castramentationem unius contra aliam, uel ædificationem castrorum cum merculis, & fouæis.*
Pax facta inter duas ciuitates de se non offendendo perpetuo tempore, an rupta dicatur si una ex dictis ciuitatibus alterius iurisdictioni Regis se submisit: & inde ab alia ciuitate pacata fuit incendio læsa in territorio suo, et n. ibid. & 162.

161 *Pax facta per Ducem belli est inuiolabiliter seruanda.*

162 *Fides per Ducem belli hosti data, est ei seruāda.*

163 *Offendens associantem illum cum quo est facta pax, pacem rumpere dicitur.*
Offendens cohabitantem in domo illius qui habet pacem cum eo, pacem fregisse dicitur.

164 *Iniuria facta uassallo, aut Colono an remitti possit per Dominum.*

165 *Pax facta pro se, & tota parentela sua rupta dicitur si aliquis prædictorum offenditur.*

166 *Pace facta inter Duces belli an refici debeant damna illata, & castra expugnata.*

167 *Pax facta pro se & complicibus cum promissione quòd complices illam ratificabunt, an uiolata dicatur si unus ex dictis complicibus ante ratificationem offensus fuit.*

168 *Pax si fieri non potest, & statuto ita disponente, ex percussionibus sanguinolentis, an possit fieri ex percussiōne cum pugno facta, qua quis cecidit in terram, & caput sibi cum sanguinis effusione fregit.*

169 *Pax an debeat haberi à filio, uel à seruo hæredibus institutis, aut ab eius patre, seu domino, stante statuto pœnam remittente bannito qui pacē habuerit cum hæredibus defuncti.*

170 *Filius familias non potest facere pacem in patris præiuditium.*

171 *Fœmina an possit pacem facere de morte patris.*
Intellectus ad l. Si filius qui patriff. de uulg. & pupil. & d. l. Probare le ff. de aquir. hæred.
Pax fieri potest per filium non hæredem occisi, stante statuto quòd pax habeatur ab hæredibus.
Pax faciēda est ab eo qui iurauit nō facere pacē.

172 *Partiales, seu capita partium in pace facienda, an omnes interuenire debeant cum sequētibus, & adhærentibus suis; uel possint pro eis remittere.*

173 *Promissio iurata facta per capita Partium in Instrumento pacis pro se, & amicis quos ratificare promiserunt, an illis non ratificantibus reddat ipsos periuros, & faciat cadere in pœnam.*

174 *Pacem in qua ætate ritè offensus, uel hæres, aut filius offensi facere possit.*

175 *Pax debet esse in Regno prudentum pura, & sincera.*
Sapientum urbis Sabbæ responsum datum Alexandro interroganti qualiter habens magnum Imperium potest magnam beneuolētiam acquirere à subditis.

176 *Pacis fructus & benefitia qui nā sint in Regno.*
Crimen delectum, ulterius non debet appellari crimen.

177 *Iniuriarum remissio quæ fit, & qualiter fiat;*

11 aeuctum.1.
Statutũ loquens de homicida an extẽdatur ad mandantem fieri homicidium.
Statutum seruandũ est in sua specifica forma.
Omissum, & nõ expressum in statuto, pro omisso, & non expresso habetur.
Mandans fieri, facere & ipse uidetur.
Qui per alium facit per se ipsum uidetur facere.
Mandans homicidium fieri magis delinquit quàm faciens, & grauius est puniendus.
218 Iniuriatus comedendo, & bibendo cum iniuriante an tacitè uideatur remisisse iniuriã.
219 Iniuria remittitur per pacis osculum.

DE FERIIS, SEV INDVTIIS militaribus, Treugis, & Pace.

INdutiæ & seu Treuguæ, Feriæ sunt militares, & sunt securitates, & fidutiæ præstite rebus, & personis ad certum tempus discordia nõdùm finita: & Pax est finis belli ut
in titulo de pace iuram firman. & l.1.ff.de pa-
1 ctis; & l In bello ff. de capt. & postl. reuers. ¶ Et
post bellum uictoria sequitor, & amena pacis
tranquilitas quæ est uinculũ charitatis, & cha-
ritas est amor Dei, & proximi cap. Nouit, &
per Doctor. ibi de iuditiis, & cap. 2. de treug.
& pac. l. 1. C. de cadu. tollen. & l. vnica C. ut pu
bl. lętic. lib. x. per glo. in cap. significauit in uer
bo placet extra de iuditiis. In uoluntate Pax es
se debet, & bellum in necessitate; bellum com
mittitur ut Pax queratur, Pax queritur ut bellũ
non fiat; sed non e' contra Pax fit ut bellũ fiat,
sed ut penitus tollatur omnis Rancor, & Iniu-
ria, & remissio fiat illius ad inuicem illatę cap.
Noli xxiij. quæst. 1. Pax est habenda ut refert
Baldus in l. 1. ff. de pactis, à Deo uidelicèt, à se
ipso, ab homine. i. à proximo, & à superiore:
cuius quidem pacis Excellentia est tantæ uirtu
tis, quòd Deo immortali attribuitur, & morta
li Regi inquit Dominus, Pacem meam do uo
bis, & pacem relinquo uobis, in terra, pacem
omnibus bonæ uoluntatis donat Deus, & pa-
cem uobis dat ecclesia sponsa sua: & beatos es
se pacificos firmat Euãgelium, & de Rege mor
tali Rex pacificus exprimitur in Proęmio Gre
2 goriano. ¶ Et omnes tenentur Principes Ca-
tholici procurare pacem, & illam seruare im-
maculatam Ecclesiæ Dei cap. Quando xxiij.
quæst. 4. Cap. Princeps lxxii. quæst. 5. iuncto
cap. Administratores, & cap. Regum ibidem,
cap. Non inuenitur cum sequenti cap. iuncto
3 cap. Si ecclesia xxiij. quæst. 4. ¶ Et ut inquit Cõ
ciuis meus Rauennas Cassiodorus, Pax est uni
tas, & salus multitudinis, & desiderabile bonũ:
pp quam pacẽ, tranquilitas, utilitas, honor, &
uita populorum cõseruatur, & custoditur; est
què mater, & decora bonarum artium, multi
plicans genus humanum, & bona sua mores ex
tollens; & quòd bellica clade turbatum est, pa
cis remedio reformatur cap. Cum per bellicã
xxxiiij. quæst. 1. Pax est consolatio uiuorum,
& requies mortuorum, qui in pace Dei moriũ
tur in gremio Ecclesiæ Catholicæ, extra quam
salus non habetur xxiiij. quæst. 1. cap. Alienus.
4 ¶ Et cogi debent inimici ad pacem quando fie
ri potest sine damno, & scandalo alicuius par-
tis, ut in procemio Gregoriano, Pax. n. Eccle-
siæ, & Catholicæ Religionis est unitas catholi
corum omnium l. Inter claras C. de sum. trinit.
5 & fide cathol. ¶ Ad Præsides spectat Prouintia
rum curare pacem, & quietam habere prouin-
tiam suam, nam semota pace insidiantur uitæ
mortalium, & omnis humana perit utilitas fir
mat Oldradus de Laude in consil. lxxxiij. in 5.
col. & Bal. in l. 1. ff. de offit. Præfec. urb. Et di-
6 cta est pax à pactò l. 1. ff. de pactis. ¶ Deũ Ter
minalem custodem pacis, & Iustitię testẽ Cras
sus uenerabatur Antiquitas; & multa permittun
tur fieri propter pacem faciendam, aut factam
conseruandam quæ aliàs non permitterentur,
ut aliàs latè dixi in consilio quod gratia Dei
feci in fauorem matrimonii Serenissimæ Regi
næ Catherinæ Anglorum: & mali tollerantur
pro pace conseruanda cap. 1. xxiij. quæst. 4.
7 ¶ Multa sunt quæ de iure fieri non possunt, &
pacis auttoritate, legis habent uigorem: ita cõ
suluit Bal. in consil. cc xiij. Incipiente, Quidã
Nobilis in 3. uolu. Consiliorum. vbi limitat
glo. singularem in l. Talis scriptura ff. de leg.
pti. quæ dicit quòd fictio non trahitur retro ad
ea quæ sunt de iure impossibilia; fallit tamen
in conuentione legitima quæ fit propter pacẽ,
& illam glosam exaltauit Bal. in cap. Innotuit
de elect. & in c. Cum consuetudinis de cõsuet.
& in cap. Contingit de dolo & contumatia, &
in l. siue possidetis C. de probat. & in rubr. de
8 procurat. in ij. col. ¶ Et propter pacem inter
eos qui sunt inhabiles propter ætatem permit
titur contractus matrimonii cap. sequen. & per
Abb. ibi de spons. impuber. & in pluribus casi
bus à lege, & à canone prohibitis per sedẽ Apo
stolicam despensari solitis, pro bono pacis ma
trimonium fit inter puberes ut dixi in dicto
cap. secun. Et pax est tam bona quòd à populis
peroptabatur communiter cap. 1. de pac. tenẽ.
9 ¶ Quæritur si pro ineũda pace possunt diebus
feriatis, & dominicis, & aliis festiuis diebus prę
stari sacramenta. Dic quòd sic pro bono pacis
cap. 1. & per doctor. ibi de feriis; & ob pacis fa
uorem detrahitur à dispositionibus iuris cap.
Hisq; extra de maior. & obed. cap. 2. de arbitr.
10 cap. 1. de mutuis pecuniis. ¶ Quæro de alio ca

fu

ſu ſi propter pacem imponitur calumnioſa pœnitentia. Dic quòd non cap. Accuſaſti de accuſation. & benè conſuluit, & declarat Bald. in conſ.lviii.incipiẽte, Laudatur in pri.parte, vbi declarat quotuplex ſit Pax, & quo modo dicatur rumpi, & qualiter pax ſit ſtricti iuris; & an rupta pax dicatur ſi occido fratrem meum.

¶Pax, n. eſt dupplex diuina, & humana, Diuina eſt pro reconciliatione peccatoris ad Deũ, & pro ſalute animarum cap. Non ſufficit de pœniten.diſtin.pri. ¶Ex pace reſultat coniunctio animarum, & cordium cap. Nouatianus 7. quæſt. 1. cap. Pace igitur de conſecrat.diſtin.2. Valde eſt affectanda pax humana pro ſalute animæ, & corporis bono temporali: & ſi pax humana tam dulcis eſt pro ſalute temporali corporum, quantò dulcior eſt diuina pro æterna ſalute animarum cap. Noli xxiii.quæſt.1.

¶Pax fit oſculo interueniente, & pax datur in miſſa pro charitate diuina, glo.eſt in cap. Ad Apoſtolicæ in uerbo pacem de ſenten.& re iudi. in 6. quæ enumerat multos caſus per quos Deus tollit pacem populis, & aliis dat bellum quo tempore furor arma miniſtrat: & talis furor ceſſat tempore pacis notat Bal in rubr. qui admitti ad bon. poſſeſ. ¶ Eſt quippè notãdum quòd ſi quis habuerat mandatum à uulnerato de faciendo pacem uulneranti, & deceſſerit uulneratus, re integra regulariter expirat mandatum morte mandantis l. Mandatum C. mandati, & l.fin.ff.de ſolut. & inſtit.mandat.§. Item. Limita dictam regulam non procedere in præmiſſo caſu propter bonum pacis, & ipſius fauorem; ita quòd dictus procurator etiam poſt mortem mandantis poterit facere, pacem, iuxta tenorem ſui mandati, per notata per Bal. in additio. ad ſpecul. in titu.de homic.in ult.col. & per Hypol. de Marſ.in ſingulari ſuo xliiij.incipiente Mandatum. ¶Et debet interuenire iuramentum in confectione, & reformatione pacis cum oſculo, & tactu dexteræ manus ab utraq; parte: quæ teſtes ſunt fidei, & pignora pacis cap. Fundamenta & ibi per Ioan. Andr. de electio. in 6. & per Luc. de pẽn. in l. 1. C. de aquæduct. Et quæ fiunt propter bonum pacis legis habent uigorem, licèt aliàs non permitterentur de iure, nec fieri poſſent conſuluit Bal. in conſ. ccxiii. incipiente quædam nobilis in 3. lib. ubi limitat glo. l. Talis ſcriptura ff. de leg. pri. quæ dicit quòd fictio non trahitur retro ad ea quæ ſunt impoſſibilia de iure. Fallit in conuentione legitima quæ fit propter pacem, quã glo. extollit Bal. in cap. Innotuit de electio. & in cap. Contingit de dolo & contumatia; & in cap. Conſuetudinis de conſuetudin. & in l. Siue poſſidetis C. de probat. & in rubr. de procurat. ¶Et propter bonum pacis tolleratur ille qui longo tempore Eccleſiam accepit de manu

laicorum cap. Cura de iure patronatus, & per
Innoc. in cap. Niſi cum pridem de renuntiat. &
in cap. 1. de elect. vbi dat caſus; & quòd pro bo
no pacis tollerauit eccleſia depoſitionem quo
rumdam Epiſcoporum, & ſubrogationẽ alio-
rum præter conſcientiam Romani Pontificis.
17 ¶ Et propter bonum pacis tenetur Epiſcopus
renuntiare Epiſcopatum, ſibi bono dato cam
bio, ut pax ſit inter ipſum, & populũ cap. Quip
18 pè tert. quæſt. 6. ¶Ob bonum pacis cogit Epi
ſcopus per cenſuras Eccleſiæ partes diu litigã
tes, etiam non ſubditos ad concordiam quæ nu
trit amorem inter mortales cap. Placuit cum
glo. ibi xc. diſtint. cap. 1. de mut. pecu. & per
Imo. & Iacob. Butrigar. ibi per l. Aequiſſimũ
ff. de uſufruct. Conſuluit Excellentiſſimus Do
ctor Andræas de Bartholomæo Barbatia nun
19 cupatus in conſ. xi. & in conſ. xxiiii. ¶Et pro
habẽda pace poteſt Epiſcopus transferri de una
eccleſia ad alian cap. Quippè tert. quæſt. 6. &
per Innoc. in cap. Niſi cũ pridem de renuntiat.
& per Roman. in conſ. cxxv. & Barbatiam in
cap. 1. de homic. & de elect. cap. 1. iuncto cap.
20 Cum inter, ibidem. ¶Et propter bonum pacis
tolleratur à Canone electio facta contempti a
illis de capitulo, licèt irritanda, & caſſanda ue-
niret: quoniam contempti non curauerunt cõ
21 ſentire cap. Quod ſicut de elect. ¶Pro bono
pacis ſuccedit capitulum uacante cathedrali ec
cleſia cap. De his, de maior. & obedien. cap. Cũ
olim eodem titu. Donec Papa prouiderit.
22 ¶ Propter bonum pacis non tenetur filius ale
re patrem bannitum nè pax frangeretur cap. 1.
§. Si quis hominem de pac. tenen. Licèt aliàs re
gulariter teneretur alere patrem bannitum ut
in §. 1. authen. de inceſt. nupt. & per Roman. in
l. Si uerò §. de uiro ff. ſolut. matri. & Bar. in l.
Si quis à liberis §. ſed utrùm ff. de liber. agno-
23 ſcen. ¶Pro bono pacis poſſunt cogi per Iudi-
cem litigantes ad concordiam l. Aequiſſimum
ff. de uſufruc. & ubi compoſitio non tenet non
debet iudex interponere partes ad componen-
dum, nè ſub ſpe boni malum ſequeretur firmat
24 Archidiac. in cap. Studendum xc. diſtin. ¶Et
ſi potens, & Diues litigat cum paupere haben
te iuſtitiam, ſed eius complementum pauper
conſequi non poteſt propter potentiam aduer
ſarii, tenetur Iudex curare pro concordia, &
partes ipſas reducere ad concordiam, etiam cũ
aliquali detractione iuris pauperis, tenet ſpe
cul. iuris in titu. de præpar. iuditiorum. Et Ioã.
Andr. ibidem in addit. ſua, tenet & Cardinalis
Alexandrinus in cap. fin. de tranſact. & Bart. in
conſ. xiiii. & in alio ſuo conſil. incipiente, Ciui
tatis Piſanæ, & in l. Illicitas §. nè potentiores
ff. de offi. Præſid. & Abb. in cap. 1. de treug &
25 pac. ¶Pax eſt componenda, & reformãda per
Reges, Prælatos, Præſides, Magiſtratus, & ſupe
riores

tiores, & Iudices regentes populos cap. Regũ, & cap. Rex xxiii. quæst. 5. Et tenentur propter bonum pacis compellere subditos ad pacem, eo compromissumq;; & ad transactionem: & simi liter ĩ criminalibus ut cõcordia fiat tenet Bar. in l. Congruit ff. de offi. Præsidis, & Alex. in l. 1. §. Et post operis ff. de nou. oper. nuntiat. Quod limita procedere ante commissum delictum l. Denuntiamus §. Qui ad ecclesiam con fugiũt: habetur per Alex. in dicta l. j. licèt Bal. dicat in §. fin. Institu. de nup. quòd licet offen sus in foro contentioso posit renuere pacem & concordiam, & non possit cogi ad illam fa ciendam etiam si teneatur de scandalo cap. Di scordantes cum simil. ibi xc. distin. Imo tenentur Iudices uindicare & punire crimina, & eo rum auctorum delinquentes: quod tamen secus est in foro conscientiæ, & per glo. in l. Diuus ff. ad Syllenian. & Bal. in l. j. §. quies ff. de offit. Præfec. urb. & per Abb. in rubr. de treug. et pac. In ciuilibus autem non arctat Iudex, sed amica biliter hortatur partes ad cõcordiam habetur per Bal. & Ang. in l. Equissimũ ff. de usufruc. & glo. in l. j. ff. de no. oper. nuntiat. & per Bal. in l. Abolitio C. de abolitio. ubi per illum tex. dicit quòd Iudex pro bono pacis debet magis admittere abolitionem inter cognatos, quàm inter extraneos: idem notãter tenet Bonifatius de Vitelinis de Mantua in suo lib. malefitiorũ in titu. de pace, & posse quem compelli ad faciendum pacem cum inimicis suis, si propter illã causam sederetur tumultus in ciuitate per-

26 dictam l. Aequissimum ff. de usufruc. ¶Tenen tur boni Principes, Reges, Iudices, & Magistra tus omnes obuiare scandalis futuris cum cautionibus, cogendo partes iuris remediis cap. j. extra de offit. leg. in 6. clemen. i. de offit. ordin. etiam si sint pusilla: quoniam ex minima scin tilla oriri quandoq; solet magnum incẽdium cap. 2. de no. oper. nunciat. Et sic tenentur ope rari Superiores nẽ scandala ueniant glo. est in dicta clemen. 1. de offit. ordin. & ad prædicta facit tex cumulata per D. Ioan. Ant. de Nigris de Campanea Romanorum in suo Commento extra uagantis clementinæ Domini mei Cle mentis Septimi, de uita, & honestate minorũ clericorum, in uerbo scandalum generari fol. xxiii. & per Fely. in rubr. de treugua, & pace.

27 ¶Curandum est quòd a liquo facto delicto pri mò soluatur pœna antequàm iniuriatus cogatur ad pacem, si pro hoc Iudex impellens inten dit uitare sindicatum; & si aliter faceret tenebi tur in sindicatu, ut in §. Oportet authen. de mã datis Principum, secundum Bal. in l. Continet. ff. de in integr. restitu. & in l. Cum affirmes C. de lib. causa, & in cap. 1. de pac. tenen. & in l. 1. ff. de offi. Præfec. urb. & per eundem in cap. ve nerabilem de elect. & in l. 2. ff. ad Sylleman. & per Bar. in l. Ambitiosa ff. de decre. ab ordi. fa cien. & per Bar. in l. ex stipulatione C. de sen tẽ. & per Bart. in l. Quos prohibet de postul. & per Ioan. Andr. in additio. ad specul. in §. sequi tur de pignor. & per D. Homodeum de Castel lo in tract. suo sindic. in duodecima carta.

28 ¶Quæritur modo Adhærendo prædictis si Iu dex potest cogere offensum ad faciendum pacẽ Bal. tenet quòd sic in l. j. § quies ff de offit. Præ fec. urb. licèt quia sit suadendus ad faciendum pacem, non tamen est cogendus l. ex stipulatio ne C. de senten. & interlocut. omn. Iudic. Et di cit quòd imo debet uindicare & punire secundo scandalo, & delicto; licèt ante factum debeat obuiare iuxta suum posse, & pro pace curare.

29 ¶Regulariter est optimè præcogitandum in pacis firmamento, nẽ aliqui sub spe fidei, & bo næ pacis illaqueantur: quia illi qui iniquos so ciant pace præparant utres iniquitati ut suprà dixi, cum talis colligatio non sit duratura, & post affligit bonos aliquo tempore: attamẽ ser uanda est, nisi præcedat diffidatio ut dicit Ioã. And. in cap. Pro humani de homic. in 6. præce dente autem hostili diffidatione de iure permit titur bellum ut pax quæratur, & in pace uiua mus: ut in Consilio primo Consiliorum meo-

30 rum Duelli latius dixi. ¶Si duo Laici litigã t possunt cõpelli ad concordiam glo. est in cap. Placuit xc. distin. et per Roman. in cõs. ccxxiii. & in cons. cccxxvii. & in cap. 2. de spons. impu ber. & cap. Causamq; de test. & cap. Querelam de simon. & cap. fin. de transac. & l. Aequissimum ff. de usufruc. & Bar. in l. Furti ff. de his qui notan. infam. & glo. in cap. Potuit xc. di-

31 stin. ¶Et Arbiter licèt nõ posit apponere ma nus ad ea quæ non sunt contenta in compromisso, & dicta de causa lædere iustitiam partis l. Non distinguemus §. de offi. ff. de arbitr. & cap. examinata de confir. util. uel inutil. & l. labor §. vestibulo ff. comnn. præd. Fallit in casu pacis habetur per Bar. in l. Aquiliana ff. de transac. & tex. Institu. de Iniur. in §. fin. & licet offensus in foro seculari & contentioso, Fallit tamen in foro conscientiæ Bal. in dic. §. quies cap. Nisi de præben. cap. de his & ibi glo. de maior. & obdien. & per glo. ibi, & per legistas in l. si de meis §. Recepisse ff. de arbitr. & in l. si societatem §. Arbitrorum ff. pro sotio. ¶Etiã

32 pro bono pacis in causa spirituali fit compromissum in clericos tamen, & non in laicos cap. 2. & cap. Ex parte, & cap. Contingit de arbitr. Vnde propter pacem potest Iudex delegatus decidere casum non sibi commissum, ita arbi ter propter pacem potest apponere manus ad non contenta in compromisso cap. Nisi de præ ben. & sic limitatur doctrina Bar. in l. Aquilia na ff. de transac. & per Bar. in l. si de meis §. re cepisse ff. de atbit. Iudices non solum iustitiam habent

habent facere, sed concordiam partium procurare, & pace litẽ terminare ca. Causam de test. cap. j. de mut. petit. cap. Quærelam de simon. Possunt etiam Iudices cogere partes ad pacem & concordiam l. Aequissimum ff. de usufruc. & cap. fin. de transac. ¶Ciuitas si inquietaretur ob aliquorum discordias, tenetur Superior ob pacem illos concordare habetur per Bar. in l. furti §. Qui iussu ff. de his qui notá. infam. ¶Calumnioso accusatori non imponitur pœnitentia propter bonum pacis cap. accusasti de accusat. ¶Iudex debet studere paci si bona est, & æqua aliàs nõ & ante factũ debet studere paci, sed post factum tenetur punire absq; uenia: & ritè dicebat Bal. si pax est bona & ęqua, aliàs secus; & in cap. Quintauallis de iur. iuran. firmauit quòd si arbiter mandauerit quòd aliqua partium exuletur à patria non rectè facit, nec tale factum laudatur si causa commissa fuerit sibi de iure terminanda; dicit Bal. in cap. uenissent de test. quòd pro hoc non tollitur, quia cõcordia terminetur cap. Causam il ij. eod. titu. & cap. Querelam de simon. & cap. fin. de probat. Et quòd Iudex habeat curare pro pace est tex. in l. Congruit ff. de offit. Præs. habetur per Bonifatium de Mantua in lib. suo malefitiorum in titu. de pace. ¶Remouendus est Iudex ab offitio, qui uidet aliquos rixantes, & se non interponit pro pace ut Insti. de iniur. §. fi. habetur per Cyn. in. l. Si seruus C. de noxalib. ¶Pax inter malos non est curanda secundũ Old. in cons. lxxi. nè sub fide decipiátur, & offendátur boni: Ad hoc faciunt pulchrè notata per Luc. de pen. in l. 1. C. publ. lætit. lib. 12. Adde hic quæ supra dixi. ¶Pax illa est curanda si bona & ęqua sit, & duratura; & est benè firmanda nè illaqueantur Innocentes sub fide, & bonitate sua ut di cit Bal. in rubro de treug. & pace.
¶Et Iudex ante factũ dẽt studere paci, & ꝑ pace; & post factum punire fractores eiusdem pacis ut firmat Goff. licèt Bal. dicat contrarium in cap. Quintauallis de iur iuran. ¶Quòd si arbiter propter bonum pacis mandauerit aliquem exulari à patria quod rectè laudat; uerius tamen est contrarium ut in dies probè sit per Prætides Prouintiarum sequẽtes opinionẽ Goffredi, ut scandala & tumultus, ac factiones sedarentur & uitarentur. ¶Nec sunt in confessione pacis rememoráda odia, & Iniuriæ præteritæ; quia pacem turbarent & impedirent, Iuxta illud Catonis,

Litis pręteritę noli malè dicta referre.

Et nt reminiscátur Iniuriæ diuina uirtute moralũ, quia sæpe relata odia, & iniuria in pacis reformatione sunt interdum maioris odii concitationes, ubi processit offensa nulla satisfatio ne secuta. Et cautius puto læsum si quæri uult audiri remuneratione sequente: quia animus eius tunc pascitur nociferatione, & satisfatione secuta quiescit. Nam concordia dicitur quasi coniunctio cordium cap. Indemnitatibus de elect. in 6. Differt tamen concordia à pace ut prædixi: quia concordia dicitur remissio quædam, Pax autem est plena, sedatio discordiarũ, & iniuriarum omnium: & ista duo secundum usum loquendi pro diuersis accipiuntur, Dicit tamen beatus Augustinus, Pacem aliud non esse nisi ordinatam concordiam in lib. xii. de ci-
42 uitate Dei. ¶Pacem facere potest maritus de adulterio uxoris fauore pacis, licèt sileat in tali crimine transactio l. Transigere C. de transact. & authen. sed hodie C. de adulter. Et per pacem, & concordiam minoratur pœna cõsuluit Bar. in cõs. clxxv. incipiẽte, Super eo quòd à me quæsisti. Nam pax in omni malefitio est licita ut Institu. de Iniur. §. fin. & l. fin. & l. Si tibi §. Quædam ff. de pactis. Nam temporale benefitium excluditur tempore legis secundæ, & l. Stichum §. statu liberum, In contrarium uidetur, quoniam quidam sunt termini relatiui ut pater, & filius; isti se inuicem generant, & corrumpunt: nam si pater ergo filius, & e conuerso: & ideò ille qui iuris fictione non habet patrem spurius est, ut C. de capt. & postl. reuers. l. 1. Quidam sunt termini contrarii, & tunc unus tollit alterum, sed non ponit alterũ: quia posset esse priuatio sine surgenti habitu in casu nostro. Quidam sunt termini dispartiti, & isti inuicem nec se generant, nec se corrũpunt l. si domus ff. de seru. rustic. præd. & l. si unus ff. de pactis, & ibi per Cyn. & Bal. in pro-
43 hæmio Gregoriano. ¶Pax potest fieri in testamento & prodest, & in eo remitti omnis iniuria sicut in contractibus ita tenet gl. in §. 6. Institu. de iniur. & per Ias. in l. Cum antiquitas C. de testã. Bal. in l. j. in fin. C. comuni. de leg. in antiqua lectura. Et ubicunq; est publica accusatio, offensus non potest facere pacem quæ liberet delinquentem, nisi delictũ esset in omittendo, quia tũc posset, glo. est in l. Diuus ff. ad Syllanian. & ille qui iniuriam non facit alicui, non indiget pace: Nec mutua pax fit si ex una parte sit tantum illata iniuria ut dicit iuris spe cul. in titu. de treug. & pace: quæ à bonis peroptatur populis cap. 1. de pace Constant. Contrarium est uerius secundum Bart. in l. 1. ff. de iniur. ut aliàs dixi.
44 ¶Et nisi sit limitatũ tẽpus in instrumẽto pacis præsumitur in dubio pax perpetua, ut dicit glo. in cap. Ad Apostolicę de senten. & re indi. li. 6. & tex. in l. vnica C. de cad. tol. & per glo. & Ang. in l. 1. ff. de pact. & tex. in cap. 1. de pa-
45 ce Constant. ¶Quidam tenẽt inter se differre pacem, & concordiam; & seu concordiam à pace; uel pacem à concordia; uidelicet si quis fecerit

eerit concordiam de pœna cum aliquo, si postea se ad inuicem percusserint nõ dicatur rũpere pacem, sed dumtaxat concordiã ut dicit gl. in d.§.fin.inst.de iniur.& Bald in rub. de treg. & pace:quoniã vulgus aliter intelligit pacem, & aliter concordiam de cõi usu loquẽdi,& per Ias.in l.1.ff.de pac.& in l.de fideicõmisso C. de
46 transactionibus ¶Propter pacem habitam per confessionẽ simplicis sacerdoti, blasphemias, & alia peccata dimittit Deus,& cum ipso recõciliatur pace ut consuluit Bar.cons.167. Et tã fructifera est cõfessio pro salute animarum facta Deo,& sacerdoti proprio ore confitẽtis ut pluriẽs dixi in lib. nuncupato Defensorio Ecclesiæ, & Apostolicæ sedis contra hæreticos. Et Papa Catholicus non tolleret confessionem, quia est statuta diuino iure, quod ipse seruare tenetur. Dauid Propheta inquit, Dic tu iniquitates tuas. Ostende te sacerdoti dixit Deus leproso. Confitemini alterutrum peccata uestra dixit B.Iac.Apost. Et oremus pro inuicem ut saluemini:& Apostolorum Princeps Petrus dedit ĩ pceptis B.Clemẽti ꝙ si forte alicuius cor, uel liuor,aut infidelitas,uel aliquod ullũ latenter irrepserit,non erubescat ille qui curã gerit aiæ se confiteri hæc illi qui præest,ut ab ipso ꝑ uerbũ Dei salubri consilio curetur, ut ipse Clemens refert in Epist.sua in Germania impressa. Ad materiã pacis reddeuntes adde quæ dicit ipse Bar.in l.societatẽ §. Arbitrorũ ff. pro socio, de clausula pro bono pacis,& concordiæ.
47 ¶Quęro de sacerdote si ipse põt recipere pacẽ, & pro absẽte stipulari ut publica persona. Dic quòd sic fauore pacis c.Parochiano extra de sepulturis,& gl.in §.fin. Insti.de iniur. Et dicebat Bal.in tit.de pac.iura.firm.ꝙ si iniuria remissa fuerit in foro pœnitẽtiali an possit inteñtari ĩ foro fori iuditii secularis,& allegat tex.ĩ d.§.fin. Inst.de iniu.& distinguit, aut est facta plena remissio iniuriæ,uel rãcoris dũtaxat, uel dubitatur;primo casu tenet nõ posse agere l.j.§.ius publicũ ff.de iust.& iu.& inferius dicã,habetur ꝑ Guid.de Susaria,& Bonif.de Mãt.in lib. maleficiorum in tit.de pace. Secũdo aũt tertio casu sic ut ibi ꝑ eũ. Pax.n.& remissio iiuriarũ an fieri regulariter possit ꝑ absente,& absẽtibus dic ꝙ sic,ita ꝓbẽ cõsuluit uir Idicus Doc.D.Alex. ĩ cõs.131.in 4.uol.col.3.habetur tamẽ ꝑ Bal. in l.Athletæ per illũ tex.ibi ff.de excus.tut.pacẽ absẽti fieri nõ posse nisi stipuletur per nota-
48 riũ;& secus fore in remissione iniuriarũ. ¶Et pace subsecuta debẽt tolli illicò statuta tyrãnicẽ facta tpe guerræ l.vnica C.de cad.tolẽ. & l. si hoiem ff.mãdati,& ille ꝗ paciscitur de iniuriis,sibi illatis intelligitur facere pacẽ,& cõcordiã,ut d.Io.And.& Abb.in c.j.de postu.prælat. per tex.in c. Ad Apostolicę de re iudic.in 6. & ut d.gl.in d.l.1.ff.de pac.& ꝑ Bar.in l. Deniq;

49 ff.de dã.infe.¶Minores,& puberes ꝓ bono pacis possũt se obligari tenet Bal.ĩ c.j.uers. facit,
50 & in uers.q̃rit gl.de pac.ten.¶Et pax est tã bona ꝙ cã pacis nõ ĩpeditur à feriis quin agitetur feriarũ tpe gl.est in c.j.15.q.4.& dic.gl.ponit plures casus qui possunt agitari tpe feriatum.
51 ¶Maior 14.an.& seu minor 18.ann.si facit pacẽ,& iurat non cõtrauenire an obligetur ꝓ iuramẽtũ? Dic ꝙ sic secũdũ Bal.in c.j.de pa.iur. firm.uers.quęrit.ergo gl.nũquid si minor &c. Consuluit Pau.de Cas.pacẽ factã ꝑ minorẽ nõ posse rũpi ꝑ ipsũ factũ maiorẽ in cons.191. & an sufficiat pacẽ haberi à minore sine decreto iudicis habetur ꝑ.Bal. in l.Pactũ C.de pact. & dicã inferius;& per Bal.in l.j.ff.de pact. & per spec.in tit.de treug.& pa.quę uideas quoniam
52 placebit.¶Pax est genus,& Concordia est species;& est cõuentio partiũ,& seu cordiũ, & remissio iniuriarũ;& est species pacti super inimicis gl.in l.j.ff.de pact.& de elec.c.de indẽnitati bus in 6. Estq; notandũ ꝙ ille qui nõ habet cõcordiã nõ dicitur habere pacẽ ut aliàs dixi, Pax .n.est perpetua,Concordia uerò esse põt tẽporalis;& ꝑ Ang.de Peru.in d.l. j. q. dicit ꝙ si statutũ requisiuerit Instrumẽtũ pacis,non sufficit instrumẽtũ cõcordiæ:sed si pax requiratur sufficit pactũ qđ idẽ est ꝙ pax ut dicũt Bal.& Pa. de Cas.in d.l.1.firmãtes instrumẽtũ pacti ꝓdes
53 se ad benefitiũ statuti loquentis de pace.¶Pax est ordinata cõcordia,& sedatio plena discordię,quã nõ põt facere pupillus de morte sui patris cũ occisoribus sine auttoritate sui tutoris, & iudiciarij decreto; dũmodo nõ sit dedecori Pupillo,& suæ agnationi ut firmat Bal.in rub. de treng.& pac.Saly.in l.Pactũ curatoris C. de pactis,& Specul.iuris in tit.de homic.arg.l.2.
54 §.Si emancipatus ff.de contratab.¶Et põt tutor, uel curator remittere iniuriã pupillo, uel minori,aut patri suo illatã ut tenet Bal.in rub. de pac.tene.& cõtrariũ uidetur tenere ꝑ pœna ꝓmissa vi d.l.Pactũ curatoris C.de pac.& Bal. in add.ad Spec.de homic.& de treug. & pac.& ꝑ D.Ant.de But.& Canonis.in ti.de treu.& pa.
55 ¶Dicit Ias.in d.l.Pactũ curatoris C.de pac.ꝙ si stat statutũ in ciuitate pupillũ non posse contrahi sine decreto iudicis,& Affiniũ præsentia, ꝙ poterit doli capax pupillus sine decreto, & affiniũ præsentia cũ tutoris auttoritate facere pacẽ,cũ nõ sit propriẽ cõtractus, sed remissio iniuriarũ secũdũ Abb.in cõs.108.in 2.col.& ꝑ Bal.& ꝑ Bar.ĩ l.j. ff.de edẽ.ad id ꝙ dicũt Doc. ꝙ tutor nõ posset ꝑꝑ dedecus pupilli,& suæ agnationis remittere iniuriã pupillo,vel eius patri,& familiæ, dic esse uerecundiã scđm leges remittere iniuriam inultam factam pupillo, uel eius patri l.Miles §.Socer ff.de adult.
56 ¶Quod limitatur in tutore posthumi, cuius pater fuit interfectus donec erat posthumus in

utero cū nōdū sit tutor. l. Si nemo la ij. ff. de test. tutel. Tu Dic ad pdicta ut p Bal. & Ias. & Saly. anotatur in d. l. Pactū curatoris C. de pact. Cōtrariū uidetur tutorē posse facere dictā pacē, & ualere per ipsum factā: quia facere pacē nō est aliquod ius pdere pupilli, sed est quodāmodo recōciliari factū, habetur in l. furti §. Pactus ff. de infam. & nō dicitur quis ex hoc perdere sed lucrari l. creditor. §. j. ff. mādati. Et quilibet bonus, & diligēs pater familias hoc faceret Instit. de iniur. §. fin. Dic secundum Iacobum. de Arena in l. 2. ff. de integr. restitu. quòd si pax expedit pupillo quòd posit illam facere tutor, se si esset sibi damnosa, & dedecus quòd non possit; & si erat guerra periculosa pupillo ualebit pax, & non pœnæ stipulatio: quia obligatio ad pœnam reputatur damnum secundum Guidonem de Suzaria in l. Si minor §. fi. ff. de minor. & quòd de liquida offensa non poterit, sed de non liquida & incerta tantùm: & per Bal. in dicta l. Pactum curatoris C. de pact. & per Spec. in titu. de homic. uersic. Illud autem &c. Et an tutor possit remittere iniuriam factam pupillo notat Bal. in d. l. Pactum curatoris C. de pact. & in l. si Præses C. de transact. Ad hæc faciunt nota per Bonifatium de Mantua in lib. suo malefitiorum in tit. de pace, quem uideas. ¶ Pax à natura est necessaria, & est opus Iustitiæ, & cōscientiæ quam boni appetunt sequētes uestigia Dei; & quātùm sit bona & necessaria benè scit Italia Regina Prouintiarum omnium orbis, quę patitur propter partialitates, discordias & odia intestina populorum, & ciuium: perueniētia ob zizaniam antiqui hostis feminatā à perfidis linguis, & dolosis detractorum; & ob leuitatem credentium falsa relata cap. 2. de pace tenen. Pax probatur ex legato facto inter inimicos tenet Bal. in l. in ipsius C. fami. hærcifcun. & in l. 3. §. fin. & Bar. ibi ff. de adimen. leg. Itē per salutationem uerbo, uel Epistola: si iniuria non fuerit à principio in animum reuocata ita tenet Innoc. in cap. Olim extra de iniur. ¶ Pax est Dei testamētum quòd rumpi non debet ab homine cap. Nisi 23. quest. 1. Et si pater filiorum quorumdā fregerit pacem, & ob hoc fuerit bannitus an filij teneantur ipsi præstare alimenta patri bannito, cum ad id filij regulariter teneantur alimentare patrem etiam bannitum ut in §. i. authenti. de Dic tu in casu præmisso fractæ pacis contrariū determinari per tex. in incest. nup cap. 1. §. si quis omnem de pace tenen. & de eius uiolatoribus. ¶ Et propter ruptam pacem Papa iudicat inter laicos ca. sicut de iur. inran. & cap. Nouit de Iud. licèt regulariter sint distinctæ iurisdictiones cap. Quoniā 10. distin. cap. Super quibusdam de uerb. signi. cap. Solitæ de maior. & obed. Dicit gl. in cap. Ad Apostolicæ de re iud. lib 6. & Io. de Lign. in tract. sno de bello, pacem non seruari inter homines ob multas causas: quia malitia quæ fiunt relinquuntur inulta, & impunita: & etiam quia est abundantia temporalium, & penuria spiritualium: ita quòd contra demones non occupamur in pugna, & non oppugnamur armis diuinis, sed illis abiectis cum peccato, & superbia; amicitiam tenētes Luciferi perfidi seductoris humani generis. Item etiam quia damna non consideramus antiqui hostis bellātis assiduè intrinsecus, animam, & corpus tollentis increduli humani generis non cogitantis de euētu futuri belli, neq; de uictoria æthernæ, neq; de uita, & morte perpetua. Item etiam quia nō seruamus ut tenemur diuina præcepta

60 cap. fin. in fine extra de resti. spol. ¶ Est quoq; notandum quòd sit pax, quòd omnes adhærentes exprimentur in capitulis ipsius pacis, aliàs ipsi non compræhenderentur cap. Ad Apostolicę de re iudicata in 6. & per Abb. in cap. j. de

61 postul. prel. co. 8. ¶ Pacis confirmatio est ipsa uera Iustitia ut dicebat Bald. in cap. fin. de pac. Constant. & allegat tex. l. De uindicta, de furt.

62 lib. j. iure longobar. ¶ Et pax promissa pro se, amicis, & adhærentibus, intelligitur de præsentibus, & nō de futuris: & si promissa fuerit pro se, & filijs; intelligitur de filijs tantùm natis, & non de nascituris; nisi esset dictum in instrumēto etiam de nasciturís l. si stipulatus fuerim §. Cum stipulamur, & per Ias. ibi ff. de uerb. obli. & per Bar. in l. fin. ff. de duobus reis, ubi tenet quòd omnes possunt agere ad pœnam. In contrarium uidetur facere quædam glo. in l. si manumissus C. de libert. & eorum liberis notat lumen iuris Barto. in l. iniuriarum ff. de iniur. Pacta, & capitula apposita in instrumento pacis esse ad unguem seruanda, & si capitulum ruptæ pacis extendatur ad dantem auxilium, uel fauorem; & ex quo modo committatur contra pacē, & quantùm ad auxiliantem & fauentem: & Dic quòd qualitas quæ est in malefitio, & persona committentis agrauat ipsum malefitiū in personam auxiliāti s l. vtrum ff. ad leg. Pōp. de parici. Nam contra pacem semper committitur eo ipso quòd nō seruantur capitula pacis, etiam si nullum de ea esset factum instrumen.

63 ¶ Contingit pacem fieri cum tertio sub certa pœna pro se, & hæredibus suis ad inuicem facta stipulatione, & cum una ex partibus decesserit cum pluribus hęredibus; quorum unus sit offensus, utrum actio, aliis competat pro pœna stipulata in instrumento pacis in solidum, an illi soli offenso habetur per Bartol. in l. finali, ff. de duobus reis, ubi tenet ut supra dixi omnes agere posse ad pœnam, & gloss. tenet contrarium in dicta l. si manumissus C. de liber. & eorum liber. & per Bart. & Ias. in l. eadem. §. Cato in 15. col. et per Dominum meum Docto.

Carolum

Carolum Ruinum ibidem ff. de uerb. oblig. vbi cōcludit totam pœnā deberi offenso. Statu rum factum tempore guerrę pro necessitate ha bendarum pecuniarum tolli debet pace secuta c. cū cessante de app. l. unica in prin. C. de cad. tol. Nā ꝙ belli calamitas induxit, pacis lenitas
64 soluit. ¶Quæritur si statutū dictauerit quòd si non habuerit pacem ab hæredibus defuncti, & sunt plures hæredes, an sufficiat eam habere ab uno tātùm. Dic quòd nō habetur per Bal. in l. si plures ff. de leg. 3. & in l. 2. C. de libert. & eo rū liber. & in l. Cum inter C. de fideicō. libert. & ꝑ Bar. & alios in l. 4. §. Cato ff. de uerb. obli. Pax pōt per aliū fieri, & ratificari per hæredē, habetur per Bal. in addit. Specu. in tit. de hom. uersic. sed pone. Pax ab hærede particulari pro morte defuncti fieri pōt & prodest tenet Bal. in l. quoties ff. de hæred. instituē. & in c. 1. in prin
65 cipio, & in ul. col. de succes. feud. ¶Et an priuē tur hereditate hæredes quia nō uēdicarūt mor tē defuncti tenet Luc. de Pē. in tit. publ. læti. C.
66 lib. 12. col. 31. ꝙ sic, et ꝙ applicatur fisco. ¶Pa cē facere an sit quid hæreditariū, & an sit habē da à filio qui repudiauit hæreditatē: hanc qōnē ponit Bar. i l. Dāni §. Sabini ff. de dā. inf. & Ias. in l. cū filiof. ff. de leg. j. & concluditur ad filiū spectare facere pacē ad quē spectat facere uin dictam ratione sanguinis quantūq; non sit hę rea patris; quia principaliter ipsum tangit iniu ria, & offensa facta patri suo ꝑꝑ sanguinē, & in l. 4. §. Cato. ff. de uerb. obli. tenet ius faciēdi pacē esse quid hæreditariū, quod intelligo ī hæ redibus extraneis, aliis filiis nō existētibus inter fectis; & per D. Carolū Ruinū præceptorē meū in dic. §. Cato. Cōsuluit Pau. de Cas. in cōs. 72. incipiēte, quia frustra disputaretur; ꝙ una pars ueniēs ad arma cōtra pacē, pōt ēt alia pars cō tra uenire, & ibi quando uideatur discesū a pa ce, & illa anullata ꝑ partes tacitē, uel expressē.
67 ¶Quæro si Pax facta ualet cū promissione pœ næ applicandæ fisco. Dic non ualere, nisi fuerit ꝑ notariū stipulata pœna pro fisco; quia nō suf ficit ꝙ partes promittāt sub pęna fisco applicā da notat Bar. in l. Arbiter la secōda ff. de arbi.
68 & l. j. in ult. col. ff. de iure fisci. ¶Quæro de duo bus qui pacē fecerūt sub certa pœna, & unus of fendit aliū, an offēsus potuerit offendere offen dētē respectiuè impunè. Dic quod sic, c. Bonæ memoriæ de elect. il primo, & per Abb. ibi, & in c. quēadmodū de iur. iurā. & per Bar. ī l. Cū pater §. libertus ff. de leg. 2. & per Pet. de Anch. in c. intelleximus de adul. & c. sicut de iur. iurā. vbi dicit ꝙ primus offensus dicitē ille cui rupta fuit Pax, & secūdus illā non rupit sed ruptā in- uenit, & latè ꝑ Luc. de pē. C. publ. læti. col 30. l. qui fidē ff. de transa. Et idē dicit Pet. de Anc. in c. Si bos de iniur. ꝙ si duo fecerunt pacē ap- posita pœna, & eā fregerūt, si nescitur quis eo- rū illā fregerit nō poterit unus agere cōtra aliū ad pęnā, & neuter tenebitur ut uoluit Bar. in d. l. Cū pater §. libertus ff. de leg. 2. & Alex. in l. Si seruū stiū §. sequitur ff. de uer. obl. & Ias. in l. Cū stipulati sumus ff. c. & tex. cū gl. in l. q fidē ff. de trāf. & Bar. in l. 1. ff. si quadrupes pauper. fecis. dica. secus si constiterit de primo fracto re, quia poterit contra ipsū fractorē agere ad pœnā ut in d. §. libertus, & in l. Quæro §. inter locatorē ff. locati, et in c. peruenit de iur. iurā. & in l. Cū proponas C. de pac. & per Inn. in ca. mandatū de rescri & gl. in c. Dilecti de arbi. & in l. si modo fuerit ff. de iur. iur. & ꝑ Abb. in c.
69 2. de treug. & pa. ¶Quid si pęna de mille sit sti pulata per plures in instrumento pacis, & u- nus fuerit occisus ab aliquibus de alia parte, an pœna cōmittatur in totū, & qbus portionibus, an in solidū & in totū cōtra quēlibet; ad hoc fa ciunt consulta ꝑ Alex. in cōs. 120. incipiente, ui so Instrumento pacis in 4. lib. & Bal. in l. fi. de duob. reis, & in repetit. auth. hoc ita de duobus reis, & ꝑ Ang. ibi, & in l. Operæ ff. de oper. lib. & per doc. in l. id ꝙ de duob. reis. Vbi cōcludi tur, ꝙ si plures fecerūt pacē cū pluribus, & pro miserūt se nō offendere sub pœna mille ducato rum, & si post unus fuerit offensus oēs ex illa parte offensa nō possunt agere in solidū, neque ēt possunt in solidū cōueniri illi qui sūt de par te offendente & probatur dictis iuribus: & sic quilibet de parte offensa poterit petere uirilē portionē; & quilibet qui sit de parte offendente
70 poterit conueniri pro uirili parte. ¶Quæro ite rum, si duo fecerunt pacē sub certa pœna, & u- nus offendit aliū an offēsus potuerit offendere offendentē impunè. Dic ꝙ sic, ꝙ secus foret in treugua secūdū Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de treug. & pac. quē sequitur D. Ant. de But. in c. Peruenit il secondo de iur. iurā. & Ang. in l. ex legati cā ff. de uerb. obl. licet Ioā. de Imo. di xerit id nō ꝓbari de iure, sed potius procedere de facto ubi sit talis cōsuetudo, & per And. Bar ba. in c. Nouit de Iudi. Vbi ex illo textu notat. differentiā inter pacem, & treuguā; & per Ias. in l. 2. de pact. & Alex. de Im. in l. semel. ff. sol.
71 ma. ¶Vbi dicit ꝙ si apposita fuerit ī instrumē to pacis, uel treuguæ clausula toties quoties contrafactū fuerit cōmittatur pœna, uel clausu la ratomanēte pacto secundū Bal. Saly. & Pau. de Cas. in l. qui fidē ff. de transa c. & in l. qui ser uum. ff. de uer. ob. & Ias. in l. cum proponas C. de pac. vbi ponit multoa ca sua ꝑ dies occurrē tes circa materiā pacis, & treuguæ; & facit ibi differētiā inter pacē, & treuguāt. Bal. in l. j. C. de his qui pęnę nomi. Clausulā toties quoties impediri nouationem, & uerificari per duas ui ces l. j. de custod. reor. & per Roman. in rubr. de arbitr. & per Alex. in consi. cxlv. 2. uol. ubi ēt di cit de clausula quoties opus fuerit ꝙ operatur in infinitum: & de effectu huius clausulæ toties quoties adposita in instrumēto dixi latius in li.

de clauibus portarum,& urbium.¶Quid ſi Titius fecit pacem cum inimico, & cõſanguineis ſuis,deinde comitteret ſtuprum cum aliqua ni dua de eins conſanguinitate, an uideatur rupta pax,Bar.tenet ꝙ ſic in l.mulier C.ad leg.Inl.de adult.Et ꝙ ob hoc adeò iniuriantur conſanguinei uiri defuncti ſicut ſi duraret matrimoniũ. Quid ſi uoluntariè ſtuprauerit,& adulterauerit uxorẽ iam ſui inimici, an ſit pœna cõmiſſa fractę pacis:ad hoc faciũt notata per Luc. de Pen. C.publ.letit.col.22.q.24.lib.12.& per Excellentisſimnm criminaliſtam D.Hippo.de Marſ. in conſ.83.ij.uol.& per Alex.de Imo. in conſ. cxv.4.vol.& per Io.And.de regu.iur.in 6.& tenent cõmiſſam eſſe pœnã fractæ pacis per multa inra,& per Iaſ.in l.quid ergo §.ſi hæres ff.de leg.j.& ſic poterit fiſcus cõuenire fideiuſſores ut tenet Bar.in l.verum ff.de fur. & in l.capitis ff.de fideiuſſor.& in l. licitatio ff. de publica.l. in omnibus ff.de præuaricat.¶Nam ex lenocinio, uel adulterio cõmiſſo in filia, uel uxore alterius paciſcientium pax uiolatur:quia iniuriatur parentela,pro qna eſt ſtipnlatum in inſtrumento pacis,uel treuguæ §.interdum , & §. At ubi inſtitu.de oblig.qnæ ex delicto & ſeu malefit.naſ.quia hic non ſolum adiuuat ad maleficium cõmittendum , ſed etiam ad ſubuertendũ bonã nitã, & mores c.Si res.14.q.6.& per Lue. de Pen.in l.vnica C.ut publ.lætit.20. artic.materiæ pacis.Et hoc ẽt locũ hẽt ſi mulier aliàs eſſet factura : quia malitia non dẽt augeri perſuaſionibns l.j.§.fi.ff.de ſeruo corup.c.Sunt nõnulli 46.d.& l.j.ff.de extraor.cri.& l.qui domum ff.ad leg.Iul.de adulte. & l.3.in fi.ff.ad leg.iul. maeſt.& §.t.inſtit.de iniuriis.¶Vbi dicit gloſ. hanc eſſe cauſam maximam & egregiam ingratitudinis,ut uaſſallus feudo priuetur ſi cum filia, uxore, uel ſorore Domini concubuerit uaſſallus in uſibus feud.in ti.quę ſit pri.cau.beneſ. amitten.§.Sed & qui delator in fi.gl.magnæ:& leno q interuenit puniendus eſt,& tenetur ſicut adulter ſecundũ Azo.C. de adul. & per Lnc. de Pen.in ti.C.nt publ.lętic.col.24. nerſ.25.& C. de ſpectac.l.fi.poſt glo.ibi.¶Et pariter dicit de uaſſallo qui luſit cũ uxore Domini , & poſuit manus ad eius pectus,uel alia turpia fecit, uel cõmiſit cnm ipſa,de quo habetur in c.j.in §. Itẽ ſi fidelis & ibi gl.in uerb.turpiter luſerit,& per And.de Iſer.Bald.& alios ſcribentes ibi in titu. quib.mod.feud.amitt . ¶ Et ut adulter puniendus eſt leno nt in authent. de lenon. & per Luc. de Pen.in l.fin.& per gloſſ.ibi C.de ſpectaculis. Quæro de caſu de quo ſupra quædam dixi , ſi Pax poteſt fieri ſuper adulterio ad pœnam minuendã,tenet Bar.ꝙ ſic in conſ.incipiẽte,Super eo ꝙ à me quæſiſti, nõ obſtante l. Trãſigere C. de tranſact. ubi habetur non poſſe tranſigi ſuper adulterio. Quæritur de caſn ſi pax fuerit facta à Dominis,an prȩiudicet priuatis perſonis.

Dic quòd non ſecundum Bar. Bal. & glo. in l.
vna C.de in ius nocan. & per Paul. de Caſt. in
78 l.2.ff.de pact.¶Quæro ſi per furtum pax uio
letur,nidelicèt ſi quis pacem fecerit cum Sem-
pronio ſub pœna de non iniuriando ipsũ,neq;
aliquẽ de eius agnatione , an pax rũpetur ſi u-
nus ex paciſcẽtibus furatus fuerit aliquã rẽ al-
terius paciſcientiũ in pace comprehensũ tenet
Bar.ꝙ ſic in l.licitatio ff.de publi. & l. verũ ff.
79 de furtis.¶Conſuluit Alex.in cõſ.113.2.uol.
treuguã non rũpi per furtũ,neque per rapiũ fi-
liæ illius cũ quo eſt facta treugua l.ſi libertus
artẽ ff.de oper.liber.& l.1.§.Cum patronus ff.
de offit. Prȩfecti urb. & per Aluar.in §. ſi quis
80 uero temerario de pace iuramen.firmã. ¶Et ſi
quis fecerit pacẽ cũ aliquo , & illi promiſerit
cũ nõ offendere ſub certa pœna,ſi eũ non offen
dit ſed fratrẽ,uel cõſanguineũ ſuum an incidat
in pœnã?Petrus de Anchar.tenet quòd ſic in c.
ſciant cuncti de elect.Et Hippol.de Mar.in ſin
gulari ſuo 331.Conſuluit. Ludoui.Romã.cõſ.
163.incipiente in caſu propoſito,quòd non di
citur quis fregiſſe pacem ſi non offendit ex illa
cauſa pp quã fuit facta pax ſed ex noua. Idem
uoluit Bar.in l.Aut facta ff.de pȩn.& in l.verũ
ff.de furt. & Roman.in l.Licitatio ff.de publi.
Et quòd nõ dicitur pax rupta per furtũ, rapiũ ,
uel adulteriũ ſi ex illis cauſis facta nõ fuiſſet vt
dicit Ioan. Andr.de treug. & pace,& Bal.in l.
Cum proponas C.de pact.& ĩ l.Semel ff.ſolut.
matri.& l.Qui fidẽ ff. de trãſact. in lectura Flo
rentina;& per Canoniſtas in cap.Cõſtitutus de
pœnis,& Alex.in cõſ.19.ĩ 1.uol.& ĩ cõſ.115.
& 119.in 4.parte,& Bal.in c.1.de pac. tenen.
81 & Romã.in cõſ.158. ¶Notandum ꝙ pax tãti
eſt effectus ut dicit Bal.in gl.de pac.tenẽ.ſuper
uerbo priuilegia, quòd pax nõ ſolũ habet uim
ſimplicis indulgentiæ , ſed reſtitutionis in inte
tegrum,cnm ſublata guerra p pacem tollatur
oĩs effectus ſecutus pp guerrã.Et probè dic e-
bat And.de Iſer.in cap.2.de pac.tenen. Pacem
à natura eſſe neceſſariã,& eſſe opus iuſtitiæ ; &
quòd pax eſt conſcientia quam appetunt bo-
ni,& diſſidium affectant mali . Et quantùm ſit
pax neceſſaria benè ſcit Italia , quæ patitur pp
eius partialitates ; & quòd belli calamitas ĩtro
duxit,pacis lenitate & tranquilitate tollitur .
82 ¶Quid ſi plures de parte Guelpha uidelicet ,
& de Gebellina cum pluribus de ſua parte fe-
cerint pacem ad inuicem ; & eorum quilibet
promiſit in ſolidum ſe non offendere ad inuicẽ
ſub certa pœna:unus fuit offenſus an oẽs de il-
la parte poſſint agere inſolidum tãquàm correi
credẽdi;& an oẽs ex parte offendẽtis poſſint cõ
ueniri inſolidũ ut rei debendi , uide Bar.qui te
net ꝙ nõ in l.fi.ff.de duob.reis debẽ.in 13. col.
& in l.operæ.ff.de oper.libert. In contrarium
videtnr facere qnædam glo.in l.ſi manumiſſus
C.de libert.& eorum liber.Eſt notandum om

nia

nia damna quæ fiunt per partiales fatiosos alte ri parti inimicæ sunt refficienda,& restaurādę iniuriæ secūdum Bal.in §.iniuria in tit. de pac.
83 iuramen.firman.¶Quæro si Prælatus, uel Epi scopus possit facere pacem de iniuria sibi,& ec clesiæ suæ,uel Deo facta. Dic secundum nota ta per Innoc.in c.Contingit de sent.excom. & per Bal.in l. Accusationē C.de his qui accusa. non poss.& concludunt iniuriam propriam re mittere posse sed non iniuriā factam Ecclesiæ Dei,neq; iniuriam ipsi Deo factam c. Discor dantes 90.dist.c.ut pridem iuncta gl.23.q.8. tenet Bal.in l.Præses.C.de transa.& Bar.in l. 1.
84 ff.de iniur.¶Quæro de Antianis si possunt fa cere pacem pro iniuria facta ciuitati,ad hoc fa ciunt notata per Bal.in cap.iniuria de pac iura men.firm.& tenet quòd non,sed requiritur cō silium ciuitatis l.Prohibere §.Planè ff.quod ui
85 aut clam. ¶ Quid si Claudius, & Sempronius fecerunt ad inuicem pacem, Claudius percus sit Sempronium an uideatur rupta pax. Distin guendum puto,aut fuerit ex ueteri causa ante cedenti propter quam fuit facta pax, uel ex no ua causa;si ex prima ueteri causa rūpitur pax. Et si non moritur pœna manus mulctatur, si moritur pœna legis Corneliæ de sicariis cap. 1.§.si quis alium de pac.tenen.l.j.§. penul. & l.penult.§.quia aliàs ff.ad leg. Pomp. de pari cid. qualitate semper attenta delictorum sunt puniēdi rei secūdū q iura disponunt, Sin'aút ex noua supueniēti cā nō rūpitur pax, ita cō suluit Romā.in cōs.clxxiii.& in cōs.clxxxviij. Idē tenet Bar.in l.aut facta §. causa ff de pœ. & l. Cū proponas C.de pact.& per Bar.in l. ver tim ff.de furt.& per Bal.Roman. & Alex.in di cta l.Si mora ff.solut.matrim.& in l.qui Insu lam,& in l.qui seruū; & per Ias.ibi ff. de uerb. oblig.& per Alex.in consil. xix. pri. uol. & in consi.cxv. 4. uol.& per Ias.in l.quid ergo ff.de leg.j.& in l.si decreto,& per Bal.ibi C. de tran
86 sact.¶Quid si damnum facta pace datum fue rit,an pax rupta dicatur pro parte damnum dā tis in bonis alterius tenet Iacob. de Aluarot. post Bal.in titu.de pace tenē.i §.si quis quinq;. quòd sic,nisi damnum foret datum ex noua di scordia,& causa quæ à principio non fuit cogi
87 tata.¶Et an pax rupta dicatur si famuli domi norum facta pace sunt rixantes,& an domini te neantur pro ipsis.Dic quòd sic,& debent puni ri tanquàm uiolatores pacis, si illa uiolaretur propter discordias eorū habetur per Aluarot. in §. per ministrales de pac. tenen. & per Bar. in l.j.in §.Familiæ ff. de public.& in l. 2. ff.ad leg. Iul repetun. & in l. Nequid ff.de incend. ruin.& naufra. & per Bal.in l. Obseruate, & p Nicol.de Neap. ibi in §. Proficisci ff. de offi.
88 Proconf.& lega. ¶ Quærit Innoc.in cap. Cū Inter de elect.si Rex, uel Princeps poterit coge re,partes litigantes ad concordiam, uel ad cō promissum, & transactionē; & tenet quòd sic, & per illum tex.Quod procedit, secundū Butr. in ca.j. de mutuis petition.in his in quibus Prī ceps habet liberam administrationem, & non in priuatis iuribus aliorum, nisi ex causa subsi stente, & per Abb.in cap. Cum pridem de pa
89 ctis. ¶ Quæro de casu si instrumentum pacis fuit productū per unum ex rixantibus, nunquid prosit alteri qui est contumax, uidetur quòd sic in l.j.& per totum capit. si unus ex lib. ap pel.& l.2.§.fin.ff.de minor. quòd ex sola post pacis beneficiū est: quia productio instrumēti pacis sufficit absq; pronūtia Iudicis tenet Bal. in l.Omnium in uersic. Item nota quòd suffi cit C.de testib. Est tamen notandum quòd in strumentum debet produci in termino statu ti:& si instrumentum pacis fuerit productum post terminum statuti etiam de consilio aduo cati non proderit ita firmat Bal.in l.Iuris igno
90 rantia C.qui admitti ad bono.possef.¶Quæro de alia quæstione quam pluriès habui in fa cto. Quidam fecit pacem cum inimico suo, & promisit eum non offendere, demum fuit inimicus bannitus cum ualde fuerit scandalo sus,& stat statutum in ciuitate quòd bannitus impunè offendi, & occidi possit ut hostis pa triæ, An iste bannitus potuerit pace non obstā te impunè offendi,& occidi ab illo qui i Instru mēto pacis promisit,& iurauit illū nō offende re sub pœna inter eos cōuēta, & stipulata in In strumento, & quòd pax non dicatur uiolata, Bar.tenet quòd sic,postquàm bannitus fuit, & quòd pax fracta non dicetur,nec in pœnam ali quam incidet de iure fori,habetur per Alexan. in l.Qui Insulam ff. de uerb. oblig. & in l. qui seruum,& per Ias.ibi ff.eod. titu. quoniam di ctum statutum fuit introductum propter pu blicam utilitatem, & ipsi renuntiari nō potest ut dicebat Ang.in §. t. uersiculo, & istud indu citur Institu.de his qui sunt sui,uel alieni iuris; & per Bar.in l.quid ergo.§.si hæres ff.de leg. 1. & in l.qui seruum ff.de uerb.oblig.& per Luc. de Pē.in titu.C.ut publ.lætic.col.24.uers. 36. lib. 12. qui latè disputat hanc quæstionē aliàs disputatam per Oldr.& Petr. de Bellapertica. Prędictis accedit Constitutio Regni Siciliæ in cipiens,Pœnam eorum,de forbannitis & foriu dicatis:quæ permittit forbannitum, & foriudi catum posse impunè offendi. Quæro si aliquis ex priuato odio, & inimicitia interfecit inimi cum suum forbannitum, & foriudicatum cum tale homicidium sit tollerabile, non tamen laudabile; attento tamen uerbo Constitutio nis uidelicèt impunè, nō est malefitiū id quod fit impunè, habetur per Bal.in l. Decuriones C. de infamibus l. qui aggressores C. ad leg. Cornel.de siccar. ibi nullam calumniam me tuendam; quibus uerbis utitur lex dum dicit, nullam proinde calumniam uereātur, habetur

per Ioan.de Anania in ca.Perfodiés de homic.
& Fely.in cap.Quæ in ecclesiarum de constit.
in 6.col.& prædicta faciunt ad intelligentiam
91 dictæ constitutionis, & statuti. ¶Et quæritur
modo si bannitus prædictus licitè possit se de-
fendere. Dic quòd sic, Cum defensio sit de iure
naturali cap.Omnis & ibi glo.3.distin. & per
Ioan.de Lign.in lib.suo.de bel.cap.lxxxviij. &
in c.Dilecti,& in c.Cũ inter de except. & ibi ꝑ
Doc.& ꝑ Bart. in l. si fideiussor ff. qui satisda.
92 cog.¶Pax utrum rumpatur per accusationẽ.
Dic quòd sic, habetur in authen.ut cum de ap-
pel.cognos.§.Aliud quoque capitulum,& in l.
Ex maiore §.sequenti,& §.Accusasse ff.de bon.
93 libert.¶Ad pacem pertinet ut amicus conque
ratur in secreto & familiariter, & amicabiliter
amico, & superiori habetur per tex. & ibi per
94 Card.clemen.unicæ de iure iuran. ¶Mandatũ
faciendæ pacis non expirat morte mandantis
ut hæres non teneatur eam facere uulneranti te
net Specul.in titu.de homic.uers.sed pone.
95 ¶Quæro si per pacem tollatur inquisitio fa-
cta, uel facienda. Dic conclusiuè quòd non ita
tenet Bar.& Bal.in l.Transigere C.de transact.
Contrarium tenet specul.in titu.de accusat.ibi
sed pone,& Ioan.And.ibidem in Additione.
96 ¶Quid si statutum dictauerit bannitum non
posse rebanniri, & seu liberari, aut reuocari ex
banno nisi habuerit pacem cum hęrede occisi,
An sufficiat habere à filio qui se abstinuit ab
hæreditate patris ut dixi superius num.66. ha-
betur per Bar. in l.Si filius ff. de uulgar. & pu-
97 pil.substi.¶De bannito intelligimus de illo,
qui sit hostis patriæ, & seu ciuitatis ut dicit
Bar.in l.meminisse ff.de religio. & sumpt. fu-
ner. Et sic non est intelligendum de omni ban
98 nito, nisi & de eo qui sit hostis ciuitatis.¶Quæ
ro de statuto prohibente receptari bannitum
sub certa pœna, an astringãtur Affines non pos
se receptare eorum affinem bannitum, Bar.di-
cit non astringi per tex.in l.penul.ff.de postul.
& per Ludouicum Pontan.de vrbe in l.1.C.de
his qui in ius uocati non iuerint, & in l.Si ue-
ro §.de uiro ff.soluto matri. & per Fely. in ca.
Cum quidam de iur. iuran. Iura sanguinis in
hoc casu an excusent receptantem à pœna, uide
quæ superius scripsi de militari iustitia num.
99 88.89. ¶Nec in fratre bannito habebit locũ
dictum statutum quòd impunè quia possit oc-
cidere bannitum: quoniam frater non tenebi-
tur occidere proprium fratrẽ bannitum ut di-
cit Nellus in tract.suo de bannitis in 3.parte,
100 in 4.iiij.& in 2.parte.¶Nec locum habebit in
Domino, seu uassallo bannitis statutum prædi
ctum quòd quia possit occidere, impunè ban-
nitum: nam si bannitus esset dominus occidi
impunè non posset à suo uassallo, & è contra
si uassallus esset bannitus non posset impunè
occidi à domino suo stante dicto statuto, cum

pari passu in hoc ambulent propter fidem da-
tam, promissamque, & receptam iuribus uul-
garibus feudorum, & per not.per Ang. in l. si
Adulterium §.liberto ff.de adulter. Nec locũ
habebit in patre, matre, & filius bãnitorum; ne
que è contra filii non iure debent bãnitos suos
parentes occidere, sed illos receptare possunt
impunè dictis statutis nõ obstantibus. Ad præ
dicta facit not.per Bal.in cap j.§.Conuenticu
101 las de pace.iuram.firman.¶Quæro de pœna
stipulata in Instrumento pacis an committatur
semel, uel pluriès. Dic semel committi, tãtum
per primam offensam, nisi inesset clausula to-
ties quoties contrafactum fuerit l. Si duo §.1.
ff.de arbitr.& per Alex.cõs.cxix.& Ioan.And.
in additio.ad specul.de treug. & pace circa fi-
102 nem,& Alexan.in cons.cxv.4.uol. ¶Quæro
de duobus inimicis qui pacem fecerunt, & pro
miserunt se non offendere, nec illam rumpere
sub certa pœna fisco applicata, illam fregerũt,
& aliam pacem similem fecerũt, stipulata per
ipsos pœna pro fisco, remittentes sibi omnem
pœnam primę pacis, an per hoc tollatur pœna
quæsita fisco. Dic quòd non l.Ius publicum,&
103 l.Iuris gẽtiũ ff. de pactis. ¶Nec Princeps po
test ordinario iure tollere sine causa ius quæsi-
tum tertio cap. Quæ in ecclesiarum cum suis
concordãtiis de constitu.in 6. & per Doctor.
in l.fin.C.si contra Ius, uel utilit.publ. & in l.
2.C.de in ius uocan.& per Ias. in l.2. C. de iu-
104 re emphyteo.¶Quæro de ciue qui ciuitatẽ,
seu ciuilitatẽ acquisiuit ex priuilegio an ꝑdat
dictum priuilegium per guerram superuenien
tem cum ciuitate suæ originis, & an demum se
cuta pace recuperetur huiusmodi priuilegiũ,
consuluit Roman. illum non perdere tale pri-
uilegium consil.lix.per tex.in l.Amissione §.Qui
deficiunt ff.de cap.diminut.& in l.ij.C.de lib.
& condi. Ad prędicta facit dictum Ludouici
Romani in consil.cccclix.incipiente, in propo
105 sita consultatione. ¶Quæritur de legatario
qui legatum perdidit propter inimicitiam per
uentam cum testatore, an subsequens reintegra
tio amicitiæ inter testatorem, & legatarium in
ducat reintegrationem legati adempti. Dic ꝙ
sic fauore pacis l.Quod si uerum. ff.de adimẽ.
lega.Nam superueniente reintegratione inimi
citiæ inter patrem pupili, tutorẽ ei designatũ
extinguit excusationem ab onere tutellæ, quã
106 induxerat superueniẽs inimicitia. ¶Quæro
de occurrenti casu si pax fieri põt pro absente,
nemine pro ipso recipiente & stipulante. Dic ꝙ
sic, ita tenet Bal.in l.si manumissus C.de liber.
& eorũ liber.lib.12.& intellige in foro pœnitẽ
tiali ut Instit.de iniur.in §.fi. secus in foro ciui
li: quia pax solemnis non potest fieri nisi inter
ueniente pręsentia illius cuius interest, aut me
diante organo stipulante pro absente per nota
ta in l. Illud C.de sacros eccles.& in l. Consu

ſu de action.& obli.& in l.Non ſolū §. Libertus.ff.de lib.cauſa, licèt ſit argumentū cōtra in l.Labeo ff.de iure iuran.habetur per Bart, in l. Non ſolum §.Iniuriarum ff de iniur. Pacem facere eſt meri facti ſicut cōtrahere, habetur per Iaſ.in l.Cum filio familias ff.de leg.1.

107 ¶Si ex una parte tâtùm eſt illata iniuria & pax fiat,an dicatur pax mutua, ſpeculator tenet q̄ non in titu.de treug.& pace, ſed uerius eſt contrarium ut conſuluit Bar.in conſ. cc. & in l.In

108 iuriarum ff.de iniur. ¶Quæro de procuratore ſpecialiter conſtituto ad faciendum pacem,& concordiam ſi fuerit pactum quòd eius principales non morentur in patria,uel in ſuo diſtricta, uel quòd banniantur ab ea, an teneat tale pactum. Dic quòd non, ita conſuluit Petr. de Anchar.in conſil.lxxv.incipiente,viſo diligenter inſtrumento procurationis; ad hoc facit tex.in cap.veniēs de iur. iuran.& quòd ſint ſeruanda capitula pacis, conſuluit Idem D.Petr. conſ.cclxvi.incipiēte, Inter capitula pacis Ducis Mediolani, & Communis florentiæ, & in conſ.cclxxxix. de pace facta inter Dominos venetos,& Ianuenſes l.1.C.de aſſer.tollen.ybi dicitur pacis lenitatem eſſe ſeruandam, & per to

109 tum tit.de pac.tenen.¶Tranſigere an ſit licitū ſuper omni delicto. Dic regulariter quòd ſic, l.Tranſigere C.de tranſact.quoniam ſit licitū unicuiq; ſe, & ſanguinem ſuum redimere, & iniuriam ſuam remittere l.1.ff.de bonis eorū qui ſibi mortem conſciuerunt: quod fallit in adulterio ut in dicta l. Tranſigere, propter frequentiam, & atrocitatem delicti adulterii.

110 ¶Item quæro ſi tenet pax facta per pecuniam, cum debeat pax & concordia procedere ex charitate,& non comparari prætio cap.1.extra de colluſio.tenet Bal.quòd ſic in l.Abolitio C.de abolitio. & Bar.in l.Athletas, & in l. Furti ff. de infam.Dic prædicta procedere ante ſententiam condemnatoriam,quoniam poſt fieri poteſt etiam recepta pecunia ut ibi per eum; & hæres occiſi faciendo pacem recepta pecunia uidetur addire hæreditatem defuncti habetur per eundem Bar.in l.pro hærede in §. fin. ff.de aquiren. hæred.tenet & Bal. in l. Abolitio C, de abolition . pacem ualere factam per pecuniam habetur per glo. & Doctor. in l. 1. C.de pœna iudicis qui malè iudicauit ,& in l. 1. §. ſed & conſtitutiu ff.de calu.& per Bar.in l. Athletas ff.de his qui notan.infam.quia ſi pax,& concordia redditur per pecuniam, redditur de propria iniuria, & non de aliena l. Si quidem C.de cōtrahen.uel comitten. ſtipu.& per Cyn. & Salyc. in l. Tranſigere C. de tranſac. & hoc tenet ualere in caſibus criminum in quibus eſt licitum tranſigere,uel paciſci de iure cōmuni, aut municipali l.Quamuis C.ad ſenat.conſul. turpil.& l.Serui C. de adulter. & data pecunia pro redimenda uexatione in caſibus in quibus non eſt permiſſa tranſactio pax tenebit facta pro bono pacis:nam ſunt quæ non permittuntur de iure fieri, quæ facta poſteà ex cauſa tenent.Pax,n. ſemper remanet firma licèt interueniens pecunia in ea facienda, & contra legē data repeti poſſet l.ſi tibi §.Quędam ff de pact.

111 & l.Quamuis C.ad ſenat.conſul.turpil.¶Et an pax ſit hoſti ſeruanda. Dic quòd ſic, tenet Bar. in l.1.§. Non fuit ff.de dolo:& latius dicā

112 in alio locò de fide ſeruāda. ¶Quæro de duobus qui pacem fecerunt, & poſteà ſe ad inuicē percuſſerunt,an alter teneatur alteri de pace rupta; & ſimiliter teneatur ille qui ſub pace percuſſit alium cum eo pacatum,& ille repercuſſit percutientem, & quando neſcitur quis primus fuerit pacis fractor not.Bar.& Florian.de Sancto Petro in l.1.§. Cum aries & ibi glo.ff. ſi quadup.paup.feciſ.dicat. & p Ang.de Aret.

113 Inſtitu.de iniur.in §.Hæc actio.¶Addo illis quæ ſupra dixi ſi tollatur actio iam fiſco quæſita per pacem ſuperuentam inter rixantes, & ſeu per remiſſionem factam inter offendētem, & offenſum ratione iniuriæ latæ offenſo, cum propriam & non publicam tantùm remittat iniuriam cap. inter xxiii.quæſt. 4. & Bar. in l. 1. §. ſi ea ff. de uentr. in poſſeſ. mitten. & dicit Iaſ.in l.ſi reus ff.de pact.& in l.1.C.de iur.Emphyteo. Quòd ſi duo Nobiles fecerunt pacem, & promiſerunt eam non rumpere ſub certa pęna applicanda Eccleſiæ,& quanquàm rupta pace ſe reconcilient, & omnem ſibi iniuriam remittant,pro hoc non præiudicatur eccleſiæ,cui iam dicta pœna regulariter acquiſita ut dicta l.ſi reus ff.de pact. Duæ Ciuitates inter ſe bellantes fecerunt pacem inter ſe, & appoſuerunt pactum quòd alteri liceret uindicare ſe, an fœdera pacis rumpere an ualeat tale pactum. Dic quòd non ſecundum Bal.in authen . Sacramenta C,ſi aduerſ.uindic . Quæritur ſi pax fieri poſſit à procuratore. Dic quòd ſic, ſi conſtitutus fuerit procurator cum ſpeciali ad hoc mandato habetur per Specul. in titu. de homic. uerſ. hoc quoq; expreſsè tenet,& Bar.in l. Conuentionum ff.de pact.cap.1.extra de treng.& pace cap.Mandato cum ſimil.de procura. Stante ſtatuto quòd pax habeatur à filiis occiſi,an facta à ſpuriis occiſi proſit aliis, legitimos, & naturales non habentes filios , ita tenet Cyn. in l.ſi quis C.ad leg. Iul.maieſt. & per Bar. in l.2.ff. de accuſation. & in l. Tutelas ff.de capit. diminut.& in l.Pronuntiatio §.Familiæ ff. de uerb. ſignific.Contrarium conſuluerunt Fran.de Rāpon.& Salyc.in conſil.incipiente, Super primo dubio an filius,quos ſecutus fuit Ang.de Aret. in tract.ſuo maleſic.uerſic . In termino defenſionis . Quid ſi duo Principes fecerunt pacem, & promiſerunt ad inuicem non offendere eorū

ciuitates,

ciuitates, an includantur eorum adhærentes ci
niiates,& amici qui cum ipsis erant confœdera
ti,nisi aliter essent expressi in capitulis pacis.
Dic non includi, quia in contractibus cessat
largissima interpretatio cap. Cum dilecti. de
donat. & cap. Ad Apostolicæ de re iudi.in 6.
& Gem.& Innoc. ibi.Ita etiam consuluit Bal.
in cons.lj. & in cap. 1. de pace Constan: & sic
non descripti in capitulis & adhærentes non
ueniunt nisi exprimantur. Nam pax inita inter
duas ciuitates prodest cuilibet ex illis ciuitati-
bus ut consuluit Raphael Fulg.cons.cxlix.inci
piente Super inquisitione formata: nam bella-
mus ut sine iniuria uiuamus in pace. Bellare.
n.est necessitatis cap.Militari xxiii.quæst.1.
114 ¶ Pax fit inter offendentem, & offensum super
omnibus criminibus antequàm in iuditium de
ducantur, & in casibus in quibus est prohibitũ
pacem fieri deponendus est rancor, & odio ha
beantur peccata, & non homines cap. Odio
115 lxxxvi.distin. ¶ Miseranda est humanæ naturæ
infirmitas;Iniquitas autem peruersorum est ha
benda odio & persequenda cap. Duo cum si-
116 mil.xxiii.quæst.4. ¶ Quid si intra factione su-
per crimine facta interuenerit auttoritas Iudi-
dicis, an possit contra delinquentem hoc non
obstante procedi de crimine ad instantiam al-
terius, uel ex offitio inquiri per fiscũ & curiã.
Dic quòd sic cap.Cum desideres de senten.ex-
com.& l.2.iuncta glo.ff.ad senat.Consul. Syl-
lani.& per Luc. de Pen. in titu. publ. lætit. C.
lib.xii.& facit tex.in l.3.in fin.ff.de præuaric.
117 ¶ Quæro de casu, si pax fuerit facta in duas ci-
uitates, & unus de una ciuitate ex dictis ciuita
tibus offenderit unum de alia ciuitate pacifica
ta, in quam pœnam incurrat notat Bar. in l.1.
118 in fin.ff.ad leg.Iuliam Maiest. ¶ Quid si in pa
cis capitulis contineiur quòd banniti reban-
niantur,uel restituantur cum eorum bonis, &
condemnationes cãcellentur, an sufficiat quòd
uerbo cancellentur. Dic quòd sic, l. Emptor
119 §.Lutius, & Ias. ibi ff.de pactis. ¶ Quæro de
casu de quo supra aliquantulum tetigi, cum re
gulariter in diebus festiuis iuramenta non præ
stētur, an pro pace fienda possint præstari festi
uo die uidelicet dominico,& similibus festiuis
diebus, & an ualebunt præstita in dictis diebus
festorũ. Dic quòd sic fauore pacis cap. Decre-
uit xxii. quæst. 5.& quando pax haberi debet
non sufficit treugua habetur per Ang. & Paul.
de Castro in l.Conuentionum ff.de pact. Adde
prædictis quòd tempore treuguæ, & in omni
die etiam festiuo possunt tractari pacta, & con
uentiones pro futura pace l. Dies festos & fin.
120 C.de Feriis. ¶ Quæro si Princeps pro bono pa
cis possit alienare, uel alteri concedere castrũ,
& territorium subditorum. Dic quòd sic, quo
niam in pace uertitur publica utilitas, propter

quam potest auferre ius priuati, Consuluit A
lex.cons.xciii.in 5. parte, habetur per Bal. in
l. Conuentionum ff. de pact. & in l. quicumq;
C.de seruis fugit. & Bal.in l. Quæcunq; C.de
fide instrumẽ.& iure hastæ fiscalis lib.x.Innoc.
& Ioan.And. in cap.In nostra de iure iuran. &
per Ang.in l.Bene à Zenone C.de quadriẽ.præ
scrip.& in l.Antiochensium C. de priuil.credi.
121 ¶ Quid si treugua,aut pax ab uno rumpatur,
an teneatur alter seruare illam; & an Treugua
compræhendatur appellatione pacis; habetur
per Ioan. Andr.in rubr. de treug. & pace in ad
ditio.ad specul.& per Ias. in l. Cum proponas
la seconda C.de pact.Pacta.n. sunt attendenda
treuguæ,& pacis contenta in Instrumẽtis. Du
plex est treugua ex pacto uidelicet quæ dicitur
conuentionalis inita inter hostes, & inimicos
suos:quia ex pacto & conuentione summit for
mam suam ut contractus l. Conuentionum cum
simil.ff.de pact. & est seruanda hostibus ut fi-
des c.Innocẽs xxii.q. 4. Et hoc est uerũ si ho-
stes seruant tibi fidem; aliàs non teneris tu illã
seruare hostibus cap. Peruenit de iur. iuran. l.
Cum proponas C.de transac.& l. quarto ff.lo-
cati; Alia est treugua communis de qua dixi su
pra,facta inter Principes insimul bellãtes, quę
est & dicitur securitas præstita rebus, & perso
nis ad certum tempus discordia nundum fini
122 ta ut in titu.de pace tenenda. ¶ Quæritur de
casu, Duo Reges fecerunt pacem, & inde fuit
mota guerra per alterum eorum contra tertiũ
Regem, an iste tertius adhæreat Regi non ho-
sti,an intelligatur & ipse in pace compræhen-
sus, & cum eius hoste pacificatus D. And. de
Bartholomęo Siculus Barbatia nuncupatus cõ
suluit quòd sic in cons.xxxviii.pri.lib. habetur
& p Ioã. And. in Additio.ad Specul.de treug.
123 & pac.in penul.quæst. ¶ Pacis fractor potest
à quolibet de populo accusari in quantùm di-
midia pœna fisco applicatur tenet Bar.in l.j.in
fin.ff.de iur.fisc. & in l.Arbiter ff.de arbitr.
124 ¶ Pax secum habet tres comites fidem uideli
cet, charitatem, & iustitiam sine quibus nulla
uera & sincera pax esse non potest: quia per di-
ctas suas comites ipsa fit, & conseruatur tantũ
bonum ab omnibus commendatum, & à pau-
cis obseruatum:bellica quidem dicitur calami
tas,& pacis nuncupatur quies & lenitas l. 1.C.
125 de cad.tollen. ¶ Quæro de casu, Titius pro-
misit in Instrumento pacis non offendere Pe-
trum,& deinde eius patrem,matremq;,filium,
uxorem,uel sororem nuptam, aut fratrem of-
fendit,an sit commissa pœna, dixi quædam su-
perius refferendo Petrum de Anchar. in cap.
Sciant cuncti de elect. habetur per Bar. & Ias.
in l. Si stipulatus §. Grisogonus ff. de uer.obli
gat.& tenet quòd sic.Idem habetur per Luc.de
Pen.C.ut publ.lætit.lib.xii.& p Ant. de Butr.

in

in cap.j.de pace, & treug. & per Bal.in cap.j. §.Similiter,quib.mod.feud. amitt.quem omnes ibi sequuntur dicētes quòd illa est propriè offensa ex qua competit alicui proprio nomine actio iniuriarum, sed fratri non competit proprio nomine actio iniuriarum pro tali offensa; ergo non dicitur offendi secundum omnes in dicto §. Grisogonus: & uerba contractus sunt benè ponderanda, & de hoc Hyppol. Marſ. ut aliàs dixi fecit in contrarium singulare num.cccxxxi. ¶ Quid si Pax aut treugua rūpatur per unam partem, an liceat alteri partiillam & ipse rumpere absq; nulla pœna, & illius incursione. Dic quòd non secundū Ioan. And: in additio. ad specul. de treug. & pace; & per Ang. & Imol. in l.si ex legati causa ff. de uerb. obligat. & per Archi. in cap. illi xxiiii. quæst. 3. & Doctor. in l.qui seruum ff.de uerb.oblig. & per Bal.in rubr.de treug.& pac.in ult.col.& per Fely.in cap. 1. eod. titu.& per Hyppol. de Marſ.in conſ.21.in pri.uol. criminalium suorum. Dicebat Abb. Panormitanus in cap.1.de treug. & pac. quòd impunè ille cui est fracta pax, & seu treugua poterit eandē frangere cap. Peruenit il secundo de iure iuran. Imò tu dic quòd illam non frangit, sed fractā inuenit contra Abb.tenet Fely. Ioannes And. & D.Antonius de Butr. in dicto cap. Peruenit, & Ioan. And. in additio. ad specul.de treug. & pac. & Archid.in cap.illi qui 24.quęst.3.& per Ang. & Ioā.de Imol.ī l.si ex legati causa ff.de uerb. oblig.& per Ang.Paul. de Castro,& utrumq; Raphaelē in l. qui seruum eod.titu. ubi firmat hoc potius procedere de consuetudine quàm de iure cap.Peruenit il secondo de iur.iuran.& l.Cum proponas C.de pact.& cap.Inter uerba 11.quæst.3.loquitur in foro conscientiæ ut dicit Alex.in dicta l.Cum proponas, & dicta l.q seruum,& in l.qui Insulam de uerb. oblig. Idē tenet Imol. in cap. Peruenit, de iur. iuran. & Abb.in cap.j.de treug.& pace;& pro opinione Archidiaconi consuluit D.Marian.Sozinus in conſ.27.incipiente Ianuensium Dux, propter differentiam quæ est inter pacem & treuguam. quia pax est finis discordiæ perpetuò duraturus,sed treugua fit ad tempus, qua finita potest aduersarius uindicare iniurias sibi prius illatas.Ideò est expectandum lapsus temporis cū possit fidem seruare infra tempus, & post ulcisci;& non sic in pace quæ est perpetuo tempore duratura:& nunquàm posset offensus ulcisci iniuriam acceptam ante & post pacem: & necesse esset fractorem pacis puniri pœna fractæ pacis offendendo primò uiolatorem fidei: & dari potest exemplum in offitiali perpetuo, & offitiali ad tempus. Nam primus potest conueniri durante offitio: quia nō est dare tempus ꝙ fit expectandum attenta perpetuitate offitii, & secundus non conuenitur cum sit saluum ius parti,& cum post conueniat finito tempore offitii l.Principalibus ff. si cert. petat.l. pars literarum ff.de iud.habetur per Fely.in cap.Peruenit extra de iur.iurā.& in cap.j.de pac.& treug. Non improbo opinionem Abbatis, & sequatium,quæ iuris regulis firmatur l. Cum proponas C.de pact. & cap. Peruenit de iur.iuran.& ille qui non facit quod debet, nō recipit quod oportet habetur. in pri. glo. l. si non fuerit de iur.iuran.ff. Nam treugua, & pax quo ad fœdus,& ad fidem seruandam æquiperantur cap. Nouit de Iud.Et licèt illa ratio perpetuitatis, & temporalitatis sit inter treugnam,& pacem, tamen, non iure cauetur ut non seruanti mihi treuguam debeam illi seruare eandem, & expectare post cursum temporis treuguæ ad ulciscendum: quoniam incontinenti quòd quis nō seruat mihi treuguam & contractum, non teneor in aliquo seruare contractum; cum ultrò citroq; sit obligatorius; & non dicitur quis uenire contra contractum,& scripturam l.Labeo §.Contractum ff.de reg. iur. si ex parte alterius ex contrahentium non fuerit seruatus contractus,firmat Innoc.in cap.Mandatū de rescript. quem Bal. & Saly. sequuntur in dicta l. Cum proponas C. de pact. Et circumducta consuetudine de iure est uerior opinio domini Abb. Sed ubi est consuetudo seruaretur opinio Archidiaconi,& sequatium. ¶Quæritur de pœna illius qui treugua durante percussit aliquē de compræhensis in treugua. Dic puniri in pœnam ammissionis manus ut aliàs dixi §. Coges authen.de mand. Princip. col.3. Ità quòd puniatur in ipso membro cum quo deliquit authen. Omnes peregrini C. Communia de success.cap.j.§.si quis de pace tenen.Quidam dicere possent iura prædicta loqui de pace rupta, & non de treugua, propterea fore extraordinariè puniendum l.fi.ff.de extraord.crimi. cum si mil.Iudicis arbitrio,statuti, & contractus attēta forma.Vnde occurrit decidere si lex, uel statutum loquens de treugua habeat locum,in pace,uel loquens de pace habeat locum in treugua.Dic quòd non regulariter: quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis l.Nam quòd liquidè ff. de penu. legata. Nec obstat ꝙ treugua accedat paci, & quòd idem iudicandū sit de treugua sicut de pace cap. Nouit de Iud quia responderi potest quòd treugua magis accidit guerræ quàm paci.Ideò de ea iudicabitur ut de guerra,habetur in titu.de pac.Constan.in §.vassalli,& per Bal.ibi: & tempore guerræ nō est tutus accessus cap. Significauit de Iud. & ꝑ Petr. de Anchar.in conſ.77.incipiente,Præmissa facti serie. vbi dicit tria esse tempora pacis uidelicèt, guerræ, & treuguæ.¶Quidam dicunt tempus treuguæ potius dici tempus gu

ræ, quàm pacis ut dicto capit. significauit de
Iud. Et quidam alii dicunt treuguam esse pacē
impropriè, sed propriè esse guerram; in contra
rium allegat glo. de pac. tenen. in §. si quis ho-
minem: & dicit quòd id quòd dicitur in uio-
latore pacis, habet etiam locum in uiolatore
treuguæ cap. Illi qui 24. quæst. 3. vbi tex. dicit
Pax uerò illa quam treuguam dicimus si fideli
ter obseruaretur &c. & dicit Ioan. Andr. in ad-
ditio. ad Specul. in rubr. de treug. & pac. treu
guam magis accedere paci & guerræ, & aduer
fatur prædictis opinion. Bar. in l. Conuentionū
ff. de pact. vbi dicit quòd Capitaneus belli po-
test facere treuguam, & non pacem, neq; guer-
129 ram: & sic Pax est quoddam tertium. ¶ Distin-
guendum puto in præmisso casu, aut loquimur
in materia fauorabili, & tunc treugua accedit
paci, uel in materia restringibili, uel pœnali &
tunc secus; & procedit hoc quando treugua est
facta ad tempus. Sed si treugua esset facta perpe
tuò tunc de ea iudicaretur ut de pace: & hoc
casu haberet locum textus in cap. 1. de feriis,
Sin' autem esset facta ad tempus ex qua agitur
de commodo subditorum, uidetur dicendum
quòd possit die festo præstari iuramentum in
Instrumento treuguæ, ut præstatur in Instru-
mento pacis: & si Iuris lator considerasset de
treugua pro ut considerauit de pace, idem ex-
præssisset de ea pro ut expressit de pace. Et ad
prædicta facit glo. in l. Tale pactum ff. de pact.
& ea quæ statuta sunt in uiolatore pacis, pos-
sunt etiam habere locum in uiolatore treugę:
quia sicut per pacē imponitur finis discordiæ,
ita & eodem modo treugua operatur tuitio-
nem, & securitatem populorum pro tempore
illo quo stabilita est ca. j. de Treugua, & pace.
Nā treugua est securitas præstita personis, &
rebus ad tempus concessa nōdum finita discor
dia; & uocatur fœdus, seu Induciæ l. Postlimi-
nium §. Induciæ, & l. Non dubito ff. de capt. &
postl. reuers. Pax uero imponit finem discor-
diæ ut probat textus in cap. Significauit de iud.
eumdem esse effectum pacis & treuguæ, licèt
pax sit perpetua, & treugua temporalis, pro eo
tempore quo facta est treugua; & idem firmat
Aluarot. in cap. j. in §. si quis hominem de pa-
ce Constan. & per Abb. in rubr. de treug. & pac.
vbi dicit quòd in omnibus casibus in quibus
possunt partes compelli ad pacem, quod in eis
130 dem casibus compelluntur ad treuguam. ¶ Vn
de licèt propriè & strictè differant treugua, &
Pax ut in rubr. de treug. & pace, cum copula
quæ ponitur inter diuersa ut in glo. & rubr. de
iur. & fact. ignoran. Considerato tamē effectu,
& omni moderamine uendicat sibi locum in
casu nostro dispositio cap. primi de feriis tam
in pace, quàm in treugua cap. j. ad finem iun-
cto principio de treug. & pac. ubi ille tex. treu
guam appellat pacem: & textus in cap. Nouit
§. Postremo de Iud. treuguam factam ad tem-
131 pus appellat pacem. ¶ Et si treuguæ sunt in
uiolabiliter obseruandæ, poterit ut pax treu-
gua fieri die festiuo, & in ea iuramentum præ-
stari: & tex. dicti cap. circa ferias honorandas
æquiperat nominando treuguam, & pacem; &
quippè hoc reputatur fauorabile, & negari nō
potest quòd treugua non sit pax temporalis
in eo tempore determinato quo durat securi-
tas ex ea. In materia tamen pœnali, & restrin-
gibili statuti, appellatione pacis non ueniret
treugua habetur per Alex. post Pau. de Castro,
Ang. & Imol. in l. Conuentionum ff. de pact. &
in l. si ex legati causa, & in l. qui seruum ff. de
uerb. oblig. quoniam treugua non dicitur esse
solida pax cap. Nouit de Iud. & tex. in cap. j. de
feriis prohibet abstinere ab opere illicito: sed
cum treugua fuerit, & sit opus licitum, & piū
ut euitentur discordiæ & rixæ, ergo ille tex. uen
132 dicat etiam sibi locum in treugua. ¶ Si quis
durante treugua commiserit homicidium cō-
tra hominem in treugua compræhensum, qua
sit pœna plectendus. Dic ut aliàs dixi, uidelicet
pęna mortis naturalis l. penul. ff. ad leg. Pomp.
de paricid. & si aliter deliquerit pęna debita pu
nietur secundum iuris dispositionē est & treu-
133 gua. ¶ Est & treugua canonica inducta à ca-
none, q̄ seruanda est sub pœna excōmunicatio
nis cap. j. & 2. de treug. & pac. Et Episcopi te-
nentur operari ut seruetur ecclesiasticis perso
nis, peregrinis, mercatoribus, & personis rusti
canis dum sunt intēti agriculturę. Et unus Epi
scopus tenetur fauere alteri aliàs priuaretur di
gnitate cap. si quis Romipetas 223. quæst. 3.
134 cum simil. ¶ Statuto cauetur quòd occidens
occidatur nisi habuerit pacem ab hærede inter
fecti; decessit offensus cum pluribus hæredibus
an debeat habere pacem ab omnibus. Dic suf-
ficere maiorem partem hęredum fauore pacis.
Idem tenet Bonifatius de Vitalinis de Mantua
in lib. suo malefit. in titu. de pac. Vel quòd ne
mo extrahatur de carcere nisi primò habuerit
pacem ab offenso: & si fecit furium an debeat
habere pacem, uel dictet statutum si habuerit
pacem ab hærede, & an sufficiat eam habere
ab offenso & non ab hærede. Dic quòd non;
Cum statutum sit introductum in fauorem &
honorem hæredis secundum Bart. in l. 4. §. Ca
to in ult. quæst. de uerb. oblig. & per Bal. in l.
Si manumissus col. 3. ibi hæc iusta quęro C. de
lib. & eorum liber. & in l. Licitatio §. qui illici
tè ff. de publi. & in l. Damni §. Sabini, & p Bar.
135 ibi ff. de damn. infecto. ¶ Vbi etiā dicit Bar.
quòd si Pax est facta de uulnere ex quo quis
est mortuus an intelligatur facta de morte, &
decidit quòd non, nisi in Instrumento pacis di
ctum fuerit de uulnere, & de omni eo quod ex
ipso

ipso accidere posit, & etiam de morte si seque retur; & per Luc. de Pen. C. ut publ. lætit. col. 28. lib. 12. & per Bonifatium de Mãtua in lib.
136 suo maleficiorum in titu. de pace col. 2. ¶ Et si facta fuerit Pax super uno crimine, an partes poterint se accusare super alio, & seu aliis cri minibus, exceptis illis i quibus regulariter pos sunt uidelicet læsæ maiestatis, & hæresis; mul tis omissis quæ dicit possent, Dic tu breuiter aut Zelo iustitiæ hoc faciunt & tunc poterint accusare, aut ex odio uel rancore, aut liuore & tunc non poterint, & pacem fregisse dicuntur; & in dubio est iudicandum iuxta qualitates per sonarum habetur per Luc. de Pen. in titu. ut Pu
137 bl. lætit. C. lib. duodeci. ¶ Et dicit Bar. in l. Quemadmodum circa medium per glo. ibi. C. de agri. & cens. lib. 11. quòd statuta quæ pu niunt delicta debent censeri facta fauore pu blico, & esse fauorabilia, & extendenda sicue
138 in materia fauorabili. ¶ Quæro si treugua sit rupta si unus in treugua compræhensus cogno uerit carnaliter sororem alterius etiam in treu gua ex aduerso compræhẽsi, Item an rupta treu gua dicatur propter raptum filiæ illius cũ quo facta est treugua tenet Alex. de Imol. quod nõ in cons. cxiii. incipiente viso instrumento Treu guæ. Ego autem contrarium mconsului & teneo quòd sit rupta treugua ob uerecundiam, hono remq, uiolatum dictæ sororis, & ostensam ip sius, & eius cognationis factam propter uiola tionem dictæ sororis, & seu ob raptum filiæ: & maior iniuria esse non potest quàm tollere ali cui honorem suum qui uitæ cõparatur; & pro hac parte consuluit Hyppol. de Mars. in cons. 135. secun. uol. consiliorum suorum criminal.
139 ¶ Quæro de Abbate si potest unà cum capitulo remittere iniuriam factam monacho suo, Bal. tenet quòd sic in l. Præses Prouintiæ C. de tran sact. l. Sed si unius §. j. ff. de iniur. & l. Furto §. penul. ff. de infamib. & per glo. in dicta l. sed si unius; & quòd sit per Abbatem & Capitulum, uidetur fieri per Dominum l. Iubemus, & per authen. ibi positam C. de sacrosan. eccles. & per
140 glo. notabilem in cap. Potuit de locato. ¶ Treu gua si facta fuerit inter duas ciuitates, & seu Principes potentissimos est seruanda inuiola biliter; & qui illam frangit uiatoribus, merca toribus, peregrinis, & agrorum cultoribus au ferendo animalia, & instrumenta agrorum in fames fiunt ipso iure, & quadruplum refundãt damnorum passis, & ultra personaliter puniri possunt & debent l. fin. ff. de re milit. Sin' autẽ treugua facta fuerit inter priuatas personas sẽ per erit seruanda ut fides, dummodo fuerit illis seruata cap. Peruenit de iure iuran. l. si diuersa,
141 & l. Cum proponas C. de transact. ¶ De treu gua, & ipsius statutis à canone ordinatis, & an illi qui habent liberam administrationem pos sint compellere subditos ad pacem, uel ad treu guam habetur clarè per Abb. de treug. & pac. in princ. Et sicut possũt superiores cogere sub ditos ad pacem, possunt & magis eosdem coge re ad treuguam, Et habent curare Pótentiores nè affitiant contumeliis minores l. Illicitas §. nè potentiores ff. de offit. Præs. & per Abb. in
142 titu. de treug. & pac. ¶ Quid si quis promise rit non ire nisi facta pace sub pœna, & fuerit fa cta treugua an incidat in pœnam, & periuriũ. Die quòd sic cap. Quod olim de Iudæ. & per
143 Abb. in cap. significauit eodem titulo. ¶ Itẽ quæro si dispositio concernens tempus belli, concernat tempus treuguæ quia guerra nõ est penitus extincta per treuguam; & tẽpore treu guæ curandum est nè fiant noua hostium fœde ra, & ipsis subsidium ueniat habetur per Domi
144 num Abb. in præallegato loco. ¶ Treugua ad tempus facta pax appellari potest tempora lis cap. Nouit de iud. Vbi habetur quòd Rex Francorum non seruauit fędera pacis usq; ad tempus statutum ut not. Ioan. And in cap. j. de treug. & pac. & per Guidonem de Suzaria in tract. suo malefic. in titu. de treug. & pac. Du ræ conditiones in treugua, seu pace appositæ seruiles esse & pro seruis factæ dicuntur, & nõ pro liberis uiris sententia Xenocratis philoso
145 phi. ¶ Dubitat Romanus post Ang. in l. 2. §. Ex his ff. de uerb. obl. quòd licèt partes non cõ pellantur ad concordiam quando discordia tẽ dit solum ad eorum incommodum ut ibi not. Bar. tamen ubi ex ea causaretur rixa, uel proba biliter dubitaretur nè uenirent ad arma, tunc Iudex compellat eos ad concordiam l. Aequis simum ff. de usufruc. & per Imol. in dicto §. ex his, Si tamen fuerit dissentio inter personas insi gnes ex qua dissentione turbatur Respublica, possunt compelli tales personæ ad pacẽ, & con cordiam l. si quis ingenuam §. In ciuilibus ff. de capt. & postl. reuers. & per Bal. & Ang. in di cta l. Aequissimum ff. de usufruc. & in l. Furti ff. de his qui notan. infam. & in l. i. ff. de offic. præfec. urb. & in l. Cum affirmes C. de liber. cau. & Bar. in l. Ambitiosa ff. de decret. ab or di. facien. & in dicto §. In ciuilibus, & ibi per Alex. & per Ioan. de Anania, & Abb. in cap. j. de malefic. & per Abb. in rub. de treug. & pac. Et quando discordia tendit ad incommodum alterius potest Iudex suo offitio uti partibus etiam nolentibus, & pro pace capitulabit Iu dex, ignorantibus hoc facere partibus, habetur per Bar. & Alex. in l. De die ff. qui satisda. co gũ. & in omnibus casibus in quibus partes pos sunt cogi ad pacem, possunt & cõpelli ad treu guã habetur per Abb. in rubr. de treug. & pac. Dicit glo. in cap. studendum xc. distin. quòd partes inducuntur ad pacem quando ciuiliter agitur de crimine, uel dum agitur de crimine in iuria-

iniuriarum, secus merè criminaliter; & idem dicit glo. in cap. j. ead. distin. & sic in priuatis criminibus potest induci concordia, & non in publicis: hoc idem tenet Archid. in dicto cap. Studendum, & ponit Corsettus in notabilibus suis de pace num. lxv. quòd ubi Iudex non poterit dispensare siue sint ciuilia, siue criminalia ibi non potest compellere, non. n. potest dispẽsare, uel componere, ut nec facto diuortio cum uxore possit aliam accipere cap. fin. de trãsact. habetur per Bal. in l. ex stipulatione C. de senten. Dixi aliàs superius in lib. de Iusto, & iniusto bello an tenerentur damna dantes ad restitutionem num. 118. Quæritur modo si pro pace facta potest commune remittere damna sub ditorum, de quo casu tetigit. Innoc. in cap. In nostra de iniur. Dic posse si singuli consenserũt statuto, & iurarunt in casu dicti capituli In no

146 stra. ¶ Quæro de casu, facta fuit olim treugua inter Regem Franciæ, & Regem Angliæ facto statuto, quòd milites Regis Franciæ possint impunè intrare regnum Angliæ usq; ad Pascha, & quòd ultra sit licitum dictos milites ut diffidatos interfici per quoscunq;. Contingit militẽ unum Francorum Regis iuisse in Angliam, & cum rediret per mare uentosum Anglicum intra Pascha, mare retinuit illũ, & remisit ipsum in Agliam, & seu regnum Angliæ: an iste possit interfici dicto stante statuto. Dic quòd non per tex. in l. Cæsar ff. de public. Licèt quodam dicant contrarium, cum ille se fortè nimium arctauerit in dicto regno, & sibi imputari debet l. Idemq; ff. ad leg. Aquil. de prædicta quæstione habetur plenè per Bar. in dicta l. Cæsar ff. de public. col. 4. ¶ Quidam fecerunt pacem

147 solemniter de magna iniuria, & promiserunt se non offendere, an Pax uiolata dicatur per illum qui alium non aliter offendit in personã, sed illum reduxit ad calamitatem ob delationẽ suam, & ad periculum amissæ substantiæ, honoris, aut dignitatis. Dic quòd sic, l. Neq; infantes ff. de fideicomissar. libert. & per Luc. de Pẽ. in titu. ut publi. lætit. lib. 12. col. 22. uers. 21. &

148 22. ¶ Quæro de quodã Domino habente guerram cum alio domino sibi uicino, conuenit cum quodam Rege de faciendo treuguã per unum annum cum tali Principe, an ualeat conuentio talis. Dic quòd sic secundum Abb. in

149 cap. Nouit de iud. ¶ Quid si unus Comes, aut Baro, uel Ciuitas fecerit confœderationem cũ duobus Regibus, aut ciuitatibus; & ipse confœderatus pariter requiratur ab ambobus Regibus, aut ciuitatibus; cui primò habet parere. Dic ipsum teneri obedire illi qui potẽtiua iua habet & iustitiam, ità consuluit Lud. Roman. in cons. 47. incipiente In CHISTI nomine, uisis necessariis pro habenda ueritate thematis l. In fraudem ff. de testam. milit. & l. Nõ aliter, & l. Ille, aut ille §. Cũ ex uerbis ff. de leg.

150 3. ¶ Pax est opus Iustitiæ ut aliàs dixi, & necessaria à natura; estq; optima, à bonis peroptata, & à malis neglecta: quæ esse debet uera, simplex, pura, & sincera; & non dolosa, neq; insidiosa; sed perpetua, firma, & inuiolabilis. Et puniendus est seuerissimè uiolator pacis cum effectu realiter, & personaliter; & si fugerit capienda sunt ipsius bona ut scribit And. de Iser. & Bal. de pac. tenen. & idem And. in Constitut. Regni Siciliæ incipiente, Pacis cultum, de cultu pac. & in glo. Constitutionis communis de guerra mouenda, ubi dicitur bona confiscari uiolãtium pacem, & ipsos puniri morte naturali: & hos nemini est licitum receptare dicit Bal. in §. Conuenticulas in titu. de pac. iuram.

151 firman. ¶ Et pro bono pacis est curandum tẽpore treuguæ pertractare de pace futura, & si fuerit possibile componere illam durantibus dictis induciis, & seu feriali militiæ tẽpore treugua nũcupato l. Dies festos C. de feriis. Et ual de peroptatur pax à bonis populis cap. t. de pac. tenẽ. & eius uiolatoribus, & cap. j. de pac. Cõstant. Nec interim propterea desinetur prouidere ad necessaria futuri belli si bellare contingerit. Nam prouerbium est uulgare militũ, quòd intra pacem & treuguam, tristis est ille qui releuat uulnus, uel funus ab hoste; & uulgo dicitur. Trà la pace & la treugua, tristo è

152 quello che lieua. ¶ Et arte sæpe longa fiunt induciarum, & seu militiæ feriarum tempore ut fœdera fiant cum amicis, & ut hostes reddãtur amici; & breuis quandoq; fit treugua hostibus insidiando, ut aliqui ex militibus astutis & ualde in militia expertis occidere possint ad hostilia castra ad explorãdum ibi; & ut illi sub spe amicitiæ potent & bibent cum aliquibus ex hostium uiris fortissimis laudantes suũ imperatorem ualde in uirtute, & munificentia dignum laudibus magnis, pollicentes illis aurũ, & diuitias multas ut fierent amici suo Inclito Imperatori, & ut ad illius stipendia accedant, & illi seruiant redducẽdo prædictos uiros fortissimos ad uotum sui Principis ut transfugæ

153 fiant hostium. ¶ Et tales breues Induciæ & seu feriæ militares etiam arte fiunt, ut interim prouideatur exercitui circa necessaria ipsius, & ut noua gens suis augeatur, & congregetur cũ armis, annonis, munimentis, & bellicis instrumentis. Legimus Laocontem fuisse inuentorem induciarum in bello Troiano, de quo meminit uirgilius,

Laocon ardens summa decurrit ab arce &c.

154 ¶ Et sanum est consilium ut nullus hostium miles recipiatur ita passim in exercitu Catholicorum induciarum tempore, nè exploret secreta exercitus, & nè callidè insidiaretur tempore

in

in illo feriarum militarium: quo durante augendum est Imperium amicitiis prudentũ exẽplo antiquorum Imperatorũ qui arte tali muniti necessaria, & amicorũ præsidio uictorias
155 reportarunt. ¶Et est perpensandum quòd sæpe in otio, & mora nimia induciarum parantur insidiæ, quæ arte tolluntur frequẽti & celeri motu, & exercitio sapientũ militię Ducũ: quidtur no, & nocturno, & nõ parcũt labori, neq; auro sua sophia procurãdo exactisima diligẽtia scire secreta hostium suorum, & quòd ipsi ignorent sua ut clades suorum euitetur, plures mittendo exploratores uariæ nationis, & linguæ; faciendo sanum iudicium de eorum relatu, & an sint fidi, & concordes, aut discordes exploratores; curando nẽ se cognoscant ad inuicem exploratores prædicti: quia posset contingere ꝙ eorum aliquis caperetur ab hostibus, uel auto corumperetur, aut torius fateretur, & alios reuelsret in maximum exercitus damnum & pernitiem, ut alio libro diximus De exploratori-
156 bus, & excubiis. ¶Occurrit per dies quæstio, an Generales bellorum, Duces Principum qui Capitanei nuncupantur possint inducias, seu ferias militares, & pacem facere & componere, de quibus habetur in l. Postliminiũ ff. de capt. & postl. reuers. & in l. Conuentionũ. ff. de pact. cap. Innocens 22. quæst. 4. Mancini Romani Consulis exemplo, qui fecit inducias cum Numantinis absque Senatus auctoritate, & fœdus non tenuit; puto esse distinguendum in prædicto casu si Duces bellorum in suis facultatibus sibi datis &c. talem habent auttoritatem faciendi inducias, & pacem; ut olim habuerunt Excellens magnus Capitaneus Inclyti Regis Catholici Hyspaniarum in Italia bellando in & pro Regno Neapolis, & prudens Bartholomeus de capite Leonis nobilisimi, ac incontaminati, Senatus veneti Capitaneus Generalis. Dic posse inducias, fœdera, & pacem firmare; aut non habuerint tale mãdatum, sed expediat fieri pro necessario commodo, honore, & utili Imperii ipsorum Dominorum, seu Principum pro quibus geritur bellũ; aut ita requirit, & exigit status belli, & necessitas maxima; & præcipuè ad breue tempus, & idem est dicendũ si bona fidea interceßisset, aut nõ est ad neceßariũ cõmodũ, neq; ad utile, neq; ad honorẽ ipsorũ suorũ Principũ & tũc facere id nõ possunt l. Pactũ. ff. de pact. & l. Non oĩ, & l. Cũ plures. §. 2. & 3. ff. de admini. tutor. & l. Qui fundũ. ff. pro emptore, & per Fely. in cap. Super literis extra de rescrip. & per Alex. de Imo. & utrumqne Raphael. Cuma. & fulgen. in l. Conuentionum. ff de pactis.
157 ¶Pax fit regulariter osculo pacis interuentu, & tactis manibus, & ꝑ risũ reciprocũ, & potũ, & esum, & similia habẽt in l. Ipsius. C. fam. herci. & per gl. Inst. de ini. §. In summa, & ꝑ scribẽtes in l. j. ff. de pact. & Bal. i l. Epistola C. de fideic. In domino Feudi nõ habet locũ osculum dicebat Bal. in titu. de pac. Constant. ꝙ tẽpore treugæ nõ est tutus accessus ad alios aduersarios: ad quod facit Clem. Pastor. de re iudi. & in tit. de pace. Constan. in §. Sententię. Idem tenet D. Præpositus Alexan. in cap. Ius gentium disti. j. fortè dici posse facta pace omnimodo, pax il la esset recens. Nam non est confidendum de te centi amico id est nouiter reconciliato; uoluit glo. in uerbo Capitales in cap. Perpetuas il primo de simon. & in cap. Accusatores 3. qu. 5. & Innoc. in c. Cum oportet de accusationibus.
158 ¶Quæro de casu per dies occurrenti, Quidã fecit pacem pro se sub certa pena stipulata in contractu, ar. incidat in pœnam occidẽdo patrem, aut fratrem illius cum quo fecit pacem tenet Bar. quòd non in l. Si quis stipulatus in §. Grisogonus ff. de uerb. oblig. & utrq; Imo. in l. Si de uectigalibus ff. de dã. infec. quod limitat Io. de Imol. non habere locum dictũ Bartholi, si talis offensio facta fuerit contẽplatione illius, cuius pater, uel frater fuit offensus. qa tũc talis pax rupta intelligeretur motus per doctri nam And. de Iser. in c. 1. §. Itẽ si fratrem, quib.
159 mod. feu. amitt. ¶Vbi dicit quòd si uassallus occidit fratrẽ domini feudi in odiũ domini, & ut dominus iniuriaretur ꝙ perdit feudum, cũ talis felonia respiciat de directo personã Domini. Et an uassallus perdat feudum si aliud homicidiũ fecerat habetur per Alex. de Im. in d. l. si finita de dã. infec. Vbi distinguit an proditoriè occidit, uel nõ; & an in oĩ casu ꝑdat feudũ, & an tunc sit apertum feudum domino, & ad ipsum reddeat feudum, uel ad agnatos, ubi me remitto breuitatis gratia; & ibi etiam habetur circa publicationem bonorum dominorũ, & uassallorũ delinquentiũ, & qualiter de iure ser
160 uetur. ¶Quæro si Pax rumpitur per solã castramentationẽ ab una uniuersitate cõtra aliã quæ insimul fecerũt, pacem, uel per ædificationem Castri muniti fossatis, & mergulis, seu barbacanis. Dic ꝙ sic ita tenet Bar. in rub. de metat. lib. xii. Pax. n. facta inter duas ciuitates de non se offendendo perpetuo tpe, una ex dictis ciuitatibus se dedit Regi cuidã habenti statum ibi uicinũ; & una post ex dictis ciuitatibus pacatis damna, & incendia multa intulit in territorio alterius, an rupta dicatur Pax. Dic ꝙ sic, argumento legis seruitua ff. de seruit. rusti. præ
161 dio. & l. si quis filiabus ff. de testa. tut. ¶Quæritur de pace facta inter bellantes an debeat esse firma. Dic ꝙ sic, & adeò dẽt esse roborata firmitate ꝙ nihil insit quin seruati debeat necessario iure: & hoc in tantũ m est uerum, ꝙ si Dux belli aliquod pactum cum hostibus fecerit nẽ dum ipse tenetur seruare, sed omnis eius exercitus not. gl. in l. 1. §. non fuit de dolo.

162 ¶Quid autem si à Duce belli non esset pax facta, sed fides data, an sit fides hosti seruanda. Dic quòd sic, cap. Noli 23. quæst. 1. & in l. 1. ff. de dolo; facit tex. cum glo. in l. Conuentionum ff. de pact. ubi notat Bal. quòd hoc non licet fieri sine iussu populi, & eo incōsulto firmat Præpositus in cap. Ius militare in 20. notabili distin. 1. Dicam latius in alio libro de fide
163 seruanda. ¶Quæritur de occurrenti casu, an pax rupta dicatur si offenderis associantem illum qui tecum habet pacem. Dic quòd sic secundum Ioan. And. post Specul. in addit. in tit. de treug. & pace. & per utrunque Imol. in l. Si stipulatus ff. de uerb. oblig. & per Ang. in l. 4. §. Cato ff. eod. titu. Et plus dicebat Bal. in l. j. C. de Episc. & cler. quòd habens pacem cum Sempronio si offenderit cohabitantem cum ip
164 so Sempronio pacem fregisse dicetur. ¶Quæro de iniuria facta uassallo, familiari, aut colono an per Dominum uassalli, familiæ, & coloni remitti possit pro pace, ad hoc facit tex. in l.
165 1. §. idem ait ff. de iniur. quem uideas. ¶Quæro de pace facta per Claudium pro se, & tota parentela sua, & aliquis ex Claudii parentela, uel eius patre per illū offenditur an rupta pax dicatur. Dic quòd sic secundum Alex. de Imo. in l. si finita §. si de uectigalibus colum. 9. ff. de
166 dam. infecto. ¶ Facta pace inter Duces belli, an in dubio refici debeant damna, & castra expugnata restitui, dicebat Aug. quòd non in l. Sed si hac §. Prætor ff. de in ius uocando; Contrarium tenet Bald. in l. fin. C. de condit. ob tur p. cau. Opinio Angeli magis iure comprobatur quàm Baldi in præmisso casu si iustum
167 fuerit bellum. ¶ Quid si fuerit facta pax inter se, & suoa, & pro complicibus & sequacibus, apposita pœna de non se offendēdo antequàm ratificetur per sequaces suos, & unus ex prædictis sequacibus fuit offensus an dicatur pœna commissa cum nō habuerit ratum dictam pœnam, & an possit eam dicta secuta offensione habere ratum & sibi profit. Dic quòd non cōmittitur pœna prędicta cum tempora non sint habilia, & res nō integra l. Bonorum ff. rē rat. haberi. Nec rupta pax esse pōt cum non fuerit prius ratificata ut tenet Alex. in l. Quod meo ff. de acqu. possess. & per dictam l. Bonorum ff. rem rat. hab. & per Ant. de But. in c. Accedens de præben. & Bal. in l. ult. C. ad Macedo. Senat.
168 Consul. ¶ Pax si prohibita fuerit fieri per statutum disponens quòd de percussionibus sanguinolentis non possit fieri Pax, si quis aliquē percusserit pugno, uel manu propter quam percussionem ceciderit in terram, & fregerit sibi caput cum effusione sanguinis, an potuerit pax fieri dicto stante statuto. Dic quòd non secundum Ias. in l. Non dubium C. de leg. quoniam dolo fuit percussus l. Cum autem §. excipitur ff. de ædilit. edic. & l. j. & per Ang. Bal. & Paul.
169 de Cast. & per Ias. ibi ff. de legibus. ¶Pax an debeat haberi à filio, uel à seruo hæredibus institutis, uel ab eorum patre, aut domino stante statuto pœnam remitti bannito si pacem habuerit cum hæredibus defuncti, & hanc quæstionem ad longum disputauit pro utraq; parte Iason in l. Cum filiofamilias ff. de lega. 1. Et concludit per patrem, aut dominum in quoa omnia iura utilia & directa patriæ, uel domini eæ potestatis respectiuè habent mediante filio, aut seruo translata; & filius, & seruus non possent adhire hæreditatem sine iussu patris, aut domini. Ideò de patre, & domino intelligi debent; & non de filio, & seruo l. j. §. hęc uerba ff. quòd quisque iuris, & ca. Relatum de cler. nō residen. & cum hæres idem sit quòd dominus §. penul. institi. de hæred. qual. & differen. & cū addita hæreditate filius, & seruus transferat omnia iura hæreditaria in patrem & dominum; ergo ipsi non erunt domini sed pater, & Dominus de quibus proprio loquitur statutum prædictum, & per not. per Bar. in l. filius qui patri ff. de uulg. & pupil. substitu. & in l. damni ff. de dam. infe. & in authen. de iur. iuran. à morien.
170 præstit. in principio. ¶Filiusfamiliàs iniuriatus an possit facere pacem in præiuditium patris, cui actio sit quæsita. Dic quòd non ita tenet Pau. de Cast. in l. in personam ff. de pact. Et idem dicas de uxore pro qua cōpetit actio marito, & an sufficiat habere pacem à patre, uel requiratur quòd habeatur ab omnibus l. 1. & ij. ff. de iniur. & l. quæ de crimine C. de accusat. & per Bar. in l. Patri ff. de iniur. & in l. Lutius ff.
171 sol. mat. ¶Quæro de casu, Quidā paterfamiliàs fuit interfectus relicta una filia, & seu pluribus filiabus hęredibus suis sibi succedētibus; an spectabit ad ipsas filias facere pacē, & uidetē dicēdū ꝙ nō, sed ad masculos tantū ad quos spectat facere in dictā, & nō ad fœminas per gl. in c. 1. §. hoc aūt ad finē qui feud. dar. poss. & per Bal. ibi dicentem quòd illa glo. facit ad statuta loquentia de pace facienda ab hæredibus defuncti: & quòd illa glo. procedit secūdum ius longobardum, secundum quod fœmina nō potest remittere faidiam, & iniuriam ut in l. 1. in long. de iniur. li. 1. & benè Bal. innuit ibi ꝙ illa gl. non est uera de iure cōi Romanorū; & est unus de casibus diuersitatum iuris Romani, & longobardi ut aliàs dixi in quodā tractatu cōtrarietatum iuris Roman. & longobar. Bal. in l. Titia §. Lutius ff. de leg. 2. & singularem reputant & tenent Ang. Imo. Raph. Cuma. & Paul. de Cast. in l. 4. §. Cato ff. de uerb. obli. & in l. Si filius qui patri, & ibi per Franc. de Aret. ff. de vulg. & pup. & in l. pro hærede §. fin. ff. de acquir. hæred. & Consuluit ēt Ang. non spectare ad filius facere pacem pro morte patris defun-

cti

ćt in consl. 22.ét si non extarent masculi, cum ad ipsas non spectat facere uindictam, sanguinis,& p Bal.in l.pro hærede §.papi ff.de acqré. hæred. vbi dicit quòd satis est quòd habeatur pax à masculis hæredibus licèt fœmina contra dicat: quia fœmina non leuat feudum ut not. glo.in titu.qui feuda §.penul.& in titu.An mu tus §.1.& p Ang.ibi, Contrariũ tenet Roman. in l.1.§.potissimè ff.ad senat.consul. Syllan. p tex.ibi,& l.j.ff.de his qui se defterũt,& p Ang. ibi,& Bal.in l.Dominus ff.de in ius uocan. Te neas tamen tu contra dictã glosam in casu præ misso,quia illa procedit secundũ ius longobar dũ,& nõ secundũ ius Romanũ; & in loco serna retur ubi seruatur ius Lõgobardũ, uel ubi esset statutũ, uel cõsuetudo ꝙ fœmina possit facere pacẽ.Sed ꝙ tãtũm ad masculos pertineret,& uẽ dicaret sibi locũ in loco ubi ius longobardum seruatur,& non in loco ubi ius Romanũ locũ habet & seruatur per not.p Ias.in l.Cum filius fa.ff.de leg.1.& per Rom.in l.j.§. potuisse per illũ tex.ff.ad senat.Cõsul.Syll.& in l.4.§.Cato, & p Alex.ibi ff.de uerb. obl. Et ita intellige le gẽ si filius qui patri ff.de uul.& pup.& l.pro hæ rede ff.de acq.hær. Dicebat Bal. in l. si filius ꝗ patri in fin.de uulg.& pup. pacẽ posse fieri etiã p filiũ nõ hæredẽ occisi,stãte statuto ꝙ pax habeat ab hæredibus: & similiter ibidẽ tenẽt Bar. Ang.& Imol.cũ sequacibus.Et dicit Specul.in tit.de præpar. iud.in fine, pacẽ fieri posse ẽt ab eo qui iurauit non facere pacem non obstante

172 iuramento, & tenet fauore pacis. ¶Magnates quidam Capita partium secum trahentes ami cos,& cõsanguineos multos, & sequaces suos: qui bello, & in rixis cum ipsis interfuerunt, an omnes interuenire debeãt in compositione pa cis. Dic quòd sic, & si nõ interuenerint ipsi per sonaliter tenebuntur, si nõ per se personaliter, per procuratores saltem suos interuenire habẽ tes ad hoc ab illis speciale mandatum l. Mandato ff.de procur.cap. Per tuas extra de arbitr. & per Reueren.Gugliel. Durantem in titu.de treug.& pac.in uersl.hoc quoq; ipsam pacem.

173 ¶Et licèt capita, & Magnates huiusmodi pro se,& ipsis promiserint,& iurauerint pro illis se agere, & curare quòd ratificabunt pacem; & si non ratificabunt ob hoc illi qui non interfue runt paci non incident in pœnam, neq; in periurium aliquod; nec accusari poterint de pœna uiolatæ pacis cum obligati non fuerunt.Nemo.n.obligatur nisi per se, uel per aliũ de suo mandato l.Inter stipulãtem ff.de uerb. oblig. Neq; Magnates,& seu Capotales partium stan te dicta promissione incident in periuriũ, aut pœnam si operam dederunt in eo quòd facere potuerunt ut illi ratificent pacem per alios ob seruandam cap. Ex rescripto in fin. de iur. iuran.& cap.ult.xxxi.quæst.3. argum.l.Cum fer

uus ff.de uerb.oblig.& cap.Sicut, & cap. Ex li teris de sponsa.& per Luc.de Pen.in titu. ut pu

174 bl.læti.co.xiii.li.xii.¶Oẽs aũt decimo octa no anno usq; ad septuaginta regulariter tenen tur seruare pacem secundum const tutiones feudorum Domini Frederici primi Imperato ris de pac.iuram.firman.& de pac.tenen. & ex tra de pac.& treug.in 6.eod.titu. & de pac.Cõ stan. In quibus iuribus pœna imponitur uiola toribus pacis, & impedientibus illam fieri; & præter mortem naturalem bona publicentur, & domus destruentur uiolatorum pacis. Et an tiquitus ad hoc militia fuit inducta pro pace publica inuenienda, & tuenda iustitia. Adde quæ infra dicam num. 182. & reuideas quæ su

175 pra dixi num.38.42.43.44.45. ¶In Regno pax uera,sincera,pura,& tranquilla est, ubi nul lus de iudicis iniquitate formidatur, & sapien tes urbis Sabbæ responderunt Alexandro Ma gno illos interroganti, si unus qui haberet ma gnum Imperium, qualiter posset magnam be neuolentiam acquirere à subditis uidelicèt si formidatus non fuisset? beati sunt pacifici quia filii Dei uocabuntur cap. Noli xxiij. quæst.1.

176 ¶Inæstimabiles sunt pacis fructus,siue diuinæ & æthernæ, siue temporalis & mundanæ: nam per spiritum charitatis & pacis omnis tol litur occasio scandalorum, & superbiæ,& per uenitur ad æthernam gloriam cap. licet xiv.di stin.& quæ parua sunt augentur beneficio pacis,& per discordiam quæ magna sunt destruũ tur Imperia, idem attestante Crispo Salustio Romanæ historiæ scriptore: & longum quidẽ foret enarare optima, & præclara pacis benefi tia:nam per pacem omnes delentur iniuriæ & ĩ amore,& charitate niuitur,& ita fieri sincere debet,exẽplo domini nostri IESV CHRI STI, qui pepercit crucifigentibus ipsum, & pro illis orauit; & peccatoribus pœnitentibus pro peccatis confessis parcit Deus,& illis de let peccata,& de ipsis peccatis semel confessis Deo, & sacerdoti ore proprio ulterius non recordatur,sed illa reminiscitur, & in ultione ue nire plus non patitur peracta de ipsis pœniten tia:nam deletum crimen ulterius appellari nõ debet crimen cap.Si illic xxii.quæst. 4. & cap.

177 Quid durũ 33.quæst. 1. ¶Remissio simplex iniuriarũ quæ sit,& qualiter fiat; & an fieri pos sit transactio super criminibus habetur latè per Luc. de Pen. in titu. ut publ. lætit. C. lib. 12. col. 15. facta pace cũ uno Principe facta ĩtelli gitur etiã pro Cõsiliariis suis not.Bal.i marg.

178 sua in uerbo liberatio. ¶In omnibus regula riter est attẽdẽdũ ut generaliter conuẽtiones, & pacta seruentur quæ attẽdenda sunt in quan tùm cernãt priuatã utilitatem ut ff. de pact.per totũ,secus si tenderẽt ad publicũ præiuditium: quia publica utilitas præfertur priuatæ l.utili-

tas C de priuileg·lib·xi·cap·Licet de iur·iuran.
cap· Eum qui §. In popularibus, & l. Iuris
gentium ff.de pact. in §.si paciscar; & ibi sunt
glosæ quæ procedunt nisi paciscens, aut transi
gens qui poterat dupplici uia experiri ius suũ
remisit unam tantùm ex dictis uiis seu reme-
diis;& sic intelligitur tex.in l. 3. §. si his ff. de
179 sepulcr.uiol.aliàs secus. ¶In dubio antẽ præ-
sumitur quis simpliciter remittẽs,& renuntiás
omni iuri suo renuntiare sibi competenti; &
qui facit pactum de iniuriis sibi illatis, intelli-
gitur facere pacem, & concordiam glo. est in
l.j.in §.1·uerbo pactũ ff.de pact. Et ob hoc sa-
tisfactum foret statuto requirenti pacem, &
concordiam ut bannitus rebanniatur, uel ac-
180 cusatus non puniatur. ¶Quid si dixerit statutũ
pacem fieri percussori an dicto stante statuto
possit fieri mandatori criminis. Dic quòd sic
secundum Bal.in l.Transigere ad fin.C.de tran
sact.& l.Si seruum in §.prætor ff· de acquiren-
181 da hæreditate. ¶Quæro de casu, Si offensæ re-
missio possit propter ingratitudinem reuocari
Lucas de Pœna tenet quòd non C.ut publ. læ-
titi. lib. 12. columna 17. quoniam accusatio
primò competens per pactum,& renuntiatio-
nem fuit sublata ipso iure, ita quòd per contra
rium pactum non posset resuscitari l.si unus §.
si pactum ff.de pact.& quòd per renũtiationẽ,
uel pactionem expressam fieri, non potest mi-
nus per ingratitudinem quæ pacti, & conuen-
tionis tacitæ instar habet & sequitur effectum
l.2.C.solut.matrim.et l.Eum qui certarum ff.
de uerb.signif.Sic est in actione furti l.si dona-
tionis C.de donatio·1· Non obstante ultim·
C·de reuocan. donat. & l. 3. C. de Episcopis
audien.cum aliis ibi tribus legibus simil. quæ
uidentur tenere cõtrarium in hoc casu. ¶Quæ
182 ritur de minore qui expressè remisit aut tacitè
accusationem, an possit petere restitutionem
in integrum contra eam. Nam dictat Euange
lium si dimiseritis peccata eorum, dimittet &
nobis Pater uester peccata,& delicta uestra;&
e contra cap.Qui emendat cum sequent.c.45.
distin. quod intelligitur in rancore, uel quòd
tangatur ex remissione uindictæ, sin'autẽ pro-
pter aliquod interesse pecuniarum minoris ꝙ
posset consequi ex persecutione iniuriarum;
tunc posset peti restitutio,& puto eam concedi
debere l.1.& 2.C.si aduersus trans.& per And.
de Iser.in Consti.Feder. Imper. Obscuritatem
Incipiente de restit. minor. & per Luc.de Pen.
in 12.col.C.ut publ.lætit.lib.12.Subdo si pax
fieri posit a minore, & sibi datur restitutio ad
uersus pacem factã per ipsum;& tenet Dyn.mi
norem posse facere pacem, nec sibi dari restitu
tionem in integrum ff.ad Senat. Consul.Sylla.
in apostill.& Paul.de Cast.in cons.191.ubi po
nit an pax facta per minorem possit rumpi per
183 eũ factum maiorem. ¶Quæro de casu, tacitẽ
tes seu reformantes pacem promittunt sibi ad
inuicem data dextera, & osculo pacis interue-
niente, & per ipsos iurato se non offendere ad
inuicem; contingit post quòd unus eorum of-
fenditur ab extraneo altero præsente & impedi
ri ualente,& non prohibente, imò permitten-
te: utrum intelligatur ex hoc pacem uiolasse,&
uidetur quòd non l. j. §. sed in eo ff. ad Senat.
Consul.Syllani. cum simil.& cap.culpa,& per
Dyn.ibi de reg.iur. in 6. Contrarium tacit C.
de Episco.& Cler.l.Ad declinandam ubi paria
sunt legem uiolare, uel permittere quòd uio
letur l.una. C. de curs.publ.Concludit Luc.de
Pen.in x.col.C.ut publi.lætit.in hac quæstio-
ne fore distinguendum attenta personarũ qua
litate si est solitus ab huiusmodi offensis & uio
lentiis eripere; & hoc non fecit quòd præsuma
tur in hoc nequitia, & odium manifestum; &
uidebitur tunc uiolasse pacem propter iuramẽ
tum dexteram datam, & osculum quæ præsti-
terit l.Si in lege §.penul.ff. loca. Sin'autem fue
rit homo pusillanimus quòd inhabilis ac debi
lis, & insolitus iurare huiusmodi offensor, &
tunc non præsumitur uiolasse pacem in du-
bio uidebitur in culpa si non defendit, cum fe-
cerit contra legem naturæ quæ est iuuare pa-
184 rẽ. ¶Quædam etiam superius dixi quòd si
unus fregerit pacem prouocatus, & nescitur
quis primus fuerit,& nullus prædictorum repe
ritur qui teneatur ad pœnam fractæ pacis. Dic
nullum teneri cap.1.uers.sed quæro, de treug.
& pac.allegat Bar.in l.Cum pater ff. de leg. 2.
& per Ant.de Butr.in cap.Constitutus de pœn.
& per Bar.in l.j.§.Cum arietes iuncta glo.ff.si
quadr.pauper.fecisss.dicat.& l.Scientiam §.Iu-
stam ff.ad legem aquiliam. dicit text.in l. si hi
qui inuicem ff. de donatio. caus. mor· quòd si
duo qui donauerant sibi ad inuicem causa mor
tis moriantur, & nescitur quis eorum præ-
decesserit non debetur donatio hæredibus no-
tat Barr. in l.si seruum § sequitur ff.de uerbo.
oblig. & Alex. ibi dicens hoc communiter te-
neri,& per Bal.in l.vim ui ff.de iustit.& iure &
in l.j.C.unde ui, & per Angel. in disputatione
Renouata guerra,& per Ioan.de Anan.in cap.
significasti.de homi. ubi pariter firmant, quòd
si inter duos factus fuerit insultus reciprocus,
& non appareat quis fuerit primus, nullus
quantùm ad interesse partis punitur; pro inte-
resse tamen fisci non sit copensatio doli cum
dolo;& not.Fely. in cap.j· de treug. & pac·di-
cens fore cogitandum quòd si unus ex insul
tantibus est robustior & audatior altero præsu
metur illum incepisse per not· per Florian.
de S·Pet· in l. j· §· Cũ arietes ff. si quad·pauper.
fecis.dicat·ita limitando illum tex. pro quo fa-
cit lex qui duos in §· si maritus ff. de reb· dub.
concordan·

concordan. quas decidit, ponens quòd inter duos geminos robustior præsumitur primò natus hoc tamen nô affirmat, neq; ego affirmo; quoniam in dubio in pœnalibus promptiores esse debemus ad absoluendum quàm ad condemnandum: quia ubi agitur de pœna criminali saltem capitali, probationes esse debent luce meridiana clariores & liquidissimæ l. Sciant C. de probat. & l. Qui sententiam C. de pœn. vnde ex præsumptionibus non est quis damnãdus si probatio est dubia, sed magis absoluendus l. Absentem ff. de pęn. habetur per Alex. in cons. 15. incipiente viso processu in prima par

185 te. ¶ Quæro de Aduocato qui fuit tibi inimicus pro aliqua iniuria & offensa, & tecũ habet pacem firmatam osculo, & iuramento; an possit contra te aduocare absq; eo quòd nô incurrat in pœnam fractæ pacis, uel dicatur rupisse pacẽ si contra te aduocauerit in causis magnis ciuilibus, aut criminalibus. Respondeo sanum fore cõsilium, dictum aduocatum se abstinere ab huiusmodi aduocatione: quia hinc inde sũt opiniones & quòd fregerit pacem si aduocauerit contra te dictus aduocatus, est glo. in c. De

186 forma 22. q. 5. ¶ Quidam tenent aduocatũ uassallum perdere feudum aduocando contra dominum feudi habetur per Luc. de Pen. in l. Milites C. de re mili. & in l. j. col. 2 t. uers. 19. quæ ritur C. ut publ. lætit. lib. 12. Nec dicitur serua re uinculum Sãcti Spiritus in uinculo pacis c. fi. 7. q. ulti. cap. ulti. extra de postul. cap. Quod olim de iud. vbi habetur quòd ille qui dat consilium inimico meo efficitur inimicus meus.

187 ¶ In contrarium uidetur quòd aduocatus tenetur inuitus ratione sui officii publici dare consilia l. Sancimus, & l. Aduocati. C. de aduoc. di uers. iuditio. & l. Prouidendum C. de postul. & l. 2. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. cum simil. Nã immunem ab omni pœna reddit illum necessitas offitii l. 2. & ibi per Luc. de Pen. C. de dela

188 tor. lib. 11. ¶ Tenetq; Andr. de Isernia in titu. de for. fidel. in lib. feudorum, uassallum aduocatum non prohiberi postulare, & seu aduocare contra dominum feudi, nec dominum cõtra uassallum. Tu dic concluesiuè, aut cõstat quòd ex necessitate offitii postulauerit, consuluerit, aut aduocauerit & tunc excusatur l. Post legatum ff. de his quib. ut indig. aut ex odio & dolo malo id fecerit, uel postulauerit, consuluerit, aut aduocauerit contra illum, & tunc intel

189 ligitur uiolasse pacem. ¶ Aut est dubiũ & tunc non præsumitur quòd illud fecerit ex odio cũ non praesumatur quòd quis sit immemor æthernæ salutis l. Sãcimus C. ad leg. Iul. repetũ. Et hæc uera sũt nisi aduocatus ipse dedita opera sub prætextu necessitatis offitii patrocinium susceperit ut dicta l. Post legatũ §. his qui ff. de his quib. ut indig. & in l. Et qui data ff. ex quib.

190 caus. maior. &c. ¶ Et posset prædicta etiã adaptari in testibus qui habuerunt pacem cum aliquo, & fuerunt testificati cõtra ipsum ut supra dictum est in causis criminalibus, aut ciuilibus magnis qui criminalibus assimiliãtur. An ob hoc dicãtur fregisse pacem, & uidetur quòd sic cap. Meminimus extra de accusa. uel fuit necessitate astrictus per cap. 1. & totum tit. de testib. cogen. & tunc non dicetur rupisse pacem; aut ex odio, aut sponte testificatus fuerit, seu dedita opera deposuerit, & tunc pacem fregerunt ex præallegatis & puniri possunt de pœna fractæ pacis. Ad prædicta facit Alex. in cons. 19. pri. uol. ubi dicit si est Idoneus testis ille qui habet

191 pacem cũ eo. ¶ Et quia regulariter inimici repelluntur à testimonio, & idonei testes non sunt, nec admitti debent ad testificandum contra inimicos suos, nec illis aliqua fides est adhibẽda iuribus vulgaribus, An omnis inimicus stante dicta regula repellatur à testificatu. Dic hoc esse relinquendũ iudicis arbitrio an sit credẽdum uel non, & tale arbitrium Iudicis debet regulari secundum iura l. 1. §. quæstioni ff. de quæstion. c. Cum oporteat extra de accusat. ca. In literis de testib. & in cap. Per tuas extra de testimon. & in cap. In summa, & in cap. Accusato

162 res 3. q. 5. ¶ Quæro si pax uioletur per illũ qui promisit seruare illam, & non contrauenire sub pęna mille aureorum; & pacta, & legem conuentionis posteà non seruauit, & in instrumento pacis non reperitur cui dicta pœna ueniat applicanda. Dic tu breuiter tacitè uideri actum inter partes pœnam applicari parti obseruanti l. Si quis maior in uersicu. mox quomodo imputabuntur eis qui intemerata pacto rum iura seruauerit C. de transact. Et sic illi obseruanti pacta applicari pœnã ex tacita conuentione partium, Igitur non applicabitur fisco cum inclusio unius sit exclusio alterius l. Cum prætor ff. de iudi. & l. Maritus C. de procurat. & ita Bar. & alii sumant illum tex. l. Qui fidem ff. de transac. & l. Arbiter ff. de arb. & l. j. per Bartol. ibi ff. de iur. fisci.

193 ¶ Et sic pœnæ conuentionales non debẽt applicari fisco nisi actum sit & stipulatum pro fisco in contractu per partes, aut per Notarium ita stipulantem pro fisco capi. Literas de præsumpt. & per Bald. in dicta l. Arbiter certo die ff. de arbit. & per Bal. & gloss. in l. Rescriptum §. si pacto ff. de pact. & per eundem in l. j. ff. de his qui pœnæ nomine, & in l. Vxorem §. Agri plaga ff. de leg. 3. & per decisiones Bar. in l. 2.

194 ff. ad Trebell. ¶ Vbi loquitur de statuto prohibente fœminas succedere, & intelligi id masculis applicari, & non fisco; & per Bald. in l. Maximum uitium C. de liberis præter. & capitulo Si hæredes, & capitulo Nos quidem ex

195 tra de testam. ¶ Et pœnæ possunt licitè peti

quando ſapiunt intereſſe,& non ſapiunt uſurariam prauitatē l.Iulianus §. idem Papinianus ff.de action, emp. & l. Cum alleges & ibi per doctor. C. de uſur.& l.ſtipulatio iſta §. Altera ff.de uerb.oblig.& glo.in cap.illo uos ff.de pignor.& l.Pœna ff.de uſur. & p Archid.in cap. Cum deuotiſſimam xij.queſt.ij.& per D.Ant. de Butr. & Abb.in rubr.de Iud.Et ſic eſt tenen
196 dum parti , & non fiſco applicari pœnam in caſu quòd pœna non ſit pro fiſco ſtipulata ut ſupra. ¶Ad Epiſcopos ſpectat facere ut Pax inuiolata ſeruetur gladio ſuo ſpirituali; & ad Principes,& iudices ſeculares ſuo ſeculari gladio : quia ex ea multa infinita bona prouenīūt ut in titu.de pac. Conſtan. & glo.ibi,& in hauthen. Quomodo oportet Epiſcopi in §.1.& in titu. de pac.tenē.§.ſi clericus, & in titu. de pac.
197 iuram.firman. ubi per Principes Eccleſiæ,& ſeculi puniuntur uiolatores pacis;& in cap.1. de treug.& pace.¶ Quædam ſuperius dixi ſi pax rupta fuerit facta inter duos, & cōſtiterit de fractore ; & tunc primus agere non poteſt contra ſecundum , ſed ſecundus contra primum pro pœna pacis fractæ quoniam primus illam fregit l. Cū pater ff.de leg. ij. & l. Quæro §. Inter locatorē ff loc.& glo.in cap.Dilecti de arbitr. Nam ſecūdus qui primum fractorem offendit nō tenebatur ſeruare pacem primo , ex quo primus illi non ſeruauit eandem : quoniam promittēs pœnam, uel quid aliud intelligitur promittere in quantùm alius ſeruat quod promiſit. Vnde ſi ille non ſeruat promiſſum non tenetur iſte ad obſeruantiam cap.Peruenit il ſecundo de iur. iuran. & cap. Fruſtra de reg.iur. in 6.ſed primus incidit in pœnam uiolando pacē, ſeu treuguā; Igitur ſecundus non tenetur tenet Abb. in cap. Quemadmodum de iur.iuran. & in cap.Bonæ memoriæ de electione; & Bal. in cap.ſicut il terzo extra de iur.iuran.tenet Ioā. And.& Specul.ſuper rubr.de treug.& pac.Bal. Iacob.de Aren.Imol.Alex Roman.& Paul.de Caſt.ī l. ſemel mora ff.ſolut.matri. & licèt ſecūdus non puniatur rupta quia illam ruptam à primo ruptore reperit,punietur tamen de of-
198 fenſa illata l.vulneratus ff.ad leg.Aquil.
¶Quæritur de quæſtione dietim occurrenti , Regula eſt quòd dolus cum dolo compenſatur l.j.& ult.ff.de iniur.Quid ſi duo ad inuicem ſe uulnerarunt an fiſcus compenſabit dolum cū dolo. Dic quòd non,ſed utrunque puniet, etiā ſi remiſſio fuiſſet facta inter ipſos delinquentes per pacem, & mutuam compenſationem , uel per pactum & conuentionem quia dicta remiſſio non habet ob eſſe iuribus fiſci l.ſi paciſcar ff.de pac.& per Bar.in l.1.ff.de iniu.& per Bal.in l.ſi creditoribus C.de māc.pig.dato manum.& per Ange.in l.Qui cætu §.Naſcentē ff.
199 ad leg.Iul.de ui publi . ¶Quæro ſi uxori detur actio,& ſeu accuſatio de iiuria facta uiro. Dic ꝙ non l.1.§.idem ait ff.de iniur.Et ſic non ſuffi ceret habere pacem ab uxore,quod limito, niſi uxor eſſet accuſatrix de morte uiri ſui, tenet & Bald.in l.2. C.qui accuſ. non poſſ. & Paris de Put.in in tract.ſui ſind.in uerb.ult.quoniam uideretur dicēdum in caſu præmiſſo quòd ſi alii non extarent conſanguinei mariti defuncti, ꝙ eo caſu poſſet uxor facere pacem de morte uiri ſui,& hoc procederet ī omni alia iniuria facta uiro,& uxor ſupereſſet uiro mortuo , & ei ut hæres & ſucceſſor ſuccederet uniuerſalis , aliis non exiſtentibus coniunctis l. 1. C. unde uir,&
200 uxor. ¶Quæro de patre ſi pōt remittere iniuriā factā filio tenet Bart. quòd ſic in l. Patri ff. de iniur. & inſtitu. de iniur. §.Pater,& in l.led ſi unius ff.de iniu.& in l.Lutius ff.ſol.matr. & in l.Pater ff.de minor.Et ſic filius ulterius non accuſabit,quod limitatur , niſi iniuria eſſet facta à perſona coniuncta per not.in l. Lutius.ff.ſol. matri.& in l.Papinianus ff.de offitioſ. teſta. & per Imol.& Ludo.de vrbe in d.l.Lutius, & per Bar.in l.perſonam de pœn.& per Inn.in c. Nō dubium de ſenten.excomun. Dicebat Bar.in l. Labeonem §.filio ff.de iniur.quòd quando pater eſt vilis perſona nō poteſt remittere iniuriā factam filio,& ſi pater remitteret iniuriā factā filio pro uili re,uel pro modico cōponeret illū qui iniuriauit filium,remiſſio talis non ualebit;& ibi ēt tetigit Bar. de filio mancipato, de quo ēt habetur per Bald.in l.ex facto §. ſi quis
201 rogatus ff.ad Sena.cōſu.Treb.¶Treugua,& Pax eſt ſemper ſeruanda uinculo roborata iuramenti:quoniā Deus fauet,& eſt in auxilio obſeruantibus illas. Legitur Tyſaphernem Ducē Regis Perſarū promiſiſſe ſub iuramento quòd rex Aſiæ faciet treugam per tres menſes cū Rege Agiſlao qui illi fidem ſeruauit non ſuo obſtante mendatio & periurio : & nullus in poſterum Græcorum, & barbarorum dedit fidē Tyſapherno ob periurium ſuum:& cū fuiſſet Thyſaphernes nouo congregato exercitu magno eleuatus ſuperbia , & nuntiaſſet Regi Agiſlao quòd ciuitates quas græci tenebant dimittere uellet,& quòd illicō diſcederet ex Aſia nuntiā do ſibi bellū;& Rex Agiſlaus reſpondit Thyſapherno per oratores , quòd ſibi dolebat Thyſapherne fuiſſe mendacem,& periurū:& proptereà Deos ſibi hoſtes & iratos feciſſe,& ꝙ gaudebat illos græcis propitios reddidiſſe, & pluribus cōmiſſis pugnis per Thyſaphernem cōtra Regem Agiſlaū , uictus Thyſapernes permāſit & ſuperatus ab Agiſlao uirtute ſua:& demum Thyſaphernes fuit iuſſu Regis Aſiæ,& Perſarū decapitatus manu Tritrauſtæ ſui Ducis : quia Deos ſibi hoſtes fecerat ob mendatium,& periurium ſuum , ob treuguam , ac fidem ruptam Regi Agiſlao : & nē Regis Aſiæ , & Perſiæ

gerenda ulterius procederent in sinistrum ob tantum facinus Thysaphernis, qui hostes sibi
202 Deos prouocauerat. ¶ Et dum uota fierent in vrbe pro uictoria habita per Cæsarem contra Hypatios, & Tenteritos Germaniæ nationum qui inuaserant Galliam, Cato inquit illus fuisse ruptas inducias a Cæsare, & propterea Cæsarem dari in arbitrium hostium, ut perfidiam illam purgaret propriam; & ut contra Cæsarem blasphemiæ uterentur qui causa fuit, quod nõ placuit populo, & per quindecim dies factæ fuerunt in vrbe errogationes uotiuæ pro tali
203 uictoria. ¶ Quæro quid operatur clausula apposita in instrumento pacis rato manente pacto. Dic operari quòd unus potest petere pœnam ruptæ pacis, & uenire contra pacem secũdum Card. Zabarel. in cap. Potuit de locato: & clausula prædicta æquiperatur iuramento ut dicit Bar. in l. si quis maior in secun. & ult. col. C. de transact. & per Alex. de Imol. in l. Ita stipulatus In fin. ff. de uerb. oblig. Adde hic illa quæ diximus supra num. 70. incipiente, quæro iterum cum sequenti in lib. de clauibus porta-
204 rum in ult. quæstione. ¶ Et in quantum scripsit Liuius Patauinus, nullam inueniri fœderis memoriam ante Romanos, & Latinos qui inierunt fędus inter se; in libro tamen sexto naturalis historiæ notat Plinius Theseum ante Romanos fœdera inuenisse quæ prosunt in re militari; & populis bonis pacem magis quàm bellũ per optantibus, iuxta illud Poetæ,

Sed uotis, precibusq́, iubent exposcere pacem,
& alibi.
Pacemq́, peractas exquirunt:

quoniam in ea proficiunt, & utilitas gentiũ custodiuntur, & multiplicantur homines, & facultates in pace quę est decor, & mater bonarum artium; mores extollens & uirtutem: & tam bona est quòd nihil ea melius, gratiusue, & desiderabilius rationalibus mortalibus terrenis inueniri potest. ¶ Et fuit repertum bellũ ut pax
205 quæratur, & in ea uiuamus; & non e' contra reperta fuit pax ut bellum fiat, sed ut bellum ex-
206 tinguatur secuta pace ut aliàs dixi. ¶ Quero de pluribus uassallis habentibus feudum diuisibile ex forma Inuestituræ, an unus uassallus possit prouocare alios ad diuisionem. Dic quòd non, nisi tale pactum esset in inuestitura, quòd unus possit illos prouocare ad diuisionem, sed iure feudorũ si feudum est diuisibile debent se omnes concordare, & uenire concorditer ad diuisionem l. Imperialẽ §. Præterea de prohib. alien. feud. per Feder. & per Doctor. ibi, aliàs non ualeret diuisio sine omnium consensu.
207 ¶ Quæro de quæstione quam ponit D. Paris de Puteo in solemni tractatu suo sindicatus, ui delicet de uulnerato qui in mortis articulo cõstitutus remisit, & pepercit uulneranti in foro pęnitentiali; an ista remissio sit adeò ualida & sufficiens quòd possit uulnerans per curiã cõponi, uel mitius puniri, uel pęnam minui ita quòd non puniatur corporaliter habita pace ab offenso & remissione iuxta prouisiones ciuitatum, & capitula Regni Neapolis. Dic quòd non, quia per istam remissionem in foro pęnitentiali non dicitur remissa iniuria, neq; delictum, sed solum rancorem & animi maleuolẽtiam, & odium quod habebat offensus contra offendẽtem habetur per Bar. & Alex. de Imol. & Paul. de Cast. in l. si tibi ff. de pact. & l. Non solum §. Iniuriarum ff. de iniur. & per Alex. in l. j. de pact. vbi dicitur quòd remittens iniuriã in foro pęnitentiali non prohibetur petere iniuriam & damnum sibi datum, & rem ablatam habetur per Ang. de Aret. in lib. malefic. in uerbo in termino defensionis. Et si infirmus remiserit iniuriam in testamento, uel in confessione & conualescat, an possit agere actione iniuriarum, tenent Canonistæ quòd non in cap. Veniens de accusat. Tu dic secundum Bal. in §. Iniuria in titu. de pac. iura. firman. quòd si plena est facta remissio non potest amplius agere, quia per præsbiterum ut per personam publicam potest acquirere absenti cap. Parochianos de sepultur. l. j. §. Publicum ff. de iusti. & iur. Vbi autem est remissus rancor, uel est dubium de tali remissione, & agere potest: quoniã non est præsumendum quòd quis donet existimationem iniuriæ sibi factæ, sed maleuolentiam animi: Timorati autem Dei perfecti uiri contendentes pectora sua dimittunt iniuriam iuxta illud, Dimitte nobis debita nostra, sicut &
208 nos dimittibus debitoribus nostris. ¶ Et si quis coram Præsbitero in extremis laborans remiserit iniuriam, & iurauerit; eo conualescente poterit agere actione iniuriarum habetur per Ioan. And. in addir. ad specul. in §. Nunc aliqua in titu. de instrumen. edit. Quod secus foret si esset remissa actio iniuriarum l. In ipsius ff. fami. hæreiscun. l. Diuus ff. ad Senat. consul. Syllan. quòd ista remissio facta sacerdoti in mortis articulo ualet in foro fori, & poli; Cyn. tamẽ in dicta l. Diuus in §. fin. tenet ualere quã tùm ad rancorem, & idem tenet Innoc. in cap. Iniuria de iniur. & dicit Bal. in dicto §. fin. q si quis dixerit sacerdoti, remitto odium quòd iniuria sit remissa, Gugliel. de Cuneo tenet cõtrarium, quòd remittendo odium non uidetur remittere iniuriam l. si domũ ff. de seruit. urb. præd. & non petenti inimico non tenetur quis remittere iniuriam, nec ostendere sibi signa amicitiæ secundum Ang. in dicto §. fin. & in dicta l. Si tibi ff. de pact. Ad prædicta faciunt not. per Canonistas in cap. 2. de homic. in 6. Dicebat Bal. in l. 2. C. de liber. & cor. liber. per dictam

ctam l. Diuus ff. ad sen. conf. Syllan. Pacem nō ualere factam à mortiferè uulnerato moriente, & quòd in foro pœnitentiali potest fieri pax inter absentes argum. §. fin. Institu. de iniur. sed non plenaria pax solutionis, nisi interuenisset
209 præsentia & nox organizata. ¶ Quid si testator in suo testamento dixerit ego facio pacem om nibus inimicis meis, & eos libero & absoluō ab omni iniuria mihi facta, in l. j. C. communia de leg. ista uerba operari benefitium statuti loquētis de habēda pace ab offenso, & quòd hæres cogitur stare remissioni prædictæ & ser uare pacem argum. l. si ego §. pri. ff. de iur. doti. quoniam est sublata hæredi actio ad uindictam per dictum tex. & omnes actiones pecuniariæ; non tamen est sublata pœna fisci l. Transigere C. de transact. habetur per Parid. de Put. in tractatu sindic. in uerbo compositio §. ult. & in uerbo tortura §. Mandauit Rex; & Alex. & reliqui scribentes in l. 4. §. Cato ff. de uerb. oblig. & in l. Transigere C. de transact. & per Luc. de
210 Pen. in l. quidquid C. publ. lætit. ¶ Et per osculum pacis datum in ecclesia non uidetur remissus rācor firmat Bal. in cap. 1. quib. mod. feud. amitt. & per Canonistas in cap. Olim. de iur.
211 iuran. in 6. ¶ Occurit pacem, & remissionem pro omnibus iniuriis, & occisionibus, & crimi nibus fieri per hæredes, & partes; an per dictam remissionem intelligatur remissa pęna corporalis, & pecuniaria fisco quæsita, & supra de hac quæstione etiam tetigi in uariis locis. Dic quòd non: quoniam per pacem, & pactum priuatorum nō potuit tolli ius fisco quęsitū, neq; iniuria facta reipublicæ ob delicta commissa quin puniantur per curiam super inde pro facienda iustitia deputatam l. Ius publicum, & l. Iuris gentium §. si paciscar ff. de pact. Nam interest Reipublicę nè delicta, remaneant impunita l. Item uulneratus ff. ad leg. aquil. l. Qui cętus ff. ad leg. Iul. de ui publ. cap. 1. de colusioni l. Licitatio §. quod illicitè ff. de publ. Fallit si statutum, uel consuetudo foret in ciuitate, & sen loco disponens quòd per pacem tolleretur omne ius quæsitum fisco tam pro pœna pecuniaria, quàm corporali, & ultimi supplitii: & talis prouisio, seu consuetudo seruaretur l. Cōstitutionibus ff. ad municipal. l. Diuus ff. ad sen Consul. Syllani. l. Non aliter ff. de leg. 2. & idē tenet Guido de Suzaria, & Bonifatius de Mantua in lib. suo malefit. in titu. de pac. per l. Rescripto ff. de muner. & bonor. in §. si quis accu satorem non habeas. Et est communis omniū sententia à qua in iudicādo, & cōsulendo non
212 est recedendum. ¶ Dicto circumducto statuto Quæro si quis habuerit pacem ab offenso uulnerato, an potuerit per alium accusari de eodē delicto, dicebat Guglielmus de Cuneo quòd non potuerat; quia si parti actio, non compete bat, neq; fisco competebat: quia per pacem erat præclusa uia omnibus aliis accusandi l. cū qui §. In popularibus ff. de iur. iuran. & l. Sepulchrū ff. de sepulcro uiol. & l. si cui §. hisdem ff. de ac cusatio. Dic contrarium esse uerius ut firmat Bonifatius de Mantua in lib. suo malefic. in titu. de pac. per dictam l. qui cętu ad leg. Iul. de ui publ. & per l. si maritus ff. de adulter. in §. si negauerit, & per dictam l. Ius publicum, & l. Iuris gentium in §. paciscar ff. de pactis.
213 ¶ Quæro de offenso an cogi potest ad fideiu bendum offendenti qui soluit pœnam per ipsū incursam curiæ pro offensa facta habetur titu. de accusat. extra, & per Doctor. ibi, & Dic teneri l. Denuntiamus C. de his qui ad ecclesi. cō fugi. & l. Cum usufructu C. cōmuni diuidun. Cum Iudices habent curare ut pacata perma neant ciuitates l. Aequissimum ff. de usufruc.
214 & l. Congruit ff. de offit. Præs. ¶ Quæro de casu, Sempronius uulnerauit lætaliter Antoniū qui asseruit examinatus à quo fuit uulneratus, & dixit se non fuisse uulneratum à Sempronio sed ab alio, an Iudex potuerit inquirere per cu riam contra Sempronium, quidam dicebant quòd non propter exculpationem uulnerati Dic opinionem prædictorum esse ueram quā tùm ad iniuriam uulnerati, & plus dicit Bal. in l. j. in ult. col. uers. pone Testator C. communia de leg. & Alex. in cons. xxiiij. secun. uol. quòd talis exculpatio excusat exculpatum indiitiatū à tortura; limitatu posse inquiri per curiam contra Sempronium exculpatum pro iniuria publica facta curiæ, quæ non habet permittere quòd delicta maneant impunita l. ita uulneratus in fine ff. ad leg. Aquil. & l. si quis ingrati §. j. ff. ad SE. cōsul. Syll. & l. licitatio §. quòd illicitè ff. de publ. cap. ut famæ de senten. excomunic. Limita etiam non procedere dictam exculpationem quando liquidè constat exculpatum commisisse malefitium; quoniam non ob stante tali exculpatione poterit puniri ita tenet Bal. in dicta l. j. col. fin. C. cōmunia de leg. & Aretinus in tract. malefitiorum in uerb. qui
215 Iudex ad probationem. ¶ Persæpe occurrunt in ciuitatibus esse quosdam guerrantes, rixantes, & scandalosos, & impacatos: quos Iudices habent corripere, & fideiussionibus cautare cu riam pro pace nè scandala occurrant; & illis sub pęna præcipere nè se ad inuicem offendēt, & iniurient uerbo, nec facto l. Congruit ff. de offit. Pręsid. l. Si fideiussor ff. de his qui satisda. cogun. & potest illos etiam exulari, & bannire, & dare illis certos confines si pacem facere nollunt l. j. ff. de offit. Præfec. urb. arg. l. fin. & l. Relegati §. solent, & §. Iudicare ff. de interdict. & relig. & habent parere Iudicibus suis ut in titu. ff. si
216 quis ius dic. non ob. ¶ Facientes pacem an ui deantur fateri delictum ita quòd possint puni

ri per curiam absq; aliis probationibus pro delictis confessis in pace. Dic quòd sic, l. Fisci cũ simil. ibi ff. de iure fisci l. Quoniam ff. de infami. & arg. l. Ad solutionem ff. de re iudi. Cantela bona est quando fit pax quòd delinquentes negent se deliquisse, & quòd notarius scribat tales fecerunt concordiam, & pacem de quibusdam iniuriis, uulneribus, & offensis quæ dicuntur tales fecisse, & intulisse ad inuicem; quoniã tunc non uidentur confiteri, sed negare l. Pomponius ff. de negot gest. & l. Qui mutuam ff. mandati. Sed si pace scriptum fuerit de uulneribus, & offensis factis & illatis ad inuicem, tunc fatentur delictum, & poterint puniri ut supra dictum est puniri. Ad prædicta faciunt not. per Bonifatium de Vitelinis de Mantua. in lib. suo malefitio. in titu. de pac. in 3. col. ibi sed quid

217 duo fecerunt. ¶ Quæro de occurrenti quæstione, In ciuitate Bononiæ dicit statutum homicidæ non prodesse pacem quin' puniatur de homicidio; an dictũ statutum extendatur ad mandantem fieri homicidium ita quòd pax nõ proficiat ipsi mandanti, pro ut non proficit homicidæ dicto stante statuto. Quidam dicebant dictum statutum esse stricti iuris, & non extendi & si uoluisset idem esse in mandante utiq; dixisset l. j. §. cum ergo, de extraordi. crim. ff. & l. j. §. Nè autem C. de cadu. tollen. & l. Non aliter ff. de leg. 3. & forma statuti est seruanda in sua specifica forma l. Constitutionibus ff. ad municipal. Et id quòd nõ est expressum, sed ommissum in statuto, pro non expresso & omisso habetur l. Quidquid astringendæ ff. de uerb. obligat. & diuersitas est in uocabulo, ergo & in effectu C. de cod. l. si idem, & l. expressa de regu. iur. cum similibus. Contrarium facere uidetur glo. in l. tale pactum ff. de pactis; quæ dicit statutum extendi propter identitatem rationis, si statuentes fuissent interrogati; idem statuissent de mandante pro ut de occisore statuerunt: Nam qui mandat fieri, facere & ipse uidetur l. Non solum §. si mandato ff. de iur. iuran. & l. Qui mandat ff. de solut. & qui per alium facit per se ipsum facere uidetur l. j. §. Deiecisse ff. de ui & ui arm. cũ simil. Et plus deliquit ille qui mandat fieri homicidium, quàm ille qui facit; quoniam in se peccat, & in alium quem peccare facit. Vnde est grauius puniendus l. In hoc modo ff. de seruo corup. l. si tibi cum simil. ff. quod ui aut clam: & hoc uerius puto secũdum D. Bonifatium de vitelinis de Mantua in suo libro malefitiorum in titu. de pace, periura ultimo loco allegata l. Non ideò minus C. de accusation. Et licèt statutum dicat solum de occidente, uerba illius debẽt redduci ut idem sit in mãdãte iuria interpretatione l. Vt gradatim §. Sed si lege ff. de muner. & honor. Ad hoc faciũt notata per Ioan. de Imol. in l. Gallus §. & quid si tantum ff. de liber. & posthu. & per Alex. ibi & in l. Si quis id quod ff. de iurisdic. omn. iudi. & in l. Qui aliter §. fin. ad fin. ff. quod ui, aut clam; & in l. verba de adultec. & in cons. lij. 4. uol. habetur per Florian. de sancto Petro in l.

218 Ita uulneratus ff. ad leg. aquili. ¶ Quæro de iniuriato qui post modum comedit, & bibit cum iniuriante; an tacitè uideatur remisisse iniuriam. Dic quòd sic per tex. institu. de iniur. §. fin. habetur per Hostien. in cap. Olim extra de iniur. Vbi dicit pro salute uidetur remissa iniuria per iniuriatum bibentem, & comendẽtem cum iniuriante, nisi iniuriatus recepisset iniuriam ad animum, & lis iam fuerit contestata habetur per Bal. in l. In ipsi C. famil. hærciscun. & in l. Filio quem Pater ff. de liber. & posthu. & in ca. 1. §. iniuria de pace iuram. firmã.

219 ¶ Demum Quæro si per osculum pacis remittatur iniuria. Dic quòd sic secundum glo. in cap. Pacem in uerb. præbuisse de consecrat. distin. 2. & in cap. Adrianus lxiii. distin. Et Idẽ est dicendum per tactum manus habetur per Ang. in l. j. ff. de pact. per glo. ibi per percussionem palmarum, quia præsumitur dilectio per tactum manum ita firmat Glo. in cap. Fundamenta in uerb. Dexteras de electio. in 6. Sed est notandum prædicta non procedere quantùm ad repellendum quem ab accusatione, sed locũ sibi tantùm uendicare, quantùm ad extimationem iniuriæ ut dicit Innoc. in cap. 1. & Ade re iudicata.

SVMMARIVM.

1 *Deus fide obligatur.*

Deus non facit differentiam inter simplicem loquellam, & iuramentum.

2 *Fides est thesaurus inæxtimabilis.*

Fides tam amicis, quàm inimicis est seruanda, et nemini est uiolanda, & num. 3.

Fides an regnandi causa uiolanda sit.

4 *Fides, & pacta conuenta seruanda sunt illa seruanti.*

5 *Nihil magis fulget in Principe quàm sincera fides; & nihil ei est tur pius, & deterius quam fidem fallere.*

6 *Alexãder Magnus ab Aristotele doctus fuit seruare fidem.*

7 *Fides à Dauide Rege hostibus suis Aethæis seruata fuit.*

8 *Pacem, & fidem rumpentes, si postea illam affectant quandoq; habere non possunt, ut contingit in pace rupta per Annibalem Romanis.*

9 *Milites, & omnes alii indiffer enter tenentur esse fideles Regibus, et Ducibus suis, & potius mortem pati quàm fidem fallere illis, Pomponij Romani Equitis exemplo.*

10 *Miles qui in exercitu nulla urgente necessitate,*

te, uel rationabili causa se dicit hostibus quo modo sit puniendus.

11 Literis salui conductus an semper standum sit. & num. 12 cum sequenti.

12 Saluus conductus alicui concessus, intelligitur concessus et pro seruis, sotiis, & rebus suis.
Nihil est tam naturale quàm fidem seruare.

13 Verecundia est negare quod ex pacto nudo promissum.
Promissum pacto nudo seruandum est, ex in hoc iustitia est administranda.
Principes tenentur fidantias suas seruare.
Fides seruanda est etiam illis qui in ecclesiam non sunt.

14 Agislaus Rex Lacedamoniorum pepercit hostibus suis in templo per fugam reductis.

15 Frangens saluum conductum tenetur pœna legis Iuliæ maiestatis.

16 Fides in omni casu seruanda est, etiam hosti si nobis est seruata. & num. 18.

17 Principes quomodo oculati esse debeant nè ab hostibus decipiantur.

18 Syfica ciuitas obsessa à Mithridate, noluit potius captiuos suos mori pro Senatu Romano quàm perdere fidem.
Numantini magis mori uoluerunt quàm deficere in fide.
Condemnatus de fide rupta in societate est infamis.

19 Camillus dolo habere noluit Pyrrhum mortuum, neq; obsessos Faliscos, sed dolosum magistrum puniri fecit per eius discipulos faliscos quos in captiuitatem duxerat Camillo.

20 Imperatores iusti, & fideles esse debent.
Fides semper est seruanda, & inuiolabiliter sunt custodienda in fide promissa; nec de homine peius dici potest, nisi quòd sit sine fide.

21 G. Scipio Aphricanus liberalis fuit in praemiando, pius, & Clemens in puniendo, et fidem semper hostibus seruauit.

22 M. Regulus Attilius fidem immaculatam seruauit, ob quam licet fuerit ex parua origine ortus effectus, fuit maximus.
Fidem ualde coluit Romanus populus, & clientem acceptum in fide cariorem habebat quàm propinquos.

23 Infidi quomodo iussu Quiritum puniebantur T. Suffetius Albanus ob fidem fractā Regi Tullo Hostilio à quadrigis fuit laceratus.

24 Romani captiui qui post Cannense bellū ineraut iussu Annibalis pro pace petenda à Romanis, nolentes reddire ad Annibalem cui fidem dederant reddeundi, uicti in cathena ferrea nè fides macularetur missi fuere à Senatu Romano ad Annibalem.
Eginenses obsessi à Viatotis magis uoluerunt quòd eorum liberi, & coniuges caderentur ab hostibus quàm Romanis deficere.

25 Serui qui in Martiana seditione excitati per C. Marium, dominos suos interfecerunt, & dominas, et dominorū filias stuprarunt; trucidati fuerunt à militibus Cecinæ, & Sertorij.

26 Mendatio quemquàm fallere non licet.

27 Sacrilegium est, Papæ, uel Imperatori mentiri.
Dolus bonus dicitur qui habetur in hostes.
Dolus dici non potest ob fidem non seruatam latronibus, Piratis, & prædonibus.

28 Boni Iudices, & magistratus in causis, & regimine cuncta prospicere & benè rimari debent, & amicos potentiores illis ingredi arces, & urbes suas nō permittant cū gente superante illas.
Pyrrhus Epyrothatum Rex Athenienfibus fidus fuit.

29 Sertorius pugnans in hostes Murisiensium illos superauit, & Murisiensibus imperium suum quæsiuit, & restituit ut fidi faciunt.

30 Philippi Regis Macedonum iniquum, & infidū gestū uituperatur, qui ut amicus uocatus in auxilium cuiusdā urbis graciæ eā occupauit, et sub sua ditione posuit, captiuato populo. nu. 31.

31 Commoditas sæpe parit furem, & adulteria.

32 Leocbares, & Seleutius archipiratæ uocati in subsidium Synopis urbis obsessæ à Lucullo infra triduum urbem incendio donarunt: qui ab eodem Lucullo prius urbe ab incēdio liberata, fuerunt truncati.

32 Reges erga populos fidem non seruantes, eos docent qualiter contra ipsos Reges in fide esse debeant.

34 Amicis humanitas, et hostibus fides est seruāda.

35 Humanæ naturæ congruit seruare fidem.
Bona fide nihil est melius.

36 Vassalli infideles dominis suis cadunt à feudis.

37 Vassallus uas electus dicitur, ut fuis Paulus Apostolus qui uas fuit, & est electionis Domini nostri I E S V C H R I S T I.

38 Feudum unde dicitur, et quid sit.
Vassalli iuramētum præstitum Domino suo quid continere habeat.

39 Vassallus negligens, uel nolens iurare fidelitatē Domino, feudum perdit.
Feudum concessum à Principe est contractus bonæ fidei.
Feudum datū à priuato est cōtractus stricti iuris.
Iuramentum in contractu feudali remitti potest.

40 Pactum futuræ successionis non ualet, nec iuramētō firmatur.
Dispositio legis, licet inter priuatos C. de pact. an habeat locum inter milites.

41 Fides data uni ex armigeris ab alio armigero de se inuicem instituendo hærede ualet, si sunt milites militantes in seruitijs Romani Pontificis, uel Imperij Catholici.

42 Pactum de futura successione in feudo an ualeat.

43 Pacta inter Principes, & populos sunt ad unguē seruanda, exemplo Sogi Regis Lacedæmoniorū.

DE

DE FIDE SERVANDA.

1 FIde obligatur Omnipotens Deus
qui non facit diſcrimen inter ſim
plicem loquelam, & iuramentũ
cap. 1. & per Glo.ibi extra de pa
ctis, cap. Iuramenti 22.quæſt.ſe-
2 cunda. ¶Fides eſt Theſaurus inæxtimabilis nõ
auro toto, neq; gemmis cunctis præcianda, &
omnibus æquè amicis, & inimicis eſt ſeruãda
candida, ſincera, & immaculata; Iulii Cæſaris
ſpreta opinione ab Oratore improbata, dicen-
tis fidem eſſe niolandam regnandi cauſa: & for
tè ſi Cæſar cognouiſſet Dominum noſtrũ IE
SVM CHRISTVM, Creatorem Cœli,
& terræ factorem, & humani generis Seruato-
rem, non utiq; ita dixiſſet cap. Innocens 22.
3 quæſt.4.cap. Quod adeò tert.quæſt.5. ¶Nemi
ni eſt uiolanda fides l. j. ff. de cenſi. cap. Noli
23.quæſt.1.& authen.de nup.in §.Diſtrahun-
4 tur. ¶Ius quidem propriũ & generale eſt om-
nium rationalium ſeruare fidem, & pacta con
uenta; & in ipſis tanta eſſe dẽt uirtus & conſtan
tia potius amittendi uitam quàm fidem frange
re, ſi eadem nobis ſeruata fuerit, aliàs nõ æquè
ſeruabitur illis, iuxta illud.

Fallere fallentem ſuſpicor eſſe pium.
Frangenti fidem fides frangatur eidem;

cap. Eſto ſubiectus 95.diſtin.cap. Peruenit ex-
tra de iur.iuran.& l.Quæro §. Inter locatorem
ff.locati cap.Si infideles 28.quæſt.1.& l. Cum
proponas C. de tranſact. & l. Iuris gentium §.
5 Prætor ff. de pactis. ¶Et nihil magis fulget in
Principe quàm ipſa ſincera fides; & è contra ni
6 hil eſt turpius, & deterius in ipſo Principe quã
fidem fallere. ¶Ariſtoteles docuit Magnum
Alexandrum ſeruare fidem l.j.ff.de pact.& per
Bal.ibi, & l. Celſus ff. de arbitr. cap. Noli 23.
7 quæſt.1.cap. Inter 11. quæſt. 1. ¶Et legimus
8 Regem Dauidem laudabiliter militaſſe, & ſer
uaſſe fidem hoſtibus ſuis Achiis. ¶Legitur An
nonem Carthaginenſem uirum prudentem, ca
put fuiſſe contrariæ factionis Annibalis, & pa
tris ſui Amilcharis Barchę: & pluriès conſuluiſ
ſe ut pax, & fides ſeruaretur Romanis impro-
bè illis perſæpe uiolata à Pœnis, & contrarium
ſemper propoſuit Amilchar cum filiis, & Affi
nibus, & amicis ſuis Barchinæ factionis, Ita
quòd in Hiſpania contra Saguntinos, & alios
confœderatos Romanorum, & in Italiam, &
aliis Romanorum locis bellum intulerunt Pu
blio Valerio Flacco, & Q. Fabio Panfilo, per
Romanos miſſis Legatis ad Annibalem tunc
bello furentem in Hiſpania, & ad Carthaginẽ
ſes conquerentibus Legatis Romanorum de
pace uiolata; & tandem contra conſilium An-
nonis, & ſuæ partis licentiati fuerunt Romani
Legati impacati ſibi rupta & uiolata pace ab
Annibale iuſſu Senatus Carthaginenſis: & ca-
pto Sagunto per ipſum Annibalem, & conſtru
cta per ipſũ in Hiſpania noua Carthaginę cũ
exercitu ſe in Italiam contulit: & poſt cædes
multas decimo ſeptimo anno belli Punici, ex-
perto pluriès marte per Romanos contra An-
nibalem, mortuo fratre ipſius Aſdrubale cum
exercitu à Claudio Nerone, & à Liuio Salina-
tore Cõſulibus, demum ducto bello in Aphri
ca Duce Scipione Cornelio, & per ſuos uoca-
to Annibale pro ſuffragio patriæ ſuæ Carthagi
nis oppreſſæ à Romanis; & ibi conuolato An
nibale cum exercitu, & pro pace tunc conſulẽ
te; & illam ualde nalde affectante: cui reſpon-
dit Scipio, O, Annibal modo eſt tempus bellã
di pro Imperio ob fidem, & pacem fractã Ro
manis per te & tuos Carthaginenſes qui fidem
non habẽt, nec in pace ſtare ſciunt. Et commiſ
ſo prælio immortalem uictoriam obtinuit Sci
pio cum cognomento illo Aphricano: & ſic
contingit quòd illi qui pacem rumpunt & fi-
dem, quando poſteà illam affectant, habere ne
9 queũt. ¶Tenentur milites, & oẽs alii indifferẽ
ter eſſe fideles Regibus, & Ducibus ſuis; & po
tius mortẽ pati quàm fidẽ fallere illis, Pompo
nii exemplo Romani Equitis, qui dum foret
lætaliter in bello uulneratus, & ductus in ca-
ptiuum ad Regem Ponti Mithridatẽ, & ab eo
interrogatus fuit, ſi curatus, poſteà erit ſibi a-
micus: reſpondit illi conſtanter. Si tu eris ami-
cus Romanis me Amicum habebis; & admira
tus Mithridates Clariſſimi uiri conſtantia, er-
ga ipſum prudentiſſimè iniuriam, & iram re-
10 gia uirtute temperauit. ¶ Si quis militum in
exercitu nulla urgente neceſſitate, uel rationa-
bili cauſa ſe ſe dederit hoſtibus; & nè ulla mili
tibus præſtetur occaſio ſe ſe dandi hoſtibus ip
ſis, aut eorum Præfectis non belli prius tentata
fortuna, militari iure ſunt puniendi abſq; ue
nia: ut pœna eorum in aliorum tranſeat exem
plum ob fidem non ſeruatam l. Item uulnera-
11 tus ff.ad leg.aquil. ¶Quæro de caſu an ſit ſem
per ſtandum literis ſaluiconductus, cum opti-
mum ſit conſilium quemquàm non debere ſe
ſubmittere periculis, & ſe conferre in locis nõ
tutis cap. Accedens extra ut lit. non conteſt.&
per Doctor.in l. De ætate ff.ad Trebell. & per
Ang.de Aret.Inſtit.de action. in §. Propterea
col.9. Vbi habetur quòd omnimodo fides da-
ta in forma ſeruanda eſt: quia grauæ eſt fidem
fallere l.j.ff.de conſtitu. pecu. & datus intelli-
gitur ſaluus conductus pro & in eundo, ſtãdo,
& reddenndo l.Relegatum ff.de pęn.l.vtimur,
& per Bar.& Ang.ibi ff. de ſepulc. uiol. & per
Doctor.in cap. Innouamus de treug.& pac.&
in

in cap. Quia diuersitatem de concess. præben. & per Alex. de Imol. in cons. 46. secun. uol. ¶ Et si concessus fuerit alicui saluus conductus intelligitur cōcessus nē dum ipsi, sed etiam ser uis, sociis, & rebus suis secundum Doctor. in au then. Habita C. Ne filius pro patre & nihil est tam naturale quàm fidem seruare l. j. ff. de pact. & p Doctor. in l j. §. Arietes ff. si quadrup. pau per. fecis. dicat. & l. Aut facta ff. de pact. & l. Præsenti C. de his qui ad eccles. confug. ¶ Et di cit Alex. post Bar. in l. Quintus ff. mand. Quòd uerecundia est negare quòd quis pacto nudo promisit, propterea in hoc non est deneganda iustitia petenti uigore pacti nudi Iudicis offi tio quod procedit de iure Canonico. Et prudē tes Principes pro ut de iure tenentur ritè ser uant fidantias suas nē dū legis auttoritate, sed etiam ex suo naturali iure; & causa cognita est etiam illis seruanda qui in ecclesia tuti non fo rent propter delictum l. Is qui reus ff. de publ. iud. & l. Relegati ff. de pœn. & per Glo. in cap. Noli extimare 23. quæst. 1. ¶ Agislaus Rex prudentissimus Lacedæmoniorum in cunctis fuit iustus, pius, & fidus erga suos, & hostes: quibus pepercit in templo per fugam reductis, quos iussit abire liberos, & tutò in Heliconem ubi erant reliqui Thebanorum, & Argiuorū per quos associati qui illos prius de medio tul lere peroptabant antequàm Rex agislaus præ cepisset se uelle illos abire tutò quò uoluerūt, illæsa relicta Ecclesia Deo. ¶ Dicebat Ang. in l. Vinum ff. de sepulc. uiol. quòd ille qui fran git saluum conductum tenetur pœna legis Iu liæ maiestatis habetur per Bar. in l. 3. §. Trans fugas ff. de siccar. & in l. Nullam uim C. de suc cess. & archiar. lib. dec. ¶ Et etiam hostibus est fides seruanda cum inuiolabili saluoconductu, si ipsi nobis fidem seruauerint l. Cum propo nas C. de transact. & per glo. & Doctor. in di cta l. Is qui reus cum hac distinctione tripartì ta uidelicet, aut fides & seu fidantia est data ho sti, uel subdito, aut alteri; primo & secundo ca sibus seruari debet si à lēge aut legis auttorita te concedatur, ut quando datur à Duce belli l. Conuentionum ff. de pact. In tertio uero casu si persequatur iniuria, aut uindicta publica, aut si sibi seruata non fuerit fides tunc non erit & ipsi primo frangenti seruanda l. j. §. Non fue rit, & p Bar. ibi ff. de dolo, & dicta l. Cū propo nas C. de transac. Secus in priuata iniuria, aut uindicta, nisi secuta Pax fuisset: ueritas tamen est, post pōsitis quorūdā opinionibus, q in oī casu est fides seruāda si nobis ē seruata, quādo data ē iuris auttoritate cā cognita, uel ex iusta, aut rationabili cā concessa. ¶ Et nē decipiētur ab hostibus Principes cauti sint, & ualde pru dentes, & benè consulti; & lynceos, argeosq;, ac aquilinos oculos habere tenentur semper apertos, memores serpentum astutia nè diabo licis, & hostilibus supplantentur insidiis: quia nullus magis decipitur quàm ille qui nimium credit de hoste: & habēt cogitare nē dolo fru demur & decipientur ab hostibus plenis libi dine dominādi; cum de uita, honore, salute, im perio, & uictoria tractetur nè sibi fœdera q̄ fide

18 dictā rumpentur. ¶ Sancta quidē fuit fides an tiquis temporibus, & fallere aliquos posse non credebatur ut firmat beatus Ambrosius in 3. de offit. & mentiri nemini licet, nec fallere quē quàm firmant Catholici: quibus est amica ue ritas; & licèt in re militari sit permissum hostes superare insidiis, non tamen permittitur illis præstitam fidem uiolare, nec ipsos decipere mē datio cap. Dominus 23. quæst. 2. & l. Nihil ff. de capt. et postl. reuer. Syfica ciuitas obsessa à Mithridate uidens Mithridatem eduxisse om nes captiuos ut illos in faciem ipsius occide rent ni ciuitas se redderet ipsi, persuasit suis ca ptiuis ut constantes essent e mori pro Senatu, Populoq; Romano quàm perdere fidem, & se in fide conseruarunt Romano Imperio. Et Nu mantini magis in propriis domibus mori uo luerunt quàm deficere in fide; & condemnati de fide rupta in societate sunt infames l. fin. C.

19 de his quib. irrogat. infam. ¶ Nec dolo habe re uoluit Camillus Pyrrhum mortuum, neq; dolo obsessos Faliscos; sed dolosum magistrum tanti facinoris puniri præcepit per ipsius di scipulos Faliscos, quos in captiuitatem duxe rat Camillo; & ipse illos acceptare prò capti uis noluit; & illicò iussit liberos abire ad eorū patriam, uirgis per ipsos fustigato magistro usq; ad ciuitatem, quem obsessi suspenderunt: & prò tali liberali & fideli gestu Camilli, se di

20 tioni Romanæ supposuerunt. ¶ Iusti, & fide les esse debent Imperatores, quid. n. superest ipsis finxa fide? nisi quòd omnibus essent odio & terrorum; & illis nunquàm crederetur, neq; sincera fides adhiberetur. Sancta quidem fides semper est seruanda, & inuiolabiliter sunt cu stodienda in fide promissa, Nec peius dici po test de homine nisi quòd sit infidelis. i. sine fi

21 de cap. Innocens 22. quæst. 4. ¶ Induciarum tē pore quæ ut diximus feriæ militares nuncupā tur G. Scipio Aphricanus prudentissimus Im perator Romanorum, natura placidus fuit, & liberalis in præmiando, pius & clemens in pu niēdo, fidem semper seruauit hostibus: licèt Pę ni ipsum dicto induciarum tempore pluribus & nartis conuitiis, & contumeliis affecerint, inquiebat. n. prudētissimus Imperator, Scipio Seruorum, & perfidorum fraudes imprudentū potius esse quàm liberorum nō seruare fidem.

22 ¶ Quę ad huc in M. Regulo Attilio, & Impe rio suo Romano immaculata durat, ob quam fuit ex parua origine ortum effectum maxi mum;

mum; & hanc sanctam fidem ualde coluit Romanus populus tam publicè quàm priuatè, & Consules suos uiros clarissimos hostibus dedit fidæi confirmandæ gratia; & clientem acceptum in fide chariorem haberi quàm propinquos iussit: & contra coniunctos censuit esse tuendum; & nil firmius esse debet quàm fides. Nec ullum peius facinus existimabatur quam maculare fidem: & quàm se probaretur clientē habuisse diuisum propter fidem quam sanxerunt maiores seruari inuiolatam in militaribus offitiis: nec putarunt esse in re militari fortiores neruos quàm fidem dare, & ipsam seruare inuiolabilem; Et rumpentes fidem lacerant uestem illam in consutilem Domini Nostri IESV CHRISTI. ¶Et præceperunt Quirites

23 Infidorum membra & artus lacerari, & diuidi crudelissimo laniatu; & quadrigis: & testis est T. Suffetius Albanus qui Regi Tullo Hostilio fregerat fidem, & meritò à quadrigis laceratus crudeliter uitam finiuit. ¶Et quatuor

24 captiuos romanos, qui secuto Cannensi bello iuerant ad vrbem iussu Annibalis pro pace petenda à Romanis; & nolētes dicti captiui reddire ad Annibalem cui fidem dederant reddeundi, illos uinctos in una ferri cathena misit Senatus Annibali nè Romana fides macularetur, & militare iuramentum seruaretur: & nulla est maior mortalium gloria quàm seruare fidem, neq; nulla maior infamia quàm eandem rumpere fidem; & ut aliàs dixi fideles Eginenses ob fessi à Viatotis, & eorum liberi & coniuges cederentur ab hostibus, spectare magis peroptarunt supplitium pignorum suorum quàm Romanis deficere. ¶In Mariana seditione excita-

25 tis seruis per C. Marium contra dominos suos quos iniquè interfecerunt; & dominas, & dominorum filias stuprauerant iniquissimi guardiani serui, exceptis Martii Cornuti seruis, qui dominum in secreto seruarunt incolumem, & illum in Galliam transportarunt, ostenso lictoribus Marii cadauere unius interfecti suspensi, asserendo fuisse cadauer domini sui M. Cornuti, cui fideles fuerunt serui sui; & diuina iustitia guardiani iniquissimi serui & ualde insolentes qui dominos interfecerant trucidati fuerunt à militibus Cæcinæ, & Sertorii; ipso Sertorio Duce: cuius uirtus pati non potuit tantas præ

26 dictorum seruorum iniquitates. ¶Mentiri an sit licitum modo queritur. Dic quòd non est licitum quemquàm fallere mendatio: quoniam est sacrilegium mentiri ob Dei tremendum iuditiū cap. Serpens de pœniten. distin. 1. & cap. Paulianistæ pri. quæst. 1. & l. j. ff. de constitu.

27 cun. & per Bar. in l. j. ff. de pact. ¶Est quoq; sacrilegium mentiri Domino Papæ, & Imperatori, & ipsis falsa referre: & bonus dolus dicitur ille qui habetur in hostes; nec ullus dolus dici potest contra latrones, Pyratas, & prædones si nulla fides seruabitur illis quia ipsi sunt fidifragi, & diffidati à lege; & de ipsis non est confidendum ut dicit Bal. in l. j. C. vnde ui.

28 ¶Et illi erunt tuti qui cuncta prospexerint, & omnia benè rumauerint ut boni iudices, & magistratus in causis, & regimine l. Quod si Ephasi ff. de eo quòd cer. loc. & amicos potentiores illis non permiserint ingredi munitissimas arces, & urbes suas cum gente superante illas, & uires earum, Pyrrhi Regis Epyrotharum consilio probè dato Atheniensibus, quibus ipse fi-

29 dus fuit ut optimū decet Imperatorem. ¶Et similiter consuluit Murisienses fidus & prudens Sertorius pugnauit in hoste Murisiensiū quos bello superauit, & imperium suum amicis Murisiensibus quesiuit & restituit ut fidi faciunt, & facere tenentur Imperatores uocati in præsidium amicorum suorum confœdera-

30 torum. ¶Vituperatur ab omnibus fidis, & prudentibus militiæ Ducibus iniquum, & infidum gestum Philippi Regis Macedonum, qui dum fuisset ut amicus confœderatus uocatus in auxilium cuiusdam munitissimæ Greciæ urbis quæ de ipso confisa illum introduxit in ea cum exercitu suo ut fidum amicum; & Philippus eam posteà occupauit, & sub sua ditione posuit captinato populo, & illo libertate, & substātia priuato; & inde uniuersam Græciam

31 subegit. ¶Nam uulgò dicitur, commoditatē sæpe parere furem, & adulteria; & tale Philippi Regis gestum non commendamus cum nil sit turpius & scæleratius quàm fore iis nocumento qui confidunt de illis, & ad eorum uocati sunt præsidium, & de custodibus raptores, &

32 de canibus lupos fieri. ¶Leochares, & Seleutius archipyratæ fecerunt in præsidium uocati Synopis urbis obsessæ à Lucullo, & auarum adeò fuit tale presidium archipyratarum quòd infra triduum urbem incendio donarunt, primitus per ipsos auro, & argento priuatam, & Lucullus obsidens probè occurrit obsessis, & illos ab incendio liberauit truncatis archipy-

33 ratis. ¶Et est notandum quòd infidi Reges erga populos fidem non seruantes, ipsos populos instruunt & docent qualiter & ipsi erga Reges suos esse debent in fide; & eorum in hoc sequuntur naturam ut de Macedonis Legitur Re-

34 gibus, & populis. ¶Amicis humanitas, & hostibus fides est seruāda secundum iuris prudentiam, Scipionis exemplo Aphricæ domitoris, Fabii Maximi, Fabritii, M. Scauri, & Camilli optimorum Imperatorum: qui ualentes pluries hostes uincere dolo id facere noluerunt, recti uirtute, nè patriæ, gloriæ, religionis, & disciplinæ militaris dedecus foret æthernum.

35 ¶Cōgruit humanæ naturæ seruare fidem l. 1. ff. de constitu. pecun. & nil est melius bona fide

Nn l. Inter

l. inter claras C. de sum. trin. & fid. cathol. &
per Glo. & Bal. in l. A procuratore C. mand. &
per And. de Iser. in tit. quib. mod. feud. amitt.
36 col. 1. ¶ Et fideles esse debent uassalli Domino
suo aliàs cadunt à feudis habetur in usib. feud.
cap. 1. de form. fidelit. & de iurá. fidel. & in tit.
qualiter uassal. iurare debent fidelitatem. ¶ Et
37 Vassallus dicitur uas electus ut fuit Paulus A-
postolus qui uas fuit, & est electionis Domi-
ni Nostri IESV CHRISTI. & ita ut Pau
lus fuit Deo fidelis in Apostolatu, ita uassallus
38 domino suo fidelis esse debet. ¶ Et feudum à
fide, & à fędere dictũ est ut in titu. per quos fiat
inuestitura in fin. & est benefitium beneuolum
quod Dominus dat beneuolè, & beneuolis
estq; beneuola actio tribuere capienti, & reci
pienti; & eius substantiale est fidelitas, & non
seruitium: quia capiens feudum tribuit domi
no gaudium, quoniam uenit suus homo uas-
sallus .i. uas electus per sacramentum fidelita
tis quod præstat cum illis sex qualitatibus in
colume, tutum, honestum, utile, facile, possibi
le, supplebit iuramentum hoc generale scili
cèt, quòd Domino ĩ anteà fidelis erit sicut uas
sallus domi no tenetur; nec commissa reuelabit
& domino utilitatem affert; & incommoda
ab eo repellet, & illi parebit ut in titu. de sacra
mẽ. fidelit. & sen qualiter uassal. iurare debet,
& in titu. ex quib. caus. feud. amitt. & in titu.
de nou. form. fidelit. & per And. de Iser. & Bal.
& Card. Alexan. & Iacob. Aluar. ibi in §. in pri
mis & in sequenti, & in §. Huius est, & in §. pe
39 nul. ¶ Et tenetur uassallus offerre Domino fi
delitatem quod est iuramentum: qui si iurare
neglexerit, uel noluerit perdit feudum ut in
§. per diem, & in §. est alia ibidem: & est cõtra
ctus bonæ fidæi feudum quando datur à Prin-
cipe, secus, à priuato; quia tunc est stricti iuris
ut dicit Bal. in titu. de pac. Constan. & in l. fin.
C. de constitution. Princip. & per Doctor. in
cap. 1. de feud. cognit. Fidelitas est naturalia
& de substantia in feudo, cum reseruatione
dominii, & cum iuramento, licèt iuramentum
in dicto contractu remitti posset, & quòd uas
sallus seruiat; & quòd masculi succedant re-
gulariter exclusis fœminis: & alia sunt posteà
accidentalia conditionum, & pactorum con-
trahentium moribus patriæ, & consuetudini-
bus feudorum attentis. ¶ Quæro de casu legis
licèt inter priuatos C. de pact. ubi dicitur si ua
let pactum de futura Successione, & an firme-
tur iuramento. Dic non ualere tale pactum,
quia tollit libertatem testandi, & uotum præ-
bet captandæ mortis l. si lex Aelyescẽtia, & per
Bal. ibi ff. de hæred. instituen. An habeat locũ
tale pactum legis prædictæ inter milites mili-
tantes in castris & extra castra. Dic ipsos tan-
tùm gaudere priuilegio dictæ legis quando tẽ
dunt ad bellorum discrimen, scilicèt quando
sunt armati, & acies instructæ, uel sunt in ca-
stris ut dicit Glo. in l. Milites C. de testamen
41 t milit. ¶ Et an ualeat fides data uni ex armige
ris ab alio armigero de se ad inuicem instituẽ
do hæredem. Dic quòd sic, si milites fuerint
in seruitiis Romani Põtificis, aut Imperatoris
Catholicorum ita tenẽt communiter Doctor.
42 in l. licet C. de pactis. ¶ Quæro si ualet pa-
ctum de futura successione in feudo. Dic se-
cundum quòd tenet optimus feudista Andr.
de Iser. in. cap. 2. de feud. dato inuicem le-
gis commissoriæ in §. si quis instituerit, &
in §. primo. ubi dicitur pactum legis commis-
soriæ tantùm reprobari in pignore inter debi-
torem, & creditorem, & non in aliis contracti
43 bus. ¶ Pacta sunt ad unguẽ seruanda inter Prin
cipes, & populos l. Ait Prætor ff. de pact. exem
plo Sogi Regis Lacedæmoniorum antiqui,
qui fuit ex ascendentibus Ligurgi; & dum Rex
prædictus fuisset in arido loco reductus cum
exercitu pacto conuenit cum Clitoribus hosti
bus, quòd si totus eius exercitus discedens bibe
rit ex fonte uicino restituet Clitoribus omnia
regna per ipsum ab illis bello sublata: sed si to
tus exercitus non biberit quòd regna prædicta
sibi remancant: & scientes hostes hoc esse im-
possibile quòd exercitus omnis siti tunc maxi-
ma oppressus non bibat ex illo fonte, Ita pacti
fuerunt cum iuramento, & Sogus nè sui bibe-
rent illis regna promisit; nihilominus non po-
tuit ipsius exercitus se abstinere à potu dicti
fontis propter nimiam siccitatem & sitim qua
patiebatur exercitus, ultimus fuit ipse Sogus
qui descendit ad fontẽ, & uidẽs exercitũ suum
bibisse, & nè regna perderet ꝑ ipsũ duro Mar
te quæsita; & ne rumperet fidem, & seruaret pa
ctum ipse non bibit aliter de aqua fontis, sed
cum ipsa lauit corpus suũ exterius, & arte tali fi
dem & pactum seruauit Clitoribus, & Regna
quæ ceperat retinuit ex dicto pacto conuento.

SVMMARIVM.

1 *Romani soliti erant uirtute sua, etiam tem-pore induciarũ uitã multis modis exercere, ut membra tempore belli agiliora, fortiora, & robustiora fierent.*

Imperatores debent tenere milites suos in continuo armorum exercitio.

2 *Equi semper exerceri debent, nè pigrescant.*

3 *Massinissa Romanorum Rex annorum. 99. uenatu, cursu, saltu, et cum iuuenibus equitatu, etiã pedibus insistens otii tempore ludebat.*

Reges debent esse fideles exercentes se cum militibus suis ne ipsos corrodat ignauia, ut ferrum rubigo territ.

4 *Discordia inter gentes, et populos orta est ob imperatoris ignauiam.*

Duces

Duces Romanorum ut boni medici curabant milites suos, & Iuuentutem in exercitio continuo tenebat, ne pigrescerent.

5 *Alearum ludus fugiẽdus est à Principe, quia à lege est reprobatus.*

6 *Ludentes ad Tardum: pœna extraordinaria puniri debent, cum publicatione domus.*

7 *Milites debent fugere turpe otium: & se cunctis libenter offerre laboribus.*

8 *Milites debent arma exercere, & populi agros.*

9 *Exercitio corpora hominum fiunt robustiora & conseruantur.*

10 *Iocandi genus est rellaxatio fessorum animorum.*

Iuris consultos multos pila, tabulis, & aliis modis otii tempore lusisse.

11 *Scacborum ludus à quo inuentus fuerit.*

12 *Appius Claudius Imp. otio præferebat negotia, præteritorum temporum memor, futura respiciens, inquiens Romanam uirtutem nutriri in negotiis, & exercitiis continuis, & otio marcescere.*

13 *Cæsar Augustus post bella Ciuilia milites de campestris exercitiis ad pilam traxit, & ad natandum, ut in assiduo starent exercitio.*

14 *Pius Mettellus Cæcilius optimus Imp. pulso ex Italia Anibale ait, se ignorare an uictoria esset lætabilior, uel formidabilior, quia populus Romanus otiosus fiet.*

15 *Augustus docuit milites suos, nè otii tempore sibi ad inuicem conuitiarent, & si quis eorũ in indignationem prolapsus, ulterius ei non liceret ob tale delictum in alterum dicere, formidabili pœna Edicto mandauit.*

16 *Scipio Aphricanus Rom. Imp. tempore otii stabat in continuo exercitio: ne uirtus languerett otio. & quomodo pulchre se exercerет.*

17 *Cura assidua bellicę habitudinis nutrimentũ, & robur facit.*

18 *Pueri parci antiquitus in alimonia & frigore assueti detinebantur.*

19 *Pueri qui super equis experti erant, se quoq; exercebant in naualis, & peditatus militia.*

20 *Romani, & Cæsar antiquitus penès se tenebant tirones suos ad discendum militię disciplinam, ubi instruebantur a ueteranis, in militia magistris. & 21.*

22 *Magistros antiquitus quilibet Princeps habebat ad docendum tirones in arte militari.*

23 *Operis conclusio.*

24 *Operis utilitas.*

25 *DEVS contra maledicas linguas.*

26 *Detractores diuina iustitia puniuntur.*

27 *Detractores:an admitantur ad accusandum.*

28 *Detractores peiores sunt honoris quàm fures.*

29 *Detractores qui dicantur.*

30 *Lingua à detractione custodiatur.*

31 *Homicida sunt illi, qui detrahunt honorem proximi sui.*

32 *Detrahendo proximo suo, idem est ut sanguinem ipsius fundere.*

33 *Detractores sæpe diuino iuditio sine loquela pereunt.*

34 *Detractoris officium, in detrahendo quale sit.*

35 *Præcepta de nauali, & aquatici belli in alio libro reperiuntur.*

36 *Operis finis, cum excusatione de prolixitate dicendi.*

DE MILITARI OTIO.

1 ROmani olim gentium, & rerum Domini, orbisque domitores; soliti erant uirtute sua incedere armati etiam tempore induciarum militarium, & pacis nè Ignaui, & otiosi fierent. Exercentes militiam uiribus, & arte corpora fatigantes in hastiludiis, equis colluctationibus, cursu, saltu, ponderibus, missilibus, fundis, iaculis, uallis, pilis, sagittis, lapidibus, venatu, cæstis, & assiduis, laboribus corporeis, & militaris exercitii: à quo ut aliàs dixi sumpsit nomen exercitus, iuxta illud Ouidii.

Et iaculis emisso pondere saxi.
Brachia perlusus experienda dabant.

ut membra eorum agiliora, fortiora, & robustiora fierẽt: & tã hiemali quàm æstiuo, quotidiano, & nocturno temporibus; etiam in natãdo ut forent experti in bello utriusque elementi aquæ, & terræ; & in momentaneo labore, datisque & receptis præmiis permanentes in laboribus, & militaribus exercitiis; & in locis quandoque asperrimis, & montanis expertis ut fortiores & robustiores redderẽtur milites: & facta sæpe pugna. sine sanguine acie instructa militari ordine ut plurìes Inuictissima tua Augustalis Maiestas Cæsarea in ciuitate Bononiæ, & aliis Italiæ locis; & in Germania, Flandria, & Hispanis; tam de die, quàm de nocte facere consueuit unà cum Inclyto fratre tuo Ferdinando Romanorum Rege Inuictissimo bellorum fulgure, utendo offitio Optimorum Imperatorum, & perfectorum suorum exercitus, quorum est offitium tenere milites suos in assiduo militari exercitio, nè posteà languerent in bellis futuris: Ita seruando iura disciplinæ militaris l. offitium §. Licet ff. de re milit. & l. In nomine domini §. Hæc C. de offitiis Præfect. Aphri,

2 ¶ Equos exercentes martiales in bellico frequenti exercitio nè pigrescerent; ignauos odientes milites, & equos: & ualde pro expertis, & non segnibus lætantes, uidendo ipsos esse paribiles, & libenter ferre la-

bores quoscúq; militares: & aspera loca, & pericula nulla timere uirtute sua, qua tuti hostes ullos non formidaui; nec æstum, neq; frigus, famem, neq; sitim metuút docti in re & disciplina militari: adeò quòd regere, & ducere exercitum, & aciem instruere, & hostes ferire, præsidia agitare, machinas & instrumenta militaria instruere, & illa probè collocare, & firmare argeres; hastilia pila & tela torquere, & iaculari missilia; enses uibrare, clipeis intonare, hostes penetrare, artes parare; equitatum, & peditatũ regere, & frequẽter cõcitare & instruere; equos uè flectis habenis leui momento in medio cursu arte peruertere & retinere scientes; conscendendo montes, & foueas traiicere saltu, antiquorum exemplo Imperatorum in re militari expertorum & doctorum magistrorum: qui milites suos in assiduo exercitio militari detinebant nè otio languerent: turres, templa, & mœnia construendo, & uetustate dirrupta restaurando; dificcando aquas, & pugnando in Olympio, etiam sub Ioue frigido & in hieme castrametabantur Scipiones, Catones, & Cæsar, Magnus Alexander, Pyrrhus, Pius Cecilius, Metellus, Marius, Pompeus Magnus, & Mithridates cum militibus suis pacientissimis in

3 labores probitatis, & uirtute sua. ¶Et fidus Masinissa Romani Imperii Rex Numidarum annis natus Nonaginta nouem, præ cæteris ad mirabilis in hac parte fuit, quòd nullo nunquàm imbre, æstu, & frigore caput suum contegeret nisi cum galea in actu expeditionum; et tota die uenatu, cursu, saltu, & equitatu cum Iuuenibus etiam pedibus insistens, omni ab eo semota lassitudine, & inertia otii militaris tempore Ludebat: & alter Regulus in fide fuit Romanis: & ita omnes militiæ Reges esse debent fideles, exercentes se cum militibus suis nè ipsos corrodat ignauia ut ferrum rubigo terit,

4 & nè otio ciuiles nutriantur discordiæ. ¶Athenę cum suo pyreo portu, & arce Munichia fraude unius Polypercontis otii tempore, suo non credito Fotioni expertissimo Athico & prudẽtissimo Imperatori militiæ, probè partim cõsulenti ut se exerceret armis, quo neglecto, ciuili, & populari discordia Iacent. Optimi Romanorum Duces ut boni medici curabant milites suos, & iuuentutem in exercitio continuo tenebant nè pigrescerent, & nè partes, & discordiæ orirentur in ciuitate illos detinebant in castris, æstiuis, autumnalibus, & hibernalibus.

5 ¶Aleorum ommissis ludis à lege reprobatis & damnatis cap. Diffinimus pri. quæst. 1. cap. Irreligiosa de pœniten. distin. 3. cap. Maritum distin. 33. ex diabolica sugestione procedentibus, ut mortales rationales deciperentur, iuxta illud Nasonis.

Sunt aliis cripta quibus alea luditur artes:
Hoc est ad nostros non leue crimen auos.
Quid ualeant tali quo posses plurima iactu,
Fugere damnosas effugiasuè canes.

6 ¶Et ludentes ad Zardum puniri debent pœna extraordinaria, etiam cum publicatione domus ut in Authen. Alearum usus, & extra de religios. & aleo. usu. Nam Indi illi sunt pro posse fugiendi, quibus possunt oriri blasphemiæ, rixæ, & discordiæ; sed præmissi sunt tantùm ludi laboriosi, & exercitia illa propter recreationem humanã tollerãnda cap. Ad hoc nonagesi. distiu. cap. Non inuenitur uigesi. tert. quæst 4. cap. Imperatores undeci. quæst. 3. & l. Fortissimi C. de errogat. milit. anno. & l. 3. C. de fund. limi. & l. Milites C. de re militari.

7 ¶Et turpe otium habent fugere milites, & se cunctis libenter offere laboribus, & dura sufferre ut fortissimi fiant: assueti in labore milites omni cessante pigritia quam otium parit hostis militiæ: otium fuit causa euersionis Ro

8 man. Imperii. ¶Bonum est milites exercere armis; & populos agris, & aliis exercitiis, antiquitatis exemplo l. Milites C. de re milit. & l. j. C. de uenat. fera. lib. undeci. & l. j. C. de præ

9 pos. labor. lib. duodeci. ¶Nè ignaui fierent pacis, uel indutiarum militarium temporibus, sed ut continua exercitatione robusta corpora

10 conseruentur pacientia in labore. ¶Et quippè iocandi genus est rellaxatio fessorum animorum; legitur Octau. August. & Sceuolam Iure consultum, Lyconẽ, & Dionysium Syracusanũ uiros profundę scientiæ, & quàm plures alios præclarissimos, & Excellentissimos Imperatores otii tempore pila calculis, & tabulis lusis

11 se. ¶Scachorum, uel tabularum ludum repertum fuisse à Palamede Græcorum exercitu, tẽpore lõgæ obsidionis troianæ: ut Græci in exercitio mentali bellorum more detinerentur, & à seditionibus fugerent: & talis ludus permissus uidetur authen. de sanct. Episcop. §. Interdicimus in Glo. in uerb. seruatis col. 8. & ff. quarum rer. actio non detur l. secun. §. 1. & ibi per

12 Doctor. ¶Appius Claudius Imperator otio præferebat negotia præteritorum temporum memor, futura respiciens, inquiens, Romanã uirtutem nutriri in negotiis, & exercitiis conti

13 nuis; & otio marcescere. ¶Legitur Cæsarẽ Augustum post bella ciuilia, milites de campestris exercitiis ad pilam traxisse, & ad natandum; ut in assiduo starent exercitio: & nè otiosè tempus contererent, iuxta illud.

Vt uitiũ pereat, domat, & regat omnia uirtus.
Segnitiam fugito uincit ubiquè labor.
Ouidius de remedio amoris.
Otia si tollas periere cupidinis arma;
& Catullus de otio scribendo dixit,
Otium beatas perdidit urbes.

&

& ex se armabantur, & ex armabantur antiqui Duces,& milites in militia doċti:tam leuibus, quàm ponderosis armis quibus dietim incedebant induti ut agiliores essent illis mutatis pōderosis, & leuioribus recepta armis in tempore expeditionum; & adeò agiles erant mutatis ponderosis armis, & receptis posteà pro & in expeditione leuioribus armis:ita quòd sibi ipsi uidebantur esse inermes in pugna armorum leuitate: & nullum pro palma Martis laborem
24 dimittebant in experium. ¶Pulso ex Italia Annibale secundo bello punico, aliis gaudio exultantibus, solus prudenter Pius Metellus Cæcilius optimus Imperator respondit se ignorare,an uiċtoria esset lætabilior, uel formidabilior,quia populus Romanus otiosus fiet: quē dormientem ruptis alpibus strepitu maximo posteà excitauit Annibal; & benè putauit Metellus Pœnis non inquietantibus Romanos se
25 curos turpore opprimi. ¶Et probè docuit Augustus milites suos nè otii tempore sibi ad inuicem conuitiarent: & si quis eorum in indignationem prolapsus, ulterius ei non liceret ob tale deliċtum in alterum dicere formidabili pœna ediċto mandauit, quòd in re militari maximam utilitatem afferre consueuit Ligur-
26 gi sententia. ¶Et Scipio Aphricanus Optimus Romanorum Imperator, diuina reċtus ratione in assiduo exercitio stabat tempore otii nè uirtus langueret otio, & spiritum domabat gētium domitorem, tenens aures opletas strepitibus castrorum,& tubarum sonitu:nec sibi unquàm uidebatur otiosus à maiore doċtus Scipione:& sæpe cùm Lelio suo Cornelio rusticando ad littus peregrinabat, omni à se fugato otio: & cum laude, & gloria maioribus negotiis aptior redderetur gymnica, & seu gymnastica exercitatione secundum ætatis naturā,Romanis,Lacedęmonicis,Cibricis, Celtibericis,
27 & aliis populorū laudabilibus moribus. ¶Nā cura assidua bellicæ habitudinis nutrimentū, & robur facit corporibus exercentium.
28 ¶Antiquorum exemplo qui in alimonia pueros parcos,& frigore assuetos detinebant;& ipsos Augusta pati permittebant continuo usu exercentes illos ad malorum pacientiam: & hi magis erant intenti ludis militaribus laborioso exercitio, & cibum fine sudore non capie-
29 bant, ab ipsis exulato otio nè languerent. ¶Et illi qui erant experti super equis etiam se exercebant in naualis, & peditatus militia; ut data occasione pedester,& in nauibus,equestriq; nauali prælio pugnare absq; discrimine ullo ualerent, Scipionis, Cæsaris, Pompei,Martii, Fabii,M.Catonis,Alexādri Magni, Annibalis, Sertorii, Luculli, Syllæ, Themistoclis, Pyrrho Regis, & Aliorum militiæ Ducum exemplo: quorum nomen & fama nullo silebit æuo ob eorum uirtutem,& inclyta & præclara gesta.
20 ¶Romani antiquitus in sua Romulea ciuitate, & Cæsar in Cæsarea ciuitate modò diruta Rauennam nobilissimam patriam meam tenebant tirones suos ad discendum militiæ disciplinam ubi instruebantur in re, & scientia militari à ueteranis militibus in militia doċtis magistris, & expertis ut C.de tironibus.libro duodecimo. & C. de ueteran.ipsos docendo militiam equestrem cum equo ligneo ascendendo ipsum equm saltu, & illum agiliter descendendo; siliendo, & desiliendo maxima cura tam æstiuo,quàm hiemali tempore, illos in
21 aċtis militaribus continuo exercentes. ¶ Et similiter in pedestri militia, & in nauali exercitio,& bello ubi commoditas erat discendi sciētiam,& disciplinam militarem in omni bello, & bellorum diuersorum exercitio. Ita quod ex discipulis fiebant Magistri in re militari doċti;in scientia,usu,& moribus, militaribusq;, antequām describerentur in militia, & seu in libro & matricula, & numero aliorum militū eleċtorum doċtis ipsis ordinibus militaribus, & modis pugnandi: & quòd in fiċta militia didicerunt in uera posteà militia exequebantur quando erant eleċti, & in aliorum numero descripti: ita quòd sibi molestum non uidebatur ob illorum sciētiam primò didicitam;& nihil ipsis restabant discendi in re militari,nisi in exequendo, & in exercendo se in ordinibus militaribus,& in expeditionibus,& in illis se manutenere armati in itinerando,castramentando,aut pugnando scientes ordines distinċtos; & tubarum, tibiarumuè cantum & seu sonum, & artem militiæ quòd facilem faciebant, & cito discebant mixti in ordinibus cum expertis, & ueteranis militibus qui diù militauerant.
22 ¶ Et ut olim faciebat Antiquitas super hoc prępositis magistris ad instruendum tirones in omni militia Papirii Cursoris, & Alexandri Magni exemplo: Ita nostra tempestas facere habet & prouidere ad necessaria militiæ; Antiqui arcu,fundis,machinis, & scorpionibus utebantur;& præter alia militaria instrumenta, & exercitia se exercebant:& idem,tempus nostrū facere habet uirtute Principum suorum, & se exercere cum instrumentis tartarei sulfurei ignis;& in omni militiæ genere pro habenda uiċtoria contra hostes christianæ Reipublicæ.
23 ¶Hunc igitur librum Illustratæ militiæ suscipias Optime Cæsar & semper Auguste unà cū aliis catholicis Pricipibus & populis orthodoxis Christianæ religionis per me cœlesti suffragio compilatum ex uariis libris excellentissimorum Autorum; nam catholicis ualde proderit in omni bello cœlestis, spiritualis, legalis,& armatæ militię; in theorica, & pratica: cuius si seruata fuerint in eo descripta præce-

pta, non dubito firmare illos uictoriam obti-
nere auxilio implorato Dei nostri contra om
nes hostes tam uisibiles quàm inuisibiles;& cę-
lestis,& nō humana erit uictoria idest immor
tali,& non mortalibus tribuenda; & Regna re
ctè gubernabuntur pacis, & belli temporibus.
24 ¶Nam hoc per lecto, & benè percunctato li-
bro sanum de eo tunc iuditium fiet per prudē
tes;& detractorum silebunt & obmutescent lin
guæ:quæ ausæ fuerunt dicere Homerum dor-
mitasse, Virgilium errâsse, & Ciceronem elo-
quētiæ patrē somniasse; Demosthenē, & Sene-
cam, ac alios quàm plures uiros doctissimos
fures appellasse nō erubuere, & criminatæ fue
runt Terentium summum Comicorum à Po-
lyndro,& Menandro; & à L.Cornelio Scipio-
25 ne comœdias transtulisse.¶Et non longè exē-
pla petamus, criminatæ sunt diuinam uerita-
tem,& immensam bonitatem Domini nostri
IESV CHRISTI, qui fuit mundus, &
immaculatus,uera salus,uia,ueritas, & uita ne
dictat Euangelium mordentes quoque iniustè
ipsius Apostoloa, & sponsæ suæ Ecclesiæ Ca-
tholicæ,& Euangelistas, Doctoresque ueridi-
cos Gregorium, Hyeronimum, Ambrosium,
& Augustinum,Cyprianum, Ioānem, Athana
sium,Grisostomum , & quàm plures opti-
mos Ecclesię Doctores Ortodoxos scripto-
res,& Sanctissimos Pontifices,Principes, vene
randos patres Catholicæ religionis.: qui uita-
re non potuerunt detractorum morsus ; peri-
bunt tandem Democritis risus, & ploratus He
raclitis,nobis ueritatem sequentibus Domini
nostri IESV CHRISTI, perfidorum do
losæ lucifugæ tandem cessabunt linguæ Deme
tris sententia,& eorum Ilia facto sono,ut uen-
tris crepitibus redditis ob inuidiam rumpen-
tur.Iuxtà Illud Virgilii.

Rumpitur inuidia,rumpantur & Ilia Codro.

26 ¶Et punientur Detractores,& eorum perfidæ
& uenenosæ linguæ diuina Iustitia nisi se cor-
rexerint,'& debitam pœnitētiam peregerint c.
Accusatio secun.quæst.sept. ¶Et iure cautum
27 est detractores huiusmodi non admitti ad ac-
cusandum , neque ad testimonium perhiben-
dum , & illi quoque qui faciles sunt ad detrha
hendum cap. Detractores tert.quæst .quar.
28¶Et peiores sunt detractores honoris quàm
fures qui furantur alienas substantias proxi-
morum suorum cap.Detractores 6. quæstio.
29 pri . ¶Et non solum illi sunt detractores qui
serpentina maliloqua lingua, seu dolosa detra
hunt honorem proximi sui ; sed & illi qui de-
trahentes audiunt,& illis faciles aures præbent
30 cap.Ex merito 6.quęst.j.¶Bonum est custodi
re linguam à detractione ut dictat Euangeliū
quia , ea quæ de aliis loquuntur detractores
sua sententia iudicabuntur , ut in dicto canone
31 ex merito 6.quæst.pri.¶Et homicidæ sunt illi
qui detrahunt honorem proximi sui, & ut ho-
micidæ puniendi sunt sententia Dei in omni
foro tam poli, quàm seculi cap. Homicidiorū
de pœniten.distin.j.& cap.summa iniquitas 6.
32 quæst.j.¶Nec putet quis minus periculum es
se in detrahendo proximo suo,quàm sanguinē
ipsius fundere cap. Nemo periuorum undeci.
33 quæst.ter. ¶Et hi sæpe Dei Iuditio pereunt si
ne loquela , & seu lingua in qua deliquerunt :
nec prod est illis ieiunare,neque alia bona face
re nisi mens prius reuocetur à detractione cap.
34 Nihil de consecrat.distin.quin.¶ Et nil,aliud
faciunt pessimi detractores nisi quod sufflāt in
puluerē,& excitant illū in proprios oculos;ita
quòd ueritatem uidere nequeunt miseri obcæ
cati diabolica arte cap. Inter 11. quæst. 3. &
35 cap. Oues 6.quæst. 1. ¶ De præceptis quoq;
Rei Nauali,aquatitiq; belli librum Dei auxi
lio etiam composui , ut ipsius cultores fideles
per terram , & aquam uictoriā in omni bello
ducti contra infidos hostes , & malos spiritus
consequi ualeant ; & illam ut decet attribuere
ipsi Omnipotenti Deo, qui fecit cœlum,& ter
36 ram,& à quo omnia bona procedunt. ¶Et nè
fortè uidear nimis prolixus tuæ Imperiali In-
uictissimæ Maiestati, & aliis potentissimis Or
thodoxis Principibus,Regibus, & Populis Ca
tholicis breuitate fortè delectantibus;præsenti
libro finem imposui ad laudem,& gloriam Al
tissimi Dei Omnipotentis : in quo omnis ui-
ctoria,mors, & uita consistit ; & si quæ in hoc
libro descripta reperiuntur laude digna non
mihi , sed ipsi Deo Omnipotenti adscribenda
sunt; reliqua uerò humanæ infirmitati esse cen
seo.

FINIS.

DEO OPTIMO MAXIMO HONOR, ET GLORIA.

SERIES CHARTARVM.

a b c d e f g h i A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn.

Omnes sunt Terniones, præter Nn qui est duernio.

V E N E T I I S.
A P V D B O L O G N I N V M Z A L T E R I V M.
M. D. L X X V.